Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVIII
C
11
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ENCYCLOPÆDIA

JURIS PUBLICI,

PRIVATIQVE, CIVILIS, CRIMINALIS, FEVDALIS, PRÆSERTIM AD

præſentem S. Rom. Imperij Statum directi, & multis quæſtionibus ex Iure Canonico aucti.

OMNIA PER DEFINITIONES, DISTINCTIONES, EXCEPTIONES, RESPONSIONES, DECISIONES ordine Alphabetico, vt pro tyronibus inſtitutio, pro conſummatis exercitatio, & copioſiſſimus in ſeptem volumina Diſputationum Baſilienſium Genathianarum HiſtoricoPolitico-Iuridicarum dudum deſideratus ſed propter iniuriam temporum hactenus dilatus.

Aſt tamen ad dictorum voluminum facilem, & verum vſum omninò neceſſarius Index ſit.

OPVS OMNIBVS SVIS PARTIBVS TALI METHODO digeſtum, & abſolutum, vt non ſolum ijs qui Diſputationum Baſilienſium integra ſeptem volumina forſan non habent, inſtar totius illius operis, quemadmodum in præfatione ad lectorem videri poteſt, ſit, defectumq; ſuppleat; verum etiam in extemporaneis expeditionibus, commiſſionibus, & negotiis ſat inſtructam bibliothecam conſtituat.

AVTHORE

JOANNE PHILIPPO à VORBVRG

Præpoſito Monaſterij Grandis-vallis, & Conſiliario Herbipolenſi.

Cum gratia, & priuilegio Sac. Caſ. Maieſt. ſpeciali.

FRANCOFVRTI,

Sumptibus NICOLAI BENCARDI Bibliopolæ Herbipol. Academici.

M. DC. XXXX.

XVIII. G. 11

B. N. P. NAPOLI

Digitized by Google

REVERENDISSIMO, ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO, Dn.

FRANCISCO, EPISCOPO BAMBERGENSI, ET HERBIPOLENSI, FRANCIÆ ORIENTALIS DVCI.

Domino meo clementiſſimo.

SI, clementiſsime Princeps, & vniuerſalem omnium rerum cognitionem tuam agnoſcere, & totam fidem meam tibi debitam ſpectare velis, profectò non miraberis, hanc ENCYCLOPOEDIAM, *quæ vniuerſitatem denotat, tuo inprimis nomini inſcriptam eſſe, & patrocinium illius, cuius ipſa eſt, poſcere; Illam tibi etſi ob modeſtiam refraganti, nemo denegat: hanc vero me vbiq; profiteri, & de ea gloriari, tu ipſe ſcis.*

Digitized by Google

Itaque, quod jam ante tuum eſt, ſerenis oculis accipe, & benignis manibus protege: & in plurimos annos optime vale: illud te magnopere rogat, hoc enixè precatur DEVM cliens tuus

Herbipoli Kal. Mart.
Anno Chriſtianæ
æræ 1640.

deuotiſſimus

IOANNES PHILIPPVS à VORBVRG, Præp.

ORA-

ORATIO
P. GALLVCII SABINI
habita Romæ.
De Encyclopædia, ſiue de multiplici doctrinarum ſtudio contrahendo.

ANnus planè tertius ac decimus eſt Cardinalis Ampliſſime, Viri perilluſtres, Religioſiſſimi PP. Auditores Ornatiſſimi, cum è ſolemni literaturæ noſtræ tyrocinio ad dicendi tradendam artem ingreſſurus adoleſcentior, multa ex hoc ipſo loco, de rerum naturalium, diuinarumque ſcientia diſſerui, multa in eos peroraui, qui Philoſophorum damnarent otium, & eam Philoſophiæ partem, quæ ſola cognitione circumſcribitur, explodendam è Republica exiſtimarent; Hodie qui veluti ſartis, ac tectis præſtandis huius Gymnaſij Scholis, & juvenum induſtriæ reparandæ à Majoribus noſtris inſtitutus eſt dies, hic iterum & veſtris in me ſtudiis, quorum in vultu ſignificationes video, & Moderatorum meorum allegatus imperio, ſtatui nonnullorum, vel inſatiabili doctrinæ cupiditati, vel audaciæ obviam ire: qui vt in cæteris humanæ vitæ rebus inueniant finem, in pulcherrimis ingeniorum tractandis artibus modum omnino nullum habendum putant: ſic prorſus vt perexiguam ijs polliceantur è laboribus animi gloriam, qui non æquè omnia genera liberalium diſciplinarum adipiſcantur; Nam quia fieri vix poſſe video, vt humanus animus tam varijs, tamque diſtractis inter ſe ſtudiis quibuſdam quaſi fluctibus huc illuc impulſus, vllam veræ ſolidæque doctrinæ laudem attingat, illud à me demonſtrari debere intelligo, plus ad nominis famam, gloriamque parandam, in aliqua è multis certa, præcipuaque rerum cognitione poſitum eſſe præſidij, quam in omnibus opera tumultuaria, incertoque labore perſequendis. Quod antequam facere inſtituo, neceſſe habeo, nonnulla pro me dicere: cauſæque aditus obtrectatoribus, ſi qui ſunt, apertos, & peruios occupare: ne, qui diſciplinarum omnium ſocietatem, & in aliis cum admiratione ſuſpicio, & in me non ſine dolore requiro, videar hodierna die, vel parum intelligere, quid ſit in illa doctrinarum coniunctione laudis, & gloriæ. vel idiotarum more contemnere, quiquid ego propter imbecillitatem ingenij conſequi non potuerim. Nullus antiquorum eſt, qui ſcientiam illam, & eruditionem è liberalibus conflatam omnibus diſciplinis non ſummopere commendet, & ſapientiæ candidatis in trito literarum campo conſectandam eſſe non putet: ſed non vna omnium eſt huius doctrinæ conſtituendæ ratio, non ea-

Digitized by Google

dem de omnium liberalium artium partitione ſententia; Alexandrinus Ille Clemens eruditiſſimus in paucis, atque doctiſſimus, eas tantummodo priſcos aliquos, eosque magnos, & ſapientes viros artes liberales appellaſſe confirmat, in quibus quædam eſſet ad Philoſophiam, adeoque ad virtutem veluti proluſio, & via. Ex eorum quippe decretis diſerte pronuntiat, virtutis præmia quædam eſſe, omnes omninò liberales diſciplinas, perinde ac ſi dicat, quemadmodum magnæ, peramplæque fabulæ, longiores, ampliores que prologos habent, ſic virtutem, & eam, quæ de moribus agit, Philoſophiam, quia ſumma, & maxima eſt, artium liberalium omnium præmunimenta? quaſi protaſes & perioclas poſtulare. Septem enim illi faciebant apparentes, & quaſi præcurſorias ſapientiæ diſciplinas: tres, quæ ſermoni moderarentur, & ei, qua beſtiis antecellimus orationi: Grammaticam, Eloquentiam, Dialecticam, quatuor, quæ rerum aliarum numerum conſectarentur & vim; Geometriam, Arithmeticam, Muſicam, Aſtrologiam. Has inquam artes & facultates (quia noſtra rudimenta, non opera ſunt) ſubſeruientes vocauerunt, ac præparantes: & quia liberis tantummodo tradi poterant atq; ingenuis adoleſcentibus, liberales eſſe, ac dici voluerunt. Quare Vitruuius in Commentarijs illis, quos de Architectura poſterorum memoriæ tradidit, parentibus ſuis, non modo gratias egit, ſed aras etiam poſuit ac ſacra decreuit, quod ſe jam inde à puero liberalibus imbuiſſent artibus, quarum beneficio præmunitus architectandi ſcientiam addiſcere potuiſſet. Sed egere cum liberalibus diſciplinis alij liberalius, qui non eas tantũ, in quibus ille præparatus, atq; anteceſſio ad ſapientiam eſſet, verum etiam ſapientiam ipſam, & ſapientiæ partes, in quibus eſt meta quædam ſuperiorum, & quies, habendas, dicendasq; putarunt liberales. Nam & Galenus Juriſprudentiam ac Medicinam, quarum illæ ſunt Adminiſtræ, in liberalibus collocat, & Poſſidonius Panætij diſcipulus, cum omnes Philoſophiæ formas, tum eam potiſſimum, cuius cura morum emendatio, & Virtus animi eſt, liberaliſſimam nominat. Placuit his de liberalibus artibus ita prolixè decernere; quia non ea gratia liberales dictas exiſtimant, quod earum vſu & cognitione ſeruis interdiceretur, ſed quod ijs inſtituti mortales, vitiorum liberarentur mancipio & veram legitimamque manumiſſionem quodammodo nanciſcerentur. Nos vtroſque ſequamur auctores ſapientiæ Auditores, nec dubitemus, non modo ſuperiores eas artes, poſterioresque ſimul liberales dicere, ſed Principem etiam illam Chriſtianorum propriam Theologiam; qua nec quicquam fieri poteſt homine libero dignius, nec juuentuti aliquid ad animum noſtrum à vitiorum ſeruitio vindicandum accommodatius. Ita profecto fiet orbiculata illa diſciplinarum ſeries, & veluti quidam ſcientiæ ductus, ex multis aptus, atque conſertus: fiet Circulus, orbiſque doctrinæ coagmentatus ex omnibus: fiet tam multiplicis eruditionis tanta, & tam ampla conjunctio, vt eam haud dubiè ſuperatura ſit, quam Græci dicebant Encyclopædiam; Quibus ita conſtitutis, illud hoc orationis ingreſſu, antequam penitus in cauſam intro, magna voce denuncio, planeque profiteor, nihil optabilius homini, nihil honeſtius, aut vtilius eſſe poſſe, quam vniuerſum illud informare quaſi doctrinæ corpus ex omni diſciplinarum varie-

Digitized by Google

varietate compoſitum,& totius eruditionis abſolutiſſimo Circulo vincire, atque inſtruere animum: quo magis gloriari par eſt magis, quam torquibus illis, ac monilibus aureis, quæ vel mollium hominum ornamenta ſunt, vel Imperatorum exhibita militari fortitudini, ac fidei donatiua. Immo vero nullam eſſe putauerim tantam auri, gemmarumque pulchritudinem, nullum torquium tantum honorem, ac dignitatem, quæ poſſit cum hoc plicatili, atque in omnem partem flexibili diſciplinarum Circulo comparari. Fuerunt qui perſimilem è virtutibus etiam componerent orbem: ſic inquam, vt non tam variæ ijs eſſe viderentur, ac multæ, quam vna virtus ex omnibus, tanquam annulis innexa catena, margaritis, ac gemmis diſtincta clariſſimis: quarum ſpecie mirificè ornaretur humanus animus, & diuina propemodum luce in ipſa Corporis mortali concretione perfunderetur; Vt enim ex humoribus, neque nimis acribus, & extenuatis, neque nimis concretis, atque terrenis, ſed ex auctoris præſcripto compoſitis, & naturæ congruenter attemperatis exiſtit in humano corpore valetudo quædam integra, ex valetudine pulchritudo; ſic è virtutum omnium complexione partium quædam efficitur in animo conuenientia, ex conuenientia dignitas, & pulchritudo tanta, vt quia parem non habet in rebus humanis, diuina dicenda concinnitas videatur. Quæ de virtutum connexarum pulchritudine ſic dicuntur, ea de diſciplinarum omnium abſoluto complexu, & comprehenſione dicta eſſe putatote: quarum venuſtas, & pulchritudo vtinam eo modo nobis occurreret, quo Vniuerſi hujus mundi facies in conſpectum venit: Videremus profecto pulchrius ipſo mundo ſpectaculum, quod nos raperet in admirationem ſui, eaque relinquere cogeret, quæ admirabilia, & magna majorum ignoratione judicamus. M. Tullius orator in Philoſophis primus, Philoſophus in Oratoribus optimus, hanc artium, & multiplicis doctrinæ conuenientiam, non pulchritudinem eſſe dixit, ſed concentum, & diſciplinarum omnium harmoniam: quo nec verius eſſe quicquam poteſt, nec ad eam, quæ manet è liberalium artium conjunctione, ſuauitatem exprimendam illuſtrius. Si enim ex interuallis illis numerorum imparibus ea vocum conſenſio, & modulatio naſcitur, quæ incredibili aurium oblectamento, ac prope lenocinio excutit hominibus è manibus gladios, permutatis canendi legibus, reddit & eoſdem, reuocat in aciem armatos: ſi tanta è ſonis illis, tam varijs pro rata portione diſtinctis ſuauitas exiſtit, ac dulcitudo, vt ſtirpes, ac ſaxa loco mouere dicatur, ferociſſimas, atque immaniſſimas belluas Cicures facere, malum ipſum Dæmonem in occupato corpore compeſcere, ac mitigare: an non etiam è variarum artium proportione inuicem ſibi reſpondentium conſenſione mirabili concordia quædam efficietur ita ſuauis, & tenera, vt multo magis commouere, ac perfundere animum voluptate debeat, quam emodulatæ illæ Muſicorum voces compleant aures? Harmoniam canentem ſuauiſſimam Mundum faciebat Pythagoras, & ſuas etiam Cœlo Syrenes dabat quæ Orbium conuerſione citatiſſima, cum acutis grauia temperantes, ſeptem emitterent varios interuallis temporum ſonos, & Phrygia, Lydia, Dorica lege callidiſſimè modularentur. Sed nolite putare Auditores eum Philoſophum

cum

Digitized by Google

cum hæc diceret, nihil de ſeptem liberalibus diſciplinis animo cogitaſſe. Sic enim decreuit nemini licere in illud cœleſtium Syrenum domicilium, vnde homines hauſtos eſſe credebat, aliquando reuerti, qui, vel Cytharæ neruis, ac muſica, vel alijs homine libero dignis in vita ſtudiis non eſſet eum concentum, & numeros imitatus, ne illæ quidem apud Homerum in medio mari Syrenes aliud agunt, cum Vlyſſem hominem ſapientiſſimum eo cantu pelliciunt, quem Latinis, at non ita ſuauibus expreſſit numeris eloquentiſſimus Orator, Poeta non optimus Cicero:

O decus Argolicum, puppim quin flectis Vlyſſes,
Auribus vt noſtros poſſis agnoſcere cantus?
Hac etenim nemo tranauit Cærula Curſu,
Quin prius adſtiterit vocum dulcedine captus:
Poſt varijs auido ſatiatus pectore Muſis:
Doctior ad patrias lapſus peruenerit oras.

Scientiam vt videtis, & doctrinam pollicentur illa maris Tyrrheni pulcherrimæ Virgines, quæ mollitiſſimè canunt, & Citharas manibus tenent, ac tibias. Quid ſignificant aliud, niſi ex tam varijs, diſtinctiſque rerum doctrinis velut ex diſſimillimarum moderatione vocum concordem effici ſonum ſuauiter ad animum accidentem? quem qui percipiat nec mortalium fremitu rerum, quaſi Nili Catadupis impediatur, quo minus exaudiat, facere non poſſit, quin ea Symphonia capiatur, & liberalibus ſtudijs tanquam Syrenum ſcopulis adhæreſcat.

Vultis aliquot enumeremus ex ijs, qui cœleſtem hanc diſciplinarum conſenſionem, concentumque probè ſe percepiſſe ſignificarunt? Neque enim omnium ita ſemper obſurduerunt aures, quin eam aliquando exaudierit mortalium aliquis harmoniam. Age vero, quo cantu, quo liberalium artium ſono captum fuiſſe dicetis Archimedem? qui defixis in terram oculis: dum formas deſcribit ardentibus ſanguine ſe ſuo artis lineamenta confundere non videt in puluere. Quo carneadem illum alienis pene jam ſenſibus vtentem, alieno corpore circumſeptum? quippe qui nullum caperet aliquando cibum, niſi quem in os alia omnia cogitanti ſuggereret conjux. Quo Pythagoram, quo Platonem, quo Democritum? qui vt eum concentum propius exaudirent, vltimas terras incredibili contentione peragrarunt. Quo Solonem ætate jam deuexa confectum, & ſenio? qui vel in ſupremo vitæ ipſius articulo, cum vix corpori Spiritus ſuperaret, vltimo aliquo eius ſymphoniæ, quemadmodum re demonſtrauit, excitatus ſono, depoſitum jam mortis victoria caput aliquantum è puluino dicitur erexiſſe, vt melius intelligeret, quid eſſet, de quo aſſidentes amici voce remiſſiore diſputarent. O diuinam concentus ſuauitatem, quæ abalienat à ſenſibus animos, abalienatos in tabernaculum corporis reuocat, vt aliquid addiſcentes etiam è vita diſcedant. Percurrite, ſi liber, hujus harmoniæ ſingulos ſonos, hoc eſt peculiares vnius cuiuſque diſciplinæ jucunditates: nihil mirum eſſe dicetis, ſi tantam ex omnibus haurirent dulcedinem ſapientiſſimi Viri, cum incredibilis quædam ſuauitas ſentiatur in ſingulis. Vt enim ab ijs ordiamur, quæ ſermonem

expo

Digitized by Google

expoliunt. quid jucundius eſſe, aut comprehendi animo poteſt, quam Orationem, habere Caſtigatam à Grammaticis, à Poetica ſuauem, elegantem, & flexanimam à Rhetorica, probabilem à Dialectica, veram ab ea, quæ Græcis eſt ἀποδεικτικὴ, latinè dici poteſt demonſtratiua. Quid illa quæ nobis grauiores aliæ diſciplinæ ſuppeditant? quanta ſunt? Jus vnicuique deſcribere, leges interpretari, virtutem, vitiorumque fines & limites noſſe, cælum, terraſque metiri, littoris arenam ad pulviſculum vſque recenſere, mare, ſidera, ſtelliferos ipſos orbes otioſè percurrere, ſtirpes rerum omnium, & cauſas penitus intelligere, mundum denique, & quicquid vniuerſitatis nomine complectimur, animo, & cogitatione geſtare?

Multas ſane cauſas eſſe comperio, cur homo diuinum animal à ſapientibus, imprimiſque à Triſmegiſto, atque ab Hebræo Philone mundus alter, aut mundus quidam anguſtior appellatus ſit. Habet enim expreſſum in capite quaſi cœlum: habet in geminis oculis duo illa pulcherrima cœli ſidera, quorum alterum noctu, alterum interdiu terras illuſtrat, habet animum, Dei ſimulacrum, ſenſibus præſidentem, aurigam, & Gubernatorem corporis propè diuinum: habet ea rerum initia, quæ vocamus Elementa in quatuor illis humoribus, quorum apta conuenientia hominis ipſa conſtitutio continetur, & vita; habet in ætate tam varia illa quadripartita tempora, quibus diſtinguitur annus, habet in concreta corporis mole terram, in ſpiritu ventos, ac tempeſtates, in venis fluvios, in arteriis, & ſemitis animæ ſubterraneos ductus, habet denique in ipſa membrorum commiſſura, in neruorum omnium vertebrarumque compage conjunctionem illam rerum omnium inexplicabilem, quas illigatas, atque implexas incredibili vinculo in hac vniverſitate ſuſpicimus. Sunt hæc quidem veræ tam amplæ ſimilitudinis notæ, faciuntque vt cum Aſtrologiæ periti ſſimo Poeta dicam.

Quid mirum noſcere mundum?
Si poſſunt homines, quibus eſt & mundus in ipſis.

Sed ſunt aliæ veriores. Non tamen enim ad corporis illam admirabilem, diuinamque ſtructuram, quam ad animi quandam immenſitatem referendam ego ſimilitudinem puto, ſicut propterea mundus contractior homo dicatur, quod illius ex omnibus conciliatæ doctrinæ, & in orbem circum currentis eruditionis beneficio mundum ipſum animo, ac mente, veluti conceptaculo claudat, atque circumferat; Nam quid homini doctrinarum omnium ſocietate communito per vium, expeditumque non ſit, aut quid ſit, quo ille peruadere animo, & cogitatione non poſſit? mare terraſq; peruagatur; Ætnam ſuperat & Caucaſum, in cœlum penetrat, Deum, cælites ipſos conuenit: diuina & à ſenſu remotiſſima velut oculis obiecta contemplatur. Quo fit, vt totidem impreſſas inuſtaſque ſpecies animo retineat, quod à varia illa multiplicique doctrina rerum accepit formas, & notiones. Recte itaque vir barbarus Euantes Perſa in libro minimè barbaro, quo Chaldæorum euoluit Theologiam, ſcriptum reliquiſſe dicitur, homini nullam eſſe propriam, & natiuam imaginem, ſed externas, atque aduentitias multas: idque trita, & planè vulgari apud ipſos

Digitized by Google

voce ſignificare Chaldæos, cum hominem variæ, multiformis, ac deſultoriæ naturæ vocant, & definiunt animal. Illud namque ſibi volunt tam magnificis verbis peregrini Philoſophi: hominem multijugis doctrinæ, ac ſapientiæ vi rerum omnium imagines, ac formas, ad ſe pertraſere quaſi Protheum, & artium complexione ſingularum ipſius mundi ſimulacrum animo ſuo imprimere, ac ſecum quodammodo res vniuerſas veluti Celetes, & deſultorios perducentem equos, ex aliis identidem in alias, ludentium in Circo, aut in acie pugnantium more raptim, & callidè tranſultare. Hæc videlicet vis aurea illa eſt apud Homerum catena, quæ cælo dimiſſa, & rebus omnibus innexa mortalium, terras, mare, ſyluas, homines, ac beſtias mouet, impellit, trahit, & quâ vocat arbitrium facilè circumducit. Hic eſt ille ſtoicorum dominatus, qui ſapientes è priuatorum numero ſeuocat, & facit illico reges. Nam qui ad rationis in animi motus imperium referunt hunc Principatum, non male illi quidem nobilem Philoſophorum vocem interpretantur: ſed tamen ego illud ſibi velle ſtoicos arbitror, cum ſolos ſapientes appellant, & conſalutant Imperatores, Orbis terrarum Imperium animi quadam vſurpatione adeptos eſſe, qui diſciplinarum illum orbem ſint conſecuti. Hanc ergo liberalium artium ego ſocietatem coniunctionemque deſpiciam, hunc omnium cæterum diſciplinarum, & nexum; in quo tanta pulchritudo eſt, tanta dignitas, quantam ipſæ mortalium rerum anguſtiæ vix capere poſſint? ex quo tam concinni accidunt ad animum numeri, & modi, vt fidium concentum omnium ſuauitate ac dulcedine ſuperent: vbi tam ampla ſita poteſtas eſt, atque auctoritas, vt qui doctrinarum hunc orbem occuparint, latius regnaturi ſint, quam olim in dominatu illo florentiſſimo dicuntur Imperaſſe Romani. O me Cæcum, atque amentem, niſi rei tantam amplitudinem in tanta luce conſpicerem.

Sed ô vos fortunatos Adoleſcentes, ſi facile in tam ampli poſſeſſionem regni venire poſſetis. Exclamare libet hoc loco, non mea ſed cunctorum ſapientium veriſſima voce, non omnibus contingere omnia, nec cuiuslibet eſſe, clauam Herculis verre, vel axem torquere humero ſtellis ardentibus aptum. Replicate præteriti memoriam temporis, ac eos percenſete numerando, quos fama verſatilis extulit ingenii, & eruditio varia nominis immortalitati conſecrauit: inuenietis aut pauciſſimos, aut neminem plane fuiſſe, qui complexionem hanc diſciplinarum omnium abſolutam, atque perfectam animo ſit, & cogitatione complexus. Antiquos ego tamen excipio, & ex ijs minime multos; qui auctores ſapientiæ primi fuerunt. Neque enim illa quorundam gloriatio placet, qui oratione parum apud ſapientes idonea, vendibili tamen apud populum, atque imperitis probali anteferre noſtra conantur antiquis. Occuparunt illi locum, Auditores, & aureo ſæculo nati ſunt, primo naturæ partu, cum vis ſeminis eſſet acerrima, & terræ benignitas tanta, vt centeſimis ſemper; & cum anatocismo reſponderet. Emaciatum videlicet eſt ſolum, quod intactum, & vix nouale tum erat. Deferbuit illa luxuriantis terræ fæcunditas, & malignitate demonſtrat, primitias fruges tandem aliquando degeneraſſe. Non tamen id ago, vt effœtam jam eſſe naturam, & magnorum Ingeniorum ſemina penitus interiiſſe creda-

Digitized by Google

credatis: ſed illud vnum contendo; non eſſe conſecutæ memoriæ ingenioſos, & doctos viros cum parentibus illis doctrinæ magiſtriſque ſapientiæ conferendos. Vt enim primis illis orbis terrarum conditi temporibus non omnes omnino homines Gigantes fuere, ſed certi quidam alijs innaſcebãtur inſana corporis ſtatura monſtroſe proceri, quorum funditus deletum eſt genus; ita Heroica illa excellentium ingeniorum ætate, non quidem omnes eandem æque perſpicacitatem habuerunt, & aciem mentis, ſed aliqui tamen ſingulari, ac diuino quodam ingenio in lucem excepti, cum ſapientia cæteris anteiſſent omnibus, de genere relicta poſteritate, deceſſerunt: quibus cum nos hoc decolorato, ac pene ferreo nati ſæculo ſi comparemur, Pigmæi quidam, aut pumiliones eſſe videamur; In omni plane doctrina, in artificiis ipſis formas illas rerum perfectas excogitauit Plato, quæ neque gignerentur, neque occiderent vnquam: ſed in diuina mente ſemper eſſent velut in viridario confitæ quædam arbuſculæ, ac plantæ, vnde ad hominum transfertentur animos, vt ad eas imitando referrent ipſi, quæ facerent, quæque meditarentur vniverſa. Ita profecto res eſt, Auditores ſed hujusmodi liberalium artium ſpecies, formaſq;, perfectas, quoniam ſub oculos, aſpectumque non cadunt; quaſi traduces ex illo viridario deſumptas certis quibuſdam hominibus in ſe viſſe videtu Deus: vt ſiminus perfectum illud, & excellens, quod in ijs fuiſſe videmus, exprimere poſſumus, eó tamen ſemper artem manumque ſtudioſſime dirigamus. An non ex eo genere fuerit Ariſtoteles, quem ſummum in omni doctrina virum, vel immenſæ ſubtilitatis Philoſophum, quem potiſſimum, quem acutiſſimum quem aureum, quem naturæ prodigium nominant veteres? quid multis? Auerrorem audiamus, ejus, non tanquam hominis, ſed quaſi Dei cujuſdam ad homines delapſi laudes, non oratorio dicendi contexentem genere, ſed Orgijs prope commotum, atque Phanaticum Thyaſorum numeris, & Dithyrambo decantantem, Quem virum, inquit, aut Heroa cum Ariſtotele conferamus, quem Deum? cujus ingenio cum tres expoſitæ doctrinæ ſint, Logica, quæ diſſerendi rationem tradit, naturalis Philoſophia, quæ complectitur vniverſitatem, & ea, quæ corporata, atque aſpectabilia omnia prætergreſſa, retruſa penitus ac diuina contemplatur, nullus tamen vnquam in illis monumentis tanto ſæculorum ſpatio ab acutiſſimis viris, qui ea dies, noctesque per volutarunt, deprehenſus eſt error. Id vero non ingenij tantum ſingularis eſt, ſed cujuſdam prope diuinitatis. Hominis eſt aliquando decipi, labi, errare; ſed tamen ea peccantis naturæ lege non tenetur Ariſtoteles, quicquid docet, quoniam is vnus communes præterve ctus eſt limites, oraculum eſt. Hic nimirum videtur, humanæ finis intelligentiæ, hic abſolutio poſtrema naturæ, hic vmbilicus: nec habet vltra quo progrediatur ingenium, hic ſummo Dei conſilio mortalibus eſt expoſitus ad intuendum, vt eo duce, ac magiſtro ſcirent, quicquid humanus animus aſſequi cogitatione poteſt. Quid plenius, quid magnificentius, quid glorioſius proferri, non dicam â Philoſopho, ſed ne à Poetis quidem potuit, quorum nomini quædam amplior eſt in eo genere permiſſa licentia? Et tamen in hoc ipſo, quem humanum ſupra faſtigium per contentionem extollunt, ſi

quæramus illum artium orbem, & doctrinæ comprehenſionem abſolutiſſimam, erunt, quæ poſſint, ac debeant doctiores deſiderare? Nihil hic ego dico de Tertulliano, de Irenæo, de Sidonio Apollinari, qui verboſiorem, & quam par ſit, ſubtiliorem, obſcurioremque in Ariſtotele reprehendunt orationem. De Attico apud Euſebium dico, de Lactantio, de Gregorio Nazianzeno, qui omnium prudentiſſime nævos in tanto Philoſopho deprehenderunt. Damnant enim, atq; improbant hominem minus à naturalibus aſſurgentem, in humilibus, ac terrenis hærentem ſemper, in humanis diſertum, hebetem in diuinis.

Plato fortaſſe nullis reprehenſorum obeliſcis confodietur, habet enim is, quia de diuinis etiam auſus eſt dicere, præcones magis validos, & bene vocales. Hunc videlicet Numenius Moyſem vocat Atticè differentem, Hunc Auguſtinus Labeonis ſententiam, qui eum inter ſemideos collocarat, minus tam claro Philoſopho, & diuina copioſè pertractanti congruentem ratus, Dijs ipſis anteferre non dubitat. Sed ſunt tamen in hoc etiam, quæ requirant. Quemadmodum enim Ariſtoteli rerum diuinarum cognitionem, & doctrinam de eſſe vident, ſic in Platone naturalis Philoſophiæ perfecta ſtudia non inueniunt. Quod ſi maculas in his quoq; duobus Philoſophiæ luminibus internoſcimus aliquas, quæ nonnullam in eo diſciplinæ eum orbe perfecto contaminant partem, quas in alijs offendemus lacunas, quibus tantum ingenium, omnium artium comprehenſioni par, ipſa natura non dedit?

Empedocles, quem Ariſtoteles auctorem, ac parentem Rhetoricæ facit, dicendi facultatem ita tenuiſſe fertur, vt eo nullus haberetur eloquentior: ita Poeticam, vt nemo jucundior: ita Phyſicam, & naturalem Magiam, vt ventos, cum vellet, excitaret ſalubres, peſtilentes depelleret: ita callidè muſicam, ut ſcelus anhelantes, & ſtrictis incurrentes in hoſtem gladiis juvenes fidibus auerteret, & vocis ſuauitate reprehenſos ad manſuetudinem reuocaret à cæde. Hujus diſcipulus Gorgias Leontinus variam Præceptoris diſciplinam ſic hauſerat, vt ſubitam illam improuiſamque dicendi rationem, quæ conſecutis temporibus appellata eſt, à dicendi magiſtris extemporalitas, inſtituiſſe dicatur, ac primus fuiſſe, qui poſcere in conuentu doctiſſimorum hominum auderet, qua quiſque de re vellet audire; de omnibus enim, quæ caderent in quæſtionem, copioſiſſimé ſe dicturum eſſe repente, ac de improuiſo profitebatur. Fuerunt his ſimiles alij quoque Philoſophi, Carneades in primis, Diogenes, & Critolaus Athenienſis, qui olim auditi ſunt in Romano ſenatu, & quod admirabilius ſit, fuere ſummi Græcorum Imperatores, in quibus Epaminondas ille principatum habet, qui ob inuictum animi, corporiſque robur in belli periculis, ſtatuam in medio foro ferream à Ciuibus eſt conſecutus. Tantus enim militiæ Dux, & Muſica, & omnibus Philoſophiæ partibus ita fuerat eruditus, vt quantum in acie cum ſummis Imperatoribus de bellica laude, tantum in exedris cum primis Philoſophis de doctrinæ magnitudine, ac dignitate contenderet. Fuerunt hi inquam literis inſigniti variis, ac diſciplinis: ſi tamen eæ quantumuis multæ, ac magnæ cum omnibus conferantur, quæ circulum illum doctrinæ conficiunt, haud ſcio, plures ne deſideraturi ſimus, an in eruditione tam varia numeraturi.

Ad

Digitized by Google

Ad Latinos veniamus, quorum videtur aciem ducere M. Varro vir vt ait ille omnium acutiſſimus, & ſine vlla dubitatione doctiſſimus, qui tam multa legit, vt ſcribendis libris aliquid temporis ei ſuperfuiſſe miremur, tam multa ſcripſit, vt ea vix quemquam legere potuiſſe credamus. In hoc tamen, idem qui eum ex Terentiano tantopere commendat, Eloquentiam deſiderat Auguſtinus. Sequitur Portius Cato, cujus eſt apud Romanæ principem hiſtoriæ admirabile quoddam, ac inſigne præconium. Huic enim ingenium ita pariter ad omnia verſatile fuiſſe commemorat, vt natus ad id vnum videretur, quodcunque faceret. In bello manu fortiſſimus, idem ſummus Imperator, idem in pace, ſi jus conſuleres, peritiſſimus ſi cauſa oranda eſſet, eloquentiſſimus. Videtis quam paucas in ingenio verſatili è liberalibus illis inueniat ingenij facultates, vix laudare Juriſprudentiam poteſt, & Eloquentiam. Vbi tripartita Philoſophiæ ratio? vbi cæli, ſiderum, numerorum, rerum ipſa diuinarum cognitio, ſine quibus ea, quam quærimus ex omnibus, coaleſcere doctrina non poteſt?

Julius Cæſar omnibus opportunus, atque accommodatus ingenuis artibus, vix vllam, quam non attingeret, prætermiſit, Et tamen dici potius à nobis poterit, quod armatorum millia ejus inflammarit oratio quam quot aliarum rerum ſcientia clamores fecerit. Nemo nactus ingenium eſt ad omnem doctrinæ rationem, & partem habilius ipſo M. Tull. Cicerone, qui tamen, niſi nobilitatus eſſet eloquentia, vix haberet cur in cæteris magnoperè gloriaretur, vt intelligas, etiam eos, qui natura facti putabantur ad omnia, quia videbant fieri non poſſe, vt omnia conſequerentur, multa de induſtria prætériiſſe; Vnus in latinis eſt Plinius, qui non modo ad Græcorum natus Encyclopædiam, ſed jam Encyclopædiam ipſam tenere videbatur. Nam vt de hominis taceam monumentis, quorum tantummodo ſeries, & nomina ex infelici naufragio enatauerunt ad nos; Vnus ille naturalis hiſtoriæ Cõmentarius, opere tam ſpiſſo, tam varius, quam ipſa natura, plane demonſtrat, quantam è ſæculorum omnium memoria, quantam è cælo, quantam è terris ac mari, quantam ex vniuerſis propè doctrinis hauſiſſet cognitionem. Et tamen inuenti ſunt ad extremum, qui ampliorem in eo Græcæ linguæ requirerent eruditionem: inuenti ſunt, qui cæterarum examinandis rerum ponderibus nullum reprehendendi finem inueniant.

Veterum ſane Patrum aliqui, ac inter Græcos quidem Origenes, & Clemens Alexandrinus: in Latinis autem Hieronymus, atque Auguſtinus, quos Chriſtiana Reſp. religionis auctores, ac magiſtros habuit, videntur ex encyclicis illis diſciplinis omnium minimè multas deſideraſſe: ſed quia nonnullarum exercitationem ſua voluntate contempſerunt, factum eſt, vt illas eorum litteris conſignatas non videamus, quas ipſi callidiſſimè informatas in animo fortaſſe retinebant. Reſtant poſtremi: quos vel noſtra, vel paulo ſuperior ætas ingenio, & multis artibus claros poſteritatis memoriæ commendauit, è quorum numero Picus Mirandula, qui propter vnicum illud ingenium vulgo dictus eſt Phænix, incurrit in oculos omnium primus.

Quam enim ille ſcientiam non dico neglexit, ſed non omnibus aptam aſſecu-

Digitized by Google

tus eſt partibus? quarum gentium peregrinatum ille non didicit litteras,& expoliuit? Quam antiquorum remotiorem doctrinam,deſertam jam, & ab hominum exulantem memoria non reſtituit,ac veluti poſtliminio reuocauit? Denique trium circiter annorum, & triginta perbreui, quo vixit tempore,ad tam incredibilis ſapientiæ famam euectus eſt,vt in magiæ ſuſpicionem facilè venerit: cuius eum vi criminosè jactabant aduerſarij ſubito illam arripuiſſe rerum cognitionem, quæ major humana videbatur. Sed hunc ipſum exiſtimatisne vos torquem illum, & monile diſciplinarum,annulis complicatum,& conſertum omnibus fuiſſe promeritum? ſunt qui non modo in eo requirant aliquas,ſed in ſingulis etiam illis,quarum attigit fines,ſentiant acerbitatem ingenij,& herbeſcentem ſine fruge viriditatem. Ego eloquentiam,elegantem certè,ac expolitam orationem,quæ Rhetoricæ munus eſt propriùm, in homine non intueor. Eadem prope memoria inter multos natalibus, & genere claros viros,qui ſe litteris nauiter imbuendos tradiderunt; Matthæus Aquauiuius Hadrianorum Regulus inſigniter, & egregie floruit: cuius ſapientiæ ſingularis commemoratio claudet hanc Orationis partē, quæ longius producta,finem jam prope conuitio poſtulabat. Is inquam eruditione varia, ſcientiaque jam parta multiplici, cum intelligeret tamen,adhuc animum ſuum habere quod diſceret, libellum in publicum dedit,quem inſcripſit Encyclopædiam: vt eius in orbem circumcunctis doctrinæ velut in tabula pulchritudinem,oſtenderet,quam omnino in ſe atque ad vivum exprimere non potuiſſet.

Cum ergo ex infinita ingenioſorum hominum multitudine, tam pauci ſint, in quibus vix vmbram, & poſtremum quaſi veſtigium eius eruditionis, quæ omnium conſpiratione perficitur,intueri poſſumus, dubitabimusne, vtrum illi omnium ſapientiſſimè conſulant gloriæ ſuæ, qui ſingulis exploratis,& quātum Communis quædam doctrinæ conſenſio poſtular, delibatis certum aliquod eximium habent, & ſepoſitum ſibi volunt ſcientiæ genus,quod diligenter, & ſumma cum animi conſtantia perſequantur? Cadit enim in omnes ea Vitruuij non reprehenſio ſolum, ſed irriſio, qua Pythium illum Architectum antiquiſſimum petiit. Scriptum quippe reliquerat is,nullum Architectum eſſe probabilem, qui non in omnibus artibus,ac doctrinis plus facere poſſit,quam qui exercitatione peculiari, atque induſtria,ad ſummam claritatem ſingulas perduxerunt, nec intelligebat Architectum eum quidem eſſe debere,qui neque Grammaticæ,neque Muſicæ, neque picturæ,neque Plaſticæ, neq; adeo Medicinæ,aut aliarū artium ſit imperitus: ſed non tamen eum, qui vincat Ariſtarchum Grammatica,Muſicis Ariſtoxenum,Apellem artificio pingendi,Plaſtica Myronem,aut Polycletum,Hippocratem medicina: perſtringit,inquam, hæc illuſio,non Pythium modo, ſed etiam cæteros, qui velint omnes omnibus rebus excellere: nec videant è duobus illis opere,ac ratiocinatione,quibus vniuerſæ componuntur artes,opus quidem eorum eſſe proprium, qui exercentur in ſingulis, ſed ratiocinationem communicari quoque cum iis, qui aliis omnia profitentur.

Neque vero pertineſcendum eſt,ne ſic in doctorum hominum reprehenſionem incur-

Digitized by Google

incurramus, quemadmodum ille Neoptolemus apud Næuium, cui paucis Philoſophari placebat, omninò non placebat, Philoſophiam enim ille, non rerum commentationem, ſed honeſtam, & Philoſophiæ congruentem vitæ rationem intelligebat. Quem, quia ſemper, atq; omnino ſequi oportet, merito reprehenditur is, qui Philoſophiæ, virtutisq; præcepta etiam ad tempus deſerere vellet. Sed nunquam accuſabitur à ſapientibus is, qui quoniam videt anguſtiis ſuis doctrinarum amplitudinem omnium capi non poſſe, cæteris ſapientiæ ſtudiis non tamen neglectis, quam permiſſis ingenioſioribus viris certam, in qua ſe nauiter exerceat, deligit diſciplinam, adeoq; prudenter, & cum temperantia Philoſophatur. Eſt profecto, eſt hujus etiam deliberationis emporium illud Pytharogæ, variis mercibus, & ijs propemodum innumerabilibus inſtructum, cum quo mortalium, vitàm ſapientiſſimè comparabat. Quas enim ille merces intelligebat, niſi liberales artes, quæ tanquam in mercatu quodam explicatæ ijs, qui pulcherrimam litterarum negociationem aggredi volunt, venales, non quidem pretio, ſed labore proponuntur? Quemadmodum ergo mercatorum nullus, niſi plane deſipiat, omnes omnino res è mercatu coemerit, quas propoſitas videt, ſed eas tantummodo, quas ſuæ tum in numerato, tum in nominibus pecuniæ reſpondere intelligit. ſic nemo ſanus omnibus adiunget animum doctrinis, quas in inſtructiſſimo litterarum videt emporio; ſed ijs tantum, quas ingenij ſui facultatibus, & fortunis conſentaneas norit, quaſq; ſperat in animo tanquam in ſplendida domo liberaliter, & magnificè ſe retenturum. Non enim tanta mercium varietas eſt, quanta liberalium diſciplinarum: Non tanta corporum, quanta diſſimilitudo eſt animorum: non tam varius eſt in mercatorum ordine rei numerariæ gradus, ac cenſus quam varia ſunt in hominum ingeniis inexhauſta natura doctrinæ præſidia.

Cuius rei permultum oppidò gnarus Plato, in ea, quam animo comprehendit, oculis non vidit Rep. magiſtratum cæteris præſtandem omnibus facit: cuius ſit, explorare juvenum ingenia diligenter, & præcauere, ne cæco ferantur, impetu ad eas artes, à quarum poſſeſſione Muſæ illos prohibent, & Gratiæ; vtinam ea lex, non eius tantum eſſet Ciuitatis, quæ ſola cogitatione deſcribitur; ſed earum omnium, in quibus homini viuendum eſt, non eos in agris, aut in caſtris, eſſe videremus, qui ſapientium volumina ſcrutari deberent in vmbra; nec in literarum exercitatione confici, quos Venalitiorum tabernæ, quos Agricolarum, & militiæ labor inductione naturæ vocabunt ad ſe, Vtinam inquam inita jam, & longe promota hominum ſtudia ad eum Platonis Magiſtratum recognoſcenda deducerentur, non vnus, mihi credite inueniretur in triuiis, aut in agris Demades: quem accepimus ex remige, ac piſcatore, ſtudio repente mutato, tam magnum Oratorem extitiſſe, vt gloriam Demoſtheni præriperet, & major haberetur à Theophraſto, quam vt eius dignitatem Athenienſium Ciuitas, & Reſp. caperet, Nihil eſt neceſſe Veterum monumenta retexere, nos ipſi permultos hac ætate vidimus ex acie, atque ex armorum puluere in Muſarum hyberna receptos ad nominis celebritatem facile perueniſſe. Quod ſi repeliuntur in militum arena, repeliuntur in paſcuis ij, quorum ingenia literis debeantur, multò perfe-

Digitized by Google

perfectò plures in certo aliquo literarum ſtudio inuenientur inglorij, qui ſi aliud ſuo magis accommodum ingenio deligerent, prodituri eſſent in viuentium lucem, & poſteros in admirationem ſui conuocaturi. Quem è medicinæ labore Iulius ille Scaliger, quem Hieronymus Fracaſtorius, quem Paulus Iouius fructum gloriæ capere potuiſſent, niſi receptum in tempore ad politiores literas conquiſiſſent, ac Muſas? Quam in Poetica laudem Baptiſta Mantuanus non inueniſſet, niſi bonam indolem variis diſtractam literis inaniter occupaſſet? Non enim dubitandum eſt, quin ad nominis æternitatem aliquam ſibi fuiſſet expediturus viam, ſi certa contentus gloria, incertam, & ex alienis petitam fontibus contemptione prudentiſſima neglexiſſet. Sed quia æquè magnus in omnibus videri voluit, cæteris in rebus obſcuritatem habet, in excolendis Muſis remiſſa diligentia, vnum illum Poeticæ fructum ingratiſſimum cepit, vt marmore cælatus à Ciuibus ſuis, prope Virgilium, deterrima, ne dicam ridenda comparatione poneretur. Illud igitur in hoc orationis exitu teneamus, & pronunciatum Apollinis eſſe velimus Auditores, nec ex obuio quoque ligno fingi poſſe Mercurium, nec omnem ferre omnia terram. Quare iniquitatis erit, atque audaciæ non ferendæ, fruges illas à ſolo requirere, quarum ſemina non comprehendit. Incredibilem naturæ facit injuriam, qui plus ab ingenio poſtulat, quam ferre poſſit: pugnat, vt dixit ille, Gigantum more cum Dijs, qui Diſciplinarum omnium chorum è ſapientiæ cœlo conuellere, atque ad ſe pertrahere conatur. Quin noſtram ipſorum mediocritatem, quin pectoris anguſtias cum ſeniore illo Democrate profitemur? qui cum arcem aſcendiſſet, & Vrbem, ex edito loco deſpiciens anhelaret, itentidem, ac ſubinde ſpiritum duceret, facere ſe cauſam rogantibus dixit, quod ab Athenienſium vniuerſa Ciuitate videret fieri: quippe quæ ſpiraret ingentia, pauca conficeret; Nihil poſſet in eos dici ſapientius, qui liberalibus quidem artibus inhiant omnibus, ſed vix vnam, aut alteram mediocriter aſſequuntur. Vel ipſæ, quæ publicè ſunt excitatæ in Ciuitatibus Academiæ plane declarant, neminem vnum ſatis eſſe doctrinis omnibus vel percipiendis, vel tradendis, atque aliorum intelligentiæ committendis. Quorſum enim tam varios præceptores auditis, nec ab vno diſcitis omnia? quorſum illi, quamquam altiſſimo ſunt ingenio, vnam tantummodo profitentur artem, cæteras ne attingunt quidem? niſi vt intelligamus, coagmentatam illam ex omnibus. & in orbem conuolutam doctrinæ rationem in hominum quidem cætibus eſſe poſſe, in certis & ſingularibus hominibus eſſe non poſſe? Nemo ad hoc vſque tempus locum hunc ad dicendum aſcendit, quin Gregorium illum Pont. Max. neceſſe habuerit aliquo laudis inſigni genere perhibere. Sic enim Oratoris cogitationem occupant eius præclara conſilia, quemadmodum incurrit in oculos hæc ædificatio Regijs excitata ſumptibus, & cum Magiſtris expoſitæ litterarum omnium officinæ; Cogor etiam ego hunc actum agere, ſed breuiſſime faciam; Quid autem? multa præuidit vir Conſultiſſimus, cum hæc impendio præſtitit multa: quæ me tacente loquitur index, & Epigramma huc ingredientibus in ipſa fronte propoſitum. Sed ſi me tamen argumentum euoluere, ac interpretis hodie partes ſuſcipere jubetis, id conſti-

conſtituendis,& deſignandis tam variis liberalium artium ſedibus in vno Gymnaſio ſecutum eſſe dixerim optimum illum publicæ felicitatis cuſtodem; vt quoniam nulla debet in beata Ciuitate liberalis doctrina deſiderari, eſſet in Vrbe Roma, atque adeò in Chriſtiana Rep. illa diſciplinarum ſocietas,& conjunctio, quæ in ſingulis hominibus eſſe non poteſt. Veſtrum eſt, Adoleſcentes, liberaliſſimi parentis reſpondere beneuolentiæ,& quas habetis in manibus ardentiſſimè perſequendis artibus, pro virili parte Symbolum,& quaſi collectam afferre, quæ cæteris adiuncta coagmentet, abſoluatque numeris ſuis auguſtiſſimum illud doctrinarum omnium in Ciuitate Concilium. Quæ, vt ex animi Veſtri ſententia, vt ex huius auctoris Collegij voto tandem aliquando ſuccedant, illud inprimis, efficite, vt liberum habeat in vobis hoſpitium ſapientia. Cui, niſi ſupervacanea, & inimica tollantur omnia, ô fruſtra ſuſceptos à nobis qui diſcitis, ô deploratos labores: ô vigilias à nobis qui docemus ſine vlla ſpe frugis in veſtra ipſorum inſtitutione collocatos.

AD LECTOREM.

EX hac oratione facilè intelligis lector, me haud ignarum nomen hoc, quod tibi ſuperbum fortaſſis videtur, ſumpſiſſe, imò credidiſſe, quod P. Gallucius de vniuerſis ſcientijs cenſet, id de ſingulis, Iuriſprudentia maximè, propter infinitos humanis in rebus caſus, iudicandum eſſe; quares ergo, cur eo, de quo ipſe deſperaſti & te, & lectorem vellicas? ego vero rogo, ne mihi, veluti temerario ſuccenſeas; ſed hanc operam cum Tuſco idem ſi non nominis, ſaltem rei profeſſo, aſt lectorem diſtrahente magis, quam erudiente, cum Toloſano vniuerſi Iuris Syntagma promittente, alijſque ſimilia iactantibus conferas; & viſis in ea tot rebus, quæ in illis deſunt, iudices, hanc Encyclopædia nomine haud omninò indignam eſſe, non quod reuera talis ſit, ſed quod cum diſputationibus voluminum Baſilienſium coniuncta, tam inſignem tituli prærogatiuam affectare, & auferre conata ſit. Poſtremò quicquid vel dicaces, vel maleuoli obijcere poſſint, non admodum crucior de nomine, modo res tibi vſui ſint, quod vnicus fuit ſcopus meus, & quod cæteris neglectis ſpectare amici me iuſſerunt; alterius ſtudij ſuſpitionem facilè hinc delaturum me, quod editionem tam diu diſtuliſſem: rebus igitur, mi lector, vtere, fruere ad animi tui vel eruditionem, vel voluptatem: nec dubito, vti mihi ſine vllo præceptore ad aliquam Iuris cognitionem aſpiranti vtiles fuerunt, ita tibi ſiue vna ſiue altera de cauſa haud ingratas fore. Vt autem hinc, ſi lubet ad ipſas diſputationes faciliùs recurrere poſſis, operæpretium

*** *facies,*

facies, ſi diſputationes, vti ordine ſunt, ita numeris ſuis primam numero primo, ſecundam ſecundo, & reliquas ſequentibus ſignaueris, quemadmodum à me quoque hic notatæ ſunt. Deinde primi, & ſecundi voluminis non primam editionem, anno ni fallor 1612. ſed alteram 1618. vulgatam, in qua propter diſputationem vnam inter priores inſertam, & aliam ordine variatam omnia, quanquam iam abſoluta, magno tamen cum labore meo corrigi, & ad ſecundam editionem accommodari debuerunt, tibi pares, etſi credam duo prima editionis prima volumina vix amplius extare; cætera quæ ſequuntur vnius editionis ſunt, vt alia niſi iſta, me in quarto volumine ex diſputatione de Iure Imperij Germanici &c. & ſequente de Iure & Priuilegio Scholarum, &c. vnam, & num. 19. & vol. 5. ex diſp. de Comitibus & Baronibus Imperij, &c. & ſequente de ordine equeſtri vnam, & num. 25. & ex diſp. de Iure & Imperio Imperialium Ciuitatum &c. & ſequente de Iure Imperialium Ciuitatum in immutanda religione, &c. vnam & num. 26. feciſſe, & à te lectore ad tollendam confuſionē ita ſignandas, aut, vbi expedire te non poſſes, litteras ſequendas eſſe, monitione nec egeant, nec lectori difficile ſit, quoſdā forſan næuos ſuopte ingenio ſupplere, nec etiam moleſtè feret, ſi quædam et forſan diſplicent. Cum enim à variarum religionum Candidatis diſputata ſint, fieri non potuit, quin data occaſione ſuæ quiuis blandiri voluerit, exempli gratia in littera E. hanc theſin, quod Eccleſiaſtici Principes Imperium exhauſerint, conſtat ad inuidiam huius ordinis ſcriptam eſſe; valdè enim erroneum videtur, eos qui minus poſſident, omiſſis his, qui plura habent, carpere.

Ex ſecularibus Principibus alij ſine prouocatione iudicant, alij infracta ſolum pacis cauſa Cameram agnoſcunt, alij Comitia non accedunt, alij Comites, Barones, & Nobiles creant, Poſtremò quidam omnia faciunt, quæ Cæſar. Itaque ſi vlli Principum Imperium exhauſerunt, certè non Eccleſiaſtici, qui minoribus multò priuilegijs gaudent, ſed ſeculares. At quia omnes hodiernam Imperii faciem & compagem conſtituunt, de neutris id aſſerendum. Quædam etiam fortaſſis, quæ de ſummo Pontifice, de pace Religionis, & tractatu Paſſauienſi, & ſimilibus rebus habentur, aliqui auerſabuntur. Non multum refert, modo credant, me ſicut Candidati attulerant, ponere aliter non potuiſſe, & plerumque alterâ quoque ſententia additur, vt lectori liberum ſit, quam velit, ſeligere. Si tamen his non acquieſcit, ei forſan Patris Pauli Laymanni ſequens cenſura magis ſatisfaciet: quando in Repertorio Theologiæ Moralis ſub verbo libri *Pag. 198. atque in ipſo opere lib. 2. tract. 1. cap. 15. num. 4. ait-*

Quod Hæreticorum libri Hiſtorici, Poetici, Iuridici, Medici, & ſi obi-

Digitized by Google

ſi obiter Hæreſin admixtam habeant his regionibus non prohibeantur &c. Multos enim frequenter prodire, Hæreticorum libros Iuridicos, Medicos, Hiſtoricos, quibus plerumque reperias, vnam vel plures Hæreſes obiter admixtas, & tamen, paſſim in Catholicorum Bibliothecis aſſeruari atque legi -

Quæ ſatis indicant, hominem Germanum, vel alium quemuis Reip. Germ. ſtatum ſcire cupientem, ab huiuſmodi libris abſtinere non poſſe, & quia idem Author ſub verbo Ius Canon. pag. 151. & in opere lib. 1. tract. 4. cap. 8. num. 9. his verbis -

Mira eſt conſpiratio inter Ius Ciuile, atque Canonicum, & multa Summorum Pontificum decreta ex Ciuil. legib. penè ad verbum deſumpta ſunt, &c. Quamobrem nemo ſe Canoniſtam, vel Caſiſtam ritè profiteri poteſt, niſi Ciuilium etiam Legum cognitionem habeat, Præſertim cum Leges Ciuiles, ſi juſtæ ſint in conſcientia quoque obligent, &c. Vnde etiam Religioſis prohibitum non eſt, ſed potius Commendatum intra Clauſtrum leges Ciuiles inſpicere, eorumque intellectum addiſcere, &c.

Iuris ciuilis dignitatem aſſerit, exiſtimo planè & Theologos, & Caſiſtas viſuros, hanc Opellam nec ſibi inutilem futuram.

Cæterum quàm in hoc opere ſollicitus fuerim, oſtendunt omnium diſputationum tabula in ordinem, & regula Iuris à fratre in metrum redactæ, & errores à me indicati, ſicuti Lector ſequentibus paginis reperies. Tu modo vale, & fruere, Illud tamen ad vitandam confuſionem animaduerte, primum diſputationum Collectorem Genathium folia non numeris, ſed alphabeti literis, aut vna, aut pluribus diſtinxiſſe, & ſingulis quaternionibus ſingulas litteras attribuiſſe, & exempli gratia, primum folium lit a. ſignaſſe, nullo addito numero: ſecundo, & tertio folio numerum adieciſſe, in quarto & litteram, & numerum omiſiſſe. Nos vero ad remiſſiones complendas & primo folio numerum, & quarto litteram, & numerum exprimere debuimus; quod te latere noluimus. Vale iterum.

SEQVITVR

NUX REGULARIS, JURIDICA, SIVE ACcurata, & artificioſa Enucleatio, atque Expoſitio omnium Iuris Ciuilis Regularum in fi.e vltimi libri Digeſtorum poſitarum, videlicet per appoſitos, & compendioſos verſus doctrinales (memoriæ gratia) ſeruatis, & adhibitis ipſis verbis formalibus, atque textualibus dictarum Regularum, &c. Ita compendioſè efformata in accurati beneuoli lectoris juuamen.

STVDIO

WOLFFGANGI SIGISMVNDI à VORBVRG,
Decani Aſchaffenburgenſis, &c.

Ex quibus videbit lector haud abſurdè olim dictum fuiſſe.

BONVS REGVLISTA, BONVS IVRISTA.

PARVÆ ENCYCLOPÆDIÆ,

AVT

NVCIS REGVLARIS IVRIDICAE CVM ACCVRATA, ET artificioſa Enuclatione, atq; expoſitione verſificâ omnium Iuris antiqui Ciuilis Regularum in Tit. vlt. lib. vlt. Digeſt. poſitarum.

Nux, ſeu Regula prima. Paulus J. C.

REgula eſt, quæ rem, quæ eſt, breviter enarrat, non (vt) ex Regula jus ſumatur, ſed ex Jure, quod eſt, Regula fiat; per Regulam igitur breuis rerum narratio traditur: & (vt ait Sabinus) quaſi cauſæ conjectio eſt, quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum.

Enucleatio, ſiue ſummatio, aut ſummarium in verſu.

Regula rem breuiter narrat: cōiectio cauſæ eſt,
Officium perdit, quæ vitiata ſuum.

NB. Sunt omnia quaſi verba textus, quod certè laborioſum & judicioſum, & à nullo propè hactenus obſeruatum, memoriæque vtiliſſimum, &c.

Vide & confer infra Regulam. 21. Omnis, &c.

Nux ſeu Regula II. Vlpianus J. C.

FÆminæ ab omnibus officijs Ciuilibus, vel Publicis remotæ ſunt: & ideo nec Judices eſſe poſſunt, nec Magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec Procuratores exiſtere §. 1.

Item impubes omnibus officijs Ciuilibus debet abſtinere.

Enucleatio, ſeu ſummatio.

Fæminæ ab officijs motæ: nec Judiciales:
Omnibus impubes abſtinent officiis.

Nux, ſeu Regula III. Vlpianus J. C.

Ejus eſt non Nolle, qui poteſt Velle;

Enucleatio, & ſumma per ſe, videlicet.

Ejus non nolle eſt, qui quoque velle poteſt.

Nux ſeu Regula IV. Vlpianus. J C.

Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris, vel domini.

Enucle-

Digitized by Google

Enucleatio, ſeu Summatio.

Creditur haud velle imperio patris, aut domini
Vel ſic ſtans.
Non velle, Imperio ſtans patris aut domini.

Nux, ſeu Reg. V. Paulus. J C.

In negotijs contrahendis, alia cauſa habita eſt Furioſorum, alia eorum qui fari poſſunt, quamvis actum rei non intelligerent; nam Furioſus nullum negotium contrahere poteſt: Pupillus omnia tutore auctore agere poteſt.

Enucleatio, ſiue Summarium.

Nil furor; aſt Fari-licet haud intelligat actum,
Omnia Pupillus, tutor, & auctor agit.
N B. Conf inf. Reg. 40. Non debet, &c.

Nux, ſeu Reg VI. Vlpianus. J. C.

Non vult hæres eſſe, qui ad alium transferre voluit hæreditatem.

Enucleatio ſiue Summatio Verſualis.

Non vult eſſe hæres, qui vult transferre aliorſũ.

Nux, ſeu Reg. VII. Pomponius J C.

Jus noſtrum non patitur, Eundem in Paganis, & teſtatò, & inteſtatò deceſſiſſe, earumque rerum Naturaliter inter ſe pugna eſt, Teſtatus, & Inteſtatus.

Enucleatio & Summatio.

Paganus non teſtatò, & ſimul inteſtatò
Decedit, pugna eſt res, vetus inter eas.
Vel ſic
Teſtatum, ac inteſtatum nequeunt ſimul eſſe.

Nux, ſeu Reg. VIII. Pomponius. J. C.

Jura Sãguinis nullo Jure ciuili dirimi poſſunt.

Enucleatio, aut ſumma per ſe.

Nullo Jure poteſt dirimi Jus ſanguinis vnquam.

Nux, ſeu Reg IX. Vlpianus. J. C.

Semper in obſcuris, quod minimũ eſt ſequimur.
NB. eſt per ſe verſus.
Semper in obſcuris, quod minimũ eſt ſequimur.
N B Confer infra Reg 35. Semper, &c.

Nux, ſeu Reg. X. Paulus. J. C.

Secundum Naturam eſt commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda.

Enucleatio, aut ſummatio.

Commoda ritè ſequi, quem incommoda & ipſa ſequentur.
Vel juxta uulgatum illud
Commoda ſi ſentis, jungas onus emolumentis.

Nux, ſeu Reg. XI. Pomponius. J. C.

Id quod Noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.

Enucleatio Verſualis.

Noſtrũ transferri haud poterit facto ſine noſtro.

Nux, ſeu Reg. XII. Paulus. J. C.

In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur.

Enucleatio & Summatio per ſe.

Plenius in teſtamentis capienda voluntas.

Nux, ſeu Reg XIII. Vlpianus. J C.

Non videtur cepiſſe, qui Exceptione (à petitione) remouetur.

Enucleatio Verſualis.

Excipe (Exceptio) quem remouet, non hic cepiſſe videtur.
N B. Confer inf Reg. 67. Marcellus.

Nux, ſeu Reg XIV. Pomponius. I. C.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.

Enucleatio, & Summa.

In quibus vlla dies non ponitur, accipe præſens.

Nux, ſeu Reg XV. Paulus. I. C.

(Is) Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur.

Enucleatio in verſu.

Is qui agere ad rem habet ipſam rem quoq; habere videtur.

Nux, ſeu Reg. XVI. Vlpianus. I. C.

Imaginaria venditio, non eſt, pretio accedẽte.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Venditio non eſt in imagine ſi precium adſit.

Nux, ſeu Reg. XVII. Vlpianus I. C.

Cum tempus in teſtamento adijcitur, credendum eſt, pro Hærede adiectum, niſi alia mens fuerit teſtatoris, ſicuti in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adijcitur.

Enucleatio & Summatio.

In teſtamento tempus pro Hærede putatur,
Sic promiſſoris gratia, & in ſtipulis.

Nux ſeu Reg XVIII. Pomponius. I. C.

Quæ legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nos his, quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu acquirimus; aliter atque ſtipulati ſumus, nam &

Digitized by Google

ſub conditione ſtipulantes, omnimodò eis adquirimus, etiamſi liberatis (alias libertatis) nobis poteſtate domini, conditio exiſtat.

Enucleatio Summaria.

Poſt mortem hæredes capiũt, dominiuẽ legata,
Imò etiam in ſtipulis conditio Domini eſt;

Nux, & Reg. innumerata, Paulus I.C.

Si filiusfamilias ſub conditione ſtipulatus emancipatus fuerit, deinde exſtiterit conditio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

Enucleatio per Verſum.

Si ſtipulor ſub conditione, erit actio patris,
Tempus, Contractus cernitur in ſtipulis.

NB. Ad iſtam Regulam aliqua Exemplaria habent hanc notam, vel Cenſuram, quamuis iſta lex in vulgatis Codicibus perperam reperiatur, cum ſit 78. vel 88. tit. de verb. obligat, eam tamen (ne quid in hac noſtra editione deeſſe videretur) relinquendam cenſuimus.

Nux, & Reg. XIX. Vlpianus. I. C.

Qui cum alio contrahit vel eſt, vel debet eſſe, non ignarus conditionis eius. Hæredi autem hoc imputari non poteſt, cum non ſpontè eum Legatarijs contrahit § 1. non ſolet exceptio doli nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur.

Enucleatio, & Summatio.

Contrahit ignarus? non excuſatur, at hæres,
Queîs non teſtator, nec dolus ipſe nocet.

Nux, & Reg. X X. Pomponius. I.C.

Quoties dubia interpretatio libertatis eſt, ſecundum libertatem reſpondendum erit.

Enucleatio, & Summarium.

Reſponde in dubiâ pro libertate loquelâ.
NB Confer infra Reg 56. ſemper, &c.
Et Reg. 85. in ambiguis, &c.

Nux, ſeu Reg. X X I. Vlpianus. I.C.

Non debet cui plus licet, quod minus eſt, non licere.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Cui plus ritè licet, quod minus eſt liceat.
NB. Confer infra Reg. 38. nemo.

Nux, ſeu Reg. X X I I. Vlpianus. I. C.

In perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio § 1. Generaliter probandum eſt, vbicunque in bonæ fidei Judiciis confertur in arbitrium Domini vel Procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.

Enucleatio, & Summatio.

Nil cadit in ſeruum: generaliter Arbitriumque,
Conditioque boni creditur eſſe viri.
NB. Confer infra Reg 33 quod, &c.

Nux, ſeu Reg. X X I I I. Vlpianus. I.C.

Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt; quidam & dolum, & culpam; Dolum tantũ, Depoſitum, & precarium. Dolum, & culpam, mandatum, Cōmodatum, Venditum, pignori acceptum, locatũ; item dotis datio, tutelæ, negotia geſta in his quidem, & diligentia (requiritur) ſocietas, & rerum communio, & dolum, & culpam recipit, ſed hæc ita, niſi ſi quid Nominatim conuenit, vel plus vel minus, in ſingulis contractibus. Nam hoc ſeruabitur, quod initio conuenit: legem enim contractus (alias contractui) dedit, excepto eo, quod Ceſſus putat, non valere, ſi conuenerit Ne dolus præſtetur, hoc enim bonæ fidei judicio contrarium eſt: & ita vtimur. Animalium vero caſus, mortes, quæq; ſine culpa accid unt, Fugæ ſeruorum (qui cuſtodiri non ſolent) Rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præſtantur.

Enucleatio ſummaria.

Contractus quidam capiunt, culpamq;, dolũq;
Plus minus, vt legẽ dederat: ſed non valet, vt ne
Præſtetur dolus; at non præſtantur tibi caſus.

Nux, ſeu Reg. X X I V. Paulus. I C.

Quatenus cujus interſit, in facto, non in Jure conſiſtit.

Enucleaio Verſualis.

Quatenus interſit non Jus, ſed reſpice factum.

Nux, ſeu Reg. X X V. Pomponius. I. C.

Plus cautionis in re eſt, quam in perſona.

Enucleatio, & ſumma per ſe.

Cautio plus in re, quam Perſonalibus, &c.

Nux, ſeu Reg. X X V I. Vlpianus. I. C.

Qui poteſt inuitis alienare, multo magis & ignorantibus, & abſentibus poteſt.

Enucleatio aut Summarium.

Quod potes inuitò, magis & ſi ignoret, & abſit.

Nux,

Digitized by Google

Nux, ſeu Reg. XXVII. Pompon. I. C.

Nec ex Prætorio, nec ex ſolemni ſeu Ciuili) Jure priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt, quamuis obligationum cauſæ pactione poſſint immutari, & ipſo jure, & per pacti conuenti exceptionem, quia Actionum modus, vel lege, vel per Prætorem introductus, priuatorum pactionibus non infirmatur, niſi tunc, cum inchoatur Actio, inter eos conuenit.

Enucleatio Summaria.

Non jura immutat priuati pactio: Cauſæ
Mutantur, modus & ſic, modò conueniant.
NB. Confer infra Reg. 46. Neque.

Nux, ſeu Reg. XXVIII. Vlpianus. I. C.

Diuus pius reſcripſit, eos, qui ex liberalitate conueniuntur, in id, quod facere poſſunt, condemnandos.

Enucleatio aut Summarium.

Librâles damna. quod poterunt facere.

Nux, ſeu Reg. XXIX. Paulus I. C.

Quod initio Vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere.

Enucleatio Carminicè.

Quod primo vitium eſt; tempore conualeat.

Nux, ſeu Reg. XXX. Vlpianus. I. C.

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.

Enucleatio, & ſumma per ſe.

Conſenſus, non concubitus, cōnubia jungit, &c

Nux, ſeu Reg. XXXI. Vlpianus. I. C.

Verum eſt neque pacta, neque ſtipulationes factum poſſe tollere; Quod enim impoſſibile eſt, neque pacto, neq, ſtipulatione poteſt comprehendi, vt vtilem actionem, aut factum efficere poſſit

Enucleatio, & ſummatio.

Factum non tollit pactum, aut ſtipulatio: quod
non poſſibile eſt, factum non facit, & agere.
NB. Confer ſup Reg. 8. Jura & 28. nec ex.

Nux, ſeu Reg XXXII. Vlpianus. I. C.

Quod attinet ad Jus Ciuile, ſerui pro nullis habentur: Non tamen & Jure naturali: quia quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales ſunt.

Enucleatio ſummaria.

Jure nihil ſerui: aſt homines natura coæquat.
NB. Confer ſup. Reg. 23, in perſonam.

Nux, ſeu Reg. XXXIII. Pompon. I. C.

In eo quod velis, quid petit, vel is à quo petitur, Lucri facturus eſt, durior cauſa eſt petitoris.

Enucleatio Verſualiter.

Qui petit, aut à quo petitur, ſi lucra petantur,
Cauſa petitoris, durior eſſe ſolet.
NB. Confer infra Reg 41. non, &c.

Nux, ſeu Reg XXXIV. Vlpianus. I. C.

Semper in ſtipulationibus, & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt (aut) ſi non appareat, quid actum eſt: erit conſequens, vt id ſequamur, quod in Regione, in qua actum eſt, frequentatur: Quid ergo ſi neque Regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt.

Enucleatio, aut Summatio.

Actum Actus ſequimur, vel quod Regio ipſa
frequentat, (dige.
Quod ſi mos varius? quod minimum eſt re-
NB. Confer ſup. Reg. 9. Semper.

Nux, ſeu Reg. XXXV. Vlpianus. I. C.

Nihil tam naturale eſt, quam eo genere quid diſſoluere, quo colligatum eſt, ideò verborum obligatio, verbis tollitur: nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur.

Enucleatio, & Summatio.

Soluitur hoc genere ex natura, vt quidque liga-
tum eſt. (vunt.
Sic conſenſum alius, ſic verbaque verba reſol-
NB. Confer infr. Reg. 150. Omnia, &c.
ac Reg 153. ferè, &c.

Nux, ſeu Reg. XXXVI. Pompon. I. C.

Culpa & immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

Enucleatio, & ſumma per ſe.

Immiſcere rei culpa eſt, quæ haud pertinet ad ſe.

Nux, ſeu Reg. XXXVII. Vlpian. I. C.

Nemo, qui condemnare poteſt, abſoluere non poteſt.

Enucleatio per ſe.

Condemnare poteſt, ſoluere non poterit?
NB. Confer ſup Reg 22. non, &c.

Nux, ſeu Reg XXXVIII. Pompon. I. C.

Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debeat: ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum perueniſſet.

Enu-

Enucleatio Summaria.

Non tenet hæredem delictum, pænaque functi,
Si quid peruenit, nec quoque lucra facit.
NB. Confer inf. Reg 45. quoties, &c.

Nux, ſeu Reg. XXXIX. Pompon. I.C.

In omnibus cauſis pro facto accipitur, id, in quo per alium moræ ſit, quo minus fiat.

Enucleatio Verſualitèr.

Pro facto accipitur ſi alius ſit cauſa morandi.

Nux, ſeu Reg. XXXX. Pompon I. C.

Furioſi, vel eius cui bonis interdictum ſit, nulla voluntas eſt.

Enucleatio, & ſumma per ſe.

Eſt interdicti, aut furioſi nulla voluntas.
NB. Confer ſup. Reg 5. in negotiis.

Nux, ſeu Reg. X L I. Vlpianus. I. C.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur § 1 in re obſcura melius eſt fauere Repetitioni, quam aduentitio lucro.

Enucleatio Carminicè.

Quod Reo erit nō permiſſum, Actorinè liceret?
Lucro aduentitio faueas non, ſed repetenti.
Vel
Non faueas lucro, ſed magè qui repetit
NB. Confer ſup. Reg. 14 In eo, &c.

Nux, ſeu Reg. X L I I. Gajus I. C.

Qui in alterius locum ſuccedunt, juſtam habent cauſam ignorantiæ, an id, quod peteretur, deberetur §. 1 Fideiuſſores quoque, non minus quam hæredes juſtam ignorantiam poſſunt allegare § 2. Hæc ita de Hærede dicta ſunt, ſi cum eo agitur, non etiamſi agat, nam planè qui agit certus eſſe debet, cum ſit in poteſtate ejus, quando velit experiri, & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendū procedere.

Enucleatio, & Summatio.

Succeſſor juſtè ignorat, Juſſor fideique:
At ſi agit, exploret; certus vt eſſe queat,
Cum poſſit ſic procedere, quando velit.

Nux, ſeu Reg. X L I I I. Vlpianus. I. C.

Nemo ex his, qui negant ſe habere, prohibetur etiam alia defenſione vti, niſi lex impedit. § 1. Quotiens concurrunt plures actiones ejuſdem rei nomine, vna quis expediri debet.

Enucleatio, & Summatio.

Qui debere negant, aliter defendere poſſunt,
Actio pluris adeſt? vnā tantum experiendum

Nux, ſeu Reg. X L I V. Vlpianus. I. C.

Totiens in Hæredem (actionem) damus de eo, quod ad ipſum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex ſuo.

Enucleatio, & Summatio.

Actio in Hæredem eſt de hoc, quod peruenit ad ipſum,
Defuncti quoties (non ſuus) hic dolus eſt.
NB. Confer ſup Reg. 19 Sicuti, &c.

Nux, ſeu Reg. X L V. Vlpianus I. C.

Neque pignus, neque depoſitum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei ſuæ conſiſtere poteſt §. 1 Priuatorum conuentio Juri Publico non derogat, &c.

Enucleatio, & Summatio.

Eſſe rei propriæ non pignus, depoſitumquè.
Pactio priuati Publica non reuocat
NB. Confer ſup. Reg 25. nec ex, &c.

Nux, ſeu Reg. X L V I. Gajus. I. C.

Quod à quoquo pænæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur

Enucleatio, & Summarium.

Non opus hoc, vt reſtituas, quod nomine pænæ eſt, NB. Confer inf. Reg 52 Non, &c.

Nux, ſeu Reg. X L V I I. Vlpianus. I. C.

Conſilij non fraudulenti nulla obligatio eſt; cæterum ſi dolus, & calliditas interceſſit, de dolo actio competit § 1. Socij mei ſocius, meus ſocius non eſt.

Enucleatio, & Summa.

Conſilij nulla eſt liga, & actio, ſi dolus abſit,
Et ſocij ſocius, non meus eſt ſocius.

Nux, ſeu Reg. X L V I I I Paulus. I. C.

Quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quam ſi perſeuerantia apparuit, judicium animi fuiſſe: ideoque breui reuerſa vxor, nec diuertiſſe videtur, &c.

Enucleatio Summaria.

Non facit ira ratum, niſi conſtans judicium ſit,
Vxor verſa breui, nec diuertiſſe videtur.

Nux, ſeu Reg. X L I X. Vlpianus. I. C.

Alterius circumuentio alij non præbet actionem.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Non agere alterius tibi circumuentio præbet.

Nux,

Digitized by Google

Nux, ſeu Reg. L. Paulus I. C.

Culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere nō poteſt.

Enucleatio, & ſumma per ſe.

Abs culpa eſt, qui ſcit, ſed prohibere nequit.

Nux, ſeu Reg. L I. Gajus. I. C.

Non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere

Enucleatio Verſualis.

Quod quis reſtituet non accepiſſe videtur.

NB. Confer ſup. Reg. 47. Quod, &c.

Nux ſeu Reg. L I I. Vlpianus. I. C.

Non defendere videtur, non tantum qui latitat, ſed & is, qui præſens negat, ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem.

Enucleatio, & ſummatio.

Qui latitat neque agit, defendere nolle videtur.

Nux, ſeu Reg. L I I I. Paulus I. C.

Cujus per errorem dati repetitio eſt, ejus conſultò dati donatio eſt.

Enucleatio per verſum.

Error vbi repetit, conſultò ſi data donat.

Nux, ſeu Reg. L I V. Vlpianus. I. C.

Nemo plus Juris ad alium transferre poteſt, quam ipſe haberet.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Nemo plus transfert Juris, vt ipſe habeat

Nux, ſeu Reg. L V. Gajus. I. C.

Nullus videtur dolo facere, qui ſuo Jure vtitur.

Enucleatio per ſe.

Vtens jure ſuo, [illegible] fac[illegible] absque dolo.

Nux, ſeu Reg. L V I. Gajus. I. C.

Semper in dubiis benigniora præferenda ſunt

Enucleatio & ſumma per ſe.

In dubijs [illegible] is antefereenda benigna.

NB. Confer ſup. Reg. 2[illegible], Quoties, &c.

Nux, ſeu Reg L V I I. Gajus. I. C.

Bona fides non patitur [illegible] bis idem exigatur.

Enucleatio per ſe.

Alma fides patitur non bis idem exigere.

Nux, ſeu Reg L V I I I. Vlpianus. I C.

Ex pœn[illegible]us cauſis non ſolet in patrem de peculio a[illegible] dari.

Enucleatio in verſu.

Non datur in patrem ex pœnalibus actio cauſis.

Nux. ſeu Reg. L I X. Vlpianus. I. C.

Hæredem ejuſdem poteſtatis, Juriſq; eſſe, cujus fuit defunctus, conſtat.

Enucleatio ſummaria.

Ejuſdem poſſe, ac Juris defunctus, & hæres.

Nux, ſeu Reg. L X. Vlpianus. I. C.

Semper qui non prohibet, pro ſe interuenire, mandare creditur, ſed & ſi quis ratum habuerit, quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione.

Enucleatio & ſummatio.

Semper non prohibens pro ſe mandare videtur.

Actio mandati te ligat, vt ratum habes.

Nux. ſeu Reg L X I. Vlpianus. I. C.

Domum ſuam reficere vnicuique licet, dum non officiat inuito alteri, in quo jus non habet.

Enucleatio ſummaria.

Reſtaurare domum licet, vt non officiat ſic.

Nux, ſeu Reg. L X I I. Iulianus. I. C.

Hæreditas nil aliud eſt, quam ſucceſſio in vniuerſum jus, quod defunctus habuerit.

Enucleatio, & ſumma.

Hæres nil aliud, quam Jus ſucceſſor in omne

Nux, ſeu Reg. L X I I I. Iulianus. I. C.

Qui ſine dolo malo ad Judicium prouocat, non videtur moram facere.

Enucleatio ſummaria.

Iudicium absque dolo, qui prouocat, haud moram habebit.

Nux, ſeu Reg. LXIV. Iulianus. I. C.

Ea quæ raro accidunt, non temerè in agendis negotijs computantur.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Quæ raro acciderent, temere haud in agendo putantur

Nux, ſeu Reg. L X V. Iulianus. I. C.

Ea eſt natura cauillationis (quam Græci σωρίτην, id eſt, aceruialem ſyllogiſmum appellant) vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

Enucleatio. & ſummatio.

Ad falſa ex veris mox it Natura Cauillans.

Nux, ſeu Reg. L X V I. Iulianus. I. C.

Marcellus ait; definit debitor eſſe is, qui nactus eſt Exceptionem juſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

Enuclea-

Enucleatio ſummaria.

Debitor eſſe ſinit, cum juſta exceptio nata eſt.

NB. Confer. ſup. Reg. 13. Non, &c.

Nux ſeu Reg. LXVII. Iulianus. I.C.

Quotiens idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum excipiatur, quæ rei gerendæ aptior eſt.

Enucleatio & ſummatio.

Cum duo ſenſa refert, ſermo aptior excipiatur.

NB. In Gallicâ linguâ hoc pulchrè exprimitur prouerbialiter.

Que ſi une action pou uoir auoir cent uiſages, il la faut regarder en celuy, qui eſt le plus beau, ou commode, &c.

Eleganter Alciatus Reg. 1. præſumpr. 1. in addit. pag. 343. & Reg. 3. præſ. 6. num. 2 p. 361.

Hinc verſus.

Delictum nunquam præſumitur, illicitumque,
Delicti in dubio capitur præſumptio parui

Nux, ſeu Reg. LXVIII. Paulus. I.C.

In omnibus cauſis id obſeruatur, vt, vbi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente eâ, beneficium quoque deficiat; vbi verò genus Actionis id deſiderat, ibi, ad quemuis perſecutio ejus deuenerit, non deficiat ratio auxilij.

Enucleatio ſummaria.

Cum perſona facit meritum, benefacta ſine illâ
Deficiunt: non ſi hoc actio recta petit.

Nux ſeu Reg. LXIX. Paulus I.C.

Inuito beneficium non datur.

Enucleatio, & ſumma per ſe.

Nil datur inuito, &c.

Nux, ſeu Reg. LXX. Vlpianus. I.C.

Nemo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam vel cujus alterius coërcitionis, ad alium transferre.

Enucleatio ſummaria.

Nemo poteſt gladium (vel par) transferre aliorſum.

Nux, ſeu Reg. LXXI. Vlpianus. I.C.

Omnia (quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant per libellum expediri non poſſunt.

Enucleatio & ſumma.

Non facilè expedies cauſæ monumenta libello.

Vel,

Cauſæ cognitio non expedienda libello.

Nux, ſeu Reg. LXXII. Iauolenus. I.C.

Fructus rei eſt, vel pignori dare licere.

Enucleatio, & ſumma per ſe.

Ipſa rei fructus, pignoris eſt datio

Nux, ſeu Reg. LXXIII. Quintus Mucius Scæuola I.C.

Quo tutela redit, eo hæreditas peruenit, niſi cum fœminæ hæredes intercedunt §. 1. Nemo poteſt, tutorem dare cuiquam, niſi ei, quem in ſuis hæredibus, cum moritur habuit, habiturusue eſſet, ſi vixiſſet. §. 2. Vi factum id videtur eſſe, quâ de re quis, cum prohibetur fecit: clam quod quiſque eum controuerſiam haberet, habiturumuè ſe putaret, fecit §. 3 Quæ in teſtamento ita ſunt ſcripta, vt intelligi non poſſint, perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent, §. 4. Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere poteſt.

Enucleatio & ſummatio.

Quo tutela redit ſucceſſio eamque ſuis dat
Vi contra prohibens, clamque vbi LIS aderat
In teſtamento obſcurè, nec ſcripta perinde,
Et pactis alij nemo cauere poteſt

Nux, ſeu Reg. LXXIV. Papinianus. I.C.

Non debet alteri, per alterum iniqua conditio inferri.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Conditio ex alio inferri non debet iniqua

Nux, ſeu Reg. LXXV. Papinianus I.C.

Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius injuriam.

Enucleatio verſualis.

Mutet conſilium nemo in jacturam alienam.

Nux ſeu Reg. LXXVI. Papinianus. I.C.

In totum omnia, quæ animi deſtinatione agenda ſunt: non niſi verâ & certâ ſcientia perfici poſſunt.

Enucleatio Carminicè.

Omnia agenda animo per verum perfice ſcire

Nux, ſeu Reg. LXXVII. Papinian. I.C.

Actus legitimi qui non recipiunt diem, vel conditionem veluti Mancipatio, Acceptilatio, Hæreditatis aditio, ſerui optio, Datio tutoris, in totum vitiantur per temporis & conditionis adiectionem, nonnunquam tamen actus ſupra ſcripti tacitè recipiunt, quæ apertè comprehenſa vi-

Google

ſa virium adferunt, nam ſi acceptum feratur ei, qui ſub conditione promiſit, ita demum egiſſe, aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio exſtiterit, quæ ſi verbis nominatim Acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.]

Enucleatio & ſummatio.

Actus legitimi vitiantur Tempore apertè,
Conditione etiam, ſed tacitè hæc capiunt.
Sic agit Acceptilatio demum aliquid.

Nux, ſeu Reg. LXXVIII. Papinian. I. C.

Generaliter cum de fraude diſputatur non quid habeat actor: ſed quid per adverſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt.

Enucleatio ſummaria.

Fraus quid habere poteſt Actor, cōſiderat æq;.

Nux, ſeu Reg. LXXIX. Papinianus. I. C.

Fraudis interpretatio ſemper in Jure Civili non ex eventu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſiderat ur.

Enucleatio & ſumma.

Fraus non eventu, ſed mage conſilio.

Nux, ſeu Reg. LXXX. Papinianus. I. C.

In toto Jure generi per ſpeciem derogatur: & illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt.

Enucleatio & ſumma Verſifica.

Derogo per ſpeciem Generi, illa potiſſima habetur.

Nux, ſeu Reg. LXXXI. Papinian. I. C.

Quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, Jus commune non lædunt.

Enucleatio ſummaria.

Tollendo dubio contractibus inſita paſſant.

Nux, ſeu Reg. LXXXII. Papinian. I. C.

Donari videtur quod nullo Jure cogente conceditur

Enucleatio & ſumma per ſe.

Jus ubi non cogit, ſi das, donaſſe videris.

Nux, ſeu Reg. LXXXIII. Papin. I. C.

Non videtur rem amittere, quibus propria non fuit.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Rem non amittit ſi propria haud fuerat.

Nux, ſeu Reg. LXXXIV. Paulus. I. C.

Cum amplius ſolutum eſt, quam debebatur, cujus pars non invenitur, quæ repeti poſſit, totum eſſe indebitum intelligitur, manente priſtinâ obligatione. §. 1. Is naturâ debet, quæ Jure gentium dare oportet, cujus fidem ſecuti ſumus.

Enucleatio ſummaria.

Plus ubi ſolvo, incertâ eſt parte indebitum, ut ante
Natura debet jure ut dare Gentium oportet.

Vel,

Cujus habeto fidem, Naturâ, Jureq; debet.

Nux, ſeu Reg. LXXXV. Paulus. I. C.

In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt. §. 1 Non eſt novum, ut, quæ ſemel utiliter conſtituta ſunt, durent, licet ille caſus extiterit, a quo initium capere non potuerunt. §. 2. Quoties Æquitas deſiderij naturalis ratio, aut dubitatio Juris moratur: juſtis decretis res temperanda eſt.

Enucleatio & ſummatio.

Pro dote in dubiis durat ſemel utile ſemper,
Æquum ubi Jus remorans ſit bona temperies.
NB. Confer ſup. Reg. 56. Semper,
& Reg 20. Quoties

Nux, ſeu Reg. LXXXVI. Paulus. I. C.

Non ſolet deterior conditio fieri eorum qui litem conteſtati ſunt, quam ſi non: ſed plerumque melior.

Enucleatio & ſumma.

Conditio eſt melior litem bene conteſtari.

Vel

Conditio melior ſi conteſtabere litem.

Nux, ſeu Reg LXXXVII. Paulus. I. C.

Nemo enim in perſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit; Denique poſt litem conteſtatam Hæredi quoque proſpicitur, & hæres tenetur ex omnibus cauſis.

Enucleatio & ſummatio.

Sic melior cauſa eſt, Hæredi proſpiciturque.

Nux, ſeu Reg. LXXXVIII. Scævola. I. C

Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio eſt.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Nil ubi, quod peris, eſt nulla mora inſieri.

Nux, ſeu Reg. LXXXIX. Paulus. I. C.

Quam diu poſſit valere teſtamentum, tam diu legitimus hæres) non admittitur.

Enucleatio per verſum.

Hæres legitimus, valido teſtamine non ſtat.

Nux, ſeu Reg. X C. Paulus, I. C.

In omnibus quidem, maximè tamen in Jure æquitas ſpectanda eſt

Enucleatio & ſumma per ſe.

Æquum ſemper erit, magis aſt in Jure ſequendũ.

Nux, ſeu Reg. X C I. Paulus. I. C.

Quotiens duplici Jure defertur alicui ſucceſſio, repudiato novo Jure, quod ante defertur, ſupererit vetus.

Enucleatio Verſifica.

Cum duplici nobis fertur ſucceſſio Jure,
Decedente novo Jure, vetus ſuper eſt.

Nux, ſeu Reg. X C I I. Scæuola. I. C.

Si librarius in transſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet; nihil nocere, quo minus & reus, & fidejuſſor teneatur.

Enucleatio ſummaria.

Nil nocet (vt teneatur homo) notarius errans.

Nux, ſeu Reg. X C I I I. Mœcianus. I. C.

Filius familias neque retinere neque recuperare neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur.

Enucleatio & ſumma.

Filius haud peculii poſſeſs. retinere videtur

Nux, ſeu Reg. X C I V. Vlpianus. I. C.

Non ſolent, quæ abundant, vitiare ſcripturas.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Non vitiare ſolẽt ſcripturas quæ parũ abundant

Nux, ſeu Reg. XCV. Vlpianus. I. C.

Nemo dubitat ſoluendo videri eum, qui defenditur.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Defenſum, nemo dubitat, ſoluendo videri

Nux, ſeu Reg. X C V I. Mœcianus. I. C.

In ambiguis orationibus maximè ſententia ſpectanda (eſt) ejus qui eas protuliſſet.

Enucleatio ſummaria.

Ejus, in ambiguis, qui profert, ſenſa ſequenda.

Nux, ſeu Reg. X C V I I. Hermogen I. C.

Ea ſolo deportationis ſententia auffert, quæ ad Fiſcum perueniunt.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Quæ Fiſco adueniunt, ea deportatio & auffert.

Nux, ſeu Reg. XCVIII. Hermogen. I. C.

Quotiens (in) vtriuſque cauſa lucri ratio vertitur, is præferendus eſt, cujus in lucrum cauſa tempore præcedit.

Enucleatio ſummaria.

Lucri vbi par ratio, præcedit tempore cauſa.

Nux, ſeu Reg. XCIX. Venuleus. I. C.

Non poteſt improbus videri, qui ignorat quantum ſoluere debeat.

Enucleatio & ſumma.

Improbus eſſe nequit, qui ignorat ſoluere quantum.

Nux, ſeu Reg. C. Gajus I. C.

Omnia quæ Jure contrahuntur, contrario Jure pereunt.

Enucleatio & ſumma per ſe.

Contractus Juris pereunt ſic jure viciſſim.

NB. Confer ſup. Reg. 55. Nihil
& Reg. 153.

Nux & Reg. C I. Paulus. I. C.

Vbi lex duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimo & primo die venerit, audiendus eſt, ita enim & Imperator Antoninus cum Diuo Patre ſuo reſcripſit.

Enucleatio ſummaria.

Menſe juvat duplici, lux ſexageſima prima.

Nux, ſeu Reg. C I I. Vlpianus. I. C.

Qui vetante prætore fecit, hic aduerſus Edictum feciſſe propriè dicitur § 1. Ejus eſt actionem denegare qui poſſit, & dare.

Enucleatio Verſualis.

Edictum aduerſus fecit prætore vetante,
Dans agere ejus erit, quique negare poteſt.

Nux, ſeu Reg. C I I I. Paulus. I. C.

Nemo de domo ſua extrahi debet.

Enucleatio per ſe.

Debet nemo ſuis ædibus extrahier.

Nux, ſeu Reg. C I V. Vlpianus. I. C.

Si in duabus actionibus alibi ſumma major eſt, alibi infamia eſt: præponenda eſt cauſa exiſtimationis, vbi autem æquiparantur famoſa judicia, etſi ſummam imparem habent, pro paribus accipienda ſunt.

Enucleatio ſummaria.

Præualet in geminis majori, infamia ſummæ
Summam in famoſis accipite eſſe parem.

Nux

Nux, ſeu Reg. C V. Paulus. J. C.

Vbicunque cauſæ cognitio eſt, ibi Prætor deſideratur.

Enucleatio per ſe.

Notio vbicunque eſt cauſæ, ſit prætor ibidem.

Nux, ſeu Reg. C VI. Paulus. J. C.

Libertas inæſtimabilis res eſt.

Enucleatio per ſe.

Libertas res eſt, &c.

Nux, ſeu Reg. C VII. Gajus. I. C.

Cum ſeruo nulla actio eſt.

Enucleatio per ſe.

Cum ſeruis actio nulla eſt.

Nux, ſeu Reg. C VIII. Paulus. I. C.

Fere in omnibus pœnalibus judicijs, & ætati, & imprudentiæ ſuccurritur.

Enucleatio in verſu.

Succurrit pœnalibus imprudentia & ætas.

Nux, ſeu Reg. C IX. Paulus. I. C.

Nullum crimen patitur is, qui non prohibet (non) poteſt.

Enucleatio verſifica.

Non patitur crimen, qui prohibere nequit.

Nux, ſeu Reg. C X. Paulus. J. C.

In eo quod plus ſit, ſemper ineſt & minus § 1. Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi ſi cum ſatisdatione. §. 2. Pupillus pati poſſe non intelligitur. § 3. Vbi verba conjuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum. §. 4 Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt, cum defendantur, non vt facilius calumnientur.

Enucleatio Summaria.

In quo plus minus eſt: [illegible] ſatis expromiſſor
Pupillus patitur nihil; alterutrū inſeparatis
Succurſu mulier defenditur, vt neq; valuet.

Nux, ſeu Reg. C XI. Gajus. I. C.

Pupillum, qui proximus libertati ſit, capacem eſſe & furandi, & injuriæ faciendæ. § 1 In hæredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio, veluti furti, damni, injuriæ, vi verborum, raptorum, injuriarum.

Enucleatio Carminicè.

Pupillum pubertatis furti eſſe capacem.
Non it in hæredem Actio pœnalis malefacti.

Nux ſeu Regula C X II. Paulus J. C.

Nihil intereſt ipſo jure, quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

Enucleatio & Summa.

Actio ſi nulla eſt, vel contra exceptio-nil eſt.

Nux, ſeu Reg. C X III. Gajus. I. C.

In toto, & pars continetur.

Enucleatio per ſe.

In toto pars eſt &c.

Nux, ſeu Reg. C X I V. Paulus J. C.

In obſcuris inſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut, quod plerumque, fieri ſolet.

Enucleatio in verſu.

Inſpice in obſcuris veroſimile atque plerumq;

Nux, ſeu Reg. C X V. Paulus. J. C.

Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe § 1. non poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſummo vero.

Enucleatio in verſu.

Abſque ligâ, ſi ſis, poteris cepiſſe videri.
Excipe vbi remouet, non accepiſſe videri.

Nux, ſeu Regula C X V I. Vlpianus J. C.

Nihil conſenſui tam contrarium eſt (& qui bonæ fidei judicia ſuſtinet) quam vis atque metus: quem comprobare, contra bonos mores eſt; § 1 non capitur qui jus Publicum ſequitur. § 2 Non videntur qui errant conſentire.

Enucleatio Summaria.

Vis metus eſt cōtra conſenſum & quoq; mores.
Non capitur qui jus ſequitur conſentiat errans.

Nux, ſeu Reg. C X V II. Paulus. J. C.

Prætor bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet.

Enucleatio Verſualis.

Prætor habet poſſeſſorem (pro hærede) bonorū.

Nux, ſeu Reg. C X V III. Vlpianus. J. C.

Qui in ſeruitute eſt, vſu capere non poteſt, nam cum poſſideatur, poſſidere non videtur.

Enucleatio & Summa.

Non vſu capiat ſeruus cum poſſideatur.

Nux, ſeu Reg. C X I X. Vlpianus. J. C.

Non alienat, qui duntaxat omittit poſſeſſionem.

Enucleatio Carminicè.

Non alienat vbi tantum poſſeſſio miſſa eſt.

Nux, ſeu Reg. C X X. Paulus. J. C.

Nemo plus commodi hæredi ſuo relinquit, quam ipſe habuit.

Enucleatio per ſe.

Plus nemo hæredi linquere, quam ipſe habuit.

Nux, ſeu Reg. C X X I. Paulus. I. C.

Qui non facit, quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quia non facit: & qui facit, quod facere non debet: non videtur facere id, quod facere juſſus eſt.

Enucleatio verſifica.

Non faciens quod debet, agit contra haud faciendo.
Et faciens quod non debet, facit haud faciendũ.

Nux, ſeu Reg. C X X I I. Gajus. I. C.

Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt.

Enucleatio per ſe.

Libertas cunctis digna fauore magis.

Nux, ſeu Reg. C X X I I I. Vlpianus. I. C.

Nemo alieno nomine lege agere poteſt; § 1. temporaria permutatio jus prouinciæ non innouat.

Enucleatio ſummaria.

Nemo alienus agit: temporaria forma nouat non.

Nux, ſeu Reg. C X X I V. Paulus J C.

Vbi non voce, ſed præſentia opus eſt mutus (ſi intellectum habet) poteſt videri reſpondere. Idem in ſurdo: hic quidem &) reſpondere poteſt. § 1. Furioſus abſentis loco eſt, & ita Pomponius libro primo Epiſtolarum ſcribit.

Enucleatio ſummaria.

Voce vbi non opus eſt, ſatis eſt præſentia muti,
Reſponderque etiam ſurdus: furioſus vt abſens.

Nux ſeu Reg C X X V. Gajus. I. C.

Fauorabiliores Rei potius, quam actores habentur.

Enucleatio Verſualis.

Cauſa rei magis eſt, quam Actoris digna fauore.

Nux, ſeu Reg. C X X V I. Vlpianus I. C.

Nemo prædo eſt, qui pretium numerauit. § 1. locupletior non eſt factus, qui libertum adquiſierit § 2. cum de lucro duorum quæratur, melior eſt cauſa poſſidentis.

Enucleatio & ſumma.

Dans pretium haud prædo eſt; libertas non locupletat

In lucro ſi Poſſideas melior tua cauſa.

Aut

Poſſeſſor melior cum duo lucra petunt.

Vel

Aurea rite facit poſſeſſio mille beatos.

Nux, ſeu Reg. C X X V I I. Paulus. J. C.

Cum prætor in hæredem dat actionem quatenus ad eum peruenit; ſufficit, ſi vel momento ad eum peruenit, ex dolo defuncti.

Enucleatio per verſum.

Actio in hæredem quantum peruenit ad ipſum,
Momento ſatis eſt, ex dolo, vt adfuerit.

Nux, ſeu Reg. C X X V I I I. Paulus. I. C.

In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet. § 1. Hi qui in vniuerſum jus ſuccedunt hæredis loco habentur.

Enucleatio & ſumma.

In parili cauſa potior poſſeſſor habetur.
Hæredis loco erit, qui jus ſuccedit in omne.

Nux, ſeu Reg. CXXIX. Paulus. I. C.

Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit, § 1. cum principalis cauſa non conſiſtit, non ea quidem quæ ſequuntur, locum habent.

Enucleatio Carminicè.

Creditor abſque dolo eſt, qui proprium recipit,
Cum primum non ſtat, nec locum habent reliqua.

Nux, ſeu Reg. C X X X. Vlpianus. I. C.

Nunquam actiones (præſertim pœnales) de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit.

Enucleatio & ſumma.

Actio (præſertim) de re (pœnalis) eâdem
Concurrens nunquam deſtruit vna aliam.

Nux, ſeu Reg. C X X X I. Paulus I. C.

Qui dolo deſierit poſſidere, pro poſſidẽre damnatur, quia pro poſſeſſione alias poſſeſſor dolus eſt

Enucleatio & ſumma

Cum dolo habere ſinit - dolus eſt poſſeſſio, damnes.

Nux, ſeu Reg. C X X X I I. Gajus. I. C.

Imperitiæ culpæ adnumeratur.

Enucleatio per ſe.

Ad numeres culpæ, &

Nux, ſeu Reg. CXXXIII. Gajus. I. C.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt.

Enu-

Enucleatio ſummaria.

Noſtra poteſt melior per ſeruos conditio eſſe.

Nux, ſeu Reg. CXXXIV. Vlpianus. I.C.

Non fraudantur Creditores, cum quid non acquiritur a debitore: ſed cum quid de bonis diminuitur, §. 1. Nemo ex ſuo delicto, meliorem ſuam conditionem facere poteſt.

Enucleatio ſummaria.

Debitor haud quærens non fraudat, ſed minuens quid.

Non fit delicto conditio melior.

Nux, ſeu Reg. CXXXV. Vlpianus. I.C.

Ea quæ dari impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt: pro nō adiectis habentur.

Enucleatio & ſumma.

Non [illegible] Impoſſibile adiectū nec habetur.

Nux ſeu Reg. CXXXVI. Paulus. I.C.

Bona fides tantundem poſſidenti præſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt.

Enucleatio ſummaria.

Alma fides præſtat tantundem vt quoque verum.

Nux ſeu Reg. CXXXVII. Vlpian. I.C.

Qui auctore judice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

Enucleatio Verſualis.

Judice, poſſeſſor bonus eſt, qui auctore parauit.

Nux ſeu Reg. CXXXVIII. Paulus. I.C.

Omnis hæreditas quamuis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. §. 1. Nunquam creſcit ex poſtfacto præteriti delicti æſtimatio.

Enucleatio & ſumma.

Tem[illegible] mortis [illegible] nuatur,

Nunquam ex poſtfacto del[illegible] creſcit.

Nux, ſeu Reg. CXXXIX. Gajus. I.C.

Omnes act[illegible] quæ [illegible], aut tempore pereunt, ſemel incluſæ judicio ſaluæ permanent. §. 1. Non videtur [illegible] cujuſque id eſſe, quod ex causâ auferri poteſt.

Enucleatio & ſumma.

Actio quæ pereat, manet integra Judicia[illegible],

Quod causâ aufertur perfecte haud cuique videtur.

Nux, ſeu Reg. CXL. Vlpianus. I.C.

Abſentia ejus qui Reipublicæ causâ abeſt, neque ei, neque alii damnoſa eſſe debet.

Enucleatio Verſualis.

Qui Reipublicæ abeſt causâ non damnificat.

Nux, ſeu Reg. CXLI. Paulus I.C.

Quod contra rationem Juris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentia. §. 1. Vni duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt.

Enucleatio & ſumma.

Non bene cōſequitur quod contra jura receptū.

Vni eſſe hæredes non duo pro ſolido.

Nux, ſeu Reg. CXLII. Paulus I.C.

Qui tacet non vtique fatetur, ſed tamen verum eſt eum non negare.

Enucleatio Summaria.

Cum taceo haud fateor, non tamen ipſe nego.

Nux, ſeu Reg. CXLIII. Vlpianus. I.C.

Quod ipſis qui contraxerunt, obſtat: & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

Enucleatio & Summa.

Quæ huic, qui contraxit, quoque ſucceſſoribus obſtant.

Nux, ſeu Reg. CXLIV. Paulus. I C.

Non omne quod licet honeſtum eſt. §. 1. In ſtipulationibus id tempus ſpectatur quo contrahimus.

Enucleatio Verſualis.

Non omne vt licitum quoque honeſtum eſt in ſtipuliſque.

Id tempus ſpecta, quomodo contrahimus.

Nux, ſeu Reg. CXLV. Vlpianus. I. C.

Nemo videtur fraudare eos qui ſciunt & conſentiunt.

Enucleatio per ſe.

Qui[illegible] conſentit nemo hu[illegible] fraudare videtur.

Nux ſeu Reg. CXLVI. Paulus. I.C.

Quod quis, dum ſervus eſt, agit: proficere libero facto non poteſt.

Enucleatio & ſumma.

Quod dum ſervus agit non prodeſt libero eidē.

Nux, ſeu Reg. CXLVII. Gajus. I. C.

Semper ſpecialia generalibus inſunt.

Enucleatio per ſe.

-- Semper ſpecies generalibus inſunt.

Nux, ſeu Reg. CXLVIII. Paulus. I C.

Cujus effectus omnibus prodeſt, ejus & parteſ ad omnes pertinent.

Enu-

Enucleatio per Verſum.

Omnibus effectus e ũ prodeſt, his quoq; partes.

Nux, ſeu Reg. C X L I X. Vlpianus. I. C.

Ex quâ perſonâ quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet.

Enucleatio verſualis.

Perſonæ lucrum qui captat factaque præſtat.

Nux, ſeu Reg. C L. Vlpianus. I. C.

Parem eſſe conditionem oportet ejus, qui quid poſſideat vel habeat; atque ejus, cujus dolo malo factum ſit, quo minus poſſideret vel haberet.

Enucleatio ſummaria.

Ejus conditio par eſt qui poſſidet actu.
Quique dolo fecit, quo minus ipſe habeat.

NB. Confer inf. Reg. 157. Ad ea, &c.

Nux, ſeu Reg. C L I. Paulus. I. C.

Nemo damnum facit, niſi qui id facit, quod facere jus non habet.

Enucleatio verſualis.

Nemo facit damnum niſi factor non habeat jus.

Nux, ſeu Reg. C L I I. Vlpianus. I. C.

Hoc jure vtimur, vt quidquid omninò per vim fiat, aut in vis publicæ, aut (in vis) priuatæ crimen incidat. §. 1. Deijcit, & qui mandat. §. 2. In maleficio rati habitio mandato comparatur. §. 3. In contractibus, quibus doli præſtatio vel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur.

Enucleatio & ſumma.

Quidqd per vim fit, priuata aut publica vis eſt,
Deijcit & mandans. malefactaq; ſi rata habētur;
Cum fidei atque doli eſt præſtatio, dat ſolidum
hæres.

Nux, ſeu Reg. C L I I I. Paulus. I. C.

Ferè quibuſcunque modis obligamur iiſdem in contrarium actis liberamur; cum quibus modis adquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus, vt igitur nulla poſſeſſio adquiri, niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt.

Enucleatio Summaria.

Vt ligo, adquiro, ſic libetor atque remitto;
Sic venit & cedit poſſeſſio corpore, mente,

NB. Confer infra Reg. 35. & Reg. 1[illegible]0.

Nux, ſeu Reg. C L I V. Vlpianus. I. C.

Cum par delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa, ſicut fit, cum de dolo excipitur petitoris, neque enim datur talis replicatio petitori, aut ſi Rei quoque in ea re dolo actum ſit. §. 1. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit.

Enucleatio ſummaria.

Cum par delictum eſt onerabitur vſque petitor:
Nec replicare Rei quoq; ſic dolo & actum,
Ille petit pœnam qui incidit haud in eam.

Nux, ſeu Reg. C L V. Paulus. I. C.

Factum cuique ſuum non aduerſario nocere debet; §. 1. non videtur vim facere, qui Jure ſuo vtitur, & ordinariâ actione experitur. §. 2. In pœnalibus cauſis benignius interpretandũ eſt.

Enucleatio ſummaria verſualis.

Factum cuique ſuũ nocet: vtens Jure ſuo, vim
Non facit: in cauſis pœnalibus eſto benignus.

NB. Conf inf. Reg. 168. Rapienda, &c.

Nux, ſeu Reg C L V I. Vlpianus. I C.

Invitus nemo rem cogitur defendere. §. 1. cui damus actiones, eidem & exceptionem competere multò magis quis dixerit. §. 2. Cum quis in alicujus locum ſucceſſerit: non eſt æquum ei nocere hoc, quod aduerſus eum non nocuit, in cujus locum ſucceſſit. §. 3. Plerumque emptoris eadem cauſa eſſe debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit Auctoris. §. 4. Quod cuique (pro eo) præſtatur, inuito non tribuitur.

Enucleatio ſummaria.

Defendit nemo inuitus: qui agit excipit hic plus
Non ſucceſſori nocet hoc quod non quoque
primò,
Emptor vt auctor erit: non inuito tribuetur.

NB. Confer inf. Reg. 160 & Reg. 175.

Nux, ſeu Reg. C L V I I. Vlpianus. I C.

Ad ea quæ non habent atrocitatem facinoris, vel ſceleris (in his ignoſcitur ſervis: ſi vel dominis, vel his qui Vicedominorum ſunt (veluti tutoribus & Curatoribus) obtemperaverint, §. 1. ſemper: Qui dolo facit, quo minus haberet §. 2. in contractibus ſucceſſores ex dolo eorum quibus ſucceſſerunt, non tantum in id, quod peruenit, verum etiam in ſolidum tenentur: hoc eſt vnuſquiſque pro eâ parte qua hæres eſt.

Enucleatio ſummaria.

In leuibus ſeruo ignoſcas: dolus inſtar habere
eſt,

Exque

Ex æq. dolo ſolidũ dabit in Contractibus hæres.

NB. Confer ſup. Reg. 15. Patem,&c.

Nux, ſeu Reg. C L V I I I. Gajus. I. C.

Creditor qui permittit rem venire p gnus dimittit.

Enucleatio Verſualis.

Pignus dimittit permittens venditionem.

Nux,ſeu Reg. C L I X. Paulus J. C.

Non vt ex pluribus cauſis debere nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrum eſſe.

Enucleatio Carminicè.

Pluribus ex cauſis nobis debetur idem, ſed
Ex cauſis noſtrum pluribus eſſe nequit.

Nux, ſeu Regula C L X. Vlpianus J. C.

Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire § 1. refertur ad vniverſos quod publice fit per majorem partem § 2. abſurdum eſt plus Juris habere eum) cui legatus ſit fundus, quam hæredem, aut ipſum teſtatorem, ſi viveret.

Enucleatio ſummaria.

Vendere,conſentire,aliud:pars major ad omnes
Fertur: Juris habet non plus hærede legatum.

NB. Confer ſup. Reg. 156. Invitus,&c.

Nux,ſeu Reg C L X I. Vlpianus.J. C.

In jure Civili receptum eſt quoties per eum, cujus intereſt conditionem non impleri, fiat, quo minus impleatur: perindè haberi,ac ſi impleta conditio fuiſſet, quod ad libertatem, & legata,& ad hæredum inſtitutiones perducitur, quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur, cum per promiſſorem factum eſſet, quo minus ſtipulator conditioni pareret.

Enucleatio ſummaria.

Si ſtat conditio per te,jam impleta videtur,
Illud ad hæredes perducitur, & ſtipulata

Nux,ſeu Reg. C L X I I. Paulus.J. C.

Quæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi.

Enucleatio in verſu.

Propter cepta neceſſe nego trahi in argumentũ.
Non argumentum faciunt quæ facta neceſſe.

Nux, ſeu Reg. C X L I I I. Vlpianus. J. C.

Cujus eſt donandi, ejus & vendendi & concedendi jus eſt.

Enucleatio verſifica.

Cuijus donandi eſt,concedere,vendere eidem.

Nux,ſeu Reg. C L X I V. Paulus. I. C.

Pœnalia judicia ſemel accepta in hæredes transmitti poſſunt.

Enucleatio Verſualis.

Judicium ſemel acceptum pœnale habet hæres

Nux, ſeu Reg. C L X V. Vlpianus. I. C.

Cum quis poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi § 1. cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec ſi in) donationis causâ conſenſerit, ratam ejus voluntatem habendam.

Enucleatio ſummaria.

Conſentire poteſt, qui juſto poſſe alienat,
Qui donare nequit, nec quoq; velle ratum eſt.

Nux ſeu Regula C L X V I. Paulus J. C.

Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

Enucleatio per ſe.

Non locuples fertur rem defendens alienam.

Nux, ſeu Reg. C L X V I I. Paulus. J. C.

Non videntur data, quæ eo tempore quo dantur accipientis non fiunt § 1. qui juſſu judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere neceſſe habet.

Enucleatio & Summa.

Non reputant data, quæ non fiunt accipientis?
Abſque dolo eſt faciens juſſu parere neceſſe.

Nux, ſeu Reg. C L X V I I I. Paulus. I. C.

Rapienda (ſeu capienda) occaſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum. § 1. Quod factum eſt, cum in obſcuro ſit, ex adfectione cujuſque capit interpretationem.

Enucleatio verſualis.

Eſt occaſio reſponſi rapienda benigni.
Obſcuri interpres facti eſt affectio noſtra.

NB. Conf. ſup. Reg. 155. & Reg. 192.

Nux, ſeu Reg. C L X I X. Paulus. J. C.

Is damnum dat, qui jubet dare, ejus verò nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit. § 1. Quod pendet, non eſt pro eo, quaſi ſit.

Enucleatio Verſificè.

Dat damnum Juſſor, non cui parere neceſſe eſt,
Quod pendet non eſt pro ſimili quaſi ſit.

Nux, ſeu Reg. C L X X. Paulus. J. C.

Factum à judice, quod ad Officium ejus non pertinet, ratum non eſt.

***** *Enu*

Enucleatio in verſu.

Judicis officiũ non ſpectans, non ratũ habetur.

Nux & Reg. CLXXI. Paulus. I. C.

Nemo ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio, quod præſtiterit.

Enucleatio & ſumma.

Si recipit, quod præſtiterit, nemo inde petẽdes.

Nux, ſeu Reg. CLXXII. Paulus. I. C.

In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt. §. 1. Ambigua autem intentio, ita accipienda eſt, vt res ſalua actori ſit.

Enucleatio ſummaria.

Venditor ambiguum contra te ſuſtine pactum,
Ambigua accipias Actori ſalua ſit vt res

Nux, ſeu Reg. CLXXIII. Paulus. I. C.

In condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur: non totum quod habent extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant. §. 1 Cum & verbum reſtituas (in) lege inueniturerſi non ſpecialiterde fructibus additum eſt, tamen etiam fructus ſunt reſtituendi § 2. Vnicuique ſua mora nocet, quod & in duobus reis promittendi, obſeruatur §. 3. Dolo facit, qui petit, quod redditurus eſt.

Enucleatio ſummaria.

Eac ne egeant, qui dant, quod poterunt facere;
Verbo reſtituas fructus quoque reſtituendi.
Eſt ſua cuique nocens mora: n . u pete, quod quoque reddes.

Confer. ſup. Reg. 72. & Reg. 88.

Nux, ſeu Reg. CLXXIV. Paulus. I. C.

Qui poteſt facere, vt poſſit conditioni parere, jam poſſe videtur § 1 quod quis, ſi [illegible] elit, habere non poteſt, id repudiare non poteſt.

Enucleatio.

Per quem conditio potis eſt, jam poſſe videtur,
Neue repudiat id, quod quis habere nequit.

N[illegible]x, ſeu R[illegible]g. CLXXV. Paulus, I. C.

In h[illegible]s [illegible] a[illegible]ias in ijs omnibus officiis) quæ officium p[illegible] li[illegible]ras fieri perſonas leges deſiderant, ſ[illegible]rvu[illegible] interuenire non pot[illegible]ſt §. [illegible] Non debeo mel[illegible]ris [illegible]ondit[illegible] eſſe, quam auctor meus, à [illegible] me [illegible]ſit.

[illegible]atio ſummaria.

[illegible] haud ſervus venit inter

Non ego ſum, quam auctor, melioris conditionis. *Vel,*

Jus ego nõ melius, quam meus auctor habet.

Conf. ſup Reg. 1;6.160. & etiam inf. Reg. 1-7.

Nux, ſeu Reg. CXXVI. Paulus. I. C

Non eſt ſingulis concedendum, quod per Magiſtratum publicè poſſit fieri: ne occaſio ſit Majoris tumultus faciendi §. 1. Infinita æſtimatio eſt libertatis, & neceſſitudinis

Enucleatio ſummaria.

Facta Magiſtratus non concedenda cuiuis.
Libertas-cognatio-ſunt precij infiniti.

NB. Confer inf. Reg. 1-9 in Obſcurâ.

Nux, ſeu Reg. CLXXVII. Paulus. I. C.

Qui in Jus, vel dominium alterius ſuccedit jure ejus vti debet § 1 Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere

Enucleatio verſualis.

In jus alterius ſuccedens, vtor eodem,
Abſq; dolo eſt cauſam ignorans non ritè petẽdi.

NB. Confer ſup. Reg 175. & Reg. 160. etiam Reg. 156.

Nux, ſeu Reg. CLXXVIII. Paulus. I. C.

Cum principalis cauſa non conſiſtit, plerumque ne ea quidem, quæ ſequuntur, locũ habent.

Enucleatio & ſumma.

Cum non ſubſiſtit princeps cauſa, abſque ſequela eſt. *Vel,*

Cum primũ non ſtat, nec locũ habent reliqua.

Nux, ſeu Reg. CLXXIX. Paulus. I. C.

In obſcurâ voluntate manumittentis fauendum eſt libertati.

Enucleatio verſualis.

In velle obſcuro pro libertate fauendum.

NB. Confer. ſup. Reg. 1-6. Non eſt, &c.

Nux, ſeu Reg. CLXXX. Paulus. I. C.

Quod juſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum eſſet.

Enucleatio, & Summa.

Soluitur alterius qnod juſſu, ſit quaſi & ipſi

Nux, ſeu Reg CLXXXI. Paulus. I. C.

Si nemo ſubiit hæreditatem, omnis vis teſtamenti ſoluitur.

Enucleatio, & ſumma.

Vis (ſi nemo hæres) teſtati ſoluitur omnis. *Vel,*
Hæres nemo ſubit? vis jacet omnimoda

Nux

Nux, ſeu Reg. CLXXXII. Paulus. I. C.

Quod nullius eſſe poteſt, id vt alicuius fieret nulla obligatio valet efficere.

Enucleatio ſummaria.

Quæ nullius erunt, fieri nequeunt alicujus.

Nux, ſeu Reg. CLXXXIII. Marcel. I. C.

Etſi nihil facilè mutandum eſt ex ſolemnibus, tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt.

Enucleatio ſummaria.

Mutandum ſolemne nihil, niſi poſceret æquum.

Nux, ſeu Reg. CLXXXIV. Celſus. I. C.

Vani timoris juſta excuſatio non eſt.

Enucleatio per ſe.

Eſt vani non excuſatio juſta timoris.

Nux, ſeu Reg. CXXXXV. Celſus. I. C.

Impoſſibilium nulla obligatio eſt,

Enucleatio per ſe.

Vere impoſſibilis ſi & obligatio nulla.

Nux, ſeu Reg. CLXXXVI. Celſus. I. C.

Nihil peti poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolui non poſſit: & cum ſoluendi tempus obligationi additur, niſi eo præterito, peti non poteſt.

Enucleatio Verſualis.

Nil ante id tempus, quod fert natura, petetur:
Tempus vbi addis, nil petitur, niſi præteritum ſit. Vel,
Nil petis ad tempus, ſit niſi præteritum.

Nux, ſeu Reg. CXXXVII. Celſus I. C.

Si quis prægnantem vxorem reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

Enucleatio Carminice.

Linquens prægnantem vxorem, haud ſine prole videtur.

Nux, ſeu Reg. CLXXXVIII. Celus. I. C.

Vbi pugnantia inter ſe in teſtamento juberentur, neutrum ratum eſt. § 1 Quæ rerum naturâ prohibentur nulla lege confirmata ſunt.

Enucleatio converſu.

In teſtamento ſi ſint pugnantia neutrum;
Lex non confirmat quod naturâ prohibetur.
Confer ſup. Reg. 73 quo tutela ſ. q. & c.

Nux, ſeu Reg. CLXXXIX. Celſus. I. C.

Pupillus nec velle, nec nolle in eâ ætate niſi adpoſita tutoris auctoritate creditur: nam quod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas neceſſaria eſt.

Enucleatio & ſumma.

Pupillus (niſi tutore authore, eſt ſine velle,
Senſu animi quod fit, tutor ibi auctor erit.

Nux, ſeu Reg. CLXXXX. Celſus. J. C.

Quod euincitur, in bonis non eſt.

Enucleatio per ſe.

In noſtris non eſſe bonis euicta putantur.

Nux, ſeu Reg. CXXXXI. Celſus, I. C.

Neratius Conſultus-an quod beneficium dare ſe quaſi viventi Cæſar reſcripſerat, jam defuncto dediſſe exiſtimaretur? Reſpondit non videri ſibi principem (beneficium) quod ei quem viuere exiſtimabat, conceſſiſſet, defuncto conceſſiſſe, quem tamen modum eſſe beneficij ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe.

Enucleatio ſummaria.

Quod quaſi viuenti Cæſar dat, non dedit illud,
Defuncto, tamen eſt ipſius arbitrio.

Nux, ſeu Reg. CLXXXXII. Marcel. I. C.

Ea quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur §. 1. In re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus Iuſtius eſt, quam tutius.

Enucleatio & ſumma.

In non diuiduis ſolidum debetur ab omni
Hærede: interpres dubiâ eſto benignior in re.
NB Confer ſup. Reg. 155. & Reg. 168.

Nux, ſeu Reg. CLXXXXIII. Celſus. I. C.

Omnia ferè jura hæredum perinde habentur, ac ſi continuo ſub tempus mortis hæredes extitiſſent.

Enucleatio ſummaria.

Jus omne hæredû referas ſub tempora mortis.

Nux, ſeu Reg. CXXXXIV. Modeſt. I. C.

Qui per ſucceſſionem (quamuis longiſſimâ) defuncto hæredes conſtiterunt: non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter hæredes exiſtunt.

Enucleatio ſummaria.

Nô minus eſt hæres-ſucceſſor primus & imus.

Nux, ſeu Reg. CLXXXXV. Modeſt. J C.

Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

Enucleatio per ſe.

Sic expreſſa nocent, vt nô expreſſa nocent non.

Nux, ſeu Reg. CLXXXXVI. Mod. I. C.

Priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ, & ideo quædam ad hæredem transmittuntur, quæ cauſæ ſunt: quæ (verò) perſonæ ſunt, ad hæredem non tranſeunt.

Enucleatio Verſualis.

Eſt priuilegium perſonæ, tum quoque cauſæ,
Tranſit ad hæredẽ, nõ perſonæ, aſt benè cauſæ

Nux. ſeu Reg. CXCVII. Modeſt. I. C.

Semper in coniunctionibus non ſolum quid liceat, conſiderandũ eſt, ſed & quid honeſtũ ſit.

Enucleatio & ſumma.

Conjugiis ſpecta, nõ quid licet, at quid honeſtũ.

Nux, ſeu Reg. CXCVIII. Iauolenus I. C.

Neq; in interdicto, neq; in cæteris cauſis pupillo nocere oportet, dolum tutoris: ſiuè ſoluendo eſt, ſiuè non eſt.

Enucleatio ſummaria.

Pupillo haud nocuiſſe dolum tutoris oportet.

Nux ſeu Reg. CXCIX. Iauolenus. I. C.

Non poteſt dolo carere, qui Imperio magiſtratus non paruit.

Enucleatio Verſualis.

Non caret ille dolo, non paruit imperio qui.

Nux, ſeu Reg. CC. Iauolenus I. C.

Quoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt, quod minimum habeat iniquitatis.

Enucleatio ſummaria.

Captio vbi ſemper, cape, quod minimum extat iniqui. *Vel*
Captio vbi quoties ſelige, quod minimũ eſt.

Nux, ſeu Reg. CCI. Iauolenus. I. C.

Omnia, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum euentus capiunt, ſi initium quoque ſine vitio ceperint.

Enucleatio verſificè.

Ex teſtamento capit hæc euenta profectum,
Si quoque Principium ceperit abs vitio.

Nux, ſeu Reg. CCII. Iauolenus. I. C.

Omnis definitio in Jure Ciuili periculoſa eſt, parum (alias ratum) eſt enim vt non ſubuerti poſſit.

Enucleatio & ſumma.

Jure pericloſâ omnis definitio habetur.
NB. Confer. ſup. Reg. 1.

Nux, ſeu Reg CCIII. Pomponius. I. C.

Quod quis ex culpâ ſuâ damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire.

Enucleatio in verſu.

Qui ex culpa ſentit damnũ, haud ſentire videtur

Nux, ſeu Reg. CCIV Pomponius. I. C.

Minus eſt actionem habere, quam rem.

Enucleatio per ſe.

- - - Minus Actio quam res.

Nux, ſeu Reg. CCVI. Pomponius. I. C.

Plerumque, fit, vt etiam ea, quæ à nobis abire poſſint, perinde in eo ſtatu ſint, atq; ſi nõ eſſent, ejus conditionis, vt abire poſſent, & ideo, quod fiſco obligamus, & vindicare interdũ, & alienare, & ſeruitutẽ (in) prædio imponere poſſumus.

Enucleatio ſummaria

Quæ poſſunt abyſſe fit, ac poſſent neq; abire,
Hinc, liga quæ fiſco ſunt, vindicat atq; alienat.

Nux, ſeu Reg CCVI. Pomponius. I. C.

Jure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento, & injuriâ fieri locupletiorem.

Enucleatio & ſumma.

Nemo cũ alterius damno vt locupletior æquũ eſt.

Nux, ſeu Reg. CCVII Vlp. I. C.

Res judicata pro veritate accipitur.

Enucleatio per ſe.

Pro vero accipitur res Judicialis, &c.

Nux, ſeu Reg. CCVIII. Paulus. I. C.

Non poteſt videri deſiſſe habere, qui nunquã habuit.

Enucleatio Verſualis.

Non poterit qui nunquã habuit, deſiſſe videri

Nux, ſeu Reg. CCIX. Vlpianus. I. C.

Seruitutem mortalitati ferè comparamus.

Enucleatio per ſe.

Seruile eſt mortale ferè, comparaq́ue paratum.

Nux, ſeu Reg CCX. Lucinn. Rufin. I. C.

Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, ex poſtfacto conualeſcere non poteſt

Enucleatio & ſumma.

Nullitet inſtituo? ex poſtfacto non reualeſcit.

Nux ſeu Reg CCXI. Paulus. I. C.

Seruus Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

Enucleatio per ſe.

Non poterit ſeruus cauſa Reipublicæ abeſſe.
NB. Confer ſupra in varijs Regulis.

ET

ET QVIDEM VT LECTORI STATIM PATEAT, HOC OPVS VNA CVM DISPVTATIONIBVS BASILienſibus, ſi non veram Encyclopædiam, ſaltem vmbram, aut effigiem quandam eſſe, Wolffgangus Sigiſmundus à Vorburg non tam fraterni nominis, quam rei litterariæ ſtudio has omnium diſputationum tabulas formauit, concinnauit, atq; in ipſa fronte propoſuit.

DISPVTATIONES, ET MATERIÆ IVRISPVBLICI IMPERIALIS SECVNDVM ORDINEM REINKINGIANVM.

Diſputatio de Jure publico. Vol. [illegible]
Præcepta Juris publica. vol 2.
Diſputatio de Republica. vol. 4.
Faſciculus Parodoxorum Hiſtorico Politicorum ex Ioan. Bodini lib. de Republ. collectus. vol. 2.
De ſtatu, & formis Rerumpublicarum. vol. 1
De varijs Vniuerſitatũ ſpeciebus, earumq; juribus præſenti Germaniæ ſtatui accommodata. vol. 4.
De fœderibus, ex Jure Publico. vol 5.
De ratione legis publicæ, & vero ſenſu leg. non omnium 20. ff. de legibus ac genuinis ejus exemplis. vol. 5
De Summa Summi Imperij poteſtate quæ Majeſtas appellatur ex Jure publico. vol 1.
Diſputatio de Majeſtate vol. 4.
De L. Julia Majeſtatis. vol 4.
De Jure Principatus. vol 4.
De Juriſdictione Veteris Republicæ Romanæ, tum tranſlato ad Germanos imperio: it[illegible]q; Imperato[illegible]is, Cameræ, Imperialis, ſtatuum Impe[illegible] vol. 4.
De Sacro Romano Nationis Germanorum Imperio vol 5.
De poteſtate, & Juriſdictione Imperatoriâ. v. 4.
De Jure Imperij G[illegible]manici, S. Cæſ. Maj[illegible]ſtatis, Electoribus, Principibusq; competente. vol. 4.
De S. Cæſ. Majeſt. Cameræ Imperij, & aliorum Magiſtratuum Juriſdictione ad præſentem Reip. Germ. formam, & vſum accommodata vol. 1.
De Le[illegible]e Germanorum Regia, ſeu Capitulatione Imperatoria. vol. 4.
Diſputatio alia de lege Regia. vol. 4.
De Comitijs Imperij Romano Germanici. vol 3.
De Regis Romanorum Electione, ac deſignatione: itemque Juriſdictione concluſiones delibatæ ex aurea bulla Imperat: Sacratiſſimi Caroli IV. vol. 4.
Diſſertatio Hiſtorico Juridica in 17 Capita Aureæ Bullæ Imper. Caroli IV. vbi de Rom Regis Electione, Vicarij Imperij adminiſtratione, Imperatoris conuenti Judicio, PP. E E ſeſſione, ſucceſſione, tutela, priuilegijſque non EVOCANDI, ac non appellandi, fodinas tenendi, Judæos recipiendi, Telonia exigendi, monetas cudendi, & quæcunque bona emendi: nec non de confœderationibus Pfalburgerijs, & diffidationibus, ſimilibusque. vol. 2.
Diſputatio de ſucceſſionis prærogatiua; Dom. Arumæi profeſſoris Jenenſis. v. 5.
Ad Sacratiſſimam Cameræ Imperialis ordinationem diſputationes tres, id eſt, de Judicij Cameralis Juriſdictione, Perſonis, cauſis. vol. 4.
De Banno Imperiali. vol 6.
De cauſis Exemptionum Imperij. vol. 2.
Diſputationum Nomico-Politicarum Beſoldi lib. 3. vbi de ſucceſſione quæ Regni ſit Jure, & Regia Electione vol 3.
De Regalibus vol. 1. vol. 5. & vol. 7.
De origine, & poteſtate modernorum Princ. Electorum Imperij. vol. 5.
Quæſtio ad tit. VII. Aureæ bullæ Caroli IV. quæ eſt de ſucceſſione in Electoralibus ex Jure Primogenituræ. vol 4.
Reſolutio Cap. VII. Aureæ Bullæ de ſucceſſione Electorum. vol 2.
De Vicarijs Imperij, horum poteſtate vol 5

De Principibus, eorumque Juribus in Inclyto Imperio Romano-Germanico. vol 5.

De Comitibus, & Baronibus Imperij. vol. 5.

De Ordine Equeſtri in Imperio Romano, vbi ſpecialis ſit mentio Nobiliũ de Graneck. v. 5.

De Nobilitate: itemq; Nobilitate Ciuili. vol. 1.

Quæſtio Juris de ſtatu Nobilium Ciuili, eorumque Juribus, priuilegijs, & Immunitatibus. vol. 4.

De Renunciationibus ſucceſſionũ, quibus Principum, Comitum, Baronum, & Nobilium filiæ nuptui collocatæ vti conſueuerunt vol. 5.

Reſolutio Cap. quamuis de pactis in ſexto. v 5.

De Jure Imperialium Ciuitatum in immutanda religione vol. 5.

De Conſiliarijs diſputationes duæ. vol. 1

De Auſtregis h. e. priuilegiatis inſtantijs Ordinum S. Rom. Germ Imperij. vol. 4.

Themata Synoptica de Priuilegiatis S. R. I. procerum Inſtantijs vulgo **die Außträg**. vol. 3.

Delineatio Auſtregarum i. e. priuilegiatarum inſtantiarum Ordinum Sac. Rom. Germ. Imp. vol. 6.

De Confraternitatibus. vol. 5:

De Confraternitate, ſiue pacto ſucceſſorio Illuſtrium Perſonarum. vol. 1.

De concurrentia Jurisdictionis in Imperio Roman. Germ. vol. 5

De ſuperioritate territoriali, ejuſdemque Juribus affinibus. vol. 5.

Decas quæſtionum Juridico-Politicarum ex materia Juris territorialis deſumptarũ. vo. 5.

Concluſiones de Homagijs ſubiectiuis, vulgò **Erb: vnd Landhuldigungen**. vol. 5.

Diſputatio de ſtatutis. vol. 6.

De cura Magiſtratus Religioſa, vbi de pacificatione Paſſauienſi &c. vol 4.

De pace Religionis vol. 5.

Tractatus Canonico-Politicus de Jure Epiſcopali. vol 3.

Diſputatio de decimis. vol. 3.

De Jure Jurando. vol 3.

De Vſuris vol. 3.

De Cura ſubditorum extrinſeca vbi de Cenſura, & rerum adminiſtratione &c. vol. 4.

De protectionis, ſiue aduocatiæ in, & extra SS Rom. Germanicum Imperium moribus priſcis, & hodiernis recepto Jure. vol. 7.

De Securitate, & ſaluo conductu, eiusque varijs ſpeciebus maxime de Salua Quardia, **Schutz vnd Schirm**/ de Saluo Conductu, **von / vnd zum Rechten** / Itemque de conductu illo in Imperio Rom. Germanico valde celebrato, vulgo **das Geleyd**. vol. 2.

De Contributionibus hodie in Germania vſitatis vol. 1.

De Vectigalium Jure pro moribus hodiernis, & praxi maxime Imperij vol. 3.

De re monetaria, eiusque ſummis Regalibus, cũ vtiliſſimis quæſtionibus, & varijs Imperij de ea præjudiciis, ac obſeruationibus vol. 2.

De Theſauris diſputatio. vol. 6.

Totius Juris Fiſci delineatio vol. 7.

De Jure Venandi. vol. 2.

Quæſtiones, de Venatione, aucupio & piſcatione. vol. 5.

De re, & Jure Aquatili vol. 7.

Analyſis Vniuerſæ feudorum materiæ. vol. 5.

Synoptica totius Juris feudalis tractatio, cum Juris Publici, & feudalis Saxonici differentiis vol. 5.

De inueſtitura feudi noui. vol. 2.

Juris feudalis concluſiones miſcellaneæ. vol. 2.

De cauſis Amiſſionis feudi tam ex culpa, quam ſine culpa Vaſallorum, vol. 5.

De Jure Emphyteuſeos, vol. 1. & vol 3.

De Mercatore, itemque mercatura. vol 1 & v 6.

De opere Ruſticorum, vol 6

De ſucceſſione ab inteſtato feudali, & Ciuili: itemque ſucceſſionis prærogatiua vol 2. & vol. 5.

De Retractuum Jure in Genere. materia ampliſſima, & difficillima. vol 1.

Epitome Tiraquelliana Retractuum Conſanguinitatis, & Conuentionalis materiam continens. vol. 3.

De fori competentia concluſiones. vol. 5

De Reſcriptis, ſeu literis Moratoriis, vulgo quinquennales, dictis, **oder Auſtand Brieff**. vol. 7.

De Ceſſione bonorum vol 5.

Diſquiſitio Theorico-practica Continens illuſtrem Juvaminis appellatorij materiam, itemque de Appellationibus in genere, & ſpecie-qui, & a quibus appellare poſſint, ac de priuilegijs de non appellando. vol 1.

Diſputatio de priuilegijs vol. 2.

De Jure, & priuilegiis Medicorum vol 1.

De

De Jure, & priuilegiis Scholarum vol. 4.
De Areſtis ex Jure Communi, Saxonico, & Conſtitutionibus Imperii vol
De Duello, ſiue Monomachia vol. 5.
Diſſertatio Legalis Candidatoria de duobus terribilibus Digeſtorum libris de publicis Judiciis, & delictis vol. 2.

NB. Hactenus de primariis Materiis, & diſputationibus Hiſtorico Publico-Juridicis ſeu Iuris Publici Imperialis-Regalis atq; Territorialis, &c. Nunc ergo inſequentibus tabellis procedamus ad materias, & diſputationes Communes Iuris Ciuilis Juſtinianei, & maxime quæ ad actus, Negotia, atq; Commercia Priuatorum Ciuium.

DISPVTATIONES ET MATERIÆ JVRIS CIVILIS, JVSTINIANÆI ſecundum Ordinem Treutlerianum.

Diſputatio de principiis Juris. vol. 6.
De Interpretatione Juris vol 5.
Hypotipoſis materiæ fictionum Juris Ciuilis in genere. vol. 5.
De Differentiis Juris Ciuil. & Canon. vol. 6.
De Executione Legum, vbi de Juriſdictione, & Judiciis vol. 5.
De Jure, & facto vol. 6.
De Conſtagolа concurrentium actionum materia vol 6.
Diſputatio deducens cauſarum connexitatem, & cohærentiam. vol. 5.
De Citatione, ſeu in Jus vocatione. vol. 6.
Repetitio l. transigere de tranſact. vol. 1.
Diſputatio ex tit. Digeſt & Cod. de procuratoribus theorico practicé vol 6.
De Reſtitutionibus in integrum vol. 4. & vol 6.
Poſitiones de Judiciis, eorumque ordine Ciuili vol.
De veteri Judiciorum forma, & hodierna vol. 4.
Judicij practici, ſeu proceſſus Judicarij primæ inſtantiæ Exegis vol. 6.
Diſputatio de libellis, vol 5.
Concluſiones de litis conteſtatione. vol. 6.
Propoſitiones Legales de Jure Vſusfructus. vol. 5.
Diſputatio de fructibus vol. 5
De in litem Jurando. vol 2.
Celebriores controuerſiæ ex diſputabili materia contractuum, qui Re perficiuntur vol 1.
Exercitatio Inauguralis ad l. contractus 28 ff. de Reg. Jur. vbi de doli, culpæ, & caſus fortuiti præſtatione in contractibus, &c. vol. 5.
Diſputatio de Conditionibus. vol. 6.
De Emptione, & Venditione vol 4 & vol. 5.
De Contractibus Innominatis. vol 2.
De Pignoribus, & Hypothecis, deque ordine, & Priuilegiis Creditorum in concurſu, vol 2. & vol. 5.
De Prioritate, & concurſu Creditorum. vol. 6.
Diſputatio de vero Intellectu Nobilis, & Vexatiſs. l. periculi precium ff. de Naut. fœn. vol. 1.
Diſputatio de mora. vol 6.
Sylloge Generalis materiæ Probatoriæ. vol. 6.
De Probationibus vol 4.
Diſputatio de Confeſſis vol. 1.
Diſputatio de Tutelis vol. 4.
De Patrocinio Pupillorum vniuerſo. vol 6.
Concluſiones legales Patrocinium Pupillorum exprimentes vol. 3.
Diſputatio de Alimentis vol 4.
Diſputatio de Legitima. vol. 6.
De Teſtamentis, & vltimis voluntatibus vol. 5
De Teſtamentis, eorundemque ordinatione, conſtitutione, Infirmatione, & corruptione. vol 1.
Deſcriptio Methodica ſubſtitutionis directæ vel obliquæ vol. 6.
De Jure fidei Commiſſorum. vol. 5.
De Jure accreſcendi, vol. 5. & vol. 6.
Inuentarij Hæreditarij ſchema Logicum. vol. 3.
De ſucceſſionibus legitimis, vol. 5.
De Collationibus, vol. 4.
De operis noui nunciatione. vol. 2.
De donationibus reuocandis, vol. 4.
De Poſſeſſionibus, vol. 5.
De vera ſubſtantia Poſſeſſionis, ejuſque acquirendæ, retinendæ & amittendæ modis Ciuilibus, vol. 2
Centuria Concluſionum Juridicarum, Interdictum vti poſſideris, & vtrubi, theoricè, & Practicè pertractans, vol. 3.
Diſputatio de Retentione, vol. 6.
De ſententia, & re judicata ex Jure Ciuili, Canonico Cameræ Imperialis Ordinatione, & nouiſſimis Imperij conſtitutionibus, vol 5.
Diſputatio de Interdictis, vol. 2.
Diſputatio de Exceptionibus, vol. 2.
De Verborum obligationibus, vol. 5.

Sylloge

Sylloge Chyrographiariarum Clauſularum Theorico-Practicarum, vol 5.

Diſputatio de fidejuſſoribus, vol. 4.

De Appellarionibus, vol. 5. & vol. 6.

Diſputatio de Attentatis, vol. 3.

De Præcipuis remedijs, quibus lites, & controverſiæ ex præſcripro Juris dirimuntur, vol 1.

De defenſione: itemque neceſſaria defenſione, vol. 2.

Diſputatio de furtis, vol. 2.

Diſputario de Incendiis, vol. 1.

De Injuriis-famoſis libellis, & actionibus inde deſcentibus: itemque leg. Diffamari (de Ingen. & manum, vol. 1.

Reperitio multum famoſæ leg. 7. (vnde VI. v. 2.

Diſputatio de Homicidio v luntario, neceſſario, & Caſuali ex tit. extr. de Homicid. vol. 2.

Miſcellanea.

Quæſtionum Illuſtrium, & controuerſarum ex Jure Ciuili, Canonico, & feudali decerptarum Decades V. vol. 5.

Trias Decadum Inauguralis ex Illuſtribus Civilis, Canonici, & feudalis Juris Capitibus deprompta, vol. 4.

Decas Theſium per Saturam, reſpondente Georgio Friderico Barone ſemper libero Limpurgi S R. I Pincerna hæreditario, vol. 4.

Sylloge rerum quotidianarum, vol. 2.

Illuſtres Juris Ciuilis, Can. & feud. Controverſiæ, vol. 2.

Loca quædam Inſtitutionum Juris Ciuilis explanata, vol. 1.

Duodecas Thematum, vol. 2.

Explicario difficiliorum aliquot, & nobiliorum Juris quæſtionum, vol. 2.

Juris Antithematum, IV. Decades, vol. 2

Semi Centuria maxime Controuerſarum quæſtionum, ex vtroque Jure Ciuili, & Canonico decerprarum, vol. 3.

Themata Juris ſynoprica ſex Claſſibus delineata, vol. 3.

Miſcella Juris præcognita ſub Præſidio Joann. Rudolphi Burckardi V. J D & Philoſoph. Practicæ apud Baſileenſes Profeſſoris, vol. 4.

Diſputario Inauguralis Baſileenſis de quibusdam Caſibus conſcientiæ, & aliis Juris Ciuilis, atque Canonici materijs Miſcellaneis, vol. 5.

EPIGRAMMA

AD VNITRINAM EXIMIAM ENCYCLOPÆDIAM PHILIPPINAM HISTORICO-POLITICO-IVRIDICAM.

Hiſtoricè Liuius, Saluſtius, atq; Plutarchus:
Bartolus, & Baldus dant ſua Juridicè;
Politicè Plato: verum ſimul hæc tria junctim,
Quam benè? POLITICE, JURIDICE, HISTORICE?

ALIVD EPIGRAMMA.

OMnia ſcire cupis? libro hic ſunt omnia in vno:
Dat ſtudii triplices Omnipotentis OPES!

ALIVD SIMILE.

ÆVum ex HISTORICIS potes videre,
Vrbem ex POLITICIS potes fovere,
Litem ex IVRIDICIS potes ſubire,
An ergo eximium librum, Volumen,
Quod junctim dabit iſta non lubenter
CORNV nobile COPIÆ vocabis?

Ita veritate, & raritate dictante
Candidè poſuit, appoſuitque W.S.A.V.
Decanus Aſchaffenburg. Conſiliarius
Moguntinus, Comes Palatinus.

SVMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

F*Erdinandus* II. *divina favente clementia electus* Romanorum Imperator, *ſemper Auguſtus*, &c. *diplomate ſuo ſanxit, ne quis* ENCYCLOPÆDIAM Juris, à Joanne Philippo à Vorburg, *confectam, vbi eam editurus, aut cuicunque ceſſurus eſſet, per totum* Romanorum Imperium, *aut regna, ac provincias Imperio ſubjectas, præter voluntatem ſuam, ejusve, cui hanc tradidiſſet, aut ceſſiſſet, aut cujuscunque tali, aut ſimili modo intereſſe poſſet intra decennium imprimat, alibive impreſſas diſtrahat, ſub pœna confiſcationis exemplarium, & decem marcarum auri puri, vti latius patet in litteris.*

ENCY-

ENCYCLOPEDIÆ

JURIS PUBLICI PRIVATIQUE,

AD

SEPTEM VOLUMINA DISPUTATIONUM BASILIENSIUM, JUXTA ALPHABETI SERIEM DIGESTÆ, INITIUM A.

AB.

ABbates quidam per Germaniam ſunt, qui ſunt principes Imperij, vt & quædam Abbatiſſæ. *vol.* 5. *d.* 2. *lit.* G. 2. *vol.* 6. *d.* 2. *l.* G. 2.

Abortum in muliere prægnante qui procurauit, quæritur an ſit homicida? reſpondetur, ſi fœtus jam conceptus & viuificatus ſit, homicida erit, ſin ſecus, non ſit, nec irregularitatem incurrit, qui culpa, vel per laſciuiam abortioni talem cauſam dedit, ſed ſi de induſtria hoc eſt dolo malo abortio facta ſit, tale facinus pro homicidio punitur, lege quidem divina vltimo ſupplicio, ſi fuit formatus fœtus, damno vero pecuniario, ſi nondũ fuerit formatus: lege autem ciuili mulier quæ, vt partum abigat, viſceribus ſuis vim infert, in exilium pellitur, Et ij, qui ſterilitatem in muliere aut explendæ libidinis cauſa, vel odij meditatione, aut ob auaritiam procurant, vt homicidæ tenentur *vol.* 2. *d.* 22. *l.* AA. 4. *d.* 25. *l.* HH. 4. *vol.* 5. *d.* 35. *l.* AA. 2. 3. *vol.* 4. *d.* 22. *l.* yyyy. 4.

Abſenti dantur induciæ ad comparendum, & cauendum, né decernatur Immiſſio in bonorum poſſeſſionem. *vol.* 2. *d.* 28. *lit.* NN. 3.

Abſenti regulariter corporalis pœna non adjudicatur *vol.* 6. *d.* 1. *l.* B. 1.

Abſoluendus habetur pro abſoluto. *vol.* 1. *d.* 9. *l.* nn. 3.

ab Abſurdo vitando fortiſſimum in jure ducitur argumentum. *volum.* 5. *d.* 30. *l.* F. 4. *d.* 49. *l.* GGGG. 3.

A Idem

Digitized by Google

Abzug/ vide collecta, decimæ.

Academiæ inſtituendæ Ius ſolus Cæſar habet. *vol.* 2. *d.* 4 *l.* Y. 1. *d.* 9. *l.* r R r. 4. *volum.* 4. *d.* 21. *l.* YYYY. 2. *volum.* 7. *d.* 9. *lit.* oo. 3.

Idem jus & Pontifex, & reges exercent. ibid.

Academiæ Europæ celebriores quænam ſint. *vol.* 4. *d.* 21. *l.* YYYY. 3. 4.

Acceptilatio, eſt imaginaria ſolutio: quæ non recipit conditionem. *vol.* 6. *d.* 12. *l.* Ttt. 2. eſt actus legitimus ibid.

Acceptilationis exceptio ſubleuat eum, cui accepto latum eſt, qui ob id imaginariè ſoluiſſe exiſtimatur, quod ſolum poſſunt ij, qui ſui juris ſunt; Non autem acceptò fertur, niſi debitori, ejusve hæredibus, vel omnibus, vel ex his vni, nec aliud acceptò ferendum eſt, quam quod debetur, & quidem ex verborum obligatione. *vol.* 2. *d.* 27. *l.* LL. 3.

Acceptilatione extinguitur fidejuſſio. *vol.* 4. *d* 27. *l.* R. 2.

Acceſſorium naturam ſequitur principalis, & deſtructo principali deſtruitur & acceſſorium, non è contra. *vol.* 1. *d.* 15. *l.* L. 3. *vol.* 2. *d.* 3. *l.* k. 2. 3. *vol.* 3. *d.* 5. *l.* hh. 2. mm. 1. nn. 1. *d.* 9. *l.* bbb. 1. ddd. 1. *vol.* 4. *d.* 9. *l.* qq. 4. *d.* 27. *l.* L. 1. N. 3. *vol.* 5. *d.* 34. *l.* x. 4. vbi vide lim. *d.* 46. *l.* zzz. 2. *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Cc. 3. 4. *d.* 10. *l.* Qqq. 3. *vol.* 7. *d.* 4. *lit.* o. 2. r. 1. 2.

Acceſſio eſt, conjunctio temporum, quibus duo, pluresve ſeparatim eandem rem poſſederunt, ad vſucapionis & præſcriptionis complementum proficiens, & ſic hoc loco, hic vſucapiendi modus acceſſio vocatur, circa quam hæc notanda; Primò, quod acceſſio non niſi cum ſua cauſa, ſuisque vitiis tranſeat; Secundò in eorum demum perſona, locum inueniat, qui propriam habent poſſeſſionem: Tertio quod vitioſæ poſſeſſioni nec juſta, nec injuſta, ſed nec juſtæ vitioſa accedere poteſt. *vol.* 2. *d.* 14. *l.* G. 3. 4.

Acceſſionis verbum plerumque latiſſimè patet, eoque continetur, quidquid accedit rei principali, etiam ſi nec fructus ſit, nec vſura, nec partus mulieris primus, aut ſecundus. *vol.* 3. *d.* 7. *l.* uu. 3.

Acceſſionis acceſſio non datur. *vol.* 3. *d.* 7. *lit* yy. 3.

Abzug vide Collecta.

Accreſcendi jus, eſt antiquiſſimum. *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Nnn. 2.

Accreſcendi jus dici poteſt, modus acquirendi ciuilis, quo ex conjunctione duorum, pluriumue pars deficiens cedit, vel accreſcit parti occupatæ, vel perſonæ ad conſeruandam hæreditatem, & implendam defuncti voluntatem: ergo hoc jus vires ſuas non poteſt exercere niſi inter conjunctos. Conjuncti autem appellantur, quibus eadem res, ſeu ſpecies, in eodem teſtamento, vel eodem ſucceſſionis genere relinquitur. Alias accreſcendi vocabulum variè ſumitur, ſed tamen apud JCtos propriè ſic, vt dictum eſt, cujus juris origo, juri ciuili adſcribitur. *vol.* 1. *d.* 3. *lit.* q. 3. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* E. 1 *vol.* 5. *d.* 41. *l.* RR. 2. *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Nnn. 4. Ooo. 1.

in Accreſcendi jure, vt conjunctio duorum, vel plurium robur habeat, vnum, idemque teſtamentum deſideratur, quia ex duobus confectis teſtamentis, nullum jus conjunctionis contingere poteſt. *vol.* 5. *d.* 41. *l.* RR. 4. *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Ooo. 2.

in Accreſcendi jure conjunctio duplex eſt

oſt, vna legis, altera hominis: illa eſt, quando nullo interueniente teſtatoris facto, per legem plures ad eandem rem vocantur, vt fieri ſolet in ſucceſſione ab inteſtato. Hęc, cum homo teſtamento facto duos, pluresue complectitur: cuius tres ſunt modi, vt fieri poſſit coniunctio, vel Re, vel Verbis, vel Re & Verbis. *vol.* 1. *d.* 3. *l.* q. 3. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* E. 1. *vol.* 5. *d.* 43. *l.* RR. 3. *d.* 48. *l.* CCCC. 3. *d.* 41. *l.* TT. 2. *vol.* 6. *d.* 20. *l.* Ooo. 1.

in Accreſcendi jure, Re, coniuncti vocantur, quibus eadem hæreditas, vel eadem res relicta eſt, ſed ſeparatis enuntiationibus, vt vero conſtituatur eiuſmodi coniunctio, eundem teſtatorem, & idem teſtamentum eſſe neceſſe eſt, aut ſi plura teſtamenta ſint pro vno, & eodem cenſeantur: requiritur etiam, vt teſtator eandem rem pluribus in ſolidum leget, quod præſtet vnus heres, vel ſimpliciter heredes, ſi plures ſint inſtituti, omnes, neque tamen ſolidi facienda mentio: Quod ſi vni totum, alteri vero pars relicta ſit, accuratè aduertendum, an prius totum alicui relictum ſit, deinde alteri pars, an è contrariò priùs pars vni relicta ſit, deinde alteri totum: hoc enim caſu inter eos eſt coniunctio realis, & ſimul jus accreſcendi, illo non. Item non tantum ſi duobus diuerſis vſusfructus ſit, eſt coniunctio realis, ſed & ſi alteri vſusfructus, alteri fundus relictus eſt. Hac vero enuntiatione (quod Seio legaui, Caio do, lego) nulla realis coniunctio conſtituitur, vt nec tum ſi vni generaliter, alteri ſpecialiter res legata ſit. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* E. 1. 2. *vol.* 5. *d.* 41. *l.* SS. 1. *d.* 48. *l.* cccc. 3. *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Ooo. 1.

in Accreſcendi jure verbis coniuncti nuncupantur, quibus vna quidem res, & vna oratione, ſed partibus ab initio diſcretis relicta eſt: ita ſcilicet (Primus, & Secundus æquis partibus hæredes ſunto: vel: Primo, & Secundo fundum æquis partibus do, lego:) in qua coniunctione actus legandi diligenter eſt inſpiciendus, cum ſimul, & ſemel plures vno ſermone vocantur: non ſemper hæ particulæ, &, cum, que, & ſimiles. Siquidem interdum fit inter plures, etſi particulæ illæ non adſint, planè ſi disiunctiua particula teſtator vſus fuerit, pro coniunctiua ea erit accipienda, hoc modo, Titio, aut Sempronio: quod etiam de aduerſatiuis, velut, autem, vero, quoniam, & illæ in eodem ſermone poſitæ coniunctionem verbalem efficiunt, ita ſcilicet: Primo dimidiam partem horti, Sempronio autem dimidiam partem horti do, lego. Idem de nominibus collectiuis ſtatuendum, quæ vel ſingularis ſunt numeri, vt Legio, grex, populus, vel pluralis, vt ſi teſtator ita ſcripſerit: Titius, & fratris mei filij æquè hæredes ſunto. In hac coniunctione etiam hoc accreſcendi jus viget. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* E. 2. *d.* 13. *lit.* N. 3. *vol.* 5. *d.* 41. *lit.* RR. 4. SS. 1. *d.* 48. *l.* CCCC. 3. *vol.* 6. *d.* 10. *lit.* Ooo. 1.

in Accreſcendi jure re, & verbis conjuncti ſunt, qui nullis expreſſis partibus coniunctim ad eandem rem eadem oratione vocantur, ſic nempe, Primus, & Secundus heredes ſunto, vel, Primo, & Secundo fundum Cornelianum do, lego: differunt autem & à reali, quia teſtator illis ab initio ſolidum aſſignat, his non item: differunt & à verbali, quia his partes verbis perſpicuis adſcriptæ inue-

Digitized by Google

niuntur, hic vero ex conjunctione perſonarum; atque hæc triplex eſt coniunctio, quæ jus accreſcendi introducit, quod in coniunctione verbali locum non habere nonnulli contendunt; ſed fruſtra, ſi forte ſimpliciſſima ſit illa, nec vlli reali conjunctioni admixta, vel manifeſtò appareat, teſtatorem non coniunctionis faciendæ, ſed celeritatis cauſa ita fuiſſe loquutum. *vol.* 3. *d.* 10. *lit.* E. 3. *vol.* 5. *d.* 41. *l* SS. 1. 2 3. *d.* 48. *l.* cccc. 3. *vol.* 4. *d.* 31. *l.* BB. 1. *vol.* 6. *d.* 10 *lit.* Ooo. 1.

in Accreſcendi jure res pluribus conjunctim debet eſſe relicta, alioquin ſi ponatur legatum pluribus eſſe ſimpliciter, ita vt omnes vnius perſonæ vice fungantur, quales ſunt ij, qui nomine collectiuo vocati ſunt, tale jus locum non habet. *vol.* 6. *d.* 10. *lit.* Ooo. 1. 2.

in Accreſcendi jure ſi re, & mixtim coniunctis à teſtatore adſcribatur ſolidum, quæritur, an coniuncto alterum concurrendo præuenienti jus petenti ſolidum competat? reſpondetur, hoc de jure ff. negari, de jure vero C. concedi, ſed ſic, vt cæteris poſtea ſuperuenientibus pars ab ipſis abſtrahatur. *vol.* 5. *d.* 41. *lit.* SS. 2. *vol.* 6. *d.* 10. *lit.* Ooo. 1.

in Accreſcendi jure prælatio coniunctorum eam cautionem requirit, vt attendatur, an vnus ex iis portionem agnoverit: hoc enim caſu aperti juris eſt, huic omnium repudiantium partes accreſcere: an vero plures, quo caſu ſi omnes eodem genere coniuncti ſunt, tum deficiens alicuius portio omnibus accedit, vnicuique pro portione ſua, ſin coniunctionum fuerit permixtio, præfertur omnino reliquis, qui re, & verbis coniunctus eſt. *vol.* 3. *d.* 10. *lit.* E. 3. *vol.* 6. *d.* 10. *lit.* Ppp. 4. Qqq. 1. 2.

in Accreſcendi jure verbis tantum, & re tantum coniunctus, ſi concurrant ille huic ante fertur. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* E. 3 *vol.* 5. *d.* 41. *lit.* SS. 3, 4 *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Qqq. 1. 2.

in Accreſcendi jure, ſi cuius portio deficiat per mortem, neceſſe eſt, vt id fiat, aut ante aditionem hereditatis, ſi heres ſit, aut ante petitionem rei legatæ, ſi legatarius ſit, aliàs fit transmiſſio in heredes, à qua tàm ſubſtituti, quàm coniuncti excluduntur. *vol.* 5. *d.* 41. *l.* TT. 1. *vol.* 6 *d.* 10. *lit.* PP. 1. vbi vide pulcras exceptiones ibid.

in Accreſcendi jure pars deficiens accreſcit coheredibus pro portionibus eorum hereditariis: collegatariis vero pro vitilibus, & æqualibus. *volum.* 6. *d.* 10. *lit.* Ppp. 2. 3.

in Accreſcendi jure, portio deficiens coniuncto non ſimpliciter adcreſcit, ſed tum demum, ſi portionem ſuam agnovit, nec intereſt, quomodo pars deficiat, ipſo jure, an ope exceptionis: ſufficit autem ſemel eſſe agnitam portionem, licet non apud heredem permaneat: nam heres qui totam hereditatem reſtituere juſſus eſt, & reſtituit, jus adcreſcendi retinet, excluſo fidei commiſſario, & vendita hereditate emptore. Coheredibus vero qui hereditatem ex parte ſua agnouerunt, non volentibus tantum adcreſcit, verum etiam inuitis. Attamen collegatariis, quibus eadem res coniunctim relicta eſt, non item, ſed iis, qui eam non reſpuerint: iiſdem vero collegatariis cum onere, quod ei adiectum eſt, pars rei legatæ adcreſcit, quod non fit circa eos, quibus disjun-

Digitized by Google

disjunctim legatur *vol.* 1. *d.* 3. *lit.* q 3. *vol.* 3. *d.* 10. *lit.* B. 3. 4. *vol.* 6. *d* 10. *lit.* Ppp. 1. 2. 3. 4. Qqq. 1. 2. & ea tantum pars accreſcit, quæ defecit, vel euacuata fuit, ib.

In Accreſcendi jure hæc quæ dicta ſunt obtinent, quando per teſtatorem copulati ſunt, ſed quæritur, quid ſentiendum de iis, qui ipſa lege vocantur? reſp. conſiderandum an inter illos ſit graduum prærogatiua, quia tunc proximior, proximioris partem obtinet, ſi non ſit, omnes æqualiter adipiſcuntur. *volum.* 5. *d.* 41. *lit.* SS. 4.

Accreſcendi jus non ſolum in teſtamento directo, ſed etiam pupillari locum habet. *vol.* 6. *d.* 10. *lit.* Ooo. 2.

Accreſcendi jus etiam iis, qui non jure ciuili, ſed prætorio nempe per bonorum poſſeſſionem ſuccedunt, competit: quod fit vbi ex pluribus, quibus bonorum poſſeſſio delata eſt, nonnulli beneficium illud poſtea omittunt, vel ſpernunt, vel tempore excluduntur, aut moriuntur, antequam eius petitionem inſtituant. *vol.* 3 *d.* 10. *lit.* E. 4. *vol.* 5. *d.* 41. *l.* TT. 2.

Accreſcendi jus in donatione mortis cauſa locum habet, non in donatione inter viuos, nec in contractibus, nec in feudo. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* E. 4. *vol.* 5. *d.* 41. *l.* VV. 1. 2. *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Ooo. 3. 4. habet tamen locum in emptione hereditatis ibid.

Accreſcendi jus in legitimis locum habet. *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Ooo. 3.

Accreſcendi jus inter collegas in juriſdictione ordinaria locum habet. *vol.* 6. *d.* 10. *lit.* Ooo. 3.

Accreſcendi juris finis, & effectus in eo conſiſtit, cum vt mortuorum voluntas conſeruetur ſolida, tum vt excluſis caducis Leges ſuam obtineant authoritatem. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* E. 4. *vol.* 5. *d.* 41. *l.* VV. 3. *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Nnn. 4. Ooo. 1. Qqq. 3.

Accreſcendi iuri contraria ſunt hereditatis acquiſitio, & legati agnitio, item ſubſtitutio, quæ citra omnem controuerſiam iure accreſcendi longè eſt potentior: v. g. ſi teſtator inſtituens Seium, & Titium dicat: ſi Seius non ſit heres, ſit heres Caius, & Seius repudiet, vel alio modo eius portio deficiat, quæritur an adcreſcat Titio virtute adcreſcendi, an vero Caio virtute ſubſtitutionis, pro Caio concludendum. *vol.* 2. *d.* 18 *l.* Q. 4. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* E. 4. *vol.* 5. *d.* 41. *lit.* VV. 4.

Accreſcendi ius inter illos non eſt, qui diuerſo iure ſuccedunt. *volum.* 6 *d.* 10. *lit.* Ooo. 2.

In Accreſcendi iure ſi incapax capaci adiungitur, illius pars nunquam vacans efficitur. *vol.* 5. *d.* 41. *lit.* TT. 1.

Accreſcendi ius in fidei commiſſis ſingularibus, eo quod ſint legatis adæquata, locum habet, ſecus in vniuerſalibus, aut etiam particularibus, quæ iſti adæquationi non ſubiacēt. *vo* 5. *d.* 41. *l.* TT. 4. locum etiam habet in legatis, & codicillis. *vol.* 6. *d.* 10. *l* Ooo. 3. excepto legato alimentorum ibid. Qqq. 1. 2.

Accreſcendi ius locum habet tam in rebus corporalibus, quàm incorporalibus, in his tamen excipitur quantitas, quæ huius iuris minimè eſt capax. *vol* 5. *d.* 41. *l.* TT. 1.

Accreſcendi ius in ſucceſſionibus ſedem principalem collocat: ſiue enim per teſtamentum, ſiue ab inteſtato hereditas defertur, locum habet. *vol.* 1. *d.* 3. *l.* n. 1. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* E. 1. *vol.* 5. *d.* 41. *l.* RR 3. TT. 2.

Digitized by Google

d. 48. *lit.* cccc. 3. *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Ooo. 2. 3. vbi autem teſtator prohibuerit, locum non habet. *lit.* Ooo. 4. Qqq. 3.

Accreſcendi jus in militis teſtamento locum non habet, niſi de militis voluntate certo conſtet. *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Ooo. 2. 3.

Accreſcendi ius in ſucceſſione feudali propter coniunctionis defectum quieſcit, nec locum habet. *vol.* 5. *d.* 41. *l.* VV. 1. *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Ooo. 4.

Accreſcendi jus heredibus, & bonorum poſſeſſoribus coniunctis, vel ſeparatis, legatariis è contra ſaltem coniunctis jure communi, ſiue ſpeciali venientibus, volentibus denique, aut inuitis competit *vol.* 5. *d.* 41. *l.* TT. 3. 4.

Accreſcendi jus vendita hereditate ad emptorem tacitè non tranſit. *vol.* 4. *d.* 30. *l.* z. 3. *vol.* 6. *d.* 10 *l.* Ooo. 3. 4.

Accreſcendi jus etiam in coniunctione verbali obtinet. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* E. 3. *vol.* 4. *d.* 31. *l.* BB. 1. *vol.* 5. *d.* 41. *lit.* SS. 1. 2. 3. *d.* 48 *l.* CCCC. 3.

in Accreſcendi jure legatum vſusfructus, à legato proprietatis reſpectu huius juris nihil differt: differunt tamen in quibusdam, nempe vſusfructus ab initio conſtitutus, & poſtea amiſſus nihilominus jus adcreſcendi admittit. Item in proprietate legata portio pottioni adcreſcit, vſusfructus vero perſonæ, non portioni: atque hinc is, qui partem ſuam amiſit, nihilominus quoad alteram partem à collegatario amiſſam, habet ius adcreſcendi. *vol.* 5. *d* 48. *l.* CCCC. 3.

in Accreſcendi jure coniuncti cenſentur in vſufructu, non ſolū ſi duobus vſusfructus legatus eſt, ſed & ſi alteri fundus, alteri vſusfructus. *vol.* 5. *d.* 48. *l.* CCCC. 3.

in Accreſcendi iure ſi ſeruus duobus dominis legetur, eius vſusfructus acquiritur vni dominorum in totum, non propter ius adcreſcendi, ſed propter poteſtatem. *vol.* 5. *d.* 48. *l.* CCCC. 3. *vol.* 6. *d.* 4. *l.* Mm. 1. vbi vide pulcram diſtinctionem.

Accreſcendi jure, quod heredi acquiritur, id partem hereditariam augere, & pro hereditaria parte haberi dicitur, vnde dabitur petitio hereditatis, ſi ſit ſucceſſio ab inteſtato, aut actio ex teſtamento. *vol.* 6. *d.* 10. *l.* Qqq. 3.

in Acquiſitione tria conſiderantur, res, & perſonæ, quæ, & à quibus acquiruntur, & modus acquirendi. *vol.* 7. *d.* 7. *lit.* cc. 3.

Accuſare non omnibus permiſſum eſt: itaque ob honeſtatem, & fidelitatem, liberi, fœminæ, vaſalli, liberti, ſerui accuſare non poſſunt, niſi in crimine læſæ maieſtatis: vbi hoc omnibus, & contra omnes permiſſum eſt. *vol.* 5. *d.* 42. *l.* III. 4. *d.* 43. *l.* MMM. 2. 3. *vol.* 6. *d.* 16. *l.* Ffff. 2.

Accuſans olim ſe ad pœnam talionis debebat inſcribere, hodie ſola libelli oblatio accuſantem ad talionem aſtringit. *vol.* 6. *d.* 16. *l.* Ffff. 2.

Accuſator ſi ab accuſatione citra vllam criminis à ſe delati abolitionem deſiſtat, incidit in Sc. Turpillianum, adeoque punitur, niſi id permiſſu principis faciat, aut ſit minor, aut mulier. *vol.* 1. *d.* 6. *l.* cc. 3.

Accuſare delinquentes poteſt quiuis, & quemuis, qui non prohibetur. *vol.* 2. *d.* 25. *lit.* II. 3.

Accuſatus ſi conuictus eſt damnabitur, ſin non, nec indicia ad totturam ſufficiant, aut perſonæ qualitas id prohibeat, abſoluetur, & accuſator in expenſas condemna-

Digitized by Google

condemnabitur. *vol.* 2.*d.*25.*l.*II.3.vide in verbo delictum.

Accidentale nunquam extinguit, aut priuat naturale. *vol.* 4. *d.* 9. *lit.*zz. 4.

Acquæſtus communis eſt, ſi aliquis ex coniugibus vendat ſuum prædium patriomoniale, & ſic in communionem bonorum intrat. *vol.* 1. *d.* 12. *l.* zz. 2. 3.

Actorum finis eſt, vt conſtet veritas. *vol.* 4. *d.* 20. *l.* uuuu. 2. *d.* 31. *l.* AA. 3.

Acta ſi falſa ſint, non tenetur illa ſequi judex. *vol.* 4. *d.* 20. *l.* uuuu. 2. *d.* 31. *l.* AA. 3. *vol.* 5. *d.* 10. *l.* tt. 1. 2.

Acta coram vno judice facta fidem faciunt etiam in alio judicio. *vol.* 5. *d.* 49. *lit.* GGGG. 4.

Acta inter alios, aliis non nocent. *vol.* 4. *d.* 9. *lit.* tt. 3. 4.

Acta in judiciis omnium contractuum ſolennitatem ſuperant. *vol* 5. *d.* 14. *l.* lll. 1.

Acta judicii, id eſt Scripturæ illæ, quæ apud acta publica factæ ſunt, vel quæ ex archiuo publico extrahuntur probant, & fidem faciunt. *vol.* 4 *d.* 33. *l.* FF. 4.

Actio eſt jus perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. *vol.* 4. *d.* 13. *l.* qqq. 4.

Actor eſt is qui actionem intendit, primusque ad judicium prouocat, hic vti inuitus agere non cogitur, ita non facilè ad litigandum procedat, ne improbus litigator audiat, ſed certus ſit de re, cum habeat in poteſtate, quando velit experiri, & ante rem diligenter exploret, quàm ad agendum procedat, ac ne fruſtra agat, competens rei forum ſequatur. *volum.* 3. *d.* 15. *lit.* Q. 2.

Agere, & conueniri pœnè poſſunt omnes. *vol.* 3. *d.* 15. *l.* Q. 3.

Actores, qui judices pecunia ſibi deuinciunt, non faciunt malè, etſi judices accipiendo faciant peſſimè. *vol.* 1. *d.* 8. *lit.* A. 2.

Actoris, & teſtis partes quempiam ſimul defungi graue eſt. *vol.* 3. *d.* 5. *l.* rr. 3.

Actor, & reus etſi iam ſint, hique duo litigare cœperint, tertius tamen interuenire poteſt. *vol.* 4. *d.* 23. *l.* B. 1. 2.

Actor ſibi ipſe judex eſſe nequit: hinc Princeps Imperii ſuos ſubditos in camera imperii conuenire debet. *volum.* 5. *d.* 15. *l.* ooo. 2. vide Jus.

Actor ſequitur forum rei. *vol.* 1. *d.* 12. *l.* zz. 4. *vol.* 2. *d.* 1. *l.* e. 4. *d.* 9. *l.* SSS. 4. *d.* 28. *l.* NN. 4. *vol.* 3. *d.* 15. *l* Q. 2. *vol.* 4 *d.* 8. *l.* gg. 2. *d.* 25. *l.* F. 3. *vol.* 5. *d.* 15. *l.* mmm. 4. nnn. 1. *vol.* 6. *d.* 8. *l.* Eee. 3.

Actori onus probandi incumbit. *vol.* 1. *d.* 15. *l.* K. 3. 4. *vol.* 6. *d.* 6. *l.* Qq. 1. vide probatio, *d.* 19. *l.* Tttt. 3.

Actiones aliæ vtroque jure ſunt bonæ fidei, aliæ ſtricti juris. *vol.* 7. *d.* 6. *l.* dd. 3.

Actionem nemo alteri acquirit, qui non eſt in eius poteſtate. *vol.* 5. *d.* 42. *lit.* BBB. 2.

Actio realis ad hæredes ſemper eſt tranſitoria. *vol.* 5. *d.* 42. *l.* kkk. 3.

Actio dicitur incerta, vel certa, diuidua, vel indiuidua, mobilis, vel immobilis reſpectu eius quod eſt in obligatione: res enim ipſæ, quæ in actionibus ſunt, per actiones repræſentantur, hinc actiones competentes minoribus ad rem immobilem ſine decreto alienari nequeunt, ad rem mobilem poſſunt. *volum.* 1. *d.* 12. *l.* xx. 3.

Actio in rem non datur niſi Domino; niſi forte vtilis in rem actio ei detur, qui Dominus non eſt. *vol.* 5. *d.* 46. *lit.* zzz 1.

Digitized by Google

Actio vna intentata alteram conſumit. *vol.* 1. *d.* 19. *l.* R. 1. *vol.* 6. *d.* 15. *l.* zzz. 2.

Actiones perſonales triginta annorum ſpatio præſcribuntur. *vol.* 2. *d.* 11. *l.* xxx. 4. *vol.* 7. *d.* 7. *l.* kk. 2.

Actionem ſi Cæſar intentat, vt dux, vel comes, tunc non æſtimatur aliter, quam dux, vel comes. *vol.* 5. *d.* 49. *l.* HHHH. 1.

Actionis intentatæ qualitas colligitur, & demonſtratur ex medio concludendi, & cauſa petendi. *vol.* 3. *d.* 3. *l.* S. 1.

qui ſine actione agunt à limine judicii repelluntur. *vol.* 3. *d.* 5. *l.* hh. 3.

Actiones, quæ in judiciis incluſæ ſunt, perpetuæ fiunt, quæ aliàs morte, vel tempore pereunt. *vol.* 1. *d.* 5. *l.* oo. 2.

Actio quamuis propriè in perſonam dicatur, petitio verò in rem, tamen cum & latiſſimè accipiatur actionis verbum, ita vt omnem omnino actionem comprehendat ſiue in rem ſit, ſiue in perſonam, propter hanc generalem ſignificationem non minus actio in rem, quam in perſonam vendi poteſt. *volum.* 3. *d.* 9. *lit.* ccc. 2.

Actiones ſi aliquis vendere velit, tunc earum venditio ſic fieri debet: primò lite nondum conteſtata, aliàs enim res litigioſa venderetur, & locus fieret pœnæ: 2. ita ne in potentiorem transferantur, nam ſi hoc fiat debiti iactura multantur creditores. 3. Venditio ſine fraude facta ſecundum conſtitutionem Cæſaris Anaſtaſii, & Juſtin. valet, vſque ad quantitatem ſolutæ pecuniæ, & vſurarum eiuſdem. Contracta hac venditione tenetur venditor primò cedere actiones, id eſt emptorem facere procuratorem in rem ſuam, & omne jus, omnemq; actionem tam aduerſus reum, quam fideiuſſores ex ea obligatione ſibi competentem cedere: imo etiam pignoris perſecutionem præſtare, quamuis etiam abſque ceſſione emptor vtilem habeat ſuo nomine actionem. Secundò præſtare debitorem eum, contra quem actio vendita, & quidem ſine exceptione, alioquin aut in ſummam, cuius alter debitor dictus, aut quanti intereſt emptoris, tenetur: Non æquè autem obſtrictus eſt præſtare debitorem locupletem, niſi aliud actum ſit, vel niſi dolo malo vendiderit, ſciens debitorem eſſe inopem: Tertiò quicquid vel compenſatione, vel exactione fuerit conſecutus integrum emptori reſtituere compellitur. *volum.* 3. *d.* 9. *lit.* ccc. 2.

Actiones vniuerſales ſunt, quæ habent nomina juris, habentia aptitudinem augmenti, & diminutionis, ſiue quæ ſunt per intellectum abſtractæ à ſingularibus, ſiue quæ dantur ad aliquid, quod de ſua propria ſignificatione multa in ſe vniuerſaliter continet, vel quibus hereditatem perſequimur. *vol.* 5. *d.* 3. *l.* u. 4.

Actiones generales dicuntur, quæ non per intellectum, ſed verè ſub ſe continent ſpecies, vel quæ competunt ad id, quod ex propria ſignificatione, plura capitula continet, non tamen vniuerſum jus, vel in quibus cum variæ res ſint in obligatione, generali tamen appellatione vel adminiſtrationis, vel conuentionis comprehenduntur: tales autem ſunt actio negotiorum geſtorum, pro ſocio, tutelæ, & conſimiles. *volum.* 5. *d.* 3. *lit.* u. 4.

in Actione reali perſona non dicitur obli-

obligata, quare in hac actione perſona Eccleſiaſtica, ſi ea conueniri debeat, non trahitur in judicium, ſed res ipſa, nec clericus tunc poterit uti præſcriptione fori *vol.1.d.12.l.ZZ.4.vol.3.d.11.b.2.d.3.l.q.4.r.1.d.5.l.ff.1.2.4.vol.5.d.15.l nnn.3.*

Actione omni deſtitutus eſt, cui nullum intereſſe principaliter conuenit. *vol.5.d 30.l.E.3.*

ab Actione differt perſecutio: nam illa in judicio peragitur, & proinde actiones ſæpiſſimè uocantur judicia: perſecutiones uero juris ordinarii executionem non habent, nec in judicio, ſed in jure, implorato mero jus dicentis officio proponi, & peragi dicuntur *uol.5.d.31.l.N 4.*

Actio alteri per alterum regulariter quæri non ſolet *vol 5.d.32.l.O.1.*

Actio non ſolum perſonalis, ſed & realis ex fideicommiſſo naſcitur *vol.5.d.32.l.O 1.*

Actionum cumulatio, & concurſus in jure permittitur: primò quatenus non coacerventur actiones contrariæ: 2. quatenus una electa altera non perimatur: 3. quatenus ſententia lata in una non pariat exceptionem rei judicatæ in altera: ubi pulcre *vol 5.d.34.l.X 1.2.*

Actiones eiusdme rei nomine quando plures concurrunt, anne ſingulis licitum eſt experiri? reſp. hoc concedi in actionib' in rem, non autem in perſonam *vol.5.d.34 l.X.1.*

Actio civilis, & criminalis ratione delicti unius ſimul intentari poteſt *vol.5.d.34.l.X 1.*

Actiones duæ quando ex uno facto oriuntur, hæc cumulari non poſſunt *vol.5.d.34.l.X.2.*

Actiones nullitatis, & reſtitutionis in integrum rectè cumulantur alternativè *vol.5.d.34.l.X.2.*

Actio publiciana, & rei vindicatio rectè cumulantur in foro, non theoria *vol.5.d.34.l.X,2.*

Actio perſonalis, & hypothecaria rectè cumulatur *vol 5.d.34.l.X.2.*

Actio petitorii, & poſſeſſorii in eodem judicio rectè cumulatur *vol.5.d.34.l.X.2.* vide in verbo Poſſeſſorium.

Actio condictionis cauſa data, cauſa nõ ſecuta, cum actione præſcriptis verbis cõcurrit ſi hoc alternatè fiat. *vol.5.d.34.l.X.2.*

Actio condictionis cauſa data, cum rei vindicatione non concurrit *vol.5.d.34.l.X.2.*

Actio nullitatis cum appellatione cumulari poteſt *vol 5 d.34.l.X.2.*

Actio attentatorum cum cauſa appellationis non benè cumulatur *vol.5.d.34.l X.2.*

Actio furti cum actione mandati, vel aliqua alia actione bonæ fidei cumulari non poteſt *vol.5.d.34.l.X.2.vol.6.d.15.l.Zzz.3.*

Actiones contrariæ ubi concurrunt, mox unius electione expirat altera, non ope exceptionis, ſed ipſo jure *vol.5.d.34.l.X.2.*

Actiones tutelæ adminiſtratæ duæ conpetunt, una tutelæ, altera rationum diſtrahendarum, quarum una intentata, altera dicitur conſumpta, idq; eſt verum dummodo quis prius graviori actione fuerit uſus, nam ſi primò levior fuerit inſtituta actio, non erit iniquum, ut id, quod deeſt alia actione perſequamur *vol.5.d.34.l.X.2.vol.6.d.15.l.Zzz.3.*

ex Actionibus individuis inducitur continentia cauſæ *vol.5.d.34.l.X.3*.

Actio civilis ubi adeſt, non eſt ad remedia criminalia recurrendum *vol. 6. d.2. l.H.4*.

Actionis individuæ vigore, quando unus creditorum miſſus eſt in poſſeſſionē ex primo decreto rerum ſervandarum cauſa, eius miſſio prodeſt, & aliis creditoribus concurrentibus, quod verum eſt dummodo cæteri creditores veniāt intra biennium,& abſentes intra quadrienniū: Secundò id procedit, quatenus creditores concurrentes cum immiſſo ſunt eiusdem tituli,& conditionis *vol.5.d.34 l.X.3*.

Actionis individuæ vigore eſt aliqua connexitas inter correos promittendi,ita ut etiam unius factum alteri noceat *vol.5, d.34.l.X.3*.

Actiones ſuas remittentibus non datur amplius regreſſus *vol.7.d.4.l o.3*.

Actionum cumulatio eſt unius actionis cum alia in eodem libello ſimul,vel alternatè conjunctio, ſeu copulatio adverſus eundem Reum *vol.5 d.34.l.X.1*.

Actiones concurrere in genere dicuntur, quando plures diſtinctæ, ex diverſis quaſi locis,ſeu ſedibus, in unam cauſā, vel factum conveniunt,atq; concurrunt, ſive unius,ſive diverſæ,quam perſequuntur,rei nomine *vol.6.d.15.l.Zzz.1 2*.

Actiones plures in ſpecie, atque propriè concurrere dicuntur, cum ex uno facto,ſive ſit contractus,ſive delictum, ob unam, eandemque cauſam, idem perſequuntur *vol.6.d.15.l.Zzz.1*.

Actionum concurſus non erit,etſi plures actiones ejusdem rei nomine ex cauſis diverſis competant,modo non ſint lucrativæ: Vel ſi ex una cauſa ad res diverſas tendant, ut rem, & pœnam: Vel ſi ex diverſis cauſis, uno tamen facto, res diverſas perſequantur *vol.6.d.15.l.Zzz.1*.

Actionum concurſus plerumque reperitur, ſed ideo tamen olim cumulatio permiſſa non fuit. Nam in concurſu actione unà utendi facultatem habemus, eamq; ex illo concurſu, quæ nobis opportunior videatur,ſeligendi, reliquas relinquere debemus,ne eadem res bis petatur contra bonam fidem. In cumulatione verò omnibus utimur. Hac de cauſa in concurſu civile judiciū non tollit criminale: Petitorium non tollit Poſſeſſorium, multo minus ſi plures actiones ex diverſis cauſis,atque factis diverſarum rerum nomine competant. Sed de ſimulatione ſecundum Antiquitatem eſſet longè aliter dicendum *vol.6.d.15.l. Zzz.1.2*.

Actionibus pluribus ejusdem rei nomine competentibus, una electa, altera conſumitur,ac tollitur, nec datur regreſſus ad alteram. Nempe in illa re,quæ jam eſt exacta, ac in qua ſe conſumunt, non ultra,in diverſis enim rebus nulla fit conſumptio, nullus concurſus *vol.6.d.15.l. Zzz.2*.

Actio intelligitur electa,non quæ tantum inſtituta, ſed ad exitum judicii perducta, ac vel abſolutionem, vel condemnationem experta eſt:atq; tunc demum actio conſumi dicitur(non ab initio)obſtante nimirum rei judicatæ exceptione in ea re,quæ jam in judicium, & condemnationem deducta eſt, non ultra *vol.6. d.15.l.Zzz 2*.

Actio perimitur una per alteram, vel ipſo jure, vel per exceptionem:ipſo jure,

ſi poſterior eſt bonæ fidei, prior ſtricti juris: per exceptionem, ſi prior bonæ fidei eſt, poſterior ſtricti juris *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 2*

Actiones plures reales ſi ejusdem rei nomine concurrant, una alteram tollit, niſi concurſus fiat ex diverſa cauſa *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 2.*

Actio realis ſi cum perſonali concurrant, tunc una alteram conſumit, ſi oriantur ex cauſa una, ſecus ſi ex diverſis *vol. 6. d. 5. l. Zzz. 2.*

Actiones perſonales vel ſunt ex contractu, vel quaſi; delicto, vel quaſi; & vel rei perſecutoriæ, vel pœnales *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 2.*

in Actionibus quibusve perſonalibus etiam ſtricti juris, cum quibus concurrit rei vindicatio, is poteſt conveniri in ſolidum, apud quem tota res reperitur *vol. 1. d. 12. l. A. 2.*

Actiones plures perſecutoriæ ex una cauſa ſeu contractu deſcendentes, miſcentur, confunduntur, conſumuntur, in rei, quam unam eandemque continent, perſecutione, non in eo, quod in alterutra ex diverſis, uberioribusque præſtationibus amplius eſt *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 2.*

Actio communi dividundo non tollit in totum actionem pro ſocio, & è contra, ob diverſas præſtationes, qua ſe invicem ſuperant. Nam hæc, quà nominum rationem habet, à ſocio contractorum, ſuperat illam: quà adjudicationem non admittit, ſuperatur ab illa *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 2.*

Actionum plurium perſecutoriarum ex uno facto in cõtractum admiſſo competentium una alteram non conſumit. Nam condictio furtiva non tollit actionẽ pro ſocio, nec actionem locati, vel commodati, quamvis hæ prius inſtitutæ illam abſumant *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 2.*

ſi Actio perſecutoria concurrat cum merè pœnali, tunc neutra alteram abſorbet: quia res, & pœna non confunduntur invicem: Ita condicto, actio locati, pro ſocio, Depoſiti, commodati, Vindicatio, &c. non tollit actionem furti, & è contra. Niſi repugnantia aliqua actionum diverſum ſuadeat: qua ratione certis caſibus actio mandati non poteſt exerceri inſtituta actione furti, & contra. Vel ſi diverſitas perſonarum, contra quas actor utraq; actione experiri poteſt, efficiat, ut ſæpius de ejusdem hominis admiſſo quæratur: hoc modo per actionem de recepto tollitur actio furti: per hanc, actio in factum contra exercitorem *vol. 6. d. 15. l. Zzz 2. 3.*

Actio mixta pœnalis, ſi eſt arbitraria, & concurrit cum rei perſecutoria, per eam abſumitur, ex natura actionum arbitrariarum: Si non eſt perſecutoria, tunc in rei perſecutione ſe quidem conſumunt, non verò in eo, quod in altera amplius eſt, ſeu pœna, quia ſic circa res diverſas verſantur, quarum exactio jure non prohibetur: ac ideo pleniori, ſeu miſta electa, altera in totum tollitur: leniori electa, altera adhuc ſubſiſtit in eo, quod amplius in ea eſt *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 3.*

Actione i. e. legis Aquiliæ Electa, quæ mixta eſt, finietur in totum actio commodati, electa commodati, remanet Aquiliæ in eo, quod in repetitione triginta dierum amplius eſt, quia ſimplo accedit, & ſimplo ſubducto locum non habet *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 3.*

in Actione tutelæ idem obtinet cum

actione de rationibus diſtrahendis, actione locati, depoſiti, condictione furtiva, cum actione L. Aquiliæ, condictione ob turpem cauſam, cum actione in factum de calumniatoribus concurrente *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 3.*

Actiones plures ſi cum perſecutoria concurrant idem obtinet: ut actio locati, cum interdicto, quod vi, aut clam, Aquiliæ, arborum furtim cæſarum *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 3.*

Actiones diverſæ ex diverſis factis, ac delictis oriuntur, & ſingulis ſingulę pœnę præſtituræ ſunt, nec hic aliqua conſumptio intercedit *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 3.*

Actiones plures pœnales ſi ex uno facto naſcantur; ſive id producat unum delictum, ſive plura eodem tempore ſimul admiſſa; miſcentur quidem in æſtimatione, ac pœnæ parte jam exacta: in reliqua parte, quæ in altera actione ſuperabundat, nulla fit commixtio, nulla confuſio: Veluti ſi Aquilia ſit actum ob arbores furtim cæſas, non in totum ſublata eſt actio ex l. 12. tab. At ſi actum ſit contra Publicanum ex L. Aquilia, vel ex edicto de Publicanis, putant aliqui adhuc ſupereſſe actionem furti, vel vi bonorum raptorum, quod concedi non poſſe *vol. 6. d. 15. Zzz. 3.*

Actionibus etiam diverſis raptor conveniri poteſt: Nam ſi eſt manifeſtus, convenitur furti manifeſti, non ultra: ſi non eſt manifeſtus, actione vi bonorum raptorum, & furti nec manifeſti: utroq; caſu etiam condictione: ex quibus actio vi bonorum raptorum, ut gravior, ultima ſupereſt *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 3.*

in Actione L. Aquiliæ, & injuriarum veluti ſi quis immaturam ancillã ſtupraverit, aut ſervum alienum verberaverit, concurrunt plerumque duæ actiones damni, & contumeliæ, in quibus ſimiliter unâ electâ ſupereſt altera in eo, quod amplius eſt *vol. 6. d. 15. l. Zzz. 3.*

Actiones pœnales in heredes non transeunt, exceptis gravibus illis criminibus læſæ Majeſtatis, perduellionis, de quibus vide in verbo Fiſcus, ob quæ etiam heredes confiſcata hereditate ſummum damnum, pœnamque ſentiunt. *vol. 6. d. 16. l. Dddd. 1.* vide Delictum.

Actiones Reſciſſotiæ: vide Reſciſſoriæ.

Actiones occaſione delicti competentes, quæ tamen merè rei perſecutoriæ ſunt, dantur etiam in heredes, non pro parte ſolùm, quæ pervenit, ſed in ſolidum etiam, quatenus heredes ſunt. *vol. 6. d. 17. l. Kkkk. 4.*

Actionis nomen jure Canonico non eſt neceſſe exprimere, ſed ſufficit, ſi ſimpliciter, & purè factum ipſum, & rei veritas narretur, ut actio aliqua ex facti narratione elici poſſit: Et hoc pleræque Curiæ ſequuntur; ſecus eſt jure civili. *vol 7. d. 6 l. bb. 3.*

Actio Perſonalis ita vocatur, quod perſonam ipſam obligatam ſequatur, non rem, ſive ſingularem ſucceſſorem *vol. 1. d. 12 l. zz. 4.*

in Actione reali conveniri poteſt Reus in foro ſuo, & in foro rei litigioſæ *vol. 1. d. 12. l. zz. 4.*

Actio una intentata non conſumit alteram tunc: quando vel alterutra habet rei perſecutionem, vel ſi procedunt ex diverſa cauſa, ſi id, quod minus eſt in una, adhuc exequi velimus in altera. *vol. 1. d. 19. l. R. 1.*

de

de Actionibus vide in ſingulis materiis, in quibus plerumque actiones, quæ ad eas requiruntur, ſolent apponi:

Actus agentium ultra eorum opinionem nihil operatur *vol.5.d.42 l.HHH.3.vol.1.d.10 l. R. 3.vol.6.d.3.l.Ff.4, Hh. 4, vol.7.d.4.l.S.2.*

Actus voluntarii ultra quam arbitrium ferat non extenduntur *vol. 2.d.3.l.l.4.*

ad Actus cuiuslibet perfectionem duo requiruntur; nempe concedentis voluntas, & poteſtas *vol. 2.d.3.l.m.1.vol.4.d.9.l.mm.4.vol.1.d.6.l.cc.1.vol.6.d.3.l.Bb.2.*

Actus ex duorum voluntate ortus, unius voluntate non tollitur *vol. 6.d.3.l.Ii.1.*

Actus totus ex falſis cauſis corruit *vol. 2.d.3.l p.3.*

Actus non vitiatur ſi aliqua impertinenter, & ſuperfluè fiant, quæ non erant neceſſaria, adeoque poterant omitti *vol. 7.d.4.1 r.1.*

Actus factus in alicuius præiudicium debet retractari per illum intra annum, & diem *vol.1.d.12.l.A.4.*

Actus regulariter ſolet judicari ab originali cauſa *vol.1.d.12.l.xx.1.*

ad Actus alicuius perfectionem ubi duo requiruntur, alterutrum illorum non ſufficit *vol.6.d.1 l.E.2.*

Actum in alterius damnum nemo exercere poteſt *vol 2.d.12.l. C.1.E.3.*

Actus nullus non meretur nomen actus *vol 3.d.1.l.a.3.*

in Actu ipſo id, quod ſolennitatis eſt, intervenire debet *vol.6.d.16.l. Cccc. 4.*

Actus ipſo jure nullus in caſibus aliquot, effectus tamen producit *vol.3.d.1.l.a 2.*

Actui quoties Lex certam formam præſcribit forma non ſervata actus totus plerumque corruit. *vol 6.d.16.l.Cccc.4.*

in Actuum ſolennitatibus attenditur conſuetudo loci, in quo actus celebratur *vol.5.d.49 l.GGGG.4.*

Actum deficientibus ſubſtantialibus conſuetudo ſalvare non poteſt *vol. 7.d.5.l.y.3.*

Actum ſi quis faciat non ut ipſe, ſed ut alius, non præiudicat ſibi *vol.3.d.1.l.d.2.*

Actus correſpectivi dantur *vol. 3.d.1.l.i.2.*

Actus legitimi. vide Legitimi.

Actus ex qualitate rerum, & perſonarum metiendus, & ſtatuendus eſt, aut certè judicis arbitrio permittendus *vol.3.d.1.l i 2.*

Actus regulantur ſecundum naturam ſui ſubiecti *vol 6.d.8.l.Ggg.4.*

Acta coram judice uno facta faciunt fidem etiam in alio judicio *vol. 5.d. 49.l. GGGG.4.*

Actus quo nondum habuit effectum ſi veniat ad eum caſum, à quo incipere non poteſt, vitiatur *vol.4.d.27.l.M.2.*

Actus geſtus in dubio præſumitur geſtus ab eo, qui eum gerere debuit *vol.5.d.4.l dd.2.*

Actui propingua potentia, pro ipſo actu habetur. *vol.6 d 16.l. Eeee.2.*

ad Actum perficiendum an perſona ſit habilis ante omnia in omnib' cauſis quærendum eſt *vol.7.d 5 l.x 2.*

Actus geſtus ab habente duplicem poteſtatem præſumitur geſtus potius ab ea poteſtate, ſecundum quam actus magis valere poteſt *vol.5 d 11.l.eee.1.*

Actus præſumitur talis, qualis fuit obſervantia ſubſequens *vol.5 d.30.l.E.3.*

*A*ctus omnis ordinanti, non verò exequenti tribuitur *vol.5.d.32.l. Q.3.*

*A*ctus voluntarii exerceri poſſunt extra territorium *vol.4.d.9.l kk 3.d.10 l.aaa.2.*

*A*ctus non vitiatur per proteſtationem, vel pactum, ſi ſint contra naturam actus, ſed potius proteſtatio, aut pactum vitiantur *vol.6.d.10.l.Ooo.4.*

*A*ctus denominatio non à materia, quæ per ſe imperfecta eſt, ſed à forma dependet *vol.4.d.9.l.ll.3.*

*A*dami lapſum haud ignoraſſe Platonem quidam exiſtimant *vol.7.d.10.l.tt.1.*

*A*ddictio in diem in emptione frequentiſſima eſt, & hujus contractus propria, cum videlicet res ea lege penes emptorem collocatur, niſi intra certum diem de quo convenit alius meliorem conditionem attulerit *vol.3.d.9.l fff.2.*

*A*dhærentia ejuſdem conditionis ſunt *vol.2.d.3.l k 2.*

*A*djuncti ratione quis conſequitur id, quod aliàs per ſe non habet *vol.4.d.10.l. bbb.3.*

*A*dminiſtrator negligens, vel nolens defendere officio movetur *vol.6.d 3.l.Ii.1.*

*A*dminiſtrator quilibet rerum alienarum diligens inventarium conficere debet, & res alienas ſumma diligentia adminiſtrare, ſolus pater à quibuſdam hoc jure eximitur *vol.3.d.16.l.X.3.vol.6.d.16.l. Dddd.1.*

*A*dminiſtrator rei alienæ quilibet rationes reddere tenetur *vol.6.d.16.l.Dddd.1.*

*A*dminiſtratores alienarum rerum, rem domini, cujus negotia gerunt, emere non poſſunt *vol.4.d.8.l.aaa.4.*

in *A*dminiſtratione publica omnes etiam omittendo delinquentes tenentur parti læſæ ad intereſſe *vol.3.d.5.l.oo.1.*

*A*dminiſtrationem, qui plenam ſolus, & in ſolidum habet, alterius opinionem, vel conſenſum requirere non tenetur *vol.6.d.3.l.Aa.4.*

*A*doptio à patre plebejo facta non minuit nobilitatem adoptati, ſi nobilis *vol.4. d.9.l. zz.4. vol.7.d.9.l.oo.3.*

*A*doptio in fraudem alicujus facta non valet. *vol.6.d.18.l.Rrrr.3.*

*A*doptivi filii, ſi adoptio duret ad mortem adoptivi patris, tunc patri adoptivo ab inteſtato cum reliquis ſuccedunt *vol.2.d.20.l.V.4.vol.5.d.39.l KK.4. MM.1. vol.7. d.2.l.f.1.* quia ſui heredes fiunt, & in familia ejus eſſe cenſentur *vol.7.d.3.l.K.2.*

*A*doptivi filii in feudis non ſuccedunt *vol.2.d.20.l.X.2.vol.5.d.32.l. Q.2.d.39.l.KK. 4.vol.4 d.32.l.DD.3.*

*A*doptionis duæ ſunt ſpecies, nempe adoptio in ſpecie ſic dicta, & arrogatio: illa fit imperio magiſtratus, hæc principali reſcripto *vol.7.d.9.l.pp.1.*

*A*doptio etſi unionis quædam ſit ſpecies, tamen adoptivi liberorum appellatione non veniunt, niſi in caſibus à jure expreſſis, nec adoptivum adoptio filiumfamiliâs facit *vol.2.d.20.l. X.2.vol.4.d.9.l. oo.4.vol.5.d.14.l.mmm.1.* præſertim ſi ab extraneo fiat, tunc enim naturalis patris jura non diſſolvuntur *vol.7.d.2 l.f.1.*

*A*doptio adoptato cognationem, conſanguinitatem, & dignitatem tribuit *vol. 4.d.9.l.oo.4.* cognationem civilem inducit *vol.6.d.4.l.Ll.2.*

*A*doptio dignitatem non minuit, ſed auget *vol.7.d.9.l.oo.3.*

*A*doptio etſi naturam imitetur, in plurimis

timis tamen diſpoſita de liberis ſive legitimis, ſive legitimatis, ceſſàt in adoptatis. Nam & præteriti non rumpunt teſtamentum, ſi ab extraneo ſint adoptati, nec proſunt ipſis privilegia liberorum, id eſt quæ ob liberos competunt, in quibus nec ipſi proſunt patri, nec utuntur jure retractus, nec ſuccedunt in feudis ſicut legitimati. Is quoque cui in tempus liberorum aliquid relictum eſt, non poteſt adoptando illud conſequi, nec fideicommiſſum à filiis ita relictum, ſi quis ex his diem ſuum obierit, adoptionis commento excluditur *vol.* 4. *d.* 31. *l.* DD. 3. *vol.* 5. *d.* 32. *l.* Q. 2. *d.* 39 *l.* KK. 4.

*A*doptio imitatur naturam *vol.* 7. *d.* 9. *l.* oo. 3.

*A*doptionis actus, eſt legitimus *vol.* 6. *d.* 4. *l.* LL. 1.

*A*dulterium tantum crimen eſt, ut de eo tranſigi nequeat *vol.* 1. *d.* 7. *l.* ff. 4. *d.* 11. *l.* x. 4. vide in verbo Tranſactio, & delictum. Fœdiſſimis, & graviſſimis criminibus annumeratur, quanquam recentiores canones non tam ſeverè de eo cenſeant *vol.* 7. *d.* 6. *l.* dd. 4.

*A*dulterium eſt alieni thori conjugalis violatio, quod ex L. Julia ultimo ſupplicio punitur, & committitur tàm cum ſponſa quàm cum nupta. Vir autem cum ſoluta congrediens ſtuprum ſolummodo committit, ſed is qui cum meretrice nupta coit, adulterium committit, ſi videlicet habendo priorem vitam reliquerit *vol.* 2. *d.* 25. *l.* HH. 3. *vol.* 7. *d.* 6. *l.* dd. 4. jure civili punitur ultimo ſupplicio, canonico agitur ad thori ſeparationem, & menſæ, & ad privationem dotis, ac donationis propter nuptias *ibid.*

*A*dulterum cum uxore tua ſi in facto deprehendas, & occidas, homicidii non teneris *vol.* 5. *d.* 42. *l.* III. 3. *d.* 43. *l.* LLL. 4.

in *A*dulterio deprehenſa filia ſi cum adultero occiſa ſit à patre, ipſe ob homicidium parum punitur, vel omnino remittitur *vol.* 2. *d.* 25. *l.* II. 1.

*A*dulterium etiam cum ſponſa committitur *vol.* 2. *d.* 25. *l.* HH. 3. *vol.* 5. *d.* 42. *l.* II. 4. *d.* 43. *l.* NNN. 1. 2. *d.* 49. *l.* EEEE. 4.

*A*dvocatus cum cliente pendente lite contrahere non valet *vol.* 3. *d.* 9. *l.* aaa. 4.

*A*dvocatus honorarium, non ſalarium accipere debet *vol.* 6. *d.* 2. *l.* G. 4.

*A*dvocati ſunt patroni cauſarum, qui in judicio rixantibus auxilium præſtant, conſilium ſuggerunt, & diſceptationem exponunt, defendunt, ac dirigunt. Cauti igitur, fideles, juſti, periti juris, inſtructi, probati, & examinati ſint, & cum munus eorum ſit publicum, vitæque hominum per neceſſarium, cogi poſſunt, ut advocationem exhibeant, niſi juſtam excuſationis cauſam prætendere queant: cogi itaq; poſſunt vel pœna pecuniaria, vel ut advocationibus, & foro careant, non tamen propriis, ſed ſumptibus petentis id patrocinii præſtare tenentur, niſi tenuiores, & pauperes ſint litigantes, ubi obtenta victoria flagitent, aut è publico accipiant ſalarium, aut dum gratis faciunt, à Deo expectent: ejus autem ſubſellii ſunt, qui juramentum paupertatis jurarunt, vel qui ita judicati ſunt à judice, cujus arbitrio id relinquitur *vol.* 3. *d.* 15. *l.* Q. 3. *vol.* 6. *d.* 2. *l.* G. 4. *d.* 3. *l.* Q. 3.

*A*dvocatus non tenetur defendere, niſi ſit requiſitus *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Ee. 2.

Advo-

*A*dvocati plerumque ſuſcipiuntur ad certam aliquam cauſam, interdum verò etiam generatim conſtituũtur ad omnia, quæ alicui evenire poſſũt in judicio exercenda litigia, certo annuatim accepto ſalario, & præſtito nonnunquam juramento: advocatus tamen ita conſtitutus cauſam manifeſtè injuſtam defendere nõ tenetur, imo peccat *vol.3.d.15.l.Q.3.vol.6. d.3.l.V.4.Cc.4.Ii.2.*

*A*dvocatis etiam in juſta cauſa fallaciis, & cavillationibus uti non licet *vol 3.d.15. l.Q.3.vol.6.d.3.l.Dd.1.*

*A*dvocandi munus ſummam utilitatem, & honorem advocato conciliat *vol. 4.d.9 l.zz 3 d.10 l.eee.4.*

*A*dvocati munus eſt publicum, ad quod cuique recurrere licet, etiam bannito, non tamen perduelli *vol.6.d 1 l.*D.1.

*A*dvocatus rei in prima inſtantia, in appellatione, & ſecunda inſtantia pro actore agere non poteſt *vol.6.d.2.l.1.H.1.*

*A*dvocati conſtitutio ſubjectionem non infert *vol.4.d.5.l.u.2.*

*A*dvocati fraudibus, uti armati milites, certare non poſſunt, ſed cauſas ſuas fideliter tueri debent *vol.4 d.19.l.rrrr.3.ſſſſ.4.*

*A*dvocatia Eccleſiaſtica vulgo **Kaſtvogtey** eſt jus defenſionis, & protectionis Eccleſiarum cum aliqua conjunctum juriſdictione, & inſpectione adminiſtrationis œconomicæ *vol.5.d.2.l.p.1 vol.1.d.2. l.i.1.* vide in verbo Patrocinium.

in AEdibus quæ ſunt cauſa perpetui uſus, eadem ædium hac ratione fiunt *vol. 1.d.12.l.yy.1.*

in AEdificii refectionem credens omnibus creditoribus præfertur, vide Refectio, Hypotheca.

in AEdes noſtras invecta, ſicut nobis obligantur, ſic ſi efferantur à nexu pignoris non ſolvuntur *vol.3.d.13 l.* N.2.

AEdium ſuperbia & luxus in tempore cohibendus eſt *vol.4.d.22.l.zzzz.4*, vide Cenſura.

AEdificium in fundo patrimoniali ædificatum, & ipſum patrimoniale cenſetur: idem dicendum de domo noviter in locum patrimonialis exuſtæ exſtructa *vol. 3. d.1.l.c 1.*

AEdificare licet in æmulationem, & damnum alterius, ſi principaliter commodum noſtrum, non autem damnum alterius reſpiciamus *vol.3 d.5 gg.3.*

AEdificium à clerico in feudo patrimoniali ex pecunia eccleſiæ ædificatum favore ejusdem Eccleſiæ ſolum ædificio cedit *vol.3.d.1 l.d.2.*

AEdes, qui ſolummodo reficit, non attentat, etſi aliàs prohibitus ſit ædificare *vol.3.d.2.l.k.2.*

in AEdibus quæ facta ſunt, ab inhabitantibus facta præſumuntur. *vol.6 d.6.l. Qq.1.*

AEquitatem ſequi tutius eſt *vol.7.d 3. l.k 4 d.4.l.t.1.*

AEquitas ſpectanda potius, quam ſtrictum jus. *vol.4.d.20.l.uuuu.2 vol.6.d.19 l. Vuuu.1.* vide Judex. Lex: Interpretatio. Jus.

AEquipollentium eadem eſt diſciplina, idemque judicium *vol.3.d.9.l.ccc.4.*

AEquivocatio mater erroris: igitur tollenda *vol.6.d.3 l.* Q.3.

AEquivocatio niſi poſſit coanguſtari ad unicum ſignificatum, tunc vitiabit, & non attendetur: coanguſtatur autem æqui-

quivocum ex ſcriptura, ex cauſis, loco, circumſtantiis, & aliis remediis reſtrictis *vol. 5. d.* 49. *l.* HHHH. 5.

AEquivocum dicitur quotieſcunque res ſub generali contentioſo verbo comprehenſæ non habebunt prius, aut poſterius, nec communem aliquam definitionem ſecundum nomen, ſed diverſas, ac diſtinctas, ſed ſolum nominis ſocietatem *vol. 5. d.* 49. *l.* HHHH. 1.

AEquivocum in materia ſtricta intelligitur in famoſiori ſignificatu, uti analogum. AEquivocum quod ſolet uſurpari in una ſpecie, illam tamen denotat: tunc æquivocatio in probationibus non obeſt, quando ex communi uſu loquendi, poſſit adaptari ſecundùm intentionem probantis: intelligitur etiam in minus famoſo ſignificatu, ſi de alio intelligi non poteſt: in materia vero favorabili, vel indifferenti intelligitur etiam in ſignificatu minus famoſo, ſi de alio intelligi non poteſt *vol 5. d.* 49. *l.* HHHH. 3.

AEris nomen duplex eſt; primò omnes facultates, patrimonia, ac bona propter monetam continet, ſecundùm pro nummis quibuscunq; ſumitur *vol. 2. d.* 13. *l.* a. 1.

in AEre qui non habet, luat in corpore *vol. 2. d.* 13. *l.* a. 1.

AEs reperitur etiam in Germania, ex quo etiam moneta percutitur, hodie beneficio Chryſulcæ ab auro rectè ſeparari poteſt *vol. 2. d.* 13. *l.* δ. 3.

ſine AErario perpetuo reſpublica ſtare vix poteſt; conſiſtit autem illud præcipuè in tributis, & vectigalibus, quorum varii modi, variaque genera à Principum miniſtris inventa ſunt *vol. 2. d.* 1. *l.* e. 4. *d.* 3. l. h. i. *vol.* 3. *d.* 5. *l.* aa. 2. bb. 1. *vol.* 4. *d.* 4. *l.* o 3. 4. *d.* 5. *l.* q. 4. *d.* 12. hhh. 2. *d.* 19. *l.* oooo. 1. *vol* 5. *d.* 17. *l.* sss. 1. *d.* 19. *l.* aaaaa. 1. *vol.* 6. *d.* 2. *l.* F. 2. per tot. *d.* 6. *l.* Pp. 3. *vol.* 1. *d.* 4. *l.* s. 3. 4. *d.* 16. *l.* Eccc. 2.

AErarium ſuum Princeps ex mercatura augere poteſt: aut aliis modis: verbi gratia, ut ſi vendendi ſalis, aut cerviſiæ poteſtatem, item pannorum exoticorum, & ſericorū texturam, item officinas cupri, ferri, vitrorum, &c. ſibi ſoli reſervet *vol. 5.* d. 19. *l.* aaaaa. 1. vide in verbo Fiſcus.

AEſtimatoria actio, ſeu de æſtimato eſt perſonalis actio, Bonæ fidei, quæ tollendę dubitationis gratia, proponitur, ei competens, qui rem certo pretio æſtimatam vendendam dedit, aut ut res ipſa incorrupta, aut æſtimatio, de qua convenit, reddatur: dicitur æſtimatoria, quod ſit de re, quæ æſtimata vendenda data eſt: Perſonalis, nam ex contractu innominato in perſonam naſcitur *vol. 2. d.* 21. *l.* Z. 3. *vol.* 3. *d.* 9. *l.* eee. 3.

AEſtimatio ſpeciem emptionis continet *vol.* 7. *d.* 4. *l.* m. 3.

Affinitatis gradus ad matrimonium contrahendum prohibiti. Vide Matrimonium.

Afflicto non eſt addenda afflictio *vol.* 7. *d.* 1. *l.* b. 1. *d.* 4. *l.* n. 1.

in Aggreſſo, & provocato propoſitum ulciſcendi, niſi ex circumſtantiis aliud pateat, non præſumitur *vol.* 1. *d.* 19. l. Q. 4.

Aggreſſus, eſt provocatus nec ad fugam, nec ad exſpectandum primum ictum, nec ad paritatem armorum tenetur, ſed ipſi quicquid neceſſitas miniſtrat, permittitur *vol.* 1. *d.* 19. *l.* Q. 4.

Aggreſſus, & provocatus in defendendo modum excedens, non ordinariè, ſed

mitius punitur, quia in delictis excuſandis non finis, ſed initium attenditur, modo non ad vindictam, ſed illatam ſaltem injuriam excludendam tendat *vol. 1.d.19.l.* Q.4.

Agnatio multis modis, conjecturis, ac præſumptionibus probatur *vol.3.d.1.l.*e.2.

Agnationis conſervandæ cauſa ſtatutum eſt favorabile *vol.3.d.*1.l.a.2.

Agnationis ſemiplena probatio per jusjurandum ſuppleri poteſt *vol.3.d.1.l.*e.3.

Agnati ſunt cognati per virilis ſexus cognationem juncti *vol.5.d.32.l.* Q.3.*vol.6.d.*4.l.Ll.2.

Agitatores equorum, curruumque ſordidam, & vilem artem exercent *vol.4.d.9.l.* yy.2.*d.*10.*l.* eee.3.

Agriculturæ inſtrumenta nec pignori dari, nec pro executione ſententiæ detineri poſſunt *vol.7.d* 4.*l.*q.4.

Alapam ſolummodo infringens impunè ob hanc duntaxat injuriam interfici non poteſt *vol.* 2.*d.*24.*l.*FF.3.

Aleæ luſus legibus prohibitus eſt, & nomen aleatorum infame cenſetur *vol.3.d.*7.l.uu.2.

Albergariæ jus eſt onus, quod præſtatur Principi provinciæ eunti ad caſtra, & loca provinciæ ad audiendas quærelas ſubditorum contra ſuos officiales *vol.1.d.*4.*l.*y.1.*vol.6.d.*8.*l.* Ggg.3.4.

Alchimiſtica ars, ob ingens damnum, qua profeſſores ſuos, & ſic rempublicam ipſam afficit, proſcribi, & omnino ſub pœna prohiberi deberet, ut factum à duce Sabaudiæ *vol.2.d.* 13.*l.*δ.3.*vol.4.d.*22.*l.*Zzzz.3.

Aliena res pignori dari non poteſt, eo, nec obligari *vol.2.d.*11.*l.*uVu.3.4.*vol.5.d.*3.g.*l.*GG.4.HH.1.*vol 6.d.*4.*l.*Ll.4.

pro Alienarum rerum conſervatione, quod quis expendit, æquum eſt, ut ſibi rependatur *vol.6.d.*2.*l.*F.4.

in omni Alienatione res, ejusque cauſa ſic tranſit, qualis eſſet futura, ſi apud alienantem manſiſſet, idque toto jure civili ſe habet ita *vol.2.d.3.l.*o.4.

Alienam conditionem etiam inviti, & ignorantis meliorem facere, ſed deteriorem facere non poſſumus *vol* 1.*d.* 5.*l.*H.3.

Alienationes prædiorum in extraneos plurima hinc ſtatuta municipalia prohibent *vol.*1.*d.*13.*l.*yy.2.

Alienis miſeriis delectari voluntas inhumana eſt, ſic alienis bonis torqueri aliena miſeria eſt *vol.* 7.*d.*4.*l.*t.1.

Alienandi neceſſitas cum proveniat ex facto ſpontaneo debitoris, non dicitur neceſſaria, cum habuerit voluntarium initium *vol.1.d.*12.*l.*xx.1.

Alienationi conſentiens, perinde ut ipſemet alienando rem amittit *vol.* 1.*d.*12.*l.*E.4.

Alienare & is cenſetur, qui alienanti conſentit *vol.3.d.*1.*l.* d.2.

Alienatio immobilium in forenſes prohibita eſt, eò, quod ipſi à collectis immunes ſint *vol.* 1.d.4.*l.*u.2.*d.*12.*l.*yy.2.

Alienationem prædiorum ſeu rerum immobilium in ordinem Eccleſiaſticum vetant prudentiores: quamvis id libertati Eccleſiaſticæ adverſari videatur: & hoc ideo, quia Eccleſia à Collectis immunis eſt *vol.1.d.*4.*l* rr.3.

Alienare ſubditos invitos Principi non licet, uti nec Domino vaſallos: pacis tamen cauſa, & neceſſitatis id aliquando permiſſum *vol* 1.*d.*16.*l.* N.3.4.*d*.6.*l.*dd.1. vide in verbo Princeps, & Subditus.

per

er Alium quod quis facit, per ſeipſum
ciſſe videtur *vol.5.d.* 43.*l.*MMM.1.*vol.6.* 8.*l.*Hhh.1.*d.*12.*l.*Ttt.3.*vol.*7.*d.* 4.*l.*s.2.

ad Alium ſine mea culpa transferri non oteſt, quod meum eſt *vol.*7.*d.* 4.*l.*m.4.

Alimenta liberis à parentibus debentur, & ad ea implorato judicis officio cogi poſſunt *vol.* 1.*d.* 3.*l.*p. 3.*vol.*3.*d.* 2.*l.*m.1.2.*d.* 10 *l.* G. 1. *vol.* 5.*d.*35.*l.*BB.2.*vol.* 7.*d.*2.*l.*c. 3. g.1.

Alimenta heres alimentario præſtare debet, ubi domicilium haber, non ubi degit. *vol* 6.*d.*8.*l.*Eee.3.

Alimenta etiam ab aliis extorqueri poſſunt, ſi filii, aliique propinqui pauperes pro conſequenda hereditate agant, & ſic alimentis futuris egeant, & quamvis reus appellaverit, tamen ipſis præſtari debent *vol* 3.*d.*2.*l.*m.1.2.*d.*10.l. G.1.*vol.*5. *d.*35.*l.*BB.2.

Alimentorum favor præponderat omni cauſæ, & eſt inſtar piæ *vol.*7.*d.*1.*l.*c.1.

Alimentorum favor major eſt, quam bonorum divinis uſibus inſervientium *vol.*7.*d.*1.*l.*c.1.

Alimenta liberis etiam inceſtuoſis, & nephariis debentur, minui tamen poſſunt *vol.*1.*d.* 3.*l.*p.3.n.2.*vol.*5.*d.*10.*l.*hhh.1.*d.*35. l.BB.2. id autem de jure canonico, non civili *vol.*7.*d.*6.*l.*dd.1.

Alimenta nullam patiuntur dilationem, ſed ſummariter veniunt terminanda *vol.* 7.*d.*1.*l.*c.1. nec hanc admittit ulla aut æquitas, aut miſeratio *ibid.*

Alere parentes etiam inceſtuoſos, relegatos, & transportatos liberi poſſunt *vol.* 1.*d.* 3.*l.*P.3. de aliis bonis non eſt dubium *vol.*7.*d.*2.*l.*g.1.*vol.*7.*d.*6.*l.*dd.1.

Alimentorum pia, & exempta cauſa eſt *vol.*7.d.1.*l.*c.1. & 2.

Alimenta teſtamento relicta ejus naturæ ſunt, ut de iis tranſigi non poſſit. *vol.* 2.*d.* 5.*l.*gg.2.

Alimenta filius à Monaſterio etiam, etſi Pater illud ingreſſus adhuc vivat, petere poteſt *vol.* 7.*d.*6.*l.*dd.1.

Alimenta ampliora taxanda, & conſtituenda ſunt nobilioribus, quàm ignobilioribus, nec coguntur veſci ut pauperes, in tantum ut alimenta nobili debita ſe extendant ad famulos, & pediſſequas *vol.*4. *d.* 9.*l.*qq.2.*d.* 10 *l.*ddd.3.

Alere filium etſi pater non teneatur, qui ſuis manibus victum quærere poteſt: id tamen non procedit in filio nobili, qui manibus òperari non debet *vol.* 4. *d.*9.*l.* qq. 3.

Alimenta inceſtuoſis filiis nec donari, nec teſtamento relinqui poſſunt: & hoc ex jure civili, contrarium tamen jus canonicum ſtatuit *vol.*5.*d.*12.*l.*hhh.1.

Alimenta Spuriis, & nothis debentur *vol.*7.*d.*2.*l.*c.4.

de Alimentis *vol.*4 *d.*7.*l.*dd.2. per tot.

Alimentorum nomine veniunt omnia, quæ neceſſaria ſunt ad vivendum, cibus, potus, veſtes, habitatio, &c. *vol.* 6.*d.*16.*l.* Ffff.3.

Allodium etſi alicui Principi vendatur, aut in feudum detur, tamen imperialis jurisdictio vendita non præſumitur, factaque non valeret, etſi Cæſaris poſtea conſenſus accedat, quia Principis reſcriptum mala geſta non confirmat *vol.*2.*d.*3. *l.*m.1.

Allodialia bona quis feudalia facere, id eſt in feudum redigere poteſt *vol.*2.*d.*3 *l.* *l.*4.*d.*31.*l.*QQ.1.

Allodialia præſumuntur bona defun-

cti, niſi probentur feudalia *vol.6.d.* 14.*l.* Yyy.2.

Alluvio ejuſdem juris cenſetur, cujus eſt id, cui adcreſcit, & idcirco quale jus eſt alicui in fundo, ejuſmodi eſt in additamento alluvionis *vol* 3.*d.* 9.*l.*ddd.2. *vol* 6. *d.*10.*l.*Nnn. ubi etiam vide definitionem alluvionis. *ibid.*

Alluvio non operatur circa ea, quæ ſunt publici juris *vol.*3.*d.*5.*l.* nn. 2. *vol.*5.*d.* 20.*l.* ccccc.4.

per Alluvionem augeri poſſunt agri *vol.* 5.*d.*10 *l.* ccccc.4.

per Alluvionem augeri poteſt territorium, ſecus eſt in eo, ſi fluvius alveum mutet *vol.*5.*d.*20 *l.*ddddd 1. vide in verbis Flumen, & Piſcatio.

Alterum ne læde *vol.*7.*d.* 1.*l.*C.2.

Ambitus tenetur, qui pecunia, & largitionibus honores, ſacerdotia, vel magiſtratum in comitiis municipialibus ambiunt: pœna tamen hujus ceſſare videtur nunc, cum Principes hodie plerumque magiſtratus creent *vol.*2.*d.*25.*l.* Ll 3.

Amicitiæ jura juribus ſanguinis æquivalent *vol* 5.*d* 4.*l.*z.5.

per Amici fallere nomen tuta frequensque via, & ſub dulciſſimo amicitiæ nomine Patroni clientes opprimere, & in ſervitutem redigere ſolent *vol.* 6.*d.* 4.*l.* Bb.4.

Amicitia honeſtis, non dedecoroſis rationibus quæri debet. *vol*,6.d.19 *l.* Tttt.4.

Amici fraternitatis jure, & affectione vincti, ſibi invicem ſalutem propriam, & omnia credunt: & vetus amicitiæ lex eſt, ut idem ſemper velint in licitis, & honeſtis, nec eſt ullum certius amicitiæ vinculum, quàm conſenſus, & ſocietas conſiliorum, & voluntatum. *vol.*1.d.16.*l.*O.2.

Amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas *vol.6.d.* 19.*l.* Tttt.4.

Amicitiæ coagulum unicum fides *vol.* 1.*d.* 16.*l.*O.4.

pro Amicis conſulunt ſæpe Dd., ſed ſic gradiuntur ad infernum. *vol.* 6;*d.* 19 *l.* Tttt.4.

Amicitiæ cauſa hereditates, & legata relinquuntur *vol.6.d.*10.*l.* Ooo 1.

Analogum dicitur quotieſcunque inter perſonas res aut actiones ſub generali contentioſo verbo incluſas erit prius, ac poſterius vel finaliter, vel effectivè, vel materialiter, vel formaliter, vel exemplariter, vel ſimilitudinariè, & poterit dari qualis, qualis definitio omnium compræhenſorum *vol.*5.*d.*49.*l.* HHHH.1.

Analogum omne in materia ſtricta ſtat in famoſiori ſignificatu, & ſtandum eſt ſignificationi magis frequentatæ & diffamatæ: Amplia, etiam ſi ſignificatio ſit impropria: Limita, primò quod in appellatione generis de proprietate veniat quælibet ejus ſpecies, quia genus analogum non eſt verum genus: Secundò, quod in ſtricta materia non ſit recedendum à proprio ſignificatu *vol.*5.*d* 49.*l* HHHH.1.

Analogum contentioſum verbum, intelligitur per analogatum prius, non etiam poſterius, niſi generali vocabulo analogo adjecta eſſet dictio univerſalis, verbi gratia, Omnis, Quotieſcunque, Quandocunque, &c. tum non etiam in ſtricta materia intelligitur analogatum per poſterius, ut dictio omnis aliquid operetur: nam qui omne dicit, nihil excludit: Limita ſecundò, niſi odium ſuaderet reſtringere analogum ad minus: Limita tertiò, niſi ex ſubjecta materia conſtaret de alio ſigni-

gnificatu: Limita quartò, niſi menti diſponentis non eſſet ſatisfactum *vol.* 5.*d.* 49.*l.*HHHH.2.

Analogum verbum contentioſum in materia favorabili, & nemini nociva appoſitum etiam intelligitur per poſterius. Limita ſecundò, niſi favor requirat, ut intelligatur ſolùm per prius *vol.* 5.*d.*49.*l.* HHHH.2.

Analogum quando reperitur in materia nec favorabili, nec odioſa, vel in materia pro parte favorabili, pro parte odioſa, ita ut nec odium, nec favor præponderet, ſed ſit æqualitas, de mediocri actum cenſetur, nec interpretatione aut nimium porrigendum, aut multum reſtringendum eſt *vol.*5.*d.*49.*l.*HHHH.2.

in Analogo quando odium, & favor præponderat, tum ſit interpretatio ſecundum id, quod principale eſt *vol.* 5.*d.* 49 *l.*HHHH.2.

Anarchia omnibus rerumpublicarum ſpeciebus opponitur, & eſt, ubi nec, qui quoquo modo imperet, nec qui qualiter, qualiter tantùm pateat, reperitur, ſed quilibet pro ſuo arbitrio agit: hâc nihil unquam extitit perniţioſius *vol.*1.*d.* 22.*l.* X.4.*vol.*5.*d.*23.*l.*nnnnn.1.

Anglia olim Cæſarem ſemper feudataria ſalutavit: nunc verò ab omni, & qualicunq; ſubjectione liberam ſe ait *vol.* 2.*d.*3.*l* t.4.*d.*4.*l.*u 1 *d* 13.*l.*y.1.*vol.*5.*d.*2.*l.*f. 4.*d.*17.*l.*dddd.3.

Anglia Innocentio tertio Pontifici maximo tributariam ſe fecit *vol.*2.*d.*3 *l.*f.4. *d.*4 *l.* u 1.*vol.*4.*d.*2.*l.*b.4.

Angliam Angloſaxones ſic dixerunt, cum eam occupaſſent, cum prius Britannia diceretur *vol.* 2.*d.* 13.*l* y.1. *vol.*6 .*d.*3 *l.* FF. 1.

Angliam cum Scotia unire, unumque regnum facere modernus Rex Iacobus natur *vol* 4. *d* 12.*l.*ggg.2.

in Anglia Clerici catholici jurant certa forma regi ſuo, qua profitentur Regem à pontifice non poſſe regno privari, aut ejus ſubditos à fidelitatis juramento abſolvi: hôc juramentum damnatum eſt à Pontifice *vol.*5.*d.*17.*l.* oooo. 1.2.*vol.*6.d. 3.*l.*S.4.

Angliæ Rex defenſor fidei dictus *vol.*6 *d.*3.*l.*S. 4.

Angariæ, quæ vulgò appellantur Frondienſt/ regalibus annumerantur: debent tamen ſubditi iis non nimium vexari. *vol.* 5.*d.* 12.*l.*hhh.1.*d.* 43.*l.*NNN.4.Ooo.1.

Angariæ etiam aliæ dicuntur, qui equos ad curſum publicum perficiendum, vel onus aliquod in cauſa publica deportandum præſtant, qui equos clitellarios præſtant, Parangariæ dicuntur. Itaque propriè ſub his nominibus plauſtrorum, & navium præſtationes non intelliguntur, quanquàm genericè ſolent *vol.* 7. *d.* 9. *l.* rr. Angariæ autem regalibus annumerantur *ibid.*

Angariis ſi ſubditi nimium vexentur, habent ipſi vel interdictum uti poſſidetis, quò contra dominum agere poſſunt, vel implorationem ſuperioris, ita ut camera ſæpè mandata ſine clauſula in hiſce cauſis decreverit *vol.*5.*d.* 12.*l.*hhh.1.

Angariis ſi Subditi nimis atrociter premantur, poſſunt ipſi tunc licitè domino poteſtatem, quàm in ſe habet, abdicare, alterique ſe ſubjicere *vol.* 5.*d.* 12 *l.*hhh 1. vide, Ruſticus. & Subditus.

Annonæ ex L. Julia tenentur, qui anno-

nam vexant, & flagellant, quò carior fiat *vol.2.d.*25.*l.*II.3.

Annus 25. inchoatus habetur pro pleno *vol.2.d.*1.*l.*c.2.

Antecedens qui vult, non debet fugere conſequens *vol.6.d.*8.*l.*Eee.1.

Antecedente poſito neceſſe eſt, & ponere conſequens *vol.*5.*d.*34.*l.*X.4.

Antichreſis jure canonico Clericis interdicta *vol.7.d.6.l.*cc.2.

Antiquitas maximè eſt inveſtiganda *vol.6.d.*8.*l.*Aaa.2.

Apothecarii ſordidam, & vilem artem exercent *vol.4 d.9.l.*yy.2.

Apparitores dicuntur omnes magiſtratuum, & judicum miniſtri, qui ipſis apparent, eorumque juſſu varia conficere, expedire, & exſequi ſolent: ut ſunt actuarii, tabelliones, ſcribæ, hoſtiarii, viatores, lictores, &c. *vol* 2.*d.*7.*l.*hHh.3.*vol.*3.*d.*5.*l.*Q.3.

Apparitoribus juſſum munus obeuntibus illata vis, & injuria ipſiſmet magiſtratibus, & judicibus facta cenſetur, itaq; ab omni offenſione immunes ſunt, & plena ſecuritate gaudent *vol.* 2.*d.* 7.*l.* hHh.3.*vol.*5.*d.*4.*l.*cc.4.

Apparitoribus vi eximere reos ab illis reali citatione in jus vocatos, aut ductos ad carceres, aut ductos ad ſupplicium nemini licet: cui ſe & ipſi implicant, qui confeſſos, damnatosve eximunt, indebitè tamen detentum impunè eximi multi volunt. Si quis autem eximatur ab executoribus Principis, tunc exemptor in crimen læſæ Majeſtatis incidit, ſecus ab inferiorum, quod etiam referendum ad carnificem *vol.2.d.*7.l. hHh. 4. *vol.*3.*d.*15.*l.*Q.4.

Apparitoribus, nec illi ipſi, qui capi, aut duci debent, reſiſtere poſſunt, qui ſi reſiſtant, & malefactores ſint, interfici poſſunt *vol.2.d.*7.*l.*hHh.4.*d.*24.*l.*EE.1.*vol.* 3.*d.*15.*l.*Q.4.*vol* 5.*d.*4.*l.*bb.4.

Apparitores, ut dictis privilegiis gaudere poſſint, requiruntur hæc: primò, ut de ipſorum officio conſtet, puta ex literis, ſive mandato, quod monſtrare debet de capiendo, quo non apparente, non tenentur ii, quos ducere volunt, ipſis credere, ſed licitè aufugiunt, hisve reſiſtunt: vel ſaltem conſtare debet ex eo, quod ſæpè id muneris exequi ſoliti ſint, & publicè pro talibus habeantur, vel denique ex ſigno tabellitii. Secundò, ut captura, & ductio juſta ſit, nam ſi non ſit, etiam ipſos apparitores occidere licet, præſertim ſi cauſa capitali reus injuſtè prematur: quòd ſi hæc duo ita ſe habeant, tunc apparitores etiam reſiſtentes occidere poſſunt, modò talia mandata habeant, ut reum aut vivum, aut mortuum adducant, aliàs reos illæſos conſervare debent, nec impunè ferant illatum vulnus, aut mortem *vol.2.d.*7.l. hHh.4.ili.1.*d.*24.*l.* EE.1. *vol.* 3.*d.*15.*l.* Q.4. *vol.*5.*d.*4.*l.*bb.4.

Apparitorum poteſtas extra territorium magiſtratuum, quibus ſerviunt, ſe non protendit, itaque qui id tentat, vinculis mancipari, & in carcerem conjici poteſt. Itaque verbalem citationem in alieno territorio exequi vix ſine periculo poſſunt. Quocirca tutius fuerit hujusmodi in caſibus requiſitoriis uti literis Compaßbrieff/quarum uſus eſſe ſolet non in teſtibus ſolùm alterius provinciæ evocandis, eorumve depoſitionis transmiſſione petenda, verùm etiam in evocandis reis, & in ſententia contra eos lata exequen-

quenda, vel certè edictali citatione, quæ tutiſſima eſt *vol.* 2.*d.* 7.*l.*ili.1. *vol.*3.*d.* 15.*l.* R.1.*vol.*5.*d.*4.*l.*bb.3.4.

Apparitores in alieno territorio ſontes capere non poſſunt. Hodie tamen paſſim per literas rogatorias in atrocioribus delictis ubi exemplo opus eſt, impetratur reorum remiſſio ad locum delicti verum precariò, & jure amicitiæ, viciniratis, atque benevolentiæ, & quidem ſub antigrapho ſive literis reverſalibus magiſtratui, ſeu domino remiſſionem petenti hæc conceditur: ſuperius tamen non obtinet in graviſſimis criminibus, puta pacis publicæ uiolatoribus, palantibus, graſſatoribus, latronibus, &c. *vol.*2.*d.*7.*l.*ili.1.2.*vol.* 3.*d.*15.*l.*R.1.

Appaitores ſi de facto reos in alieno territorio ceperint, viciſſim illos dimittere illicò tenentur, licet in ſui magiſtratus territorio eos perſequi cepiſſent. Hinc ajunt quidam fugientem de territorio in aliud per familiam poteſtatis, vel præpoſiti non poſſe capi: ex cauſa tamen ſontium fugientium perſecutio, & præhenſio permiſſa eſt, modò, ubi capiuntur, ibi juri ſiſtantur: ſicut in pacis publicæ violatoribus, & ſpecialiter in palantibus equitibus, & peditibus, graſſatoribus, prædonibus, & latronibus conſtitutum legitur *vol.* 2.*d.* 7.*l.*ili.2.

Apparitores, etſi ſint ſupremi Principis, & Cæſaris, non ſemper in particularibus inferiorum Principum territoriis abſque ſuo malo exequuntur: primò ſi de commiſſione ſua in ſcriptis non doceant, mandatum eſſe neceſſarium docentes: Secundò ſi temerariè, ac perperam exequendo, avarè exigendo, aliàsve intolerabiliter gravando, vel alii commiſſam poteſtatem uſurpando, officii ſui limites excedant: poſſunt namque apparitores ob iſtam temeritatem detineri, & de culpa eorum ad ſuperiorem referri, qui vel repetet illos, ac ad ſe tranſmiſſos puniet: vel non repetendo, aut non reſpondendo, aliterve diſſimulando locum correctioni per inferiorem in illos ſuſcipiendæ faciet: cautela tamen eſt pro apparitore, ut executioni temerariæ, & perperam factæ renunciet, ne ejus equus teneri poſſit *vol.* 2.*d.*7.*l.*ili.2. *vol.*5.*d.*4.*l.*bb.3.4.

Appellatio eſt à judice inferiore ad ſuperiorem à ſententia lata ſuper ejus iniquitate, ut emendetur, facta provocatio, & quidem gradatim. *vol.*1 *d.*8.*l.*hh.4 *vol.* 2.*d.* 18.*l.* R.1.*vol.*3.*d.*15.*l.* S.3.*vol.*5.*d.*18.*l.* pppp.3. 4. & xxxx.1.2.*d.*40.*l.* NN. 2. PP. 1. vocatur theriaca contra venenum judicantium *vol.*7.*d.*5.*l.*u.2. eſt de hujus ſubſtantia, ut ſit ab inferiori ad ſuperiorem *ibid.l.*y.3.4.

Appellationis duo ſunt genera, una eſt judicialis, eaque fit à ſententia vel definitiva, vel interlocutoria, ſi vim definitivæ habeat, aut gravamen irreparabile contineat, etſi canones appellationem ab omni ſententia indulgeant; altera extrajudicialis, quæ fit ab actibus & decretis extrajudicialibus, *vol.*1.*d.*8.*l.*ii.1.*vol.*5.*d.*18.*l.* pppp. 4. ssss. 2. 3. ttt. 2.3.4.*d.*36.*l.*cc.4.*d.* 40.*l.* NN. 2. 00. 1.2.3.*vol.*7.*d.*5.*l.* u.3. x 4. *d.*6 *l.*ee.1.

In Appellatione quadruplices perſonæ conſiderantur, nempe ejus qui provocat, & ejus contra quem, à quo, & ad quem provocatur. *vol.*1.*d.*8.*l.*ii.2.

Appellare quivis poteſt, qui in judicio ſenten-

ſententia gravatus eſt, aut ſe gravatum putat etiam excommunicatus, bannitus læſæ majeſtatis reus, &c. niſi cui ipſamet jura appellationis beneficium præcidant, *vol.*1.*d.*8.*l.*II.2.*vol.*2.*d.*18.*l.* R.3.4. *vol.*5.*d.* 18.*l.* Qqqq. 1.2.*d.*40.*l.* NN.2.3. *vol.*2. *d.*17.*l.*o.2. *vol.*6.*d.*2.*l.*N.3.4.*vol.*7.*d.*5. *l.* u. 1.2.

Appellare etiam poteſt tantùm unus è pluribus, & reliqui deinde gaudebunt hoc beneficio, & quamvis appellator deinde cum adverſario conveniat, reliqui tamen appellationem perſequi poſſunt, *vol.* 1. *d.*8.*l.*ii.3.*vol.*3.*d.*3.*l.*m.1.2.*vol.*5.*d.*18.*l.* qqqq. 1.2.*d.*34.*l.*X.3.*d.*40.*l.*NN.3.*vol.* 7.*d.*5.*l* aa 3.

Appellatio non ſolû ejus conſorti prodeſt, qui appellavit, ſed etiam appellato, etſi appellatus in tali cauſa conſtitutus ſit, ut ipſe appellare non poſſit *vol.* 1. *d.*8.*l.*ii. 4.*vol.*5.*d.*18.*l.*qqqq.2. imò victoria tertii appellantis pro ſuo intereſſe regulariter prodeſt jam antea victo Principali *vol.*7. *d.*5.*l.*aa.3.

Appellationis ab altera parte quæſitæ beneficium tunc cum conſortibus, aut appellato non communicatur, quando ſcientia plura, & diverſa continet capitula, & provocans cæteris pro ſe facientibus acceptatis, qua unum tantùm in quo gravatus eſt appellant. Item quando appellatus initio negavit adverſarium appellaſſe. Ubi verò hujus beneficii communio locum habet, tunc cum beneficio & onus commune eſſe rectè dicitur *vol.*1. *d.*8.*l.*KK.1. *vol.*5.*d.*18.*l.*Qqqq.2.

Appellare poteſt judex ipſe, ſi forte condemnato ſuccedat *vol.* 7.*d.*5.*l* X.1.

Appellatio excomunicatis non conceditur quoad effectum ſuſpenſivum: quia ſententia excommunicationis ſecum trahit executionem, ſecus quoad devolutivum, *vol.*5.*d.*4.O.*l.*N.N.2.3.*vol.*7. *d.*5.*l.*x. 1. in cæteris rebus appellare poſſunt *ibid.*

Appellare non ſolum is poteſt, contra quem lata eſt ſententia, ſed & , quivis cujus eam everti intereſt, *vol.*1.*d.*8.*l.*KK. 1.*vol.*5.*d.*18.*l.*qqqq.1.*d.*40.*l.*NN.3.*vol.*7. *d.*5 *l.*x.2.

Appellationem non impedit hæc reſcripti formula: appellatione remota. *vol.* 1.*d.*8.*l.*kk.1.*vol.*5.*d.*18.*l.*qqqq.3.

Appellationi in dubio eſt deferendum & pronuntiandum, appellationem non eſſe deſertam *vol.* 1.*d.*8.*l.*ii. 2. *vol.* 2. *d.*17. *l.*b.2.

Appellare poteſt bannitus *vol.* 7.*d.*5 *l.* x.1.2.

Appellare itaque poſſunt per procuratorem expertus, author ipſe, emtor, creditor, fidejuſſor, reus principalis, legatarius, cohæres: Appellantes ſi victi ſint neque provocent: Procurator, emtor, venditor, debitor reus principalis, fidejuſſor, hæres, cohæres. Inſuper Dominus pro ſubditis, Senior pro vaſallo, Epiſcopus pro ſubjectis, Capitulum pro Epiſcopo, adeoque ſinguli clerici, ſinguli cives pro republica, conjux pro conjuge pater, & mater pro filio, filius pro patre, & ſimiles perſonæ pro ſimilibus rectè provocant: *vol.* 1 *d.*8 *l.*kk.1.2.*vol.*5.*d.*18.*l.* qqqq. 3.4.*d.*40.*l.*NN.3.*vol.*7 *d.*5.*l.* x.2.3.

in Appellationibus hiſce, ut enumeratæ perſonæ audiantur, neceſſe eſt, ut nuncupatim cauſam gravaminis exprimant, eamque ſi opus ſemiplenè probent: Quòd ſi ap-

ſi appellarint illi, in quos ſententia directò lata eſt, ſed provocationis ſolennia implere ceſſant, his vice illorum facere negatum non eſt: & horum ratione præjudicii ſui vel appellatio, vel appellationis proſecutio victo etiam ipſi prodeſt *vol.* 1.*d.*8 *l* kk.3.

Appellatio etiam locum habet à judice reductionis, & eſt is, ad quem tamquam ad bonum virum fit reductio, qui tamen aliàs ordinarius futurus fuiſſet, ſi actor in judicio litigare voluiſſet *vol.* 5. *d.* 40. *l.* OO. 1.

Appellare poteſt pro homine, qui ad ſupplicium ducitur, etiam quivis, ſit extraneus, ſic clericus *vol.*1.*d.*8.*l.* KK. *vol.* 2. *d.*18 *l* R 3. *vol.*5.*d* 18. *l.* rrrr. 1.2. ubi recenſetur quidam caſus, in quibus hæc appellatio non valet. *d.*40.*l.* NN. 2. *vol.* 7. *d.* 5. *l.* x. 3.

Appellatione non attenta ſi judex executionem maturare inſtituat de facto ipſi, creditum eſt, reſiſti poſſe: & ſi pergat à quò jurisdictio per appellationem expirat *vol* 1.*d* 8.*l.* ll.1. *vol.* 2. *d.*18.*l.* R.1. nam omnis appellatio priorem ſententiam ſuſpendit *ibid. vol.* 3. *d.* 2. *l.* m.1.2. *vol.*5.*d.*18. *l.*rrrr. 2.

Appellare non ſuo, ſed alieno nomine ſolet imprimis procurator; qui conſtitutus eſt ad omnes cauſas cum clauſula cum Libera tam proſequi, quàm appellare indubie poteſt, datus vero ad actum ſingularem ne quidem provocare poteſt: ut autem appellat, gnarus eſſe debet de injuria judicis, aut minimum dubitet: ad proſequendam autem appellationem nō cogitur niſi ab interlocutoria, aut ſi ipſius culpa adverſa ſententia contigerit, aut mandatum etiam habeat ad proſequendum, ubi quoties appellat, toties appellationem exercet: appellans tamen procurator, ſi velit proſequi poteſt, appellatus ne quidem ſi velit, niſi perſona ſit conjuncta: nec intereſt procurator metipſe appellet, proſequaturve, an per ſubſtitutum, in definitiva ſcilicet, non interlocutoria *vol.*1.*d.*8.*l.* ll. 1.2. *vol* 5.*d.* 18.*l.* qqqq. 4. rrrr.1.*d.* 40.*l.* NN.3. *vol.*7.*d.*5.*l.* x.2.

Appellant alieno etiam nomine Syndici, Actores univerſitatum, tutor quòque pupilli, & curator adulti nomine, ſi bonam foveant cauſam, aut minimum dubitent poſt adultus & major litem appellationis ipſe exercet *vol.*1.*d.*8.*l.*ll.3. *vol.* 5.*d.* 18.*l.*rrrr.1.

Appellat etiam alieno nomine geſtor ſub eadem diſtinctione, imò amicus, qui non relativę affectionis, nec ſuo nomine, propter ſuum in amici cauſa intereſſe, nec alieno, ut conjuncta perſona cum cautione rati ad procuratoris, ſed ut extranea ad geſtoris inſtar admittitur *vol.* 1.*d.*8. *l.* ll. 3. *vol.*5.*d.* 18 *l.* rrrr. 1. hujusmodi appellationem Principalis intra decendium vel latæ ſententiæ, vel ſcientiæ, vel ſcientiæ debet ratam habere *vol.*7.*d.*5.*l.* X. 2.

ab Appellatione excluditur, qui ei renuntiavit, ſimplex tamen renunciatio abſente ſcilicet adverſario, ne in judicio quidem, valida eſt, quæ tamen ſi juramento roborata ſit valebit: huic autem appellandi beneficio etiam pactis renunciari poteſt: quæ renuntiatio etiam tacitè fieri poteſt, ut ſi quis ulterius coram eodem judice procedat, aut dilationem ad judicati ſolutionem petat, aut ſuper judicatis tranſigat *vol.*1.*d.*8.*l.* ll.4. *vol.* 5 *d.* 18. *l.* qqqq. 1 *d.* 40.

l.NN.4. *vol.* 3.*d.* 2.*l.*l. 1. *vol.* 7.*d.* 4. *l.* x. 3.

Appellationis beneficio privatus eſt, quivis ſententia notoriè, & evidenter juſta damnatus: veluti convictus teſtibus, argumentis aliis, oris confeſſione, ut ſunt inſignes latrones, ſeditioſi, &c. *vol* 1.*d.*8.*l.* mm. 1.2 *vol.*5.*d* 18.*l.* ssss.1.2.*d.*40.*l* OO. 3.4. *vol.* 7.*d.* 4. *l.* X.3.4. Convicti de raptu Virginis, falſæ monetæ, læſæ Majeſtatis, hæreſis, Simoniæ, &c. *ibid.*

Appellans temerè variis pœnis mulctatur: nunc in Camera plerumque 10. marchis auri punitur *vol.* 1.*d.* 8.*l.*hh.3. *vol.* 5.*d.*40.*l.*QQ. 3. jure verò canonico ſolùm in expenſas condemnatur *ibid.*

Appellationis beneficio contumax indignus judicatur, & ſi procurator contumax ſit, Dominus varia remedia juris contra ipſum habet. Quæ ibi vide *vol.*1.*d.* 8.*l.*mm.3.4. *vol.*5.*d.*18.*l.*rrrr.4.ssss.1.*d.* 40. *l.*NN.4. *vol.*7.*d.*5.*l.*X.3.

Appellationes ad ternas vices rediguntur, aut ad ſummum binas ab utraque parte: & ſic in univerſum quater appellari poteſt *vol.* 1 *d.*8.*l.*mm.2.3. *vol.* 5.*d* 18.*l.* ssss.1.2.*d.*40.*l* OO 3.4.

Appellare licet ab omnibus judicibus tàm ordinariis, quàm delegatis, etiam cum clauſula *conſcientiam tuam operamus*, excepto delegato cum clauſula Appellatione Remota: cujus clauſulæ ea vis eſt, ut non ſolùm moratorias appellationes, ſed omnes, præter caſus ſingulariter in jure canonico expreſſos, præſcindat: nec ſolùm ſuſpenſivum, ſed devolutivum tollat effectum, locumque ſuum tueatur æquè in criminalibus, ac civilibus, reconventionis cauſa, ut conventionis, ſed tamen non aufert defenſionis eſſentiam, ſed certam ejus ſpeciem adimit, ad recuſationem tamen judicis ſuſpecti non extenditur, uti nec ad remedium nullitatis, aut jus tertii: ſic etiam etſi appellare non liceat, ſupplicare tamen licet *vol.*1.*d.* 8.*l.*nn.1. *vol.*5.*d.*18.*l.*uuuu. 4.*d.* 40. *l.* NN. 4. OO. 1. *vol.*7.*d.*4.*l.*u.4. y. 2.

Appellationis remotæ clauſulam nec legatus, nec præfectus prætorio, nec quivis alius concedere, aut cum hac aliquem ſubdelegare poteſt. Itaque ab omnibus ſubdelegatis appellari poteſt. *vol.* 1. *d.* 8. *l.*nn. 2.

Appellare licet etiam à judicibus conventionalibus ſi ſint arbitratores, non compromiſſarii: nam compromiſſum omnem appellationem tollit, ſive ſit pœnale, ſive ſit ſimplex *vol.*1.*d.*8.*l.*nn.2.3. *vol.* 5.*d.*18 *l.* uuuu.4.xxxx.1.*d.* 40. *l.* OO. 1. *vol.* 7.*d.*5 *l.*y.3.

Appellatio à judice dato, ad dantem legitima, à mandatario, ad mandantem nulla eſt *vol.*1.*d.*2.*l.* o.4. *vol.*7.*d.*5.*l.*z.1.

Appellari poteſt in omnibus, & ab omni gravamine *vol.*7.*d.*5 *l.*x 4.

Appellari nequit in cauſis criminalibus in imperio, mandatum tamen inhibitoriale à Camera ſpirenſi impetrari poteſt: appellari tamen poteſt in iis, ubi pœna corporalis, aut non corporalis irrogatur *vol.*1.*d* 10 in Corollariis. *vol.*2.*d.*7.*l.*dDd.1. *d.*18.*l.*R.3.4. *vol.*4.*d.* 18. *l.* kkkk. 4. & llll. 1.3.*d.*23.*l.*c.4. *vol.*5.*d* 18.*l.*ssss.2.3. ubi pulcrè, ubi etiam vide caſus, in quibus camera hujusmodi appellationes recipit *ibid.* *d.* 40.*l.*OO.1.2. *vol* 6.*d.*2 *l.*N.3.4. *vol* 7.*d.*5.*l.* y.1. nullitatis tamen quærela recipitur, ita ut ea probata, cauſa ita ad priorem judicem remittatur ut ordinem ſervet. *ibid.*

Appel-

Appellatio eſt juriſdictionis teſſera, ita ut appellatio judicis à quò ſubjectionem, judicis ad quem ſuperioritatem deſignet: etſi alii prætereant curias Dominorum, quibus homagio obſtricti ſunt, alii multi provocent ad aliorum tribunal, quibus nulla ex parte ſubjecti ſunt. Supremam autem appellationem pleriq; ad jura majeſtatis referunt: quapropter etſi à Principe appellare non liceat, ſupplicare tamen ipſi licet *vol.* 2. *d.* 3. *l.* p. 1. 2. *d* 5. *l.* gg. 1. *d.* 6. *l.* H. 3. *vol.* 4. *d.* 5. *l.* u. 2. *d.* 13. *l.* rrr. 2. *d.* 19. *l.* nnnn. 2. *vol.* 5. *d.* 18. *l.* pppp. 4. *d.* 21. *l.* kkkkk. 3. *d.* 30. *l.* zzzzzz. 3. *vol.* 6. *d.* 3. *l,* S. 3. Bb. 3. *vol.* 7. *d.* 5 *l.* y. 3. Et hanc, quæ ſuprema eſt, ſalva poteſtate abdicari poſſe negant multi *ib.* *d.* 9. *l.* pp. 2.

Appellatio, ubi ratione cauſæ qualitatis locum non habet, ibi nec ſupplicatio, ſeu reviſio locum habet: Nam appellatio, & retractatio à patri procedunt *vol.* 2. *d.* 7. *l.* dDd. 1.

Appellationes in camera non recipiuntur, niſi ſummam 300. flore. excedant, in juribus autem hoc locum non habet *vol.* 5. *d.* 36. *l.* cc. 4. *d* 40. *l.* OO. vide inferius. *d.* 18. *l,* tttt. *vol.* 7. *d* 5 *l.* x. 4.

Appellatio ubi expreſsè non eſt prohibita, regulariter eſt permiſſa *vol.* 2. *d.* 17. *l.* o. 2.

Appellatio tacitè compræhendit ſententiæ prioris nullitatem *vol.* 2. *d.* 18. *l.* R. 1.

Appellationis vel deſertæ, vel non devolutæ, exceptio datur: Deſertæ eſt, ſi appellans tempora interponendæ, introducendæ, & proſequendæ appellationis non obſervarit, ſi intra conſtituta tempora non petierit apoſtolos. Non devolutæ eſt, ſi quis nomine alterius absque mandato appellaverit: ibi ſi appellatum fuerit, à quo provocare non licet *vol.* 2. *d.* 27. *l.* LL. 1. *vol.* 7. *d.* 5. *l.* z. 3.

Appellatio finitur lapſu fatalium, ſcilicet introducendæ, & finiendæ (ſed hoc tempus, nempe finiendæ in camera imperiali, & aliis pleriſque Germaniæ judiciis non attenditur) appellationis: ad appellationem autem introducendam condemnatus decendium habet, quibus elapſis ſi reus non appellaverit, ſententia tranſit in rem judicatam, hinc nullus eſt tunc attentatis locus, & executio ſententiæ primę fieri poteſt, etſi appellatio nondum fuerit pronunciata, eſſe deſerta, neq; cauſam ad judicem à quò remiſſa, idque etiam locum habet, elapſo fatali introducendæ ab homine conſtituto *vol.* 3. *d.* 2. *l.* l. 1. *vol.* 4. *d.* 23. *l.* C. 4. *d.* 24. *l.* E. 4 *vol.* 5. *d.* 18. *l.* xxxx. 4 yyyy. 1. 2. ubi vide, quomodo debeant componi libelli appellatorii. *ibid.* Tempora appellationum debent ad unguem obſervari, quæ ideò dicuntur fatalia *vol.* 7. *d.* 5. *l.* z. 2.

Appellatio etiam finitur, ſi appellans legitimo tempore non petierit acta, & apoſtolos: ad cameram autem imperii appellantes apoſtolis neceſſe (quamvis nihilominus utiles ſint) non habent *vol.* 3. *d.* 2. *l.* l. 1 *vol.* 4. *d.* 23. *l.* C. 4. *vol.* 5. *d.* 18. *l.* yyyy. 2. *vol.* 7. *d.* 5. *l.* z. 3. 4.

Appellatus ſcientiam allegans appellantis, eam probare debet *vol.* 7. *d.* 5. *l.* z. 3.

Appellatio etiam finitur, ſi appellans legitimo tempore non exhibeat judici ad quem acta & apoſtolos, ſive non comparuerit juſto tempore ad recipiendum acta & apoſtolos: ſive judicis à quò culpa

non edantur *vol.3.d.2.l.*l.1. *vol.5.d.18.l.* yyyy.3.

Appellatio ipſo jure nulla, & quæ eſt manifeſtè frivola, & fruſtratoria, & ſic pro nulla habetur, hæc inquam non cauſat attentata, nec eorum revocationem parit, etiamſi judex à quo appellationi detulerit *vol.3.d.2.l.*l.2.

Appellatio à ſententia excommunicationis interpoſita non impedit, quo minus quis pro excommunicato haberi debeat *vol.3.d.2.l.*m.1.2. imò ab hac ſuſpenſivè appellari non poteſt *vol.7.d.4.l.*aa.3.

Appellatio à ſententia hæreſis, quandò eſt definitiva, non videtur recipienda *vol.6.d.2.l.*N.3.4.

Appellari à gravamine continuo veluti incarcerationis, prohibitionis, venationis, ſtatuti ſemper etiam poſt decendium poteſt *vol.7.d.5.l* z.3.

Appellare non licet reo in poſſeſſorio judicio à ſententia definitiva, & quoad effectum ſuſpenſivum, & devolutivum, ſi ea lata ſit in poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis *vol.3.d.2.l.*m.2.3.*d.3.l.*u.4. *vol.5.d.*18.*l.*tttt.3.*d.*40.*l* OO.2.3.

Appellare licet reo in poſſeſſorio judicio à ſententia definitiva, & quoad effectum ſuſpenſivum, & devolutivum, ſi ea lata ſit (niſi ſecundum remedium l. fi. nal. C. de edictiom D. Hadrian. láta ſit) in poſſeſſorio adipiſcendæ poſſeſſionis, ſicut & retinendæ, exceptò, in ſummariſſimo poſſeſſorio *vol.3.d.2.l.*m.2.3. ubi pulcrè. *d.3.l.*u.4. *vol.5.d.*18*.l.* tttt.3.*d.*40.*l.* OO.2.3.

Appellari non poteſt in poſſeſſorio momentaneo, etſi canones aliter concedant *vol.7.d.6.l.*ee.1.

Appellare ſemper poteſt actor *vol.3.d.2.l.*m.2.

Appellare non licet à ſententia de ſpolio ſimplici, multo minus de ſpolio attentato reſtituendo, imò nec reus appellare poteſt, ſi condemnatus ſit ad reſtitutionem fructuum *vol.3.d.2.l.*m.2.

Appellare non licet in cauſa pia, Dotis, Inſtrumentorum Quarentigiarorum *vol.7.d.4.l.*aa.3.

Appellare non licet à judicio attentatorum à lata contra quocunque modo attentantem (ſecus ſi pro eodem) ſententia, de in priſtinum ſtatum reſtituendis innovatis, ubi pulcrè. *vol.3.d.2.l.*m.2.

Appellatione ab interlocutoria ſimplici, & poſtquam alia adhuc in eodem judicio ſperatur ſententia, pendente, judex à quò itidem exequi ſententiam ſuam, & in cauſæ principalis cognitione procedere nequit, tum ſi appellationi detulit (prout deferre tenetur) tum ſi vel legitimè requiſitus ne quidem refutatorios apoſtolos appellanti dedit: quod ſi vero tales dedit, tunc ſententiam exequi, & procedere in articulis etiam connexis, non tamen præjudicialibus ipſi cauſæ principali poteſt: isque proceſſus ante juſtificatam appellationem, & privilegio attentatorum ante omnia revocari nequit, niſi inhibitio canonica præceſſerit, & niſi executio & proceſſus ſit irrevocabilis: juſtificata autem appellatione omnia illa revocari poſſunt, & debent, quod de appellatione ab interlocutoria, item de appellatione extrajudiciali tradunt Dd. Quæ autem de appellatione dicuntur eadem intelligenda ſunt

ſunt pendente decendio à lata ſententia *vol.3.d.*2.*l.*m.3 4.

Appellatio dicitur juſtificari ſi judex pronuntiet bene appellatum, aut malè judicatum eſſe: non juſtificari dicitur, ſi pronuntiet malè appellatum, vel ſi appellatio deſerta fiat, vel renuncietur ei *vol.*3. *d.*2 *l.*m.4.

Appellare non licet in quibuscunque poſſeſſoriis, tam quoad ſuſpenſionis, quam devolutionis effectum *vol.* 5. *d.* 40. *l.*OO.2.3.*d.*18*l* tttt.3. & in cauſa momentaneæ poſſeſſionis devolutivè non ſuſpenſivè appellatur *vol.*7.*d.*5.*l.*aa.3. imò nullo modo, ſicut nec in ullo alio poſſesſorio *ibid.*

Appellare non licet in judicio attentatorum reo, id eſt ei, qui attentat *vol.*3.*d.* 2.*l.*o.4.

Appellationem deſertam ſi appellans proſequi nolit, appellatus tamen proſequi poteſt *vol.*3.*d.*2.*l.*p. 1. in Corollar.

Appellari poteſt ab executionis modo *vol.* 5.*d.*24 *l.* F. 1. *vol.* 5. *d.* 18. *l.* tttt. 3. ubi vide diſtinctiones, & limitationes. *d.* 40. *l.*OO.1.

Appellatio etſi regulariter debeat gradatim fieri, nihilominus eà per ſaltum facta omiſſo medio ſuperior, ſi appellatus non excipiat de illo, validè procedit, cum ſuperior, ac mediatus æque competens ſit, atque inferior, ut illo caſu juriſdictio ſuperioris non tam prorogata, quàm inferiori anteverſa, atque præventa ſit *vol.* 5. *d.* 11. *l.* yy. 2. *d.* 18. *l.* xxxx. *d.* 40. *l.* PP. 1. hoc negatur, niſi talis appellatio per errorem facta ſit *vol.*7.*d.*5.*l.*y.4. Permittitur verò ſi intermedius juſtitiam denegaret, aut ſuſpectus, vel excommunicatus, vel aliàs inhabilis foret *vol.* 7. *d.* 6. *l.* ee. 2.

Appellatio, etſi in cauſa capitali interponi poſſit per alium, perſecutio tamen ejusdem debet fieri perſonaliter per ipſum reum. Nam appellationis cauſas per alium in cauſa capitali reddere non licet *vol.* 5.*d.*18.*l.*tttt.2.

Appellare non poteſt officialis à proprio judice condemnatus, ratione malè geſti officii, niſi ſuper patrimonio litiget, item pro debito publico, ſeu fiſcali, quandò agit fiſcus de damno vitando, ſecus ſi agat de lucro captando *vol.* 5. *d.* 18. *l.* ssss. 1.

Appellari poſſe videtur à criminalibus in principium curiis, ad ſuperiores eorundem principum curias, ad cameram tamen non poteſt. *Vide ſupra. vol.*5.*d.* 18 *l* ssss 2.3 *d.*40.*l* OO.1 2.

Appellari poteſt à mulctis, in quas judex quempiam condemnavit *vol.* 5. *d.* 18.*l*, ssss. *d.* 40. *l.* OO. 2. *vol.*7.*d.*5.*l.*y. 1. modo mulcta ſit ſummæ appellabilis *ibid.*

Appellari poteſt à ſententia, qua pronunciatur ſequeſtratio jure facta: item in cauſa alimentorum futurorum, de præteritis non dubitatur *vol.* 5.*d.*18.*l.*tttt.4.*d.* 40.*l.*OO.3. *vol.*7.*d.*5 *l.*aa 3.

Appellatio non recipitur à ſententia ſortis, & fortunæ, quia fortunæ in hoc mundo non habet judicem niſi Deum *vol.* 5.*d.*18.*l.*tttt.4.*d.*40.*l.* OO.4.

Appellatio item non habet locum, ut mortuus impediatur à ſepultura *vol.* 5.*d.* 18.*l.*tttt.4.*d* 40.OO.4.

Appellari poteſt ab Epiſcopo ſtatim ad Papam omiſſo medio *vol.* 5.*d.* 18.

xxxx. 2. *d.* 40. *l.* PP. 1. *vol.* 7. *d.* 5. *l.* y. 4. *d.* 6. *l.* ee. 7.

Appellari poteſt ab omni Epiſcopo ad Pontificem *vol.* 4. *d.* 23. *l.* C. 3. *vol.* 7. *d.* 5. *l.* y. 4. z. 1.

Appellare poſſunt rectà ad ſupremum tribunal, & Cæſarem omiſſo medio ſtudioſi, item pupilli, viduæ, orphani, aliæq; miſerabiles perſonæ *vol.* 5. *d.* 18. *l.* xxxx. 2. *d.* 40. *l.* PP. 1. *vol.* 7. *d.* 5. *l.* y. 4.

Appellatur à delegato judice, ſi mandatam jurisdictionem habeat ad mandantem, ſin tantùm judicandi munere fungatur ad eum, qui judicem dedit; à ſubdelegato autem ad delegantem *vol.* 5. *d.* 18. *l.* xxxx. 3. *d.* 40. *l.* PP. 1. *vol.* 7. *d.* 5. *l.* z. 1. jure civili non appellatur ad delegantem, ſed ad ſuperiorem, canonico à delegato ſpeciem aliquam cauſæ, vel jurisdictionis habente ad delegantem, ab illo verò cui tota cauſa, vel jurisdictio mandata eſt, ad ſuperiorem *vol.* 7. *d.* 6. *l.* ee. 2.

Appellatur ab Auſtregarum uti cauſarum feudalium judicibus ad cameram *vol* 5. *d.* 18. *l.* xxxx 4.

Appellationum fatalia quadruplicia ſunt: primum vocatur interponendæ appellationis, & eſt ſpatium decem dierum à lata ſententia ſit definitiva, ſeu interlocutoria, ſeu extrajudicialis, ſed hoc tempus non currit ignoranti, ſi juſtis de cauſis tempore latæ contra eum ſententiæ abfuerit, nec hoc tempus prorogari poteſt per ordinationem cameræ, etſi aliàs hoc authores permittant. Sic hæ fatalia non currunt incarcerato, niſi à tempore facultatis adeptæ, de paupere dubitatur: illud plerique probant, intra decendium aliquem variare, & ad alium judicem appellare poſſe. Appellari autem poteſt à definitiva vel mox viva voce, vel in ſcripſis, ab interlocutoria nunquam niſi in ſcriptis, niſi habeat vim definitivæ: vide hujus fatalis circumſtantias, & alia ingredientia *ibid.* Illud notandum eſt non eſſe neceſſariam intimationem judici à quo: *Vbi etiam vide quando coram notario, & teſtibus ſit appellandum.* Deinde ſi quis ſolutionem pecuniarum omittat, quæ in aliquibus locis ſolui conſueverunt, tamen appellatio valebit. *vol.* 5. *d.* 18. *l.* xxxx. 4. yyyy. 1. 2. *d.* 40. *l.* PP. 3. 4. ubi vide formam libellorum appellatoriorum, & quando gravamen inſtrumento appellationis ſit inſerendum *ibid. vol.* 7. *d.* 5. *l.* z. 1. 2. 3.

Appellationis ſecundum fatale eſt: ut petantur apoſtoli, id eſt, libelli dimiſſorii: qui impetrari debent ſpatio 30. dierum, fluitque hoc tempus à ſententiæ cognitione: apoſtoli autem petendi ſunt non ſimpliciter, ſed inſtanter: quare petitio ſic concipi ſolet peto inſtanter, inſtantius, inſtantiſſime: hoc tamen tempus in camera attendi non ſolet *vol.* 5. *d.* 18. *l.* yyyy. 2 *d.* 40. *l.* PP. 4. *vol.* 7. *d.* 5. *l.* z. 3. 4.

Appellationis fatale tertium eſt, præſentandæ ſcilicet appellationis coram judice ad quem, de hujus tempore variant authores, quidam judicis arbitrio id permittunt, quidam ſex menſes, alii tres præfigunt, poteſt tamen hoc tempus prorogari à judice, ſi intra ſex menſes id à judice petatur, aut partium compromiſſo *vol.* 5. *d.* 18. *l.* yyyy. 2. 3. *d.* 40. *l.* PP. 4. *vol.* 7. *d.* 5. *l.* z 4.

Appellationis fatale quartum conſiſtit in proſequenda, & juſtificanda appellatio-

lationе, ad quod habet appellans annum, qui ſi elapſus ſit, & appellans habeat juſtum impedimentum, poterit obtinere ſecundum, imò in urgentiſſima neceſſitate tertium: aliàs etiam expreſſo partium conſenſu tempus hoc prorogari poteſt. Hoc autem fatale incipit à tempore interpoſitæ appellationis. Sed notandum, cameram has ſolennitates non curare, tametſi, cum ab inferioribus judicibus neglectæ ſint, ipſa appellationes non recipiat: cameram ſequuntur inferiores judices, qui & ipſi parum hæc fatalia attendunt *vol.5.d.*18.*l.*xxxx.3.4.*d.*40.*l.*QQ. 1. *vol.*7 *d.*5.*l.*aa.1.2.

Appellationis effectus tres ſunt Primus, quòd ea interpoſita non ſolùm negotium devolvatur ad ſuperiorem, ſed etiam provocans ſtatim eximatur à jurisdictione judicis à quò: Secundus, quòd cauſa reducatur ad tempus litis conteſtationis, ita ut non probata probare, non allegata allegare, & novos articulos allegans proponere poſſit. Tertius, quòd eâ interpoſita à judice à quò nil innovari, ſed omnia in priori ſtatu relinqui debeant *vol.*5.*d.*18. *l.*yyyy.4.*d.*40.*l.*QQ.2.3. *vol.*7.*d.*5.*l.*aa,3.

Appellatio lege municipali, vel ſtatuto reſtringi quidem, ſed in totum tolli minimè poteſt *vol.* 5. *d* 40.*l.*NN.2.*vol.* 4.*d.*5. *l.* x.1.

Appellatio per ſolum principem tolli poteſt *vol.*4.*d.*5.*l* x.1. quomodo id poſſit, & non poſſit vide *vol.*7.*d* 5.*l.*u.4.

Appellari à mero executore regulariter non poteſt, niſi medium in exequendo excedat, ſic nec à ſententia judicis de exequendo jure appellatur *vol.*5.*d.*40.*l.* OO. 1.*vol.*7.*d.*5.*l.*y.1.

Appellatio ut recipiatur in camera ſumma debet ſuperare 300. floren. cum autem dubitatur utrum ſumma ſit huic ordinationi conformis, poteſt appellanti deferri juramentum, ut juret ſe malle carere tanta ſumma, quàm à principali negotio litis deſiſtere *vol.*5.*d.*40.*l.* OO. *vol.*7.*d.*5 *l.*x.4.

Appellatio an à ſententia judicis, qui mediante juramento cauſam decidit, inſtitui poſſit, quæritur ſæpè? & negatur tam quoad juramentum delatum, quàm relatum: aliud eſt ſi juramentum uni ex litigatoribus delatum eſſet à judice ob defectum probationis *vol.*5.*d.*40.*l.*OO.4

Appellationis judex invito appellante, ſed inſtante Appellato omiſſo gravaminis articulo in cauſa principali procedere, & definitivè pronuntiare poteſt *vol.* 7. *d.* 5. *l.y.*4.

ſi Appellatus renuntiet interlocutoriæ, ex qua appellans ait ſe læſum, corruit appellatio *vol.*7.*d.*5 *l.*y.4.

in Appellationibus per ſolum gravamen fundatur jurisdictio ſuperioris *vol.*7. *d.*5.*l.y.*4.

Appellatio directò dirigi poteſt prætergreſſo medio, ſi hic denegaſſet juſtitiam: idem quis facere poteſt, ſi intermedius judex ſit inhabilis, vel ratione ſuſpicionis, vel excommunicationis, vel alterius inhabilitatis, aut ſi conſuetudo loci talis ſit, aut ſi pars appellata non contradicet, aut ipſe judex ad ſuperiorem remittat *vol.* 5.*d.* 40. *l.*PP.1. aut mediatus ſimul cum inferiore judicavit, vel ſi judex intermedius ob bona pluribus locis ſita incertus eſſet *vol.* 7.*d.*5.*l.*y.4.

Appellatio ad quod tribunal dirigendum ſit, ſi Clericus, & Laicus ſimul judicent?

cent? reſponderetus reſpiciendum eſſe, ex cujus Principis authoritate judicent, an ſummi Pontificis, an Cæſaris, &c. *vol.* 5. *d.* 40.*l.*PP.2.

Appellatio in litibus feudalibus ſic fieri debet, ut ſi ſuperior proximus mediatus feudi Dominus ſit, ad eum ſubvaſallus tam à partibus curiæ, quàm à Domino ſubinfeudato, ſeu immediato ritè provocet: quando verò proximus ſuperior nullus exiſtit, vel gradatim appellando ad primum infeudantem perventum fuerit, eo caſu Dominus tribunalis, nempe ordinarius loci, cui res in feudum data ſubjacet, provocando adibitur *vol.* 5.*d.*40.*l.* PP.2.

Appellari poteſt à judice vel ſtante mox pede, vel in ſcriptis, ſi ſit definitiva, ab interlocutoria non niſi in ſcriptis appellatur, & ſimul cauſa gravaminis inſerenda eſt, *vol.* 5.*d.* 40.*l.*PP.2. ubi vide formam appellatoriorum libellorum pulchram *ib. vol.*7.*d.*5.*l.*z.1.2. ab actibus extrajudicialibus ſemper appellatur in ſcriptis, etſi vim definitivæ habeant *ib* z.2. jure canonico indiſtinctè in ſcriptis eſt appellandum *vol.* 7.*d.*6.*l.*ee.1.

Appellare incontinenti propriè dicitur, qui in puncto latæ ſententiæ appellat *vol.*7.*d.*5.*l.*z.1.

ſi Appellatum viva voce ſit, reſervato ſibi jure in ſcriptis appellandi, & deinde appelletur in ſcriptis, in voluntate appellantis eſt cui ſtare velit *vol.*7.*d* 5.*l.*z.1.

Appellari ſub conditione non poteſt, niſi forſan ſub hujusſcemodi, verbi gratia, ſi judex gravamen aliquod decernat, & gravatus ita dicat, peto revocari gravamen, & niſi revocetur, appello *vol.*5.*d.* 40.*l.*PP.3.

Appellatio per lapſum fatalium non fit deſerta in illis, quæ ſumptus requirunt, ſi partes notoria inopia laborent *vol.*5.*d.*42. *l.* QQ.1.

quæ de Appellationum temporibus dicuntur, eadem in jure feudali obtinent *vol.* 5.*d.*40.*l.*QQ.2.

Appellatio ſi deſerta fuerit judex à quo ſententiam ſuam exequetur, ſi verò non fuerit deſerta, judici ad quem non tantùm ſententiæ reformatæ, ſed etiam confirmatæ executio incumbit *vol.* 5.*d.* 40.*l.* QQ.2.3.

Appellatus ſi in ſecunda inſtantia ſuccumbat, quæritur, an ſit in expenſas condemnandus? reſp. judicem videre debere an appellans juſtam appellandi cauſam habuerit *vol.*5.*d.*40.*l.*QQ.3.

in Appellationis juſtificandæ controverſia, ad quem ſpectet onus probandi eo caſu, quo quæritur, an juſtè fuerit appellatum? & magis eſt, ſi appellans habeat pro ſe ex negatione fundatam intentionem, ut dicamus, adverſarium ipſius, qui eſt actor ad probationem compellendum eſſe *vol.* 5.*d.*40.*l.*QQ.3.

Appellationis jus à nullo Principe inferiore, ne ab ipſo ad ſuperiorem provocetur, præſcribi poteſt, quamvis ne ab Epiſcopo, ad Archiepiſcopum appelletur, præſcriptione quæri poſſit *vol.*1.*d.*2.*l.* x.3. *vol.* 4.*d.* 20.*l.l.* uuuu.3.*vol.* 5.*d.* 18.*l.* qqqq.1. *Vide tamen paulo infra thema ſecundum ab hoc. vol.*7*d.*5.*l.*y.3.

Appellationis privilegium inferiori, ne ab ipſo ad ſuperiorem appelletur, concedi à ſuperiore poteſt *vol.*1.*d.*2.*l* ſ.3 4.*vol* 2. *d.*6 *l.*

d.6.l.H.3.vol.4.d.19.l.nnnn.2.vol.5.d.18. l.qqqq.1.tttt.1.

Appellari ſic non poteſt, impetrato ſcilicet hujusmodi privilegio, à multis principibus imperii: nempe Auſtriæ, Burgundiæ, Saxoniæ, Lotharingiæ, &c. & ab his pure. Ab aliis etiam principibus, & civitatibus conditionaliter, hoc eſt, quoad certam ſummam, verbi gratia 300. floren. quamvis & hoc jus longiſſimi temporis uſus præſcribere poſſit vol.1.d.8.l.pp.1.2.& ſeqq. ubi latè d.12. in corollariis vol.2.d.3. l.h 3. vol.4.d.4.l.p.2.d.19.l.nnnn.2. vol.5.d. 18.l.tttt 1.uuuu.2.3.d.40.l.NN.4.vol.7.d. 5.l.y.3.d.9.l.pp.2.

Appellari nequit à Cæſare, qui non recognoſcit ſuperiorem: multi tamen canoniſtæ aſſeruerunt ab ipſo appellari poſſe ad Papam (quod tamen in Germania receptum non eſt, imo qui hoc tentat, etiam in cauſa pia, & tutelari 100. marcis auri puri mulctatur) & nec quidem vacante Imperio datur ad Pontificem appellatio vol.7.d.5.l.y.2. ſi cauſa vel ſit ardua, vel propria Cæſaris, vel in juſtitia notoria. Et hoc trahitur ad quosvis alios Principes, qui non recognoſcunt ſuperiorem vol.1.d.8.l.oo.1. ubi latè vol.2.d. 18 l.R.3 vol.4.d.4.l p.3.d.17.l.ffff.3 d.20. l.uuuu.3.d.23 l.C.2.vol.5.d.18.l.uuuu.1.2. Appellari tamen poſſe ad melius informandum, ajunt quidam, uti à quocunq; Principe non recognoſcente ſuperiorem *ibid*: ex quibus omnibus concluditur à Cæſare nec ad ſtatum imperii, nec ad comitem Palatinum appellari poſſe, *ibid.* vol.4.d.2.l.m.2. vol.5.d.23.l.nnnn.4.d.30.l. zzzzzz.3.d.40.l.NN.4.vol.6.d.3.l.S.3.d.9.l. Kkk.4.Lll.1.2.vol.7.d.5.l.y.2.vol.7.d.9.l. pp.2.3. Ubi verò appellatur à malè informato, ad melius informandum, ibi non videtur vera appellatio, ſed retractatio, & ſupplicatio, ut Princeps attentius velit, pleniusq; cognoſcere negotium *ibid.*

Appellari quandoq; poteſt à Cæſare ad imperii ſtatum vol.4.d.12.l.kkk.4.d.20.l. uuuu.3.vol.5.d.18.l.uuuu.2.

Appellari nequit à Principe ſæculari ad Papam niſi ſit ipſi ſubditus, quamvis contrarium curia Romana receperit vol.1.d. 8.l.oo.2.

Appellari poteſt à Papa in ſæcularibus, etſi nunc id à Pontifice non permittatur, & de jure id fieri contendat, nam qui aliorum etiam à ſummo Principe appellationes recipit, quomodo ab ipſo appellari poteſt? in Spiritualibus verò ad generale conſilium poteſt: id tamen negant multi, imo affirmant à concilio ad Papam appellari poſſe vol.1.d.8.l.oo.3.vol.4.d.23.l.C. 3.vol.5.d.18.l.xxxx.2.3.vol.6.d.9.l.Lll.1.2. vol.7.d.5.l.v.4.

Appellatio à camera Spirenſi nec ad Cæſarem datur, ſed ſolummodo reviſorium judicium vol.1.d.l.g.2.d.12.in Coroll. vol.5.d.18.l.uuuu.4.d.40.l.OO.1. Vide in verbo camera Spir.

Appellationes cauſarum profanarum, ſi hodie ſumma 300. floren. excedat, haud ſecus, ut à quibusvis inferiorum ſæculariũ Dominorum curiis, ſic à judiciis Eccleſiaſticis generalibus, uti Trevirenſi, & Colonienſi, & quovis alio ad ſæculare imperii, id eſt ad Spirenſem cameram non Pontificis, vel hujus legati tribunal dirigendæ hodie ſunt, & ſi quis hoc non faciat, à camera graviter mulctari ſolet vol.1.d.2 l.d.3.

Appellari ab Eccleſiaſticis Principibus, ut Prin-

utPrincipibus imperii, ad Cameram Spirenſem debet *vol.2.d.3.l.g.2.vol.4.d.5.l.q.4.* vide in verbo Eccleſiaſtici Principes.

Appellatio à Cameræ Spirenſis reviſorib. ad Cæſarem non datur *vol.4.d.12.l.kkk.4.*

Appellari nequit à ſententiis Vicariorũ, quas vacante imperio legitimo modo tulerunt *vol.5.d.18.l.* uuuu.2.*vol.7.d.5.l.*y.3.

Appellari nequit à proceribus ſacr: palatii *vol 5.d.18.l.*uuuu.2.*vol.l.7.d.5.l.y.3.*

Appellaſſe quoſdam ad Deum, & tribunal divinum ex hiſtoriis conſtat, nec illud ſperni debet *vol 5.d.*18.*l.*uuuu.2.*vol.7.d.*8.*l.*mm.1. Ubi vide tria exempla, unum de Henrico Archiepiſcopo Moguntino, ſecundũ de quodam Equite Templario, tertiũ, de Georgio Sophocardio in Scotia *ib.*

Appellandi alius quoq; modus reperitur in jure canonico, qui fit facto ipſo arrepto itinere Romam verſus *vol.7.d.5.*l.z.2.

Appellationis privilegia de non appellando, nullum obtinent locum in caſu denegatæ, vel protractæ juſtitiæ, & caſu nullitatis, & in cauſis in prima inſtantia ad Cameram pertinentibus *vol.5.d.18.l.* uuuu.3.4.*vol.7.d.5.l* x.4.

Appellare ſemper licet à gravamine, quod ſemper eſt in fieri, cum ſemper ſit *vol.5.d.*4.*l.* dd.1..

Appellare in cauſis fiſcalibus ab inferiorum Principum conſiſtoriis ad Cameram Spirenſem licet, modò ſumma ſit appellabilis, & cauſa civilis: in criminalibus verò ex Germaniæ conſuetudine non licet, niſi ob nullitatem, aut denegatam juſtitiam: Verùm in cauſis Fiſci Cæſarei amplius non appellatur, Reſtitutio tamen ex juſtis, & prægnantibus rationibus non conceditur *vol.6.d.2.l.*N 3.4. Imò Fiſcus etiam reſtitui poteſt. *ibid.*

de non Appellando intra certam ſummam, privilegium in plurium ſummarum privilegio non conformium locum habebit, ſi illæ ex uno fonte, non ex diverſis cauſis manent *vol.7.d.5.l.*x.4.

de non Appellando intra certam ſummam, privilegium locum habebit in ſumma privilegio non conformi, modò talis per uſuras, & expenſas effici poſſit *vol.7.d.5.l.*x.4.

de non Appellando privilegium Principi, vel Epiſcopo plures Principatus, aut Epiſcopatus habenti conceſſum, non obligabit omnium Principatuum ſubditos, maximè ſi Principatus, vel Epiſcopatus alii Principatui æquè Principaliter acceſſit, ſuisq; propriis ſtatutis, ac legibus regitur *vol.7.d.5.l.*x.4.

Appellationes in cauſis matrimonialib. in Camera non recipiuntur *vol.7.d.5.l.y.1.*

Appellare non licet tertiò in eadem cauſa, in qua tres conformes ſententiæ latæ: quod intellige de una eademq; perſona; utraq; enim pars bis appellare poteſt, & ita quatuor appellationes in eadem cauſa concurrere poſſunt, & ſic quinq; ſententiæ: & in hoc judicio is vincit, qui ultimam ſententiam pro ſe habet. Nihilominus à ſententia declarante ſententias eſſe conformes, provocare licebit, etiamſi bis in cauſa appellatum ſit *vol.7.d.5.l.*y.1.

Appellare non licet à pronuntiatione de aperiendo teſtamento, nec à ſententia, qua hæres inſtitutus in teſtamento in bonorum poſſeſſionem mittitur, nec à pœna lege impoſita, nec à ſententia confirmatoria primæ maximè quando narratur, à prima ſententia appellatum non fuiſſe. Item nec tutor, vel adminiſtrator condemnatus.

mnatus ad reddendæ rationes tutelæ, vel adminiſtrationis appellat *vol. 7.d.5.l.y.1.*

Appellationis judex jure civili non poteſt delegare, vel committere cauſam alteri reſervatã ſibi ſententiã: contrarium eſt jure canonico *vol.7.d.6.l.*bb.4.

in Appellationib⁹ jure civili judex à quo nihil poteſt ſtatuere in præjudicium cognitionis futuræ in ſecunda inſtantia. At jure Canonico poteſt judex à quo præfigere appellanti terminum proſequendæ appellationis, intra quem ad judicem ad quem ſe conferat, & certiorem judicem à quo faciat de prædictis *vol.7.d.6.f.*ee.2.

qui Appellavit à judice in una cauſa, nihilominus jure civili in aliis coram eodem cogitur experiri. Jure canonico poteſt eum velut ſuſpectum recuſare: niſi poſt provocationem enorme, & manifeſtum crimen perpetraverit *vol.7.d.6.l* ee.2.

de Aquarili re, & jure vide *vol.6.d.7.*à literis Ss.4. per tot. & quia nec textus, nec author allegatus eſt, & nos illum omiſimus.

Aratra, aratorii boves, equi, ligones, &c. areſtari non poſſunt *vol 5.d 4 l.*aa.4.

Arbitrium rei ſuæ quilibet habet, & moderator eſt, ita ut ſuam rem quis aut diſtrahere, aut gravare poſſit *vol.2.d.3 l.*l.1.4.

Arbitrium eſt juris *vol.6.d.4 l.*kk.3.

Arbiter eſt, qui ſub pœnæ ſtipulatione partium compromiſſo judex electus ſervato juris ordine litem diſceptat, eamq; ſua pronuntiatione omninò terminat: unde ejus ſententiæ tàm iniquæ, quàm æquæ parendum eſt, imò nec ab ea appellari poſſe ſæpè ſcriptum fuit *vol.1.d.7 l.*gg.1. vide Compromiſſum. Igitur arbiter judex competens eſt *vol.7.d.8.l.*mm.1.

in Arbitrium compromittere poſſunt omnes, qui tranſigere, ordinario judicio convenire, vel rem controverſam poſſunt alienare. Non ergo Prælati ſine aſſenſu capituli, nec Procuratores, cui nec in arbitratorem compromittere licet. Vaſallus de feudo poteſt, ſi ordinarium ſpectat judicem controverſia, ſecus quoties feudi Dominus, paresve curiæ jurisdictionem habent *vol.1.d.7 l.*gg.1.

Arbitrium itidem recipere poſſunt omnes, qui judicare non prohibentur. Non ergo ſervi, qui nec arbitratores conſtitui poſſunt. At bene filius in re patris, etſi minor ſit. *vol 1.d.7.l.*gg.1. non verò mulier, niſi habeat Jurisdictionem ordinariam *vol.7 d.6.l.*bb.3.

verba Arbitratu Lucii Titii fieri, jus ſignificant, & in ſervum non cadunt *vol. 6.d.4.l.*Nn.2.

Arbitrator, ſive compoſitor amicabilis eſt, qui non obſervato juris ordine ſine figura, ac ſtrepitu judicii, controverſiam ex partium conſenſu de plano ex æquo & bono dirimit, cujus ſententia ſemper ad arbitrium boni viri redigi debet. Eaq; reductio coram judice petenda eſt, qui remoto compromiſſo eſt ordinarius, & hoc intra decennium *vol.1.d.7.l.*gg.1.

Arbitrator ſuum arbitrium partibus abſentibus, & non citatis definire non poteſt *vol.5.d.36.l.*EE.2.

Arbores ex Foreſta excindi non debent. vide in verbo Foreſta.

Arcana regni, & monarchiæ ſunt: ne Princeps ab uno aliquo ita ſe occupari patiatur, ut ad illius nutum omnia agat, aut unus ille omnia in regno poſſit, vel pacis vel belli tempore. Comitia ſint rariſſima. Arces, caſtella, propugnacula ſummo ſtudio debent extrui, & cuſtodiri *vol.1.d. 22.l.*V.4.

Arcana Democratiæ ſunt: ut leges ſeverè, & ſtrictè executioni mandentur, accuſationes publicæ popularium inſtituantur rariſſimæ, bona damnatorum ſacra ſint, & pœna publicationis, & confiſcationis exſit: conventus civium, & collegia ne impediantur, comitiaq; habeantur creberrima, præſidia, & arces in urbibus, & provinciis ne extruantur. *vol. 1.d.20.l.*X.3.

Arcanum imperii eſt, aliud agere, & aliud agi ſimulare *vol.4.d.1.l.*X.2.

Arces in regnis extrui debent, ſed paucæ *vol.1.d.20.l.*B.3. *vol.5.d.19.l.*cccc.1. *vol. 6.d.8.l.*Eee.4.

Archiepiſcopatus in Germania ſeptem ſunt: quibus non annumerantur Pragenſis, & illi qui in Belgio ſunt, quia Principes imperii non ſunt: ſunt autem Moguntia, Colonia, Treveris, Magdeburgum, Salisburgum, Brema, Riga: qui autem Epiſcopatus his ſubjecti ſint, & qui ab illis exempti *ibid.* Vide *vol. 2.d. 4.l.*2 *4.d.9 l.* qQq.3.

Archiepiſcopi inter Eccleſiaſticos Germaniæ Principes eminent *vol. 4.d.1.l.* XX.1.

Arelatenſe regnum olim ad imperium pertinuit, nunc majorem partem Francis paret, & imperii eſſe deſiit à Carolo 4. præcipuè alienatum *vol 2.d.4.l.*r. *4.d.*13 *l.* β.4. *vol.3 d.5.l.*aa.2 *vol.4.d* 2 *l.*l.4.

Argentinenſis urbis privilegia defendunt Rotvvilenſes *vol.6.d.3.l* Ii.2.

Argentum, quod dicitur poſtulatum, præfertur cæteris metallis, auro in quibusdam æquiparatur, in quibusdam differt *vol.2.d.*13.*l.δ.*3.

Ariſtocratia eſt ſtatus Polyarchicus, quando pauciores conjunctim, & individuè in omnes, & ſingulos imperium habent, qui optimates dicuntur. Nec refert quotquot illi ſint, modo dimidio ſint pauciores univerſis, unde quadammodo oligarchia dici poteſt, quo autem pauciores ſunt optimates, eò ſtabilior, & diuturnior eſt hic ſtatus; nam concordia facilius inter paucos alitur, & conſervatur *vol.1.d. 22.l.*X.1. *vol.4.d.2.l.* a.2.*d.* 12.*l.* kkk.1.2.

Ariſtocratia multiplex diverſo reſpectu conſtitui poteſt: cumprimis vero ratione eligentium optimates, & eorum, qui electi ſunt. Illo modo alia eſt, in qua optimates electi alios eligunt, quæ eſt perfectior: alia quando jus electionis ſolus populus habet. Hoc rurſus aut reſpectu numeri Ariſtocratia alia eſt vel pauciſſimorum, quæ eſt nobiliſſima: vel paucorum: aut reſpectu conditionis alia in qua eliguntur optimates virtutis intuitu præſtantiſſimi, quæ eſt optima: alia ubi generis, & proſapiæ conſideratione patricii, & nobiles eliguntur: alia quando cenſus æſtimatione divites: aut deniq; reſpectu temporis imperandi, ut alia ſit, in qua optimates ſint perpetui, quæ eſt diuturnior, alia in qua temporarii *vol.1.d.*22 *l.* X.2.

Ariſtocratiæ arcana ſunt, ut optimates conſilia ſua ſecreta habeant, & ne quaad vulgus emaneut, ſumma diligentia præcaveant, ne ulla injuria afficiant plebem, inter ſe verò concordiam & æqualitatem conſervare maximè ſtudeant, *vol 1.d.22. l.* X.2.

Ariſtocratiam conſervant leges & arcana, de arcanis ſuperius. Leges autem

tales

tales ſint, quibus ſubditi ad amorem, & obedientiam ſingulorum optimatum incitentur, optimates vero ab inferiorum contumeliis, calumniis, & in ſimulationibus avertantur *vol.1.d.22.l.X.2.*

Ariſtocratiæ opponitur oligarchia, quæ eſt reipublicæ corruptio, quando pauci divites, & potentes per injuriam, & violentiam rempublicam ad ſe transferunt, & ad reliquam multitudinem opprimendam conſpirant. Talis ſtatus verè fuit Romæ ſub Pompeio, Cæſare, & Craſſo. His ipſis oligarchis optimates jure reſiſtere poſſunt, non ſecus ac in Monarchia tyranno ordines *vol.1.d.22.l.X 2.*

Arma, quibus delinquitur, confiſcari ſolent *vol.6.d.2.l.L.4.*

Arma capienda, ubi locum invenire juſtitia apud adverſarium non poteſt *vol.2.d 3 l.h.1.* Vide in verbo Bellum & Reſp.

Arma in pace paranda ſunt, ut in bello ſuppetant, quorum Principes maximam curam habere debent *vol.5.d 19 l.aaaaa.1.2.*

Armorum jus, & uſus id eſt exercitium cogere ad ſolum ſummum Principem ſpectat *vol.6.d.3.l.T.4.* Vide in verbo Bellum. *l.V.3. vol.7.d.9.l.pp.3.*

Arma præferuntur uſu literis: an rectè dubitatur *vol.5.d.19 l.cccc.1.*

Armandiæ, id eſt armamentaria, officinæ, ædes, & receptacula armorum ad regalia pertinent *vol.4.d.12.l.hhh.2.d.17.l.gggg.2. vol 5.d.1.l.d.3.d.12.l.ggg.1.d.21.l.kkkkk.4 vol.7.d.9.l.pp.3.*

Arragonia à Gothis ſic dicta eſt, quaſi Arrha Gothorum, quod pignoris loco illam Hiſpaniæ partem à Cæſare pro ſtipendiis debitis accepiſſent *vol.5.d.2.l.l.4.*

Arreſtum eſt remedium juris executivum authoritate vel publica, vel privata, ſecuritatis gratiâ in perſonam, aut res alicujus facta, ad hoc ut rebus nondum cum creditore compoſitis non moveatur loco *vol.5.d.4.l.z.3.*

Arreſtatio fit in ſolis fructibus in rebus ſolis mobilibus *vol.2.d.l.n.4.*

Arreſtorum conſtitutio locum non habet, ſi bona ex cauſa **der nachſtewer** ſiſtantur, cum magiſtratus loci ea jure tacitæ hypothecæ, dum decimæ prædictæ fiſco deferantur, retinere poſſit *vol.2.d.7.h* aAa.4.

Arreſtari quis regulariter ob proprium debitum non poteſt, qui eſt alterius territorii, & juriſdictionis, multo ergo minus ob debitum alterius, & ſic repreſſalia ſunt illicita *vol.3.d.13.l.M.2.*

Arreſtum relaxatur per cautionem judicio ſiſti, & judicatum ſolvi: ita ut ſi exhibita ſufficienti cautione relaxatio non ſequatur, propterea proceſſus in camera obtineri poſſint: non tamen interim cauſa principalis arreſti tollitur, ſed de ea tantùm aſſecuratur creditor, non ſecus atq; in aliis ordinariis actionibus: quod inprimis ex eo apparet. Nam etſi fidejuſſoribus datis, carcere quis relaxetur, tamen poſſit ad alium locum, velut certam domum, vel civitatem aſtringi, ut ibidem maneat, nec domo, vel civitate illa exeat: prout quotidie practicari videmus, & qui hujusmodi vinculum rumpit, carcere aufugiſſe dicitur, niſi ſubſit caſus neceſſitatis, uti incendium, vel locus ſit morboſus, &c. *vol.4.d.27.l.O.3.*

Arreſtum ex jure communi oritur: aliàs

Arreſtum regulariter interdictum eſt *vol.* 5 *d.* 4. *l.* z. 2.

Arreſti medicina eſt fidejuſſio *vol.* 4. *d.* 27. *l.* O. 3.

Arreſtationis exercitium habent, id eſt, arreſtum impetrare poſſunt; primò Creditor qualis qualis ſit, etiam excommunicatus, ſed eo duntaxat caſu, quò debitor ejus lentus, diemq; è die ducens corvos ſequitur, vel de fuga ſuſpectus eſt, 2. creditoris hæres, 3. creditoris conjuncta perſona, 4. ceſſionarius, 5. procurator, 6. portator literarum, à quibus non eſt ſegregandus, 7. legatarius, 8. concors litis, 9. Socius, 10. Hoſpes, & caupo *vol.* 5. *d.* 4. *l.* z. 3. 4.

Arreſtari poteſt primò debitor tàm is, qui in diem, aut ſub conditione, quàm qui purè debet, etiam is qui ad teruncium redactus eſt, ut creditor ejus opera utatur: 2. debitum debitoris ſui, ne debitori ſolvatur, 3. Fidejuſſor debitoris, 4. debitoris heres, 5. forenſis aut advena ſtatim receſſurus, 6. inſtitor, 7. procurator, 8. diffamator, 9. Nautæ, & aurigæ vectigalia non ſolventes, 10. ſubditi non ſolventes jura emigrationis ſeu mutationis domicilii & libertatis. 11. teſtes, 12. tabelliones, illi ut teſtimonium deponant, hi ut inſtrumenta conficiant: 13 Apparitores, ut executionis teſtationem præbeant, 14. Civis pro debito civitatis: 15. debitor in cujus bonorum poſſeſſionem creditor miſſus eſt *vol.* 5. *d.* 5. *l.* aa. 1. 2.

Arreſtari nequeunt ſtudioſi, & parentes, fratres, ſorores, qui ſtudioſos viſitant: 2. milites: 3. Legati: 4. Dd. & Advocati: 5. pro modicello debito non decernitur arreſtum: 6. nec boves, aut equi aratorii, ligones, aratra, &c. 7. nec pecuniæ, quæ in exequias defunctorum impenduntur: 8. honeſta mulier, non meretrix, quòd tamende carcere tantùm intelligi videtur *vol.* 5. *d.* 4. *l.* aa. 3. 4.

Arreſtationis forma conſiſtit in creditore, judice, & apparitore, & illius quidem imploratione, iſtius commiſſione, hujus executione *vol.* 5. *d.* 4. *l.* bb. 1. 2. 3. 4.

Arreſtum creditor debito loco, & tempore ritè petat à judice etiam incompetente, propter periculum imminentis fugæ, & defectum judicis competentis Et hæc ſententia ſummæ rationis eſt, quia per arreſtationem res non fit litigioſa, neq; arreſtatio ad judicium aliquod conſtituendum, ſed ad extorquendam ſatiſdationem de judicio ſiſti, & judicato ſolvendo petitur, ac decernitur, quâ præſtita incompetentis judicis juriſdictio ſtatim exſpirat Debet autem creditor, ut in p. [illegible] arreſtum primò probare debitum, deinde ſuſpicionem de fuga, 3. cauſas ſuſpicionis de fuga modo poſt initum cum debitore contractũ emerſiſſe, quia, ſi ante ſciverit, ſibi ipſe imputabit. Sed hodie de Germaniæ conſuetudine ad ſimplicem creditoris inſtantiam paſſim arreſta permittuntur: Vide *ibid.* cauſas ſuſpicionis de fuga. Arreſta autem plerumq; per apparitores imponi ſolẽt, ubi multa de iis, & de omnibus his pulcerrimè *vol.* 5. *d.* 4. *l.* bb. 1. 2. 3. 4.

Arreſtationis legitimæ effectus ſunt 1. quòd inducat Litiſpendentiam, 2. quod inducat pignus Q. Prætorium, adeo ut hinc impetrans habeat prælationem contra alios creditores: 3. quòd remoretur alienationem, & obligationem rei arreſtatæ durante impedimenti rigore, at vigore: 4. quod impediat præſcriptionem ob ſcientiam rei alienæ *vol.* 5. *d.* 4. *l.* cc. 1. *d.* 7. *l.* ll. 3.

l,ll.5.oo.2.vol.7.d 4 *l.1.4.c.1.* & tacitam hypothecam inducit ab ipſo arreſti impetrati die *ib.* poſſeſſionem tamen non confert *vol.7.d.7 l.*hh.3.

Arreſtationis illegitimè, ac indebitè factæ effectus eſt, quòd parit actionem injuriarum contra creditorem, qui etiam ad damna, & ad id, quòd intereſt tenetur, ita ut mercatore impedito non modo damni accepti, ſed & lucri ceſſantis nomine ſit pulſandus. Creditum tamen non amittit, cùm authore magiſtratu manuum injectio ritè proceſſit: nec hoc auxilio propulſandæ injuriæ excidit non ritè arreſtatus, nec arreſtum approbare videtur dando fidejuſſores: quia actus ſatiſdationis intentionem ſatiſdationis egredi non debet. Satiſdat autem perperam arreſtatus, ut eluctetur ex ignominioſa detentione, non ut actionem ſibi competentem extinctum eat, cum ſciat ſibi jus ſuum durare: conſultius tamen fuerit, ſtatim proteſtatione uti *vol.5.d.4.l.*cc.2.

Arreſtatio fieri non poteſt nec in tẽplo, aut Eccleſia, nec in domo ſua propria, nec in Academiarum Collegiis, nec in eo loco, ad quem debitor à creditore vocat' eſt, ut ſolvat, aut tranſigat *vol.5.d.4 l.*cc 2.3

Arreſtatio ſi neceſſitas poſtulet, fieri poteſt quovis tempore, etiam die feriato, exceptis natalitiis, & Paſchatis feriis: ubi autem neceſſitas non eſt, quovis alio die: fieri tamen etiam non poteſt tempore Nundinarum *vol.5.d.4 l.*cc.3.

Arreſto affines ſunt ſequeſtratio, contractus depoſiti, miſſio in bonorum poſſeſſionem, recredentia, quæ aliis Interim, aliis nova proviſio, aliis proviſionale remedium dicitur, & fit cum poſſeſſio uni partiũ cuſtodiæ cauſa conceditur *v.5.d* 4.*l.*cc.4.

Arreſto contrariæ ſunt violatio appellatio, relaxatio. Violatur autem arreſtum vel ab ipſo debitore arreſtato, vel ab alio. Arreſtatus autem æque violat, ſi ſequi recuſet, ac ſi effugiat, & violator arbitrio judicis acriter punitur, quia rumpens arreſtum æquiparatur rumpenti carcerem. Excuſantur autem à pœna violati arreſti, 1. qui ex neceſſaria cauſa ad ſuperiorem acceſſit: 2. cujus vinculum relaxavit ſuperioris authoritas; 3. cui viſum à loco arreſti diſcedere absq; præjudicio creditoris, & ultrò actutum recedere accuſatione de rupto arreſto nondum natã: 4. qui ob peſtis metum diſceſſit: 5. à quò præſcriptione annali præſcriptum eſt exactioni, mulctæ, quàm ſatelles interminatus eſt *vol.5.d.4.l.* cc.4.

Arreſtum violatur per alium è familia judicialis manibus, vel vinculis arreſtantem eximendo: conſilio, auxiliove arreſtandi, vel arreſtati fugam maturando, vel eundem occultando: hujusmodi autem violationis convictus, periculi, ſeu debiti totius ſe conſortem, & ſuccedaneum facit, tanquam fidejuſſor exempti: quin imò quantumvis eximens in creditoris poteſtatem exemtum reducat, nihilominus obligatus manet: uxor tamen, quæ juvat maritum, excuſatur *vol.5.d.4.l.*cc.4.

ab Arreſto appellare licet, ſed appellans non ilicò dimittitur, ſed mandatum ſuperioris expectatur *vol.5.d* 4.*l.*dd.1.

Arreſtum relaxatur publica magiſtratus authoritate: citari tamen debet ad relaxationem creditor, niſi iniquitas, & nullitas ſit in appræhenſione: melior autem relaxandi arreſti modus non datur, quàm debiti ſolutio: cautionem verò interponere de ſolvendo debito, quod jam liquidum, & confeſſatum eſt, nequa-

nequaquam ſufficit ad relaxationem arreſti, non ad ſatisdationem, ſed ad ſolutionem extorquendam facti *vol.* 5.*d.* 4.*l.* dd. 1.

Arreſtum relaxatur ſecundò per cautionem idoneam, & ſufficientem. Quando enim arreſtatus ab initio negat debitum, præſtita non apparitori, ſed judici per ſe, vel per alium idonea cautione de judicio ſiſti, & judicato ſolvendo, ſtatim arreſtum enervatur, adeo ut creditor injuriarum, judex autem de ſyndicatu teneatur, interpoſita debita cautione debitorem non relaxans. Cautio autem ſufficiens, & idonea fit datis fidejuſſoribus, vel pignoribus, cum adjuratoria cautio non ſufficiat, niſi in juris magnæ dignitatis. Pro hac ſententia facit conſtitutio imperii de Arreſtis: tunc enim mandata ſine clauſula in caſu non relaxationis impetrari poſſunt. *vol.* 5.*d.* 4.*l.* dd. 3.4.

Arreſtum ſolvitur quoq; ceſſione bonorum in iis caſibus, in quibus ceſſio recipitur *vol.* 5.*d.* 4 *l.* dd. 2

in Arreſto, ejusq; perſecutione, ſi minimum requiſitum deficiat, totus actus retrò nullus redditur *vol.* 7.*d.* 4.*l* r. 4.

Arreſti relaxationem impediunt recommendatio per alium creditorem, id eſt, retenſio propter aliud debitum: Secundò retenſio per commentarienſem ratione expenſarum facta, injuſtè tamen detentus non videtur pro expenſis retinendus, ut etiamſi inops ſit arreſtatus, tum creditori incumbit cura eum nutriendi. Arreſtato autem duabus cauſis, quarum altera tantùm probata eſt, dimisſio non eſt indulgenda, uti nec tum, cum arreſtum quidem indebitè factum eſt, ſed ex alia, antiqua, vel nova cauſa à creditore juſtificari poteſt *vol.* 5.*d.* 4.*l.* dd. 2.3.

Arreſti relaxatio, ſicut & pignorum reſtitutio, cum omni ſua cauſa, ac utilitate ſolidè, plenarièq; eſt facienda, ita ut expenſæ, damna, & intereſſe à cautionis, non arreſtationis interpoſitæ tempore computentur *vol.* 5.*d.* 4.*l.* dd. 4.

de Arreſtis & pignorationibus conſtitutiones imperiales in multis conveniunt, & multis diſcrepant *vol.* 5.*d.* 4 *l.* ee. 1.

Arreſtum ſi in alicujus bona ſit immisſum, & Princeps hujus ſubditi ob ſuum intereſſe velit pro ejus relaxatione proceſſus in camera contra arreſtantem impetrare: quæritur an ſubditus areſtatus, hoc in caſu, cum ſuo Principe jurisdictionem concurrentem habeat? & affirmatur *vol.* 5 *d* 34.*l.* V. 3.

Arrha evidentioris probationis gratia in contractu interponitur, nec ad ſubſtantiam obligationis quicquam confert, effectus autem arrharum adhibitarum pro ratione temporis quo interveniunt, diverſus. Si enim initio emptionis, Venditionis contractui nondum perfecto adhibentur, in hoc ut ſint pignus perficiendi impoſterum contractus, tunc quia ad pœnam accedere videntur, & tacitè inter contrahentes actum, ut ſi non ſequatur, aut perficiatur contractus culpa alterius, vel arrhæ datæ amittantur, vel duplicatæ reſtituantur: hinc unicuiq; contrahentium ſub amiſſione, & reſtitutione arrharum pænitere licet. Et emptori quidem venditore contractum non adimplente ad arrhas à ſe datas repetendas condictio ob cauſam dati cauſa non ſecuta, & ob eandem cauſam condictio ſine cauſa: ad alte-

alterum verò tantùm exigendum condictio ex lege competit. Venditor è contra arrhas retinet, quas ſi emptor, qui fidem contractus implere ceſſat, repetere velit, doli mali exceptione ſummovebitur *vol. 3.d.9.l.*ccc.4.*vol.6.d.*11.*l.*Rrr.2.

Arrha in emptione ſæpe intervenire ſolet: quæritur an poſſit in uno nummo conſiſtere? & negatur *vol.6.d.* 11.*l.* Rrr.2. quamvis in Germania contrarium obtineat, qui nummus pauperibus diſtribuitur *ibid.*

Arrhæ ſi contractus omnibus partibus abſoluto, & perfecto tanquam argumentum perfectæ, & abſolutæ emptionis accedât, pars pretii conventi intelliguntur, unde etiam in partem ejus (niſi fortè aliæ res loco arrhæ datæ ſint, quàm pecunia numerata, ut aurum, annulus, monile, tales enim contractui impleto actione ex emto, vel condictione ſine causâ repeti ſolent) imputantur: ſed num etiam hoc caſu quis à contractu perfecto reſilire poſſit, ſi vel arrhas datas amittere, vel acceptas cum altero tanto reſtituere velit, dubitatur? & licet affirmativam defendant plurimi, negativa tamen verior *vol.3.d.9. l.*ccc 4.

Arrogationis jus per emancipationem ſolvitur: arrogati autem ſi impuberes, & ſine juſta cauſa emancipentur, ex patris arrogatoris bonis quartam partem conſequuntur *vol.5.d.39.l.* KK.4.

Arrogati patri Arrogatori ſui hæredes fiunt, ac in familia ejus eſſe cenſentur *vol. 7.d.*2.l.f.1.

Arrogatorum quarta nec fideicommiſſo, nec alio genere gravari poteſt, cùm non teſtatoris judicio, ſed Principali providentiâ ad eos perveniat *vol.7.d.2.l.f.1.*

pater Arrogator ſubſtituere pupillariter filio arrogato poteſt *vol.7.d.2.l.f.1.*

Arrogatio ſolius Imperatoris auctoritate procedere poteſt: debet autem diligenter explorari cauſa arrogationis, honeſtanè ſit, ſecusvè, expediatne impuberi, vel non: deinde arrogator cavere debet ſe, ſi intra annos pubertatis impubes decedat, bona ejus reſtituturum iis, ad quos ea ab inteſtato perveniſſent, ſi arrogatio facta non fuiſſet *vol.7.d.9.l.* pp.1.

Ars individuorum, & infinitorum nulla eſſe poteſt *vol.7.d.*10.*l.*rr.4.

Articuli poſitionales, defenſionales, vel exceptionales: vide in Poſitione.

Artifices inepti ſi damnum alicui adferant, ſua ignorantia, & inſcitia ſe excuſare non poſſunt. *vol.2.d.29.l.*PP.1.

de Arte perito artis credendum eſt *vol. 7.d.4.l.*o.3.

Artificum conſuetudo reprobata eſt, qua injuriatum lite pendente tanquam infamem ab opificio arcebant *vol.3.d.2. l.*l.3.

Artifices mechanici ſordidi, & viles cenſentur, ab omnibus honoribus arcentur: imò multi ipſo exercitio infames ſunt *vol.4.d 9.l.*yy.1.2.3.*d.*10.*l.*eee.3.4.

Artes omnes propriè ex fine, & materia, id eſt, ſubjecto conſtant *vol.6.d.2.l.*F.4.

Artifices ſtatuta talia condere poſſunt, ut operi, quod unus incepit, ſe alter non immiſceat *vol.6.d.5.l.*Oo.3.

Aſcendentes, id eſt, parentes utriusq; ſexus poſt deſcendentes, id eſt, his non extantibus ad ſucceſſionem defuncti ab inteſtato vocantur, vel ſoli æqualiter, vel cum aliis, id eſt, defuncti fratribus, & ſori-

toribus ſecundum gradum proximorem nullo tamen repræſentationis jure, aut bonorum diſtinctione admiſſa. Naturalium verò parentum, id eſt, qui non ex legitimo coitu liberos ſuſceperunt, eadem, quæ in liberis ratio militat: & mater filio ex ſacerdote ſuſcepto ſuccedere non poteſt cum parentibus & fratres, & ſorores, ſi ſint defuncto ex utroq; latere conjuncti) admittuntur in capita, ut & eorum liberi in ſtirpes, nepotibus tamen excluſis *vol.2 d.20.l.* Y. 1. 2. *vol. 5. d. 39. l.* LL. 1. 2. 3. vide Succeſſio.

Aſcendentes nomine Parentum in infinitum intelliguntur. *volum. 6. d. 16. l.* Aaaa.4.

Aſſeſſores, ſeu Conſiliarii judici cognoſcendæ litis, & rectè judicandi gratia aſſident. Nam ſi eorum ſuggeſtu malè judicatum ſit, non tantùm ob dolum, ſed imperitiam quoq; tenentur *vol. 3. d. 15. l.* Q. 3.

Aſſeſſores Cameræ Spirenſis, ut ſuſpecti, recuſari poſſunt *vol.4.d.15.l.* ttt. 4. *d.18. l.* kkkk. 1.

Aſſeſſores Parlamentorum, Principumq; nullius jurisdictionem, quam Parlamenti, Aulæve agnoſcunt *vol. 5 d.29. l.* uuuuuu. 1. & Aſſeſſores Cameræ Spirenſis immediatè Imperio ſubſunt, omni ſecuritate frui debent, ab omnibus tributis immunes ſunt, omniumq; Statuum protectione teguntur, tùm in ſua perſona, tùm ſuorum, tùm rebus *vol.2.d.7.l.* hHh. 2. 3. *vol. 3. d. 5. l.* ff. 4.

Aſſeſſoribus Cameræ Spirenſis, nec etiam eorum bonis nova & auctiora tributa Senatus Spirenſis imponere non poteſt, ubi pulcrè *vol. 3. d. 5. l.* ff. 4.

Aſyla protſus exſtirpanda ſunt, & qui Eccleſias, & alia loca ſancta ad ſalutis aram ordinarunt, ex orationis, & DEI domo, ſpeluncam latronum feciſſe videntur *vol. 4. d. 2. l.* g. 4. *d. 5. l.* t. 4. *d. 14. l.* sss. 3. ab aliis tamen probantur *vol. 5. d. 4. l.* cc. 2. *d.* 10. *l.* uu. 2. *vol. 6. d. 3. l* Bb. 4.

Aſylum eſt locus refugii immunitatem contra vim præſtans: ſed hæc innocentibus, aut qui per errorem, aut ſummam neceſſitatem ſcelus commiſerunt, ſolum patere debent, non conſultò flagitioſis *vol 4. d.* 14. *l.* sss 3.

Athletæ ſordidam, vilemq; artem exercent *vol. 4. d. 9. l* yy. 3.

Attentatum eſt mutatio ſtatus rei, ſeu cauſæ, de qua ſub judice lis pendet, facta prætextu juris alterutrius partis litigantis in præjudicium juris alterius partis, & contemtum jurisdictionis judicis ejus, coram quo lis pendet: hinc declaratio alicujus actus, attentatum non eſt: ſic pendente reviſione victor non prohibetur in puncto liquidationis ſententiæ procedere: idem appellatione pendente licet: ſic & taxatio expenſarum appellatione pendente fieri poteſt *vol. 3. d. 2. l.* k. 2.

Attentatum non committit, qui ædes ſolummodò reficit, etſi aliàs ſit prohibitus ædificare *vol 3. d. 2. l.* k. 2.

Attentatum committitur non ſolùm coram judice, ſed etiam coram arbitris neceſſariis, vel ſtatutariis: litiſpendentia autem coram arbitris compromiſſariis non datur, ergò nec attentatum *vol. 3. d. 2. l.* k. 2. 3.

Attentatum non committit merè tertius, quem cauſa litigioſa nihil attringit, innovando quicquam, neque etiam id via attentatorum revocandum venit, niſi ſe fundet in jure cauſæ principalis, de qua lis pendet *volum. 3. d. 2.l.* k. 3.

Attentatum committit, & pars principalis, & interveniens liti: in tertii autem cujuſpiam alterius innovata attentata non ſunt, niſi tertii illius jus dependeat à jure partis, eiq; adhæreat: illud non refert, quantum præjudicet parti innovatio illa, nam & in re minima committitur attentatum, quòd ſi verò omninò non præjudicet, attentatum non eſt, hinc Judex à quo ea facere poteſt, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis *vol. 3. d.2.l.* k. 3.

Attentata non ſunt ea, quæ fiunt poſt ſupplicationem pro citatione, aliisve proceſſibus impetrandis exhibitam, nec quæ fiunt, poſtquam Judex informationem à futuro reo eum in finem requiſivit, ut ex ea dijudicare poſſit, utrum decernere proceſſus petitos, vel denegare debeat *vol.3.d.2.l.*k.3.4.

Attentatum etiam committit reus, ſi aliunde de citatione certificatus ſit, & qua de cauſa lis futura ſit, plenè (aliàs ſecus) cognoverit. Quod ſi etiam dolo, culpave citandi, citatio inſinuari nequeat, lis pendere intelligitur etiam reſpectu Rei ante inſinuationem (licet plenè non ſit certificatus de ſtatu litis) adeòq; tunc etiam attentat *vol.3.d.2.l.*k.4.

Attentata non ſunt, quæ ante citationem, inhibitionem, &c. in ſumma litispendentia geſta ſunt: quare omnia attentata ſub litispendentia fiunt: quomodo autem lis pendere incipat, vide in verbo Litispendentia *vol.3.d.2 l.*k.4.

Attentatis etiam in hiſce caſibus locus eſt: Primò, ſi dubium ſit, an appellatio ſit deſerta (ut, ſi appellans impedimentum prætendat, quo probato fatalia non cucurrerint) Secundò, pendente recuſatione judicis ſuſpecti, quia reſpectu cauſæ principalis lis pendere cenſetur coram judice, qui ſuſpectus arguitur, ita ut interim in præjudicium cauſæ principalis innovandum ſit; tertiò, ſi de competentia judicis citantis diſputetur, nihil innovandum contra actorem. Quartò, Sic ſi dubitetur an cauſa ſit appellabilis, & recipienda, executio ſententiæ attentatum erit: Quintò, ſi dubium ſit an appellatio ſit ritè interpoſita: Sextò, ſi dubium ſit, an ſit frivola, & fruſtratoria, niſi præſumptio calumniæ ſit contra apppellantem, quo caſu executioni mandata ſententia viâ attentatorum ante omnia revocanda non eſt, hoc tamen ita admittitur, ſi urgens, & vehemens ſit præſumptio: aliàs ſecus *vol.3.d.2.l.*l.2.3.

Attentata alia ſunt partium, ad quas pertinent etiam Procurator ſpeciale mandatum habens ad attentandum, & tertius, & quivis alius attentans præter judicem, quatenus eſt Judex, aliàs ſecus. Alia ſunt judicis. Actor ut plurimum (ſunt enim inumeri attentandi modi pro varietate ſcilicet actionum, & negotiorum: vide Lancellot. *de attentat.c.16.n.36.*) attentat ſpoliando poſſeſſionem vel quaſi, aut alio quovis modo turbando eum, quò

minus commodè poſſeſſione ſua, de qua lis eſt, uti poſſit. Reus verò attentat transferendo poſſeſſionem, vel alienando rem litigioſam: non tamen attentat in dotem dando, vel donando ante nuptias, nec legando aliis, nec transactionis nomine dando, nec alienando, nec vendendo, ſi res tempore peritura ſit. *vol.* 3 *d.* 2. *l.* *l.* 3. 4. attentare item actor dicitur, ſi actiones ſuas pendente lite aliis cedat *ibid.*

Attentatum, delictum eſt, & odioſum regulariter: igitur reuocanda ſunt, dummodo reuocari poſſint: quædam tamen attentata juſta ex cauſa, tanquam attentata, revocari prohibentur, quæ *ibid.* vide: præcipuè illa, quorum revocatio ſcandalum in populo cauſare poſſet: attentata quoque, quorum cognitio dependet à deciſione cauſæ principalis, ante omnia non revocantur, ſed expectanda eſt definitiva in cauſa principali, tale attentatum eſt continuatio poſſeſſionis tùm, cùm poſſeſſio dubia eſt. *vol.* 3. *d.* 2. *l.* o. 1.

Attentatorum revocationem petere poteſt, qui attentata paſſus eſt, contra attentantem *vol.* 3. *d.* 2. *l.* o. 1.

Attentata variis modis revocari poſſunt, ex quibus præcipuus eſt, imploratio officii mercenarii judicis, pro revocandis ante omnia, & in priſtinum ſtatum reſtituendis iis, quæ attentata ſunt, & innovata: Attentata autem judicis, coram quo lis pendet, hoc modo revocari poſſe haud videntur, ſed potius via appellationis, vel nullitatis, ejus autem judicis læditur majeſt. coram quo lis, & inſtantia pendebat, tùm, cùm attentabatur. Hinc lite in prima inſtantia pendente ſi pars attentet, idē judex eſt revocationis attentatorum, qui eſt cauſæ principalis. Sic appellatione pendente attentata judex appellationis revocat: idem judex eſt, ſi pendente fatali interponendæ appellationis attentetur. Quod ſi verò ipſemet judex, coram quo lis, & inſtantia pēdet, attentet, tunc judex ſuperior attentantis adeundus eſt, quamvis etiam ipſemet judex (ſicut & alius quivis) attentans, ſi velit, revocare, & purgare attentata ſua poterit. Reſtituenda autem ſunt, & revocanda attentata ante omnia, non expectato eventu litis, alioquin judex injuria afficit partem læſam, ſi verò quis amplius aliquid, præter attentatorum revocationem petat, id hâc viâ privilegiata petere nequit. Hinc ſi quis petat attentantem cōdemnari in pœnam l. ſi quis in tantam. C. Vnde vi, & c. neceſſe habet agere condictione ex d. l. ſi quis in tantam *vol.* 3. *d.* 2. *l.* o. 1. 2.

in Attentatorum judicio proceditur ſine ordine judiciario, & ſummariè; & poteſt peti dicta revocatio ſtatim, atque commiſſa ſunt attentata, & in quacunq; judicii parte. Quin etiam attentata unâ aliqua judicis parte pendente, poſſunt peti, ut revocentur in alia judicii parte; poſt rem verò judicatam petere revocationem non poteſt is, contra quem tranſiit in rem judicatam ſententia, tunc nec poſt deſertam appellationem appellans id petere poſſe videtur *vol.* 3. *d* 2. *l.* o. 1. 2. 3. ubi tamen appellatus non prohibetur de revocatione attentatorum agere *ibid.*

de Attentantis quando bono jure, & de non jure ejus, qui paſſus eſt attentata, notoriè conſtat, tunc regulariter non eſt locus revocationi. *vol.* 3. *d.* 2. *l.* o. 3.

Attentatorum revocatione pendente

cauſa

cauſa principalis in ſuſpenſo eſt *vol.* 3. *d.* 2. *l.* o. 3.

Attentatorum variæ pœnæ ſunt, pro eorum varietate, quas ibi vide. *vol.* 3. *d.* 2. *l.* o. 4.

Atteſtationum publicatio petita, ſed omiſſa non reddit ſententiam nullam, quia non eſt contra ordinem judiciorum, ſed jus tantummodo litigatoris, à publicatione tamen denegata quin appellari poſſit, non eſt dubitandum, quia gravantur litigatores, dum perdunt beneficium impugnandi perſonas, & dicta teſtium *vol.* 5. *d.* 36. *l.* EE. 2.

Atteſtationes ſi in prima inſtantia factæ ſint, in ſecunda tamen appellationis inſtantia, novæ, & aliæ fieri poſſunt *vol.* 5. *d.* 40. *l.* QQ. 2.

Avaritia peſſimum in Republica malum *vol.* 4. *d.* 22. *l.* zzzz. 3.

Aucupium. vide in verbo Venatio.

Augmentum ſumit naturam ejus cui adjicitur *vol.* 2. *d.* 3. *l.* k. 2. *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Cc. 4. *vol.* 7. *d.* 4. *l.* o. 2. cenſetur eodem jure, quo res ipſa *ibid.*

Auguſta, ſicuti Auguſtus, legibus ſoluta non eſt, ſed tamen propter conjugem iiſdem privilegiis, id eſt, reverentia, immunitatibus, & vacationibus gaudet, non condendarum legum poteſtate *vol.* 1. *d.* 1. *l.* b. 3. *vol.* 7. *d.* 1. *l.* a. 3.

Auguſta etiam Archicancellarium ſuum habet, nempe Abbatem Fuldenſem: habet deinde, & Archiſacellanum Abbatum S. Maximi apud Treveros *vol.* 2. *d.* 4. *l.* z. 3.

Auguſta ſæpè cum Imperatore conjungitur *vol.* 7. *d.* 1. *l.* a. 3.

Auguſta, & Cæſar comparantur *vol.* 7. *d.* 1. *l.* a. 3.

Auguſtus eſt nomen Imperatoribus Romanis omnibus commune: inde à primo Imperatore Octaviano, qui ob res egregiè geſtas Auguſtus dictus eſt, tractum: Auguſtus autem eſt Sacroſanctus, & veneratione dignus *vol.* 4. *d.* 14. *l.* rrr. 3.

ob Auguſtanam Confeſſionem non committitur felonia, nec honor civilis violatur *vol.* 2. *d.* 3. *l.* o. 2.

Aureæ Bullæ leges inconcuſſæ manere debent: illis enim ſalus Imperii contineri videtur, nec etiam à Cæſare, & Electoribus abrogari poſſunt. *vol.* 2. *d.* 4. *l.* y. 4. *d.* 8. *l.* oOo. 4. *in Parergis. vol.* 4. *d.* 1. *l.*)( )(. 2. *d.* 15. *l.* uuu. 1. *vol.* 5. *d.* 17. *l.* kkkk. 2. 3. *d.* 23. *l.* ppppp. 3.

Aurea Bulla unicum Imperii Romano-Germanici vinculum, & baſis eſt, nervus pacis publicæ firmiſſimus, imò hac ſalus, dignitasq; totius Imperii continetur: *ibid.* vide hujus Bullæ deſcriptionem quaſi per totum *vol.* 2. *d.* 6. *l.* hh 1.

Avocare quis poteſt ſubditos ſuos à judicio aliquo, ſi habeat privilegium, ne ſubditi ſui in illo judicio conveniantur: quòd ſi avocatio non permittatur, appellare à ſententia poteſt; uti in judicio Rotvvilenſi quotidie fieri videmus *vol.* 5. *d.* 18 *l.* qqqq. 4.

de Avocatione vide præterea in verbis, Jurisdictio & Subditus.

Aulicorum mos in Curiis eſt, ut neminem fruſtra promoveant *vol.* 4. *d.* 9. *l.* ll. 3.

Aurum ob raritatem, gravitatem, ſalubritatem, ſubtilitatem inter metalla principatum obtinet: Gallia nullum profert, in Germania verò ex fluminibus colligitur, &

tur, & ex montibus effoditur *vol.2.d.13.l.δ.2.3.*

Aurum dividitur in purum, & alchimiſticum, & artificiale, hæc tamen ars à multis damnatur, ab aliis reprobatur, deberetq; ob ingens damnum, quod Reipublicæ infert, proſcribi *vol 2.d.13.l.δ.3.*

Auſtregæ ſunt judicia, in quibus certorum ordinum Imperii res controverſæ in prima inſtantia, juxta modum in ordinationibus Imperii præſcriptum, ad utilitatem eorum definiuntur. Varias autem hoc verbum Auſtregæ recipit acceptiones: Nam quandoq; ipſum jus, privilegiumve, vi cujus ordines privilegiatis inſtantiis gaudent, denotat, nonnunquam pro ipſis judicibus, qui judiciis hiſce præeſſe ſolent, à Dd. uſurpatur. Tertiò, propriè ſignificat ipſas privilegiatas inſtantias. Auſtregæ autem ſolent ordinariè in conventionales, vel arbitrarias, & privilegiatas diſpeſci, quæ tamen diviſio in facto ſolùm conſiſtit *vol.4.d.8.l ff.2.*

Auſtregarum primævus author eſt Maximilianus Primus, quamvis Carolus Quintus eas in ordinem redegerit; & qui eas conſuetudine ante Maximilianum Primum introductas, ab eo verò confirmatas ajunt, falluntur. *vol.4.d.8.l.ff.2.3.d.18.l.iiii.3.*

Auſtregæ competunt certis ordinibus Imperii, quorum quidam Status Imperii ſunt, quidam non: illi vertè tales ſunt, vel fictè, qui omnes ſunt vel primi, vel ſecundi ordinis, in utroq; Eccleſiaſtici ſunt, vel Sæculares: hi ſunt Nobiles immediatè Imperio ſubjecti *vol.4.d.8.l ff.3.4.& gg.1.2.vol.5.d.18.l.aaa.2.d.15.l.ooo.1.*

Auſtregarum privilegium Eccleſiaſticis competit, non ut Eccleſiaſticis, ſed ut Principibus Imperii *vol.4.d.8.l.ff.4.*

Auſtregæ competunt utriq; ordini non ex æquo, ſed ſecundùm diverſitatem actorum: illis qui in primo ſunt ordine ſimpliciter, ſive agens æque ſit privilegiatus, ſive non: ſecundi ordinis perſonis tantùm, quando à privilegiatis conveniuntur *vol.4.d.8.l.gg.2.3.*

Auſtregæ in civilibus tantùm locum habent, ut & in feudalibus, quando cognitio earum ad ordinarium pertinet: itaq; in feudis regalenſibus, aut aliis minoribus, quæ Imperio immediatè ſubſunt, hæ non admittuntur *vol.4.d.8.l.gg 3.4.vol.5.d.11.l.aaa.1.2.d.23.l.ppppp.2.*

in Auſtregis duo omninò neceſſaria requiruntur: Primum, ut judices in iis eligantur, vel conſtituantur ritè: ubi conſiderandum, qui, & quomodo eligi poſſint: Secundum, ut legitimè in iis procedatur *vol.4 d 8 l.hh.1.2.* ubi pulcrè.

Auſtregæ inductæ ſunt, ut ordinum Imperii cauſæ, quę plerumq; majores, & graviores ſunt, quàm privatorum, exactius, & plenius diventilentur, ejusdemq; ſunt effectus cujus alia judicia: nec minus in iis reconventio, prorogatio admittitur: imò executio quoq; à judicibus fieri poteſt: ut autem locum habeant, uterq; & reus, & actor immediatè Imperio ſubjectus eſſe debet: ſunt enim juris ſtrictiſſimi *vol.4.d.8.l.hh.2.d.9.l.xx.3.d.18.l.iiii.2.3.4.*

Auſtregas faciunt ceſſare vel perſonæ, vel res: illæ ſunt vel actor, vel reus: & hoc fit vel ratione utriusq;, vel ratione alterutrius: hæ variæ ſunt, pro varietate circumſtantiarum, aliarumve rerum, quas ibi vide *vol.4.d.8.l.hh.2.3.*

Auſtre-

Auſtregarum privilegium non tàm perſonæ,quàm patrimonio adhæret:unde Princeps non Principatum, ſed Comitatatum, & alia inferiora bona poſſidens, hoc gaudere videatur privilegio *vol*. 4.*d*. 18.*l*.iiii.3.

Auſtregarum omnis proceſſus intra ſemeſtre, vel ad ſummum ſi juſtæ procraſtinationum cauſæ fuerint, intra annum, & diem finiendus: ultra hoc tempus atq; ita inſtantiæ termino lapſo latam definitivam jus civile commune pronuntiat nullam *vol*.4.*d*.18 *l*.iiii.4. *vol*.5.*d*.11.*l*.ddd.4.

Auſtregarum judices non ordinarii,ſed delegati ſunt *vol*.5.*d*.11 *l*.ddd.4.

in Auſtregarum judices ſi Principes, vel Status Imperii electi, ac requiſiti ſint, tamen ipſi plerumq; non cognoſcunt, cauſam ve definiunt, ſed ſuis Conſiliariis,ſeu Curiis cognitionem ſubdelegãt,à quibus non ad ipſos Status ſubdelegantes, ſed ad Cameram appellatur *vol*. 5.*d* 11.*l* ddd.4.

Auſtregarum judicum juriſdictio prorogari non poteſt: ſic earum judices recuſati poſſunt: quorum etiam morte juriſdictio expirat *vol*.5.*d*.11.*l*.ddd.4.

in Auſtregis reconventio locum habet *vol*.5.*d*.11.*l*.ddd.4.*d*.15.*l*.nnn.4.

de Auſtregis, id eſt, privilegiatis immediatorum S. Roman. Imperii Procerum inſtantiis vide *vol*.3.*d*.4.*l*.x.2. per tot. *vol*. 4.*d*.4.*l*.p.3.*d*.17.*l*.ffff.4.*d*.18.*l*. iiii.2.3,4. *vol*. 6.*d*.20.*l*. Vuuu.3. per tot.

Auſtriæ Dux in Camera Spirenſi forum non ſortitur, ſed ceſſat hæc exemptio, ſi juſtitia denegetur: quin ſuper conſtitutione de pignorationibus Camera eſt in quaſi poſſeſſione decernendi proceſſus. Id tamen indubium, hunc Ducem ſine provocatione judicare: quod etiam de Provincia Oenipontana capiendum, non de populari in Suevia judicio. Nam id etſi verba privilegii Caroli Quinti ſonent, tamen in contraria poſſeſſione eſt Prætorium Spirenſe *vol*.1.*d*.8.*l*.pp.2.

Auſtriæ Dux primas poſt Electores tenet,& ſolus nomine Archiducis dignatur: novaq; vectigalia propria authoritate inſtituere, & non ſolùm Nobiles,ſed etiam Comites,& Barones creare, illis inſignia dare, famæ reſtituere,ſpurios legitimare, omnesq; conceſſis dignitatibus abutentes iisdem privare poteſt: inſuper & jus Archivi habet *vol*. 2.*d*. 4.*l*.aa 4. Item jus monetæ habet, idq; etiam conferre poteſt. Subeſt tamen Imperio, ideoq; Majeſtatem non habet *vol*. 2.*d*. 13. *l*.y.2. *vol*.4. *d*.9.*l*.kk.3.*d*.10.*l*.aaa.2 *d*.13.*l*.ooo.3. Regalia tecto capite, & equo inſidens accipit *vol*.7.*d*.9.*l*.nn.1. Comites,Barones,Nobiles non in ſuo ſolùm Principatu, ſed toto Imperio creare poteſt *ibid*. oo.3.

Αὐτοχειρία videtur eſſe, qui ſibi manus inferunt, & hoc de jure civili licitum eſſe multi propugnant *vol* 3.*d* 12.*l*. M.2.

Auxilium peregrinis injuſtè oppreſſis adverſus ſocios ferre alii juſtum dicunt, alii inficiantur *vol*.5.*d*.13.*l*. kkk.2.

B.

Balneatores ſordidam, & vilem artem exercent *vol*.4 *d*.9.*l*.yy.3.

Banni ſententia,quamvis naturali æquitati adverſa videatur, juſta tamen eſt,& valdè antiqua *vol*.6.*d*.1.*l*.A.2.

Banniti pro mortuis habentur:itaq; nullis juribus fruuntur, omniumq; injuriis exponũtur,& à quolibet offendi poſſunt, venari,& trucidari *v*.1.*d*.1.2.*l*.F.1.*v*.*d*.2.*d*.7. *l*.cCc.

l. cCc. 4. dDd. 1. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* A. 3. *vol.* 4. *d.* 27. *l.* L. 3. *vol.* 6. *d.* 1. *l.* B. 1. 2.

Bannum dicitur à voce Teutonica Baan. *vol.* 6. *d.* 1. *l.* A. 2.

Banniti impunè offendi poſſunt primò in perſona, unde occidens bannitum ab homicidii pœna prorſus liber, & immunis eſt: Secundò offendi poſſunt, & quidem à fortiori in rebus, & bonis, quæ omnibus prædæ ſunt, ſed tamen à bannitis læſi pro damnorum ſibi datorum refectione potiores in petenda eorum refectione habentur, aliisq;, quod ipſorum eſt, aut legitimè intereſt, ipſisve debetur, repetendi jus hac offendendi facultate non eſt interverſum: quo ſpectat, quòd feuda, quæ banniti habent, non occupantibus, ſed Dominis committuntur. Hoc etiam hic animadvertendum, quòd banniti non neceſſariò debeant offendi, & lex non imponit neceſſitatem, ſed dat facultatem *vol.* 2. *d.* 7. *l.* cCc. 4. dDd. 1. 2. *d.* 18. *l.* R. 4. S. 1. *vol.* 6. *d.* 1. *l.* D. 1. 2. 4.

Bannum igitur eſt, neglectis aliorum definitionibus, judicialis Imperii cenſura, quâ violatoribus Pacis publicæ, aqua, & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem, & amicitiam recipi, tàm verò in rebus, quàm in perſona ab omnibus impunè offendi queant *vol.* 6. *d.* 1. *l.* A. 3.

Banni ſententia ſuſpenditur: Primò, quandò Bannitus de innocentia ſua docere vellet: Secundò, qui pro bannito non fuiſſet reputatus: Tertiò, cui ſalvus conductus datus fuiſſet ſeu expreſſè, ſeu tacitè: Quartò, ſi bannitus eſſet in manibus Curiæ, & Officialium: Quintò, ſi bannitus appellaſſet, aut reviſionem contra ſententiam banni declaratoriam petiiſſet, quod facere poteſt *vol.* 2. *d.* 7. *l.* cCc. 4. dDd. 1. *d.* 18. *l.* R. 4. S. 1. *vol.* 3. *d.* 10. *l.* A. 3.

Banni vis ultra territorium Principis, qui id tulit, ſe non extendit, ne quidem ad Civitates fœderatas, & in ſpecie de banno Rotvvilenſi, & judiciorum Weſtphalicorum ſtatuitur, quòd non extendatur ultra limites jurisdictionis illorum *vol.* 2. *d.* 7. *l.* cCc. 4. dDd. 2. *d.* 18. *l.* R. 3. 4. *vol.* 7. *d.* 2. *l.* f. 3.

Bannum Imperii à Cæſare, vel quæ vicem ejus obtinet Camera Spirenſi, latum univerſale eſt, & per totum terrarum orbem vires ſuas extendit *vol.* 2. *d.* 7. *l.* cCc. 4. *d.* 18. *l.* R. 4. quare triplex eſt bannum, unum Cameræ, alterum Judicii Rotvvilenſis, 3. Weſtphalici: reliqui verò Principes banno in ſuis territoriis impropriè utuntur *vol* 6. *d.* 1. *l.* A. 3. *vol.* 7. *d.* 2. *l.* f. 4.

Banniti offenſio uſq; adeò licita eſt, ut huic ſe defendere non liceat *vol.* 2. *d.* 7. *l.* cCc 4. *d.* 24. *l* DD. 3.

Bannitorum tria ſunt genera, quæ ibi vide *vol.* 6. *d.* 1. *l.* A. 4.

Banni pœnâ olim regulariter omnia delicta coercebantur, nunc ſecus eſt, & proportionatæ delicto pœnæ ſtatuuntur *vol.* 6. *d.* 1. *l.* A. 4.

Banni effectus, id eſt, libera bannitos offendendi licentia, ne quidem in caſu banni univerſalis ad flagitia producitur, id eſt propterea peccare non licet: Unde mulierem bannitam adulterare impunè propterea non licet *vol.* 2. *d.* 7. *l.* cCc. 4.

Bannum hodiernum priſcæ deportationi ſucceſſit *vol.* 6. *d* 1. *l.* B. 1.

Bannitus civitatem Romanam amittit, & ex civium Romanorum numero dele-

Digitized by Google

deletur , ſicq; membrum abjectum nec privilegiorum , nec beneficiorum juris communis,vel Imperii capax amplius eſt, imò nec recipi ſub eâdem pœna banni ab ullo poteſt,exceptis his,quibus ex ſpeciali conceſſione hoc permiſſum , ut ſunt Comites à Leiningen, & Reſpublica Memmingenſis,hinc fit, ut agere volenti juſtitia denegetur, eò quòd omnes actiones, obligationes , & conventiones ex parte banniti extinctæ ſint, adeò, ut neq; inſtitutam ante ſententiam banni declaratoriam actionem ad finem proſequi valeat. Per modum verò defenſionis, legitimam perſonam ſtandi in judicio habet bannitus, hinc ex alia cauſa bannito appellatio, utpote defenſio quædam ipſi permittitur *vol.2 d.18 l.*R.4 S. 1.*d.20.l.* X.3.*vol.3.d.1. l* c.1.*vol 6.d.1 l.* B.1.2.& C.3.4. D.1. E. 1. *diſp.3 l.* Aa 3.Bb.3.4.*vol.7.d.2.l.f.3. d.3.l.* k.2. ex carcere defenſio auditur *ibid.d.7. l.*kk 2.

Banniti excommunicatis æquiparantur,& rebellibus *vol.6.d.1 l.*B.2. pro mortuis habentur *vol.7.d.2.l.f.*3.

Bannitis nulla debetur ſucceſſio nec legitima *vol.7.d.2.l.f.*3.

Banni ſententia lata ob fractam pacem etſi revocari non poſſit , tamen ab ea beneficio Principis abſolutio impetrari poteſt *vol 5.d.36.l.*DD.3.

in Bannum 1. incidit , qui ſceleratè arma adverſus Imperii membra arripiens, quietem publicam turbat : ad quod requiritur primò vis publica, id eſt, quæ fiat manu armata,& hominum coadunatione, ac ut vim inferens habeat animum doloſum , qui doloſus animus plerumq; ſolis præſumptionibus, & circumſtantiis probatur *vol.6.d.1.l.*A.4. olim contra omnia delicta inferri poterat, nunc ad hæc reſtricta eſt *vol.6.d.1.l.*A 4.

in Bannum 2. incidit contumax , qui legitimè citatus ſe judicio ſiſtere malitioſè recuſat , vel legitimè condemnatus judicatum ſolvere , executorialibusve mandatis parere detrectat *vol.1.d.6.l.*A. 4.B.1.

Banni cenſura in quoslibet ſtringi poteſt,exceptis Eccleſiaſticis mediatis , qui foro ſuo remittuntur. Principibus tamen Eccleſiaſticis crimen læſæ Majeſtatis committentibus Regalia auferri poſſunt *vol 6 d.1 l.*B.2.3 à qua tamen privatione bona ad menſam Prælati ſpectantia excipiuntur *ibid.*

in Banni pœnam privati Clerici agere non poſſunt, Principes tamen Eccleſiaſtici poſſunt *vol.6.d.1 l.*B.3.

Banni pœnam contrahere poteſt etiam mulier,minor, tota aliqua communitas, non furioſus, niſi intervalla furoris, & in illis aliquid tale committat , in his tamen circumſtantiæ diligenter ponderandæ ſunt *vol.6.d.1.l.*B 3.4.

Banni ſententiam Cæſares intuitu pupillorum,minorum, prægnantium mulierum , aliarumq; miſerabilium perſonarum in pœnam pecuniariam converterunt *vol.6.d.1.l.*C.1.

Banni ſententia ſine citatione delinquentis , & cauſæ cognitione ferri non poteſt: aliqui tamen ita limitant, niſi crimen notorium ſit , & neceſſitas legem non ferens, aut publica utilitas interveniat, ac contrarium ſuadeat *vol.6.d.1.l.*C. 1,2.3.

ad Banni ſolennitates declaratoria

omninò requiritur ſententia *vol. 6. d. 1. l.* C. 2. 3.

in Banniſatione Principis Cæſarem Statuum Imperii conſilio uti debere, aliqui aſſerunt, alii negant *vol. 6. d. 1. l.* C. 3.

Bannum in Status Imperii Camera Spirenſis ferre non poteſt *vol. 6. d. 1. l.* C. 3.

Bannitum nec quis recipere, fovere, & alere poteſt: quod tamen non adeò ſtrictè attenditur in conjunctis proximo ſanguine, vel ſumma amicitia: ubi autem plures receperunt, non ſufficit unum ſolum pœnam vel mulctam injunctam ſolviſſe, ſed tenentur omnes. Ignorans tamen receptor videtur extra pœnam: imò & advocatus operam ſuam bannito præſtare poteſt. *vol. 6. d. 1. l.* C. 3. 4. *d. 3. l.* Bb. 3. 4.

Bannitus in alienam domum confugiens, nec ex illa extrahi valens, domus cum illo cremari poteſt, ſed Domino aliqua fieri debet recompenſa, ſed in alieno territorio oſtendi non poteſt: & Clericum à ſæculari Principe Bannitum interficiens excuſatur: ſed qui Bannitus ad ſacras ædes confugit, ibi tutus eſſe debet *vol. 6. d. 1. l.* D. 2. 3.

Bannitum ex debitis non comitatur infamia, quamvis ex delicto, & contumacia *vol. 6. d. 1. l.* D. 3. 4.

Bannitus tamen in loco patrio, etiam ante reſtitutionem mortuus, ſepeliri poteſt *vol. 6. d. 1. l.* D. 4.

Bannitus etiam ab illo offendi poteſt, qui per expreſſum pactum offenſioni renunciavit *vol. 6. d. 1. l.* D. 4.

à Bannito uxor dotem repetere poteſt, exceptis illis, qui propter inverſas Principis ſui pecunias banno feriuntur *vol. 6. d. 1. l.* D. 4. imò retinere bona mariti poteſt, donec dos reſtituatur *ibid.* E. 1.

in Bannitum quomodo executio facienda ſit, vide *vol. 6. d. 1. l.* E. 1. 2.

Banni ſententiæ executionem Camera ſuſpendere poteſt *vol. 6. d. 1. l.* E. 2.

Banni executionem reus impedire poteſt, ſi cum parte adverſa tranſigat. *vol. 6. d. 1. l.* E. 2. 3.

Bannitus abſolutus omnia recipit *vol. 6. d. 1. l.* E 4.

Banno advocatiæ, aut protectionis jus amittitur. *vol. 6. d. 3. l.* Ii. 2.

Banni pœnam etiam Imperatore mortuo tempore interregni, Camera Spirenſis infligere poteſt *vol. 6. d. 1. l.* A. 4.

Bellum eſt publicorum armorum juſta contentio, ſed juſta tunc erit contentio, ſi bellum pro rebus noſtris, vel conſervandis, vel recuperandis ſuſcipiatur: vide ibi nominis originem *vol. 4. d. 13. l.* rrr. 1. *vol. 5. d. 17. l.* zzz. 1. *d. 19. l.* zzzz. 1. 2. 3. *d. 46. l.* ZZZ. 4. *vol. 6. d. 3. l.* Dd. 1.

de Belli ab inferiore Principe geſti juſtitia ſolus Cæſar cognoſcit *vol. 6. d. 3. l.* Cc 4.

Bellum juſtius non eſt, quàm quod pro rebus repetundis ſuſcipitur *vol. 2. d. 3. l.* h. 1. *vol. 4. d. 13 l.* rrr. 1. *vol. 6. d. 3. l.* Dd. 1.

Belli juſti juſta debet eſſe cauſa, idq; aut à Cæſare, aut Rege Romanorum, aut publicum indictum, aut decretum eſſe debet *vol 2. d. 7. l.* Aa. 4. Itaq; eſt reſervatum perſonaliſſimum ſummi Principis *vol. 7. d. 9. l.* pp. 3.

Bellum juſtum geritur ſolùm cum peregrinis: nam alias civiles diſſenſiones, & factio-

factiones tantummodò ſunt *vol.* 2. *d.* 7. *l.* aAa. 4.

Bellum debet geri in externo potius ſolo, quàm in proprio *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Dd. 4. ubi pulchrè.

Belli aliis inferendi juſta cauſa non eſt, nec ſola infidelitas religionis eorum, quos invadere cogitamus, nec regni amplificandi, aut propriæ gloriæ ſtudium: poſſunt tamen gentes armis ſubigi, & ad humanitatem, civilitatem, & pietatem deduci *vol.* 1. *d.* 22. *l.* V. 3. *vol.* 2. *d.* 1. *l.* b. 2. *vol.* 5. *d.* 2. *l.* l. 3. 4. *d.* 17. *l.* zzz. 1. 2. 3 4. ubi pulcrè. *d.* 19. *l.* zzzz. 2. 3.

Bello injuſto nil fœdius *vol.* 2. *d.* 3. *l.* h. 1.

Bellum juſtè ſuſceptum aut apertis pugnis, aut ex inſidiis, modò data fides non violetur, geri poteſt *vol.* 2. *d.* 1. *l.* b. 2. *d.* 7. *l.* aAa. 4.

Bellum gerere poſſumus pro noſtro Principe, ſi hoc nobis ab ipſo imperetur, & nos ad bellum educamur. Nam non nos, ſed Princeps reus injuſtitiæ erit *vol.* 2. *d.* 1. *l.* f. 1.

Bellum etiam in feriis geri poteſt *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Ee. 1.

Belli indicendi apud populos varius modus, & alius, atq; alius fuit *vol.* 2. *d.* 7. *l.* aAa. 4. *d.* 13. *l.* rrr. 1. *vol.* 5. *d.* 19. *l.* zzzz. 4.

Bellum internum, id eſt, civile pejus, & pernitioſius eſt, quàm externum, plusq; periculi ab eo timendum, quàm ab externo *vol.* 2. *d.* 7. *l.* cCc. 3.

Bellum civile tripliciter contingit, primò quando in eadem Republica diverſæ factiones inter ſe diſſident, quas qui concitant, foventq;, factioſi dicuntur. Secundò, quando ſuperior in inferiores tyrannico more veriùs ſævit, quàm imperat, tyrannus dictus: Tertiò, quando inferiores adverſus ſuperiorem inſurgunt, qui ſeditioſi, & rebelles nuncupantur: adverſus tales juſta belli ſuſcipiendi cauſa eſt, præcipuè poſtremos *vol.* 2. *d.* 7. *l.* cCc. 3.

Bellum injuſtum tribus modis dicitur, Primò, ſi ab eo ſuſcipiatur, cui id non licet: Secundò, ſi alterum non jure invadat, aut ad gloriam, vel Imperium adquirendum; nam ad tranquillitatem, & tutelam ſolummodò bella ſuſcipienda ſunt *vol.* 4. *d.* 2. *l.* m. 4. *vol.* 5. *d.* 2. *l.* l. 4.

Belli indicendi jus, eſt jus majeſtatis, idq; ſolus Cæſar habet: *vol.* 2. *d.* 4. *l.* x. 4. y. 1. *d.* 28. *l.* NN. 2. *vol.* 4. *d.* 2. *l.* a. 2. *d.* 4. *l.* o. 3. *d.* 5. *l.* q. 3. 4. *d.* 12. *l.* hhh. 2. *d.* 17. *l.* eeee. 2. 3. *d.* 19. *l.* oooo. 1. *vol.* 5. *d.* 1. *l.* *d.* 1. *d.* 12. *l.* ggg. 1. *d.* 13. *l.* iii. 4. *d.* 19. *l.* zzzz. 3. 4. Qui antequam per Fecialem bellum denuntiet, de bellico apparatu providus eſſe debet *ibid.* *d.* 21. *l.* kkkkk. 4. *d.* 23. *l.* ttttt. 1. *d.* 30. *l.* zzzzzz. 3. *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Cc. 4. *vol.* 7. *d.* 9. *l.* pp. 2.

Belli injuſtam cauſam ſemper præſumitur habere Princeps inferior, id eſt, qui ſuperiorem recognoſcit *vol.* 4. *d.* 17. *l.* eeee. 2. *d.* 19. *l.* oooo. 1. itaq; bellum ſi hujusmodi juſtum dicatur, neceſſariò Cæſaris authoritas accedere debet, qui permittat, vel jubeat Principem aliquem bellum gerere. *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Cc. 4.

 adeò

adeò ut legis Juliæ de vi publica, vel etiam criminis læſæ majeſtatis pœna, propoſita fuerit iis, qui inconſulto Imperatore movere arma, vel ad offenſionem alterius exercitum comparare, & delectum agere, atq; adeò contra tenorem pacis communis quicquam attentare auſi fuerint: contra quos etiam mandata avocatoria ſine clauſula in Camera, vel Aula Imperatoris decerni ſolent, quæ per Fecialem Ducibus, & militibus inſinuantur *vol.* 7. *d.* 9. *l.* pp. 3.

Belli provincialis gerendi jus Principes Imperii habent *vol.* 5. *d.* 1. *l.* c. 3. *d.* 21. *l.* kkkkk. 4.

Belli provincialis gerendi jus nihil eſt aliud, quàm jus armorum ſub certo modo, ac forma conſtitutionibus Imperii præſcripta Principibus Provinciæ, quam poſſident, defendendæ cauſa tributum, quo & jus fœderum Principibus limitatè conceſſum refertur *vol.* 5. *d.* 1. *l.* d. 1. 2. *d.* 19. *l.* zzzz. 3. 4. *d.* 30. *l.* zzzzzz. 3.

Bellis continuis gens aliqua non eſt exercenda, nam etſi ad bellum ſit ineptior, paulatim fiet bellicoſiſſima *vol.* 5. *d.* 2. *l.* n. 1.

Bella per Hiſpanos contra Barbaros mota, quos Indos vocamus, non fuerunt licita *vol.* 5. *d.* 12. *l.* hhh. 4. in Corollar.

Bellum ſemper antequam inferatur, prius indicendum eſt, & valeant improbi illi Politici, qui hoſtem nec cogitantem, & imparatum opprimendum cenſent *vol.* 5. *d.* 13. *l.* iii. 4. *d.* 19. *l.* zzzz. 2. 3.

Bello, quæ capta ſunt, fiunt capientium *vol.* 5. *d.* 13. *l.* iii. 4. *d.* 17. *l.* uuu. 1. hinc jure gentium introducta eſt ſervitus *ibid.*

in Bello injuſto res reſtitui debent, aliâs non *vol.* 6. *d.* 17. *l.* Gggg. 3.

Bellum propriiſſimè eſt defenſivum, & offenſivum, aut innativum, licet aliàs ſecundùm accidentia ſua variæ belli referantur ſpecies: ut bellum publicum, licitum, neceſſarium, judiciale, præſumptuoſum, temerarium, voluntarium, vicinum, remotum, continuatum, incorruptum, terreſtre, & navale: ſed hæc omnia, quòd ſolùm ab accidentibus varientur, ſuperioribus aggregari poſſunt: illud eſt, ſi de juſto ſolùm loquamur, quo noſtra defendimus, hoc eſt, quando injuriam illatam vindicamus, aut bona ablata recuperamus tunc, quando ſpes ſola eſt in armis relicta, aliàs juſta invaſio non erit *vol.* 5. *d.* 19. *l.* zzzz. 1. 2. 3.

Bellum defenſivum eſt tutius offenſivo *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Dd. 3.

Bello intereſſe ipſum Principem periculoſum, & Reipublicæ damnoſum videtur *vol.* 5. *d.* 19. *l.* zzzz. 4.

Bellum fruſtra gerere cogitat, quem ejus gerendi nervus deficit. Itaq; Princeps ſemper paratus, rebusq; neceſſariis affluere debet, etiam qui nec de bello cogitat, nec de bello timet, ne à ferocientibus imparatus opprimi poſſit *vol.* 5. *d.* 19. *l.* zzzz 4.

Bello plurium Imperium inutile eſt *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Y. 3.

ad Bellum gerendum ſit defenſivum, ſit offenſivum, ut ſimus rectè præparati, crica hujusmodi conſiſtit in ſubditis exercendis, pecunia, commeatu, armis ductilibus, & vectilibus comparandis *vol.* 5. *d.* 19 *l.* zzzz. 4. aaaaa. 1.

Belli gerendi ſecunda cura ſit, ut Dux, & milites conſcribantur, luſtrentur, recipiantur, in certos ordines diſtribuantur,

uſq; , ne quid deſit, quòd exercitum remorari poſſit, artifices, & lixæ adjungantur *vol.* 5 *d.* 19 *l.* aaaaa.2.3.4.

in Bello, ut exercitus Dux idoneus ſit, maximè omnium requiritur: cujus partes ibi vide *vol.* 5 *d* 19 *l.* aaaaa.2.

in Bello, maximè ſi hoſtis præſens ſit, debent aptè locari caſtra, excubiæ, teſſeræ, & vexilla conſtitui: adornari munitiones, & obſidiones *vol.* 5. *d.* 19. *l.* aaaaa 4. bbbbb. 1.

Belli conſilia occultiſſima eſſe debent: benè quidem facit Dux, ſi quid fieri velit, cum multis communicet: quid autem facturus ſit, cum paucis, aut nemine *vol.* 5. *d.* 19 *l* bbbbb. 1. 2.

ad Bellum ne deveniatur, omnia prius tentanda ſunt *vol.* 6. *d.* 3. *l* Dd. 2. 3.

Belli conſiliis ſtratagemata adhiberi poſſe indubium eſt, dummodo fides non frangatur *vol.* 1. *d.* 7. *l.* ee. 2. *vol.* 2. *d.* 1. *l.* b. 2. *d.* 7. *l.* aAa. 2. *vol.* 4. *d.* 2 *l.* K. 4. *vol.* 5. *d.* 13. *l.* kkk. 1. *d.* 19. *l.* bbbbb. 4. *v.* 1. 2. *vol.* 6 *d.* 3. *l.* Dd. 1.

Belli conflictus etiam diebus feriatis ſuſcipi poteſt, ſi id neceſſitas poſtulet, aut occaſio conſulat *vol.* 5. *d.* 19. *l.* bbbbb. 2.

Bellum hodie Cæſar de Imperii rebus intra, vel extra Imperii fines inconſultis Proceribus nequit ſuſcipere *vol* 5. *d.* 30 *l.* zzzzzz. 3.

Beneficium Eccleſiaſticum vide Præbenda.

Beneficium, vel privilegium à lege, vel conſuetudine conceſſum à privato nequit auferri *vol.* 1. *d.* 12. *l.* A. 1. *vol.* 3. *d.* 1. *l.* d. 3.

Beneficium legis, vel conſuetudinis recipiunt eam conditionem, ſi is, in cujus favorem fuerint conceſſa, eis uti velit: itaq; qui noluerit, poteſt illis renuntiare validè *vol.* 1. *d.* 12. *l.* E. 3. *vol.* 3. *d.* 1. *l.* d. 3. *d.* 5. *l.* ee. 4. *vol.* 4. *d.* 9. *l.* ss. 1. xx. 2. *d.* 18. kkkk. 3. *d.* 27. *l.* P. 1. 2. 4. *vol.* 5. *d.* 3. *l.* s. 3. *d.* 5. *l.* ff. 3. *d.* 17. *l.* kkkk 4 *d.* 27. *l.* cccccc. 1. *d.* 30. *l.* E. 3. *d.* 32. *l.* P. 3 *d.* 35. *l.* Y. 4.

Beneficii alicujus facta renuntiatione non datur amplius ad illud regreſſus *vol.* 1. *d.* 12. *l.* E. 3. *vol.* 3. *d.* 1. *l.* d. 3. *vol.* 4. *d.* 9. *l.* ss. 1. *d.* 32. *l.* EE. 1.

Beneficium invito non confertur *vol.* 7. 1. *l.* c. 2. *d.* 4. *l.* o. 3.

Beneficiis divinis, id eſt, Cæſareis obviare ſacrilegium videtur *vol.* 2. *d.* 3. *l.* i. 1.

in Beneficiorum conceſſionibus Imperatores ſe habere ſolent, ſicut conceſſio juris *vol.* 7. *d.* 1. *l.* c 4.

Beneficium quandoq; dicitur eſſe perpetuum *vol.* 5. *d.* 49 *l.* GGGG. 2.

Beneficium l. fin. C. de edict. D. Hadrian. tollend. non extenditur ad ſucceſſionem ab inteſtato *vol.* 2. *d.* 20. *l.* Y. 4.

Benefacienti benefaciendum eſt *vol.* 7. *d.* 4. *l.* o. 4.

Beneficium nec contra jus commune, nec in præjudicium tertii valet, nec eſt tale *vol.* 5. *d.* 49. *l.* GGGG. 4. *vol.* 6. *d.* 3 *l.* V. 1. nec debet eſſe captioſum, aut trahi ad injuriam alterius *vol.* 7. *d.* 1. *l* c. 4.

Beneficium ſuum nemini debet eſſe damnoſum *vol.* 7. *d.* 4. *l.* o. 4.

Beneficia Principum latiſſimè ſunt interpretanda *vol* 5. *d.* 34. *l.* X 4. *d.* 46. *l.* YYY. 1. *d.* 49. *l.* GGGG. 2. *vol.* 7. *d* 1. *l* c. 2.

Beneficium aliquod quibusdam ſolummodo dare, plebis injuria eſt, & immunem cives odêre ſui *vol.* 3. *d.* 5. *l.* ee. 3.

Beneficii cauſam qui negat, beneficium perdit *vol.* 3. *d.* 5. *l.* ff. 1.

Blandiendi gratiâ erga alios verba honoris prolata creduntur, nec inde neceſſarium argumentum deſumitur *vol. 4. d. 9. l.* nn. 1.

Blaſphemia manifeſta in DEUM ultimo ſupplicio à Magiſtratu eſt coercenda *vol. 4. d. 6. l.* bb. 1. 2.

Bis idem peti non debet *vol. 6. d. 15. l.* zzz, 1. 2.

Bohemiæ Rex non operas, non voluntarias colllationes præſtat Imperio, nec gratuita etiam fert onera *vol. 2. d. 4. l.* aa. 1. *d. 6. l.* ss. 3. *d. 13. l.* y. 1. Nec ad Comitia vocatur *vol. 5. d. 29. l.* rrrrrr. 1.

Bohemiæ Rex Elector, & Pincerna Imperii eſt: Quamobrem majeſtatis prærogativâ non fruitur *vol. 2. d. 4. l.* aa. 1. *d. 6. l.* kk 1. 2. mm. 3. nn. 2. *vol. 4. d. 1. l.*)( )(. 4. *vol. 5. d. 23 l.* qqqqq. 2. *d. 29. l.* rrrrrr. 1.

Bohemiæ Rex Imperio ſubeſt, & ejus Regnum feudum Imperii eſt: ideoq; Majeſtatem non habet *vol. 2. d. 4. l.* aa. 2 *d. 6. l.* ss. *d. 13 l.* y. 1 *vol. 4. d. 13. l.* ooo. 1. *vol. 5. d. 2. l.* g. 1. *d 17. l.* dddd. 4. *d. 23. l.* qqqqq. 2. *d. 29. l.* rrrrrr. 1.

Bohemis jus Reges ſuos eligendi à Philippo Cæſare indultum *vol. 2. d. 4. l.* aa. 2. *d. 6 l* ss. 2.

Bohemiæ Rex ob regium ſplendorem inter Electores habere primas debet *vol. 2 d. 4. l.* aa. 2. *d. 6. l.* mm. 3. nn. 2. *vol. 5 d. 23 l.* qqqqq. 1.

Bohemiæ Principes, aliquoties ab Imperatoribus noſtris Reges appellati ſunt *vol. 2. d. 6. l.* nn. 3. ss. 3. *d. 13. l.* y. 1. *vol 5. d. 2. l.* g. 1.

Bohemiæ Rex in Electione Cæſaris tertium votum habet: falſum igitur eſt quod ajunt quidam, cum tunc votum habere, quando reliqui diſſident, & in votis impares ſunt: nec omitti, aut præteriri in Electione poteſt, gravi ſancita pœna *vol. 2. d. 6. l.* nn. 2. 3. *vol. 4. d. 1. l.*)( )(. 4. *v. 5. d. 29. l.* rrrrrr. 1.

Bonum ſæpè antiſtat æquo *vol. 7. d. 10. l.* uu. 2.

Bonorum ſola poſſeſſio ſubditum non facit, ſed homagium perſonale, non reale, quod fit cauſa bonorum *vol. 2. d. 3. l.* n. 3. vide in verbo Homagium, & Subditus. *d. 1. l.* n. 3. *vol. 5. d. 15 l.* nnn, 1 *d. 17. l.* ccc. 2. 3. 4. gggg. 1.

Bona, ſeu res ut acceſſorium, ſequuntur naturam perſonarum *vol. 2. d. 3. l.* n. 3. eisq; cohærent tanquam minus dignum magis digno *vol 3. d. 5. l* gg. 1.

Bona etſi quis in aliquo loco habeat, tamen ſæpè in eodem nec originalis, nec incola eſt, *vol. 2. d. 3. l.* n. 3.

Bonorum ea natura eſt, ut propriè non niſi ære alieno ſupereſſe dicantur deducto *vol. 7. d. 2. l.* e. 1.

Bonorum appellatione feudum etiam & Emphyteuſis continentur *vol. 3. d. 1. l.* a. 4.

Bonorum appellatio ſæpè generalis eſt continens, & alteri obligata *vol. 7. d. 2 l.* c. 1.

Bona Eccleſiæ nunquam vacare dicuntur, licet moriatur Prælatus, eò quòd Eccleſia poſſidet, quæ nunquam moritur *vol. 3 d. 3 l* q. 2.

Bona, qui perdit, vitam perdere dicitur *vol. 6. d. 8. l.* Eee. 4.

Bonorum poſſeſſor in multis ab hærede in jure civili diſcedit, puta, quod jus ſucceſſionis omne ſoli prætori accepto fert, Secundò, per modum petitionis, non aditionis illius capax redditur, longeq; aliter in petitione ejusdem excluditur, quàm ſi mero

Digitized by Google

ſi mero jure civili hæreditas vindicanda eſſet *vol.3.d.16.l.*V.1.

Bonorum poſſeſſor commoda hæreditaria recipit: inventarium itaq; etiam conficere debet, ſi velit ſecurus eſſe à moleſtationibus creditorum ultra vires hæreditatis *vol.3.d.16.l.*V.1.

Bona liberorum in caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, adventitia, & profectitia dividuntur, quorumpriora tria genera liberorum propria dicuntur *vol.4.d.29.l.* X.4.

Bona ſua omnia donanti, vel paciſcenti ſi bonorum minimum relinquatur, & ſibi reſervet, tunc diſpoſitio irrevocabilis ſubſiſtit *vol.5.d.28.l.* kkkkkk.4.

Bona publica ſummi Principis: vocantur nunc Res Dominicæ, Prædia Cæſaris, Patrimonium publicū, Fiſcale, nunc res Imperii ſtatum, vel ſuperioritatem concernentes, nunc Domanialia; quæ alienari non poſſunt *vol.7.d.9.l.* nn.1. vide Cæſar.

Bona Cæſaris tàm fiſcalia, quàm patrimonialia ab omni damno ſecura, & ab omni onere immunia, atq; ideò privilegiatiſſima ſunt *vol.2.d.7.l.*fFf.1.

Bona immobilia in Clericos alienari non debent, *vol.3.d.5.l.* vv.4.x.1. & hac de re urbes ſtatuta condere poſſunt *ibid. d.12.l.*hhh 3.

Bona alicujus defendere tenetur, qui vitam illius defendere tenetur *vol.6.d.8.l.*Eee.4.

Bona vacantia occupandi jus, inter Regalia refertur *vol.4.d.5.l.*t.2.*vol.5.d.12.l.* ggg.4.*vol.6.d.6.l.*Pp.4 *vol.7.d.9.l.*qq.1.

Bona indignis relicta confiſcandi jus inter Regalia refertur *vol.4.d.5.l.*t 2.

Bona inceſtum, vel crimen læſæ Majeſtatis committentium, nec non damnatorum in fiſcum redigendi jus inter Regalia refertur *vol.4.d.5.l.2.vol.7.d.9.l.*qq.2.

Bona vacantia tripliciter contingunt, ut ibi vide *vol.6.d.10.l.*Nnn.3.4.

Bona vacantia reliquiſſe dicuntur, qui ſine hærede moriuntur, debent autem prius à fiſco proclamari ad videndum ſi hæres accedere velit *vol.5.d.12.l.*ggg.4. *vol.6.d.2.l.*l.2.*d.6.l.*Pp.4. Itaq; ſi nec qualibet ſanguinis deſcendentium, aſcendentium & collateralium linea, nec ex juris veluti adoptionis, arrogationis, conjugii, conſortii titulo hæres compareat, & de jure ſuo doceat, bona Fiſco accident, *vol.7.d.9.l.*qq.1.

in Bonorum vacantium ſucceſſione fiſcum ad huc cognati, & agnati ultra decimum gradum excludunt *vol.5.d.12.l.* ggg.4.*vol.6.d.2.l.*l.2.

in Bonorum vacantium ſucceſſione fiſcus haud tenetur conficere inventarium *vol.5.d.12.l.*ggg.4.

in Bonorum vacantium ſucceſſione fiſcus legata, & fidei commiſſa iis, quibus relicta ſunt teſtamento, præſtare tenetur *vol.5.d.12.l.*ggg.4.*vol.6.d.2.l.*l.2.

in Bona vacantia Clerici non Fiſcus, ſed Eccleſia ſuccedit *vol.6.d.2.l.*l.2.*vol.7.d.9.l.*qq.1. item de militibus dicendum *ib.*

Bona quæ indignis auferuntur, occupandi jus inter Regalia refertur: ſunt autem pleruṁq; contrahentium inceſtas nuptias, condemnatorum, & proſcriptorum *vol.5.d.12.l.*ggg.4.*d.21.l.*kkkkk.2. *vol.7.d.9.l.* qq.2. de aliis quoq; indignis vide Indigni.

Bona quæ indignis auferuntur non ſemper fiſco cedunt, caſus ibi vide *vol.5.d.12.l.*ggg.4.

Bona proſcriptorum hodie fiſco non cedunt

cedunt *vol.* 5. *d.* 13. *l.* kkk. 3. vide Fiſcus.

Bonorum fiſcalium, & juriſdictionalium fœminæ non ſunt capaces *vol.* 5. *d.* 14. *l.* lll. 3.

qui Bona Burgenſatica, id eſt, allodialia habet in Baronia, id eſt, in aliquo oppido feudali, & ibidem habet domicilium, tenetur præſtare duo juramenta, unum Regi, alterum Baroni, ſicq; feudatorio *vol.* 5. *d.* 17. *l.* fff. 3.

Bona religionis duplicia comitantur, *Patrimonialia vel Eccleſiaſtica*, illa ſuis poſſeſſoribus religionis intuitu intacta, & inviolata relinqui debent. Iſta ſunt res ſacræ cultui divino conſecratæ, & ad miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentationem dedicatæ. Quæ verò vel à Proteſtantibus occupata; vel in poteſtate Catholicorum adhuc poſita ſunt. De illis talis eſto regula: *Præfecturæ ſacræ, Cœnobia, aliæve bona Eccleſiaſtica à Statibus nonnullis intercepta, & ad pias cauſas converſa, ſi neq; ad alios Imperii ordines pertinent, vel tempore tranſactionis Paſſavienſis à Catholicis fuêre poſſeſſa, ſuo loco immota manento, nulli eo nomine actio eſto; nulli pro his proceſſus decernuntor.* De iſtis proviſio legis talis eſt: *Ordinibus, eorumq; ſubditis antiquæ religionis reditus, cenſus, & deci[illegible] manento; commoda, & iura, quæ ante ortum de religione diſſidium, competierunt, ſalva ſunto vol.* 5. *d.* 30. *l.* E. 4.

Bona, quæ ad cultum divinum, & rei ſacræ ſemel data ſunt, amplius ad uſum profanum converti nequeunt, & periculoſè faciunt, qui id tentant *vol* 5 *d.* 30 *l.* E. 4. F. 1.

Boruſſiam Imperio rapuit Poloniæ Rex *vol* 2. *d* 3. *l.* f. 4.

Bonus nemo fit caſu, nec etiam repentè peſſimus, ſed per gradus *vol.* 4. *d.* 9. *l.* ii. 4.

Bonus ſemper aliquis præſumitur, donec contrarium probetur. *vol.* 6. *d.* 17. *l.* Hhhh. 4.

Bonum dupliciter conſideratur: vel ſimpliciter, & abſolutè bonum, vel reſpectu certarum circumſtantiarum ſecundum quid *vol.* 7. *d.* 10. *l.* uu. 2.

Bona fides in præſcriptione longiſſimi temporis, & immemoriali etiam dubio, præſertim in favorabilibus ſemper præſumitur, nec opus eſt poſſidenti allegare legitimum titulũ, quin ſi adverſarius malam fidem objiciat, eam etiam probare debet *vol.* 1. *d.* 2. *l.* i. 3. 4. *vol.* 2. *d.* 3. *l.* h. 1. k. 1. m. 2. *d.* 7 *l.* a Aa. 1. *vol.* 3. *d.* 5 *l.* dd. 4. ee. 2 gg. 4. *vol.* 1. *d.* 8 *l* pp. 3. vide Præſcriptio.

Bona fides, id eſt, titulus, & juſta cauſa in præſcriptione, & uſucapione ſemper eſt neceſſaria *vol* 5. *d.* 5. *l.* hh. 4. Jus civile ait ſufficere ab initio ut bona ſit, etſi deinde mala eſſe incipiat: Jus Canonicum ſemper bonam eſſe debere ſtatuit *vol* 7. *d.* 6. *l.* dd. 3.

Brandenburgiæ Elector ſine provocatione judicat: hoc tamen privilegium ſoli Electori, non reliquis hujus gentis Principibus competit *vol.* 1. *d.* 8. *l.* pp. 3. *vol.* 2. *d.* 4. *l.* u. 2. *d* 6. *l.* H. 3. 4. *vol.* 5. *d.* 18. *l.* uuuu. 2. 3. *d.* 23. *l* qqqqq. 2.

Brandenburgiæ Elector Archicamerarius Cæſaris eſt, id eſt, cubiculi regii cuſtos, & Fiſci præfectus *vol.* 2. *d.* 4. *l.* aa. 1. *vol.* 4. *d.* 1. *l.*)()(4.

Brandenburgiæ Electoratus in ſex familiis fuit, quas ibi vide *vol.* 2. *d.* 1. aa. 1. *vol.* 4. *d.* 1. *l.*)()(4.

Brandenburgiæ Elector ſextum votum in Cæſarea electione habet *vol.* 2. *d.* 6. *l.* nn. 3.

Bruta nec jure, nec injuria quid facere dicuntur vol.1. d.19.l.Q.3.

Burgundiæ Dux ne in fractæ quidem pacis judicio ad Cameram Spirenſem appellatur: factum hoc eſt per tranſactionem Auguſtæ anno 1548. cum Carolo Quinto celebratam vol.1. d.8.l.pp.1.vol.2. d.4.l.u.2.vol.5.d.2 l g.2.

Burgundiæ Dux participat de oneribus, & honoribus Imperii. Nam eſt Princeps Imperii vol.1.d.8.l.pp.1. Imperio ſubeſt vol.2.d.4.l.u.2.d.13.l.y.2.vol.5.d.2.l.g.2. d.23.l.sssss.4.d.29.l.rrrrrr.4.

.C.

CAduca bona, id eſt, ex quibus nullus ſucceſſor exiſtit, ad Fiſcum devolvuntur, vide Fiſcus: & Bona.

Cæcorum miſereri potius debemus, quàm illos affligere vol.6.d.8.l.Hhh.1.

Cæſar ſuam Majeſtatem, & jurisdictionem à ſolo Deo agnoſcit. Itaque non à ſummo Pontifice, aut quocunque alio Sacerdote. Contrarium aſſerunt quoad ſummum Pontificem multi Catholici volum.1. d.2. l.d.3. d.6. l.cc.2. d.22. l.V.1. vol 2.d.3.l.o.2.d.4.l.t.2.3.4.s.1.2.3.4.d.6. l.hh.2. mm.2.qq.3.d.7.l.cEc.1.2.vol.4.d.2. l.b.1 d 4.l o.2 3.d.5.l.q.1.d.12.l.ggg.3.d.17. l.eeee.1.d.19.l.mmmm.1.2.vol.5.d.11.l.yy.4. d.17.l.cccc.2.3.d.21.l.fffff.1. d.23. l.sssss.1. vol.6.d.3 l.S.1.vol.7.d.1.l.a.3.

Cæſar Majeſtatem, quæ ſola ſumma, & ipſius propria eſt, alteri communicare non poteſt, ita ut nullo tempore præſcribi poſſit. vol.1.d.2.l.d.4.c.1.2.d.6.l.cc.3.dd.1. vol.2.d.3.l.g.2.d.4.l.x.4.vol.5.d.23.l.sssss.2. 3. vide in verbo Majeſtas.

Cæſar, aut Princeps ſummus legitimationem naturalium, famæ reſtitutionem, & conceſſionem veniæ ætatis ſolus cognoſcit vol.1.d.2.l.g.2.vol.2.d.4.l.t.3.

Cæſar coram Palatino Rheni Comite ex inſtitutis Imperialibus conveniri poteſt, nec hoc ejus minuit Majeſtatem vol.1. d.8. l.oo.1.vol.2. d.4.l.x.2.z.4.d.6.l.qq.3.4. rr.1.2. ubi vide quibus in cauſis, & quando Cæſar coram Palatino conveniatur ib. vol.4.d.6.l.bb.3.d.23.l.C.2.vol.5.d.11.l.aaa. 4. d.18. l.uuuu.1. d.23. l.qqqqq.2. d.24. l.uuuuu.4. vide etiam Palatinus.

à Cæſare non datur appellatio, quia non recognoſcit ſuperiorem: multi tamen Canoniſtæ affirmarunt ab ipſo appellari poſſe ad Papam, maximè etiam, ſi cauſa vel ſit ardua, vel Cæſaris propria, vel injuſtitia notoria, quod JCti noſtri omninò explodunt vol.1.d.8.l.nn.4. vide in verbo Appellatio.

Cæſar à Rege ad duellum provocatus habet exceptionem præeminentiæ, & dignitatis: duo tamen Romanorum Reges una electi rem duello definire poſſunt vol.1.d.14.l.H.1.

Cæſar totius orbis arbiter, & Dominus dictus eſt, & dici debet vol.2.d.3.l.f.3. d.4.l.q.4.t.4.d.7.l.yy.2.cEc.4.fFf.1. d.13. l.β.3. vol.4.d.2. l.a.4. k.4.d.5.l.q.3.4.d.12. l.ggg.3.d.19.l.mmmm.4.oooo.2.vol.5.d.2. l.t.2.d.17.l.cccc.3.4. ubi pulcrè dddd.1.2. d.21.l.fffff.1.d.23.l.sssss.1.2.d.24.l.uuuuu.2. vol.6.d.2.l.G.1.d.3.l.S.2.3.

Cæſarem Principes Imperii conſilio adjuvare debent, nec hoc ejus Majeſtatem minuit: imò Cæſar nunc ſine illis nihil ſingulare ſtatuere poteſt vol.2.d.3.l.g.2 d.4 l.x.1.d.6.l.hh.2.3.4.vol.3.d.5.l.cc.1.vol... d.2.l.a.4.vol.5.d.17. l.qqq.1.d.42.l.ZZ. 4. vide in verbo Princeps.

Cæſareis beneficiis, ceu divinis obviare ſacrilegium videtur *vol.2.d.3.l.*i.1.

Cæſaris judicium, conſilium, potentiam in dubium revocare non licet *vol.2. d.3.l.*i.1.

Cæſaris, omniumque ordinum intereſt, ut Status Imperii integrè conſerventur, ſemelque in Imperii matriculam recepti, non eximantur *vol.2.d.3.l.*m.1.2.*d.*4. *l.*ee.1.

Cæſar nec cum Electoribus Imperii formam pro Imperii Statu conſtitutam mutare poteſt: nec veterum Vaſallorum Statum, aut honorem minuere, nec invitum aliquem ab Imperii juriſdictione eximere, alteriusque poteſtati ſubjicere, etſi liberi Baronis, Comitisve territorium alteri Principi in Feudum concedat *vol.2. d.3.l.*m.1.2.*vol.*4 *d.*12.*l.*kkk.4 *d.*19.*l.*oooo.3.

Cæſareum mandatum eſt, ut Imperii poſſeſſio omnibus conceſſionibus prævaleat, & omne id, quod cujusque potentia aut furtiva precatio elicuit, actutum amoveatur, quæque ab Imperii corpore avulſa ſunt, reſtituantur, cùm nec diuturna incubatio, nec novella poſſeſſio, proprietatis Imperatoriæ privilegium abolere poſſit *vol.2.d.3.l.*m.3.

Cæſar electionem habuit, & nunc habere debet non ſolùm omnium Præſulum, & Epiſcoporum, ſed etiam ipſius Papæ: quod tamen poſt Gregorium Septimum omnes Eccleſiaſtici negant, è contra multi Seculares affirmant, & nunc acerrimè Proteſtâtes *vol.2.d.3.l.*o.1 Et ſanè Cæſar hoc jure amplius non utitur *ibid. d.*4.*l.*x.2.3.*d.*9.*l.*qQq.4. rRr.1.2. *vol.*4 *d.*5. *l.*q.1.*d.*12.*l.*kkk.1.*d.*17.*l.*eeee.2. 4. & *ſeqq. vol.*5.*d.*28.*l.*mm.[illegible] *vol.*6.[illegible].*l.*S.1.2.

Cæſar Imperii adminiſtrationem iniens, jurat ſe pignora Principibus indulta non luiturum, nec ea Electorum manibus extorſurum, & nihil de Imperii lege absque Principum, & Statuum conſilio mutaturum, & illorum privilegia ſervaturum *vol.2.d.3.l.*o.4.*d.6.l.*hh.4. mm.1.2. *vol.*4. *d.*15. *l.*ttt.2.3. uuu.1.2 3. *vol.*5. *d.*17. *l.*kkkk.4.nnnn.1.2.3.4.*d.*23.*l.*rrrrr.4.*d.*24. *l.*uuuuu.2.*d* 30.*l.*zzzzzz.3.

Cæſaris mens eſt, ut non ſolùm publicum illæſum maneat, ſed etiam ut privati injuſtitiam paſſi, adjuventur *vol.2 d.3.l* g. 1. ut regni utilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum Status ſervetur illæſus *vol.*7. *d.*1.*l.*a.2.

Cæſar maris Dominus eſt *vol.2. d.*4. *l.*u.3.

Cæſar dicitur Imperator Romanus, Rex, & Auguſtus, Pater Patriæ *vol.6.d.2. l.*F.3.4.

Cæſaris Majeſtatem non minuit, quòd Turcis annuam pecuniam ſolvat *vol.2. d.*4 *l.*x.2.

Cæſaris poteſtas præcipuè conſiſtit in jurium Regni, & Imperii adminiſtratione. Nam ita Cæſar præeſſe, & conſulere Imperio debet, ut non tantùm ejus utilitas incorrupta perſiſtat, ſed etiam ipſum Imperium amplificetur, extendatur, augeatur, nihil de bonis Imperii alienetur, ſed alienata in magnum præjudicium etiam mediante juramento, revocentur; patrimonialia verò bona liberè diſtrahantur, & alienentur: juſtitiam colet, religionem tuebitur, pacem decorabit, perturbantes Rempublicam compeſcet: pacta, & contractus, ſive cum ſubdito, ſive cum non ſubdito, ſive cum privato,

ſive cum Univerſitate, & communitate initos ſervabit: item pacta prædeceſſoris ſui, modò non repugnent naturæ, & conſuetudini officii ſui *vol.* 2. *d.* 4. *l* x. 2. 3. *vol.* 3. *d.* 5. *l.* bb. 1. *vol* 4. *d.* 5. *l.* q. 3. 4. *vol.* 6. *d.* 3. *l.* S 2.

Cæſar habet jus collectandi, & primariarum precum in omnibus cathedralibus Eccleſiis, & monaſteriis per Germaniam, per quas habet facultatem unum Canonicum pro arbitrio nominandi, quem Collegium recipere debet: imò habet jus patronatus in multis Eccleſiis acquiſitum, vel ex conſtructione, vel fundatione, vel præſcriptione *vol.* 2. *d.* 4. l. x. 3. *d.* 6. *l.* pp. 1. *vol.* 4. *d.* 4. *l.* p. 1. 2. *d.* 5 *l.* q. 3. 4. *d.* 17. *l.* cccc. 3. 4. gggg. 3. *vol.* 5. *d.* 23. *l.* ttttt. 2. *d.* 30. *l.* C. 4. D. 1. vide in verbo Collecta.

Cæſaris altera poteſtas conſiſtit in exercitio actuum ipſi reſervatorum, qua Princeps eſt, ſummam in Republica authoritatem obtinens, quę Majeſtas publica dicitur, & Cæſar ratione hujus poteſtatis creat Reges, Principes, Duces, Comites &c. Confert Regalia, degradat, Feudisque, & Regalibus exuit, ſed cum conſilio Statuum Imperii. Feuda Imperio aperta infeudat. Naturales legitimos reddit Famæ, & honoribus reſtituit. Indulget veniam ætatis, & Notarios ſolus creat *vol.* 2. *d.* 4 *l.* x. 3. 4. *d.* 7. *l.* iIi. 3. 4. *d.* 28. *l.* NN. 1. 2. *vol.* 4. *d.* 2. *l.* l, 4. m. 1. 2. *d.* 4. *l.* o. 4. p. 1. *d.* 5. *l.* q. 3. 4. *d.* 9. *l.* kk. 1. 2. *d.* 12. *l.* hhh. 1. *d.* 17. *l.* cccc. 3. 4. gggg. 3. *d.* 19. *l.* nnnn. 2. 3. 4. *vol* 5. *d.* 23. *l.* ttttt. 1. 2. *vol.* 7. *d.* 9. *l.* oo. 1. 2. 3. 4.

Cæſar ſolummodò olim condendæ legis poteſtatem habuit in totum orbem: nunc verò quantum Imperium ſe protendit, cum conſilio tamen Statuum Imperii habet: ille ſolus jus belli indicendi, Scholarum publicarum, ſeu Academiarum erigendarum, confirmandarum, Doctorum, Magiſtrorum &c. creandorum habet *vol.* 2. *d.* 4. *l.* x 4. & y. 1. *d.* 28. *l.* NN. 1. 2. *vol.* 4. *d* 2. *l.* a. 2. *vol.* 4. *d.* 2. *l.* m. 2. *d.* 4. *l.* o. 2. 3. 4. p. 1. 2. *d.* 5. *l.* q. 3. 4. *d.* 12. *l.* hhh. 1. creandorum item Nobilium *ibid.* hhh. 2. *d.* 15 *l.* ttt. 3. *d.* 17. *l.* cccc. 1. 2. 3. *d.* 19. *l.* nnnn. 1. 2 3 4. oooo. 1. 2. *vol.* 5. *d.* 1. *l.* b. 2. 3. *d.* 23. *l.* sssss. 4. ttttt. 1. *d.* 30. *l* zzzzzz. 3. *vol.* 7. *d.* 9. *l* oo. 1. 2. 3. 4.

Cæſar, quæ ipſi ſoli reſervata ſunt, in alium transferre non poteſt *vol.* 2. *d.* 4 *l.* x. 4. & ſi ea alicui, ut Vicario concedat, id expreſſo, & ſpeciali mandato facere debet, nam in generali non continentur *d.* 6. *l.* qq. 1. 2. *d.* 18. *l.* S. 4. T. 1. *vol.* 3. *d.* 5. *l.* dd. 2. *vol.* 4. *d.* 2. *l.* m. 1. 2. *d.* 4. *l.* p. 1. *d.* 9. *l.* kk. 1. 2. *vol.* 7. *d.* 9. *l.* nn. 1. vocantur autem nunc res Dominicæ, nunc Prædia Cæſaris, nunc patrimonium fiſcale, vel publicum, nunc res Statum Imperii, vel ſuperioritatem concernentes *ibid.* hæc concedi non poſſunt *ibid.* & *l.* nn. 3. nec præſcribi poſſunt *ibid.* *l.* nn. 4.

Cæſar ſolus vectigalia nova erigit, Poſtas inſtituit, jus civitatis, & publici mercatus tribuit, immunitates, privilegia, abſolutæ, ſeu plenæ ſecuritatis, id eſt, Salvoguardiæ concedit, ferias generales indicit, item jus monetæ cudendæ, & reprobandæ habet *vol.* 2. *d.* 4. *l.* y. 1. 2. *d.* 6. *l.* tt. 1. *d.* 7. *l.* zz. 1. aAa. 1. *d.* 13. *l.* β. 3. *d.* 28. *l.* NN. 1. 2. *vol.* 3. *d.* 5. *l.* bb. 3. 4. cc. 1. *vol* 4. *d.* 2. *l.* m. 2. *d.* 5. *l.* q. 3. 4. *d.* 12. *l.* hhh. 2. *d.* 19. *l.* nnnn. 3. 4. oooo. 1. 2. *vol.* 5. *d.* 23. *l.* ttttt. 1. 2. *d.* 30. *l.* zzzzzz. 3. *vol.* 7 *d.* 9. *l.* pp. 1. 2.

Cæſar major, & ſuperior eſt Rege, imò Primas totius orbis, maximè Chri-

ſtiani: omnibusque Principibus præfertur vol.2.d.4.l.y.3.d.7.l.eEe.4.d.13.l.β.3. vol.4.d.2.l.k.4.m.1.d.6.l.bb.2.d.9.l.kk.1.2.d.10.l.bbb.4.d.12.l.ggg.3.d.13.l.ooo.1.d.15.l.ttt.3.d.19.l.mmmm.1.vol.5.d.2.l.f.2.d.11.l.yy.4.d.17.l.cccc.3.d.21.l.fffff.1.d.23.l.sssss.1.2.d.29.l.pppppp 4.d.30.l.A.1.vol.6.d.2.l.G.1.d.8.l.Bbb.4.eſt luncidiſſima ſtella inter reliqua ſidera minora, vel terreſtre quoddam numen, ac ſtella matutina: ab eoque fluunt omnes dignitates, & honores, omnis jurisdictio, & poteſtas, & ad eundem refluunt vol.7.d 9.l.nn.1.oo.3.

Cæſares ſic à Julio Cæſare dicti vol.2.d.4.l.y.3.

Cæſar nullum planè præjudicium Aureæ Bullæ inferre poteſt: & jurat ſe eam defenſurum vol.2.d.4.l.y.3.d.6.quaſi per tot. vol.4.d.15.l.uuu.1.2.vol.5.d.17.l.kkkk.2.3.d.23.l.ppppp.3.

Cæſar contra omnes cujuscunq; Status perſonas fundatam intentionem habet vol.2.d.4.l.aa.2.d.6 l.ss.3.d.13.l.β.3.vol.5.d.11.l.yy.3.4.zz 4.d.23.l.sssss.2.3.d.29.l.uuuuuu.1.vol.6 d.2.l.G.1.

Cæſares olim ſoli Conſtitutiones Imperii ſuo ſignabant ſigillo, poſtea etiam Statuum ſigna appendi cœperunt vol.2.d.6.l.hh.1.

Cæſar Imperium nunquam minuere, ſed ſemper augere debet vol.2.d.6.l.hh.2.d.9.l.pPp.3.d.13.l.β.3.4.vol.3.d.5.l.bb.1.vol.4.d.4.l.o.3.d 5 l.q.4.r.1.d.14.l.rrr.3.d.17.l.ffff.3.vol.5.d.23.l.sssss.3.

Cæſari omnium magis convenit ſalutem Reipublicæ tueri vol.2.d.6.l.hh.3.d.7.l.yy.2.fff.1.vol.4.d.2.l.k.4.d.14.l.rrr.3.4.

Cæſar non dedignatur leges ſacras, & divinas regulas imitari. Quod effatum de nullis aliis, quàm veterum Synodorum Canonibus intelligi debet volum.7.d.6.l.bb.1.

Cæſar ſolus olim Princeps dictus, nunc tamen, & alii magnates hoc nomen invaſerunt vol 2.d.6.l.hh.3.vol.4.d.10.l.ccc.1.vol.5.d.21.l.ggggg.1.d.42.l.ZZ.1.2.3.vol.6.d.8.l.Bbb.4.

Cæſar, vel quivis Princeps juratis à ſe in Regni ingreſſu legibus, etiam capitulationibus omninò contravenire non poteſt vol.2.d.6.l.hh.4.d.7 l.eEe.3.vol.4.d.1.l.)()()(.3.d.4.l.p.2.d.12.l.lll.1 d.15.l.ttt.2.vol.5.d.17.l.aaaa.1.2.3.4.d.23.l.rrrrr.4.

Cæſares olim à Coronationis Pontificiæ die ſui Imperii annos annumerabant: hoc nunc in deſuetudinem abiit vol.2.d.4.l.ii.1.

Cæſar ſemper Cæſar, & Imperator eſt, etiamſi à Pontifice non ſit coronatus vol.2.d 6.l.ll.2. ubi verò duo, vel plures ſunt electi, tunc uterque adminiſtrat, etſi id ſummus Pontifex in hujusmodi discordia prætendat ibid. & l.ll.4.mm.2.d.9.l.rRr.2.vol.4 d.1.l.)()()(.3.d.2.l.b.1.d.5.l.r.3.d.10.l.bbb.4.d.19.l.mmmm.2.3.vol.5.d.17.l.pppp.1.d.23.l.sssss.1.d.24.l.uuuuu.2.3.d.28.l.mmmmmm.4.

Cæſarem etiam ex Proteſtantium religione eligi poſſe, Proteſtantes ſummoperè contendunt vol.2.d.6.l.ll.2.vol.5.d.23.l.rrrrr.3.d.28.l.lllll.4.

Cęſar, ſi Cardinales Pontificis Electionem protelent, aut inter ſe de Electione diſſentiant, ipſe, ſi velit, Papam eligere poteſt vol.6.d.2.l G 1.

Cæſar ſtatim poſt Electionem jus adminiſtrandi habet vol.2.d.3.l.qq.3.vol.4.

d.1.l.)()()(.

*d.*1. *l.*)()()(.3.4. *d.*10. *l.*bbb.4. *vol.*5.*d.*17. *l.*cccc.2.pppp.1.*d.*23.*l.*sſsſs.1.

Cæſar ipſiusmet Eccleſiæ advocatiam, & defenſionem legitimam, item jus rerum ſacrarum habet *vol.*2.*d.*7.*l.*yy.2. *vol.* 4.*d.*2. *l.*c.2. *d.*12. *l.*hhh.2.3. *d.*15. *l.*ttt.3.4. *d.*17. *l.*ffff.1.2.*d.*19. *l.*oooo.4.rrrr.4. *d.*21. *l.*xxxx.3. *vol.*5.*d.*1.*l.*c.1. *d.*11.*l.*eee.4. *d.*21.*l.* iiii.2.3. *d.*23. *l.*nnnnn.3. *vol.*6. *d.*2. *l.*G.1. *vol.*6.*d.*3.*l.*R.1.*uſq.* S.2.ubi pulcrè.

Cæſar eſt fons perennis dignitatum omnium, è quo omnes honores, & dignitates promanant. Igitur ipſe etiam Doctores, Magiſtros &c. etiam ſolo verbo creare poteſt: eſt item fons omnis juriſdictionis, adeò, ut probationibus rejectis ex ſola conſcientia, in propria etiam cauſa judicare poſſit *vol.*2.*d.*9.*l.*sSs.3.*vol.* 4.*d.*2.*l.*k.4.*d.*4.*l.*p.2.*d* 9.*l.*kk.2.*d.*10.*l.*aaa. 1.*d.*12.*l.*hhh.2.*d.*17.*l.*eeee.1.gggg.1.*d.*23. *l.*A.4.*vol.*5.*d.*1.*l.*a.4.b.3.d.4. *diſput.*11.*l.*xx. 3.4.*d.*17.*l.*cccc.4.*d.*21. *l.*ffff.1.*d.*23.*l.*ttttt. 2.*d.*42.*l.*ZZ.1.*vol.*6.*d.*2.*l.*G.1.2.*d.*3.*l.*S.2.

Cæſari, in quacunque civitate, quam ipſe ingreſſus ſit, moneta non minùs, quàm vectigalia vacant *vol.*2. *d.*13. *l.*α.3. β.3.

Cæſar, ſi inferioris Principis territorium ingreſſus ſit, non tamen ſuſpendit ejus juriſdictionem *vol.*5.*d* 20.*l* ccccc.3.

Cæſar in noviſſima capitulatione Electoribus promiſit, ſe nulli Statui jus monetale ſine conſenſu eorum inpoſterum conceſſurum, atq; mediatè Imperio ſubjectis caſſaturum *vol.*2.*d.*13.*l.*α.4.β.3.

Cæſar donare poteſt Auguſtæ conſtante matrimonio, nec hujusmodi donationes indigent inſinuatione *vol.*2. *d* 28.*l.* NN.2.

Cæſari etſi multi de facto non obediant, ipſe tamen eos ad obſequium reducere poteſt *vol* 5.*d* 23.*l.*sſsſs.3. vide ſuperius ubi agitur de Cæſaris fundata intentione: & in illo ubi dicitur, quod nihil poſſit de Imperio alienare: & in illo, ubi dicitur, quod ſit orbis Dominus.

Cæſari de Imperii conſuetudine atteſtanti credi omninò debet *vol.*3.*d.*5.*l.*ll.2.

Cæſar non peregrinus, ſed ex Germanis ſolis eligi poteſt, & debet *vol.*4.*d.*1.*l.*)()()(.2.*d.*10. *l.*bbb.4. *d.*12. *l.*iii.4. *d.*19. *l.*oooo.3 4.*vol.*5.*d.*1.*l.*a.2. *d.*17.*l.*yyy.2.*d.* 23.*l.*rrrrr 4.*d.*24.*l.*uuuuu.2.*d* 28.*l.*llllll.2.

Cæſar non debet eſſe tantùm armis decoratus, ſed & legibus armatus *vol.*4. *d.*2.*l.*f.2.

à Cæſare ad Statum Imperii appellari quandoq; poteſt *vol.*4 *d.*12 *l.*kkk.4.

Cæſar appellationes vi ſuperioritatis Majeſtatis ſuæ reſervatas recipere, lites inter Dominum immediatum, & ſubditos audire, componere, atque judices ſuper his delegare poteſt *vol.*6. *d.*3.*l.*Bb.3.

Cæſar Statibus Imperii jura, libertates, dignitates, & privilegia conceſſa revocare, aut annihilare non debet *vol.*4. *d.*15. *l.*uuu.3.

Cæſar ſolus jus habet pangendorum fœderum *vol.*4.*d.*17.*l.*eeee.3.*d.*19.*l.*oooo. 1. ea tamen nunc, cum externis Principibus percutere in conſultis Septemviris non poteſt *vol.*5.*d.*30.*l.*zzzzzz.5.

Cæſar ſolus benemeritos privilegiis, & immunitatibus donat *vol.* 4. *d.* 19. *l.* nnnn.4.

Cæſar habet fundatam intentionem in omnes intra Imperii Romano-Germanici limites, domicilium foventes: & in

in dubio pro juriſdictione Imperii pronunciandum eſt *vol.5.d.11.l.*yy.3.4.zz.4.

Cæſar cum Principibus, & Statibus Imperii ſui adeò concurrit, ut ſubditos Imperii mediatos quotidiè ſive teſtimonii, ſive litis cauſa absque omni ſubſidio juris ex qualibet Provincia Imperii evocare, illis mandare, atque inhibere ſoleat, monitoria, & bannimenta in territoriis Statuum citra ullam eorum requiſitionem affigi, & publicari curet, imò præventio inter Cæſarem, & Status, etiam quandoque in prima inſtantia locum habet *vol.5. d.11. l.*yy.3.4.zz.1.*vol.2. d.6.l.*rr.2. tt.3.

Cæſar poteſt eſſe judex in propria cauſa *vol.5. d.11. l.*aaa.1. vide ſup. *vol.2. d.6. l.*rr.2.

Cæſar quanquam legibus ſolutus ſit, tamen ſe iis ſubmiſit, nec patitur quemvis ſibiipſi eſſe judicem *vol.7.d.6.l.*bb.2.

Cæſar cum Camera in juriſdictione ex conſtitutione religionis concurrit, etſi apparenter haud judex ipſe eſſe in hoc negotio videatur *vol.5.d.11.l.*ccc.4.fff.1.2. *d.*30.*l.*I.1.2 3.4.R.1.

Cæſar exercuit olim juriſdictionem in Clericos, & Eccleſiaſticos *vol.5. d.17. l.* gggg. 2.3. *vol.6. d.3.l.*R.3. S.1.2. *vol.7. d.5. l.*y.4.

Cæſar non jurat fidelitatem Pontifici *vol.5.d.23.l.*nnnnn.4.sssss.1. *d.*30.*l.*A.4. vide etiam in illo ubi dicitur Cęſarem ſuam Majeſtatem à ſolo Deo habere.*vol 6.d.3. l.*R.4.S.1.

Cæſar licet in propria cauſa poſſit eſſe judex, cùm non recognoſcat ſuperiorem, tamen quia ipſe ſe ex alto demiſit, & ſe legibus Regni obſtrinxit, rectè coram Partibus convenitur *vol.5. d.23. l.*ppppp.1. imò debet, quandoquidem ſe huc adſtrinxit, & Imperii legibus hoc cautum eſt *vol.2. d.6. l.*rr.2. loco Patrum videtur ſucceſſiſſe Comes Palatinus vigore Aureæ Bullæ, qua jus commune correctum eſt *vol.7.d.5.l.*y.2. vide Palatinus.

Cæſar Electionem ſummi Pontificis olim habuit *vol,5. d.28. l.*mmmmmm.1. *vol,6.d.3.l.*R.3.

Cæſar ex plenitudine poteſtatis ſolennitates civili jure inductas, ſalva actus ſubſtantia, omittere poteſt *vol.5. d.30.l.* G.4. Jus ſuum quæſitum alicui auferre, & actiones, quæ ſunt juris civilis tollere poteſt *vol.6.d.2.l.*N.4.

Cæſar indignum ſe Imperio gerens; Imperii faſtigio privari poteſt *vol.6.d.8. l.*Hhh.4. vide Elector.

Cæſarem OEcumenicum Concilium convocare ſolummodo poſſe ajunt Proteſtantes *vol.5.d.*30.*l.*H.4 *vol.6.d* 3 *l.*R.2.

Cæſar ſi actionem intentet, ut Dux, vel Comes, non æſtimatur aliter, quàm Dux, vel Comes *vol.5.d.*49.*l.*HHHH.1.

ex Calamitate aliena nemo compendium ſectari debet *vol.7.d.4.l.*n.1.

Calendarium Gregorianum Proteſtantes repudiarunt, *vol.5.d.*30.*l.*D.1.

Calendarii reformatio ſpectat ad Cæſarem, non Pontificem *vol.5 d.*30.*l.*D.1.

Calumniari viri boni non eſt, qua mente ergo quid dicatur, animadvertendum eſt *vol.6.d.16.l.*Eccc.4.

Calumniæ juramentum eſt religioſa asſeveratio, qua uterque litigantium promittit, vel aſtruit, ſe nihil calumniæ cauſa agere, neque acturum eſſe, ſed juris ſui opinione, & fiduciâ fretum: dividitur autem

tem in generale ad totam cauſam, & ſpeciale, quod olim in ſingulis judicii partibus exigebatur, hodie ſublato ſpeciali jurejurando ſaltem juratur initio litis, nihil in toto negotio calumniæ cauſa factitatum iri, idque jure civili neque tacitè, neque expreſsè remitti poteſt, hinc fit, ut judex etiam partibus diſſimulantibus illud exigere cogatur, ut exactum omninò præſtandum ſit, quod ſecus eſt de jure canonico *vol.2.d.16.l.*L.3.*vol.3.d.15.l.*R.3. *vol.7.d.6.l.*bb.4.cc.1.

de Calumnia jurant non ſolùm perſonæ principales, ſed & Advocati, & Procuratores utriusque partis in ſuam non Dominorum animam. Item Syndici in cauſa Univerſitatis, Tutores etiam & Curatores in cauſa pupillorum, & minorum: hoc juramentum remiſſum olim fuit patrono, atque parentibus, non liberto, & filio patrono, & patre deferentibus *vol.2.d.16.l.*L.3.4. *vol.3.d.15.l.*B.3. *vol.7.d.6. l.*cc.1.

de Calumnia jurat Abbas jure Canonico, non in ſuam animam, ſed majoris partis Capituli. Jure autem civili in ſuam jurat animam, ut quivis alius habens legitimam in jure ſtandi perſonam *vol.7.d. 6.l.*cc.1.

Calumniæ juramentum Principales litigatores, Actor, & Reus, licèt per procuratores agant, jure civili deponunt. Sed jure Canonico procurator habens ſpeciale mandatum indiſtinctè ad hoc juramentum præſtandum admittitur, & ſic non in ſuam duntaxat, ſed etiam domini animam eos jurare volunt *vol.7.d.6.l.*cc.1.

Calumniæ juramentum præſtatur in omnibus cauſis, ſeu civilibus, ſeu criminalibus, ſeu ſpiritualibus, & tàm ſecunda, quàm prima inſtantia, & ſi quis litigantium id præſtare noluerit, actor quidem ab inſtituta actione repelletur, reus verò inſtar confeſſi condemnatur *vol.2. d.16.l.*L.4. *vol.3.d.15.l.*R.3. imò id ne tacito quidem partium conſenſu remitti poteſt, etſi hodiè aliud uſu receptum ſit *vol. 4.d.2.3.l.*B.4. *vol 5 d.3.l.*x.4.

Cambium vulgò Wechſel/ eſt contractus innominatus bonæ fidei ad articulum do, ut des, ſeu facias, referendus, vel eſt permutatio pecuniæ pro pecunia diſſimili, ſeu alterius rationis, & aliud eſt purum, aliud impurum. Illud dicitur, quando eſt ſimplex permutatio pecuniæ pro alia pecunia diſſimili ſtatim tradenda, cui non eſt alius contractus mutui admixtus, nec alia diverſitas illic concurrit, quàm diverſitas numiſmatum, quæ permutantur. Hoc verò dicitur, quando alia diverſitas concurrit in tali cambio, ratione cujus alius admiſcetur contractus *vol. 1.d.15.l.*L.1.2. *vol.6.d.11.l.*Rrr.1.

Cambia plerumque literis expediuntur, quæ, ſi acceptentur, obligationem inducunt, adeò ut contra dirigentes non detur regreſſus, ſi fortè poſt acceptationem debitor, antequam ſolvit, decoxerit. Nec refert, an ex parte acceptantis vera ſequatur ſolutio, vel ſaltem interpretativa. Nam & promiſſio de ſolvendo facta in banco cedit loco ſolutionis. Interdum fit, ut quis litteras Cambii in honorem ſcribentis acceptet, & hic contra ſcribentem actionem ſibi acquirit. *vol.6.d.11.l.*Rrr.2.

Cambium rurſus aliud dicitur Minutum, aliud Siccum, aliud Reale, Minutum

tum dicitur, quod in ſola monetæ minùs commodæ cum alia meliore, & magis expendibili permutatione conſiſtit, ita tamen, ut campſor aliquid ſuperlucretur, fitque ſine litteris. Siccum eſt, in quo ſolius temporis compenſatio quæritur. Reale eſt, quod per litteras fit, & fit duplici modo: vel enim campſor dat pecuniam prius expectans ſolutionem, vel recipit ipſe prius pecuniam alibi ſoluturus. Subjectum cambiorum ſunt perſonæ, objectum pecunia, formam in genere ſpectat diverſitas pecuniæ, in ſpecie verò formam cambii realis non modò diverſitas pecuniæ, ſed & loci, & temporis per conſequens, & litteræ deniq; conſtituunt *vol. 1. d. 15. l.* L. 2. *vol. 6. d. 11. l.* Rrr. 2.

Cambium reale potiſſimum à mutuo ſic differt: Primò, periculo: Nam mutuum ſortis mutuatæ periculum in accipientem transfert. Cambium verò reale damni periculum campſori relinquit, ſi minus ſorte contingit accipere, ut quinque, licèt ratò contingat. Secundò, diverſitate rei reſtituendæ, & loci. Nam in mutuo res ejusdem generis, & bonitatis reſtituitur, & in eodem ferè loco: In cambiis autem realibus fit permutatio monetarum diverſorum generum, & in diverſis ſemper locis. Tertiò, modo contractus. Nam in cambiis realibus eſt venditio, vel contractus ſimilis venditioni, dum ducatus venditur 34 baciis, & æſtimatur una moneta cum alia, in mutuo verò hæc omninò ceſſat. Unde ſequitur cambium reale non eſſe mutuum, ut quibusdam falsò viſum eſt. Injuſtum cambium non eſt, qui minus dat pro cambio interjacente multo tempore uſque ad Nundinas, aut plus dat, quando proximæ ſunt Nundinæ. Item ex ſtylo, & conſuetudine mercatoria quisque litteras cambii etiam ad ſe non directas, ſolvere in honorem ſcribentis, ſolvendoque ſibi acquirere actionem, & obligationem contra eum habere poteſt, qui ſcripſit. Imò & ille, ad quem directæ ſunt litteræ, eodem modo tanquam tertius pro honore literarum ſuper proteſtu acceptando litteras ſolvere, ſibique ſcribentem obligare poteſt *vol. 1. d. 15. l.* L. 2. 3. *vol. 6. d. 11. l.* Rrr. 2.

Cambii litteras Mercatores ſic ſæpe formare ſolent (à uſo pagarete per queſta prima di cambio à voi medeſimi ducati N. conti à noi, & metteteli per NN. ſopra di noi, ſopra proteſto) ex quibus verbis elicitur, quòd mediante cambio ſibi ipſe quis ſolvere poſſit: Viget præterea, & hoc inter mercatores, ut acceptante literas cambii, non verò ſolvente, licitum ſit præſentatori litterarum regredi adverſus ſcriptorem literarum. Hinc etiam promiſſio facta per campſorem, ſeu Bancherium pro alieno debito vim ſolutionis habet, & hoc eò magis procedit, quando in libris illius, qui erat creditor, facta eſt mentio de tali promiſſione bancherii ſcribendo illum in debitorem, loco debitoris, & talem promiſſionem ſcribendo loco ſolutionis receptæ à creditore, & factæ à debitore *vol. 1. d. 15. l.* L. 3. *vol. 6. d. 11. l.* Rrr. 2.

Cambii litteras Norimbergâ Paduam quis dirigi curavit: inde pœnitens Neapolim directas vult: quod non valet, niſi Paduæ veriſimiliter fieri non poſſit. *vol. 6. d. 11. l.* Rrr. 2.

Cameracum Imperio ademptum *vol.* 2.*d.*3.*l.*f.4.

Cameræ Spirenſis jurisdictio; à qua nec ad Cæſarem, nec ad Pontificem datur appellatio, habet tamen reviſorium judicium, cujus jus penes Moguntinum eſt: utitur autem Cæſaris ordinaria, non abſoluta poteſtate *vol.*1.*d.*2.*l.*g.1. *& ſeqq.* *d.*12. *in Corollariis.* *vol.*2.*d.*4.*l.*x.2. *vol.*4.*d.*2. *l.*m.2 *d.*4.*l.*p.2.3. *d.*15.*l.*uuu.1 *d.*17.*l.*ffff.3. 4. gggg 1. *d.*20. *l.*uuuu.3. *d.*23.*l.*C.3. *vol.*5. *d.*18. *l* uuuu.4. *vol.*6.*d.*9. *l* Lll.2.

Cameræ Spirenſi jurisdictionem in civilibus cauſis privativè etiam quoad ſe tribuit Cæſar. *vol.*1.*d.*2 *l.*g 2.3.

Cameræ Spirenſi jurisdictio in omnes Imperii Romani ſubditos tàm mediatos, quàm immediatos patet univerſalis: In illos potiſſimùm in Appellationum, hos ſimplicis quærelæ cauſis: idque in Civitatibus Imperialibus planius, cum Camera in has directò, & ſine ullo intermedio, facultatem habeat jus dicendi, quamvis ſint quædam quarum ſententiæ ad eam directò non devolvantur. In cæteris verò cauſis etiam Principibus Imperii in prima inſtantia ibid. jus dicitur, uti ſunt fractæ pacis, Religionis, Pignorationis, Arreſtorum, Litigioſæ poſſeſſionis, & ſimilium: quibus aliàs omnes tàm Eccleſiaſtici, quàm ſæculares regulariter in prima inſtantia Privilegio der Außträg/ non ſine juſta ratione utuntur *vol.*1.*d.*2.*l.*g.1. *vol.*4. *d.*15. *l.*ttt.3. *d.*17. *l.*gggg.1.llll.1.2.3. *vol.*5. *d.*18. *l.*ssss.3.4.

Cameræ Spirenſi in Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus cauſis, uti judicio ſæculari, nulla eſt jurisdictio: ſic in crimine hæreſeos, adulterii, quoad ſeparationem thori, Simoniæ, cauſis matrimonialibus, & ſimilibus non cognoſcit: cognoſcit tamen in quæſtione uſurarum, abſolutionisque juramenti: Et generaliter, quando in cauſis Eccleſiaſticis de facto quæſtio juris, non præjudicialis, incidit. Camera pronuntiat, uti in poſſeſſorio, de Decimis, jure patronatus. Eâdem ratione, de quæſtionibus matrimonialibus meri facti, nullitatis, proceſſus, poſſeſſoriis, quandocunque cauſa conjugii non inter ipſos conjuges, ſed alios, puta filium, & extraneum, vel inter unam conjugem, & filium incidenter ventilatur, etiam de incidenti matrimonii jure ibidem rectè disceptabitur *vol.*1.*d.*2. *l.*g.3.4. *vol.*4.*d.*17 *l.*gggg.1.*d.*18.*l.*llll.3.4. *vol.*5.*d.*18. *l.*ssss.4.

Cameræ Spirenſis jurisdictio morte Cæſaris non expirat, ſed continuatur, quia ordinaria eſt, & quia non à ſolo Cæſare, ſed ab omnibus ſimul Statibus conſtituta eſt, quos etiam repræſentat, judiciumque, & Camera Imperii appellatur: quod obtinet etiam in Parlamentis Galliæ *vol* 2.*d.*6.*l.*oo.4. *vol.*4.*d.*18 *l.*kkkk.1.2. *vol.*5.*d.*11.*l* zz.2.

Camera Spirenſis ubi adverſus externæ nationis Civem, Locúmve executionem decernit, Imperii ſubditis ejus frequentationem, commerciumq; interdicit *vol.*2.*d.*7.*l.*aAa.3.

Camera Spirenſis vices Cæſaris gerit, quia vice ſacra cognoſcit, & judicationis Imperatoriæ reverentiam repræſentat, Cæſareamque Majeſtatem, dignitatem, & authoritatem & poteſtatem in decernendo habet: In generali, tùm ſpecialiter judex, & Aſſeſſores plena, & pari

ferè ſecuritate frui debent cum in perſona ſua,ſuorumque,tùm rebus. Itaque Judex, Aſſeſſores &c. immediatè Imperio ſubeſſe noſcuntur, & ab omni alia jurisdictione exemti, tùm in criminalibus, quàm civili actione. Sic iidem Asſeſſores officium ſuum poſthabito omni metu, minis, quâvisque potentia facere jubentur. Quamobrem ab omnibus tributis ſunt immunes, & in protectione Cæſaris, omniumque Imperii Statuum, præſertim vicinorum: Sic Commiſſarii ejusdem cameræ pari ſecuritate, & privilegiis gaudent, iique, qui hos offendunt, graviſſimis pœnis coërcentur *vol.2.d.7.l.*hHh.2.3. *vol.3.d.5.l.*ff.4. *vol.4 d.18.l.*kkkk.1.2. *vol.5.d.11.l.*zz.2.

Cameralium Spirenſium bonis nova, & auctiora tributa Senatus Spirenſis imponere non poteſt, ubi pulcrè. *vol.3. d.5.l.*ll 2.

à Camera Spirenſi non datur appellatio ad Pontificem ſub pœna 100 Marcarum *vol.4. d.6.l.*cc.3, *vol.5.d.11.l.*zz.1. *vol.6.d.9.l.*Lll.1.

à Cameræ Spirenſis reviſoribus non datur appellatio ad Cæſarem *vol.4.d.12. l.*kkk.4. *vol.5.d.18.l.*uuu.4.

Cameræ Imperialis ſedes eſt Spira immota, & perpetua, adeò ut à Judice, & Aſſeſſoribus cameralibus mutari in conſultis Imperii Statibus non poſſit, belli, & peſtis caſibus tantum exceptis *vol.4.d.17. l.*iiii.1. olim fuerat VVormatia *vol.7.d.9. l.*oo.1.

Cameræ Judicium in Judicium Senatus, & Audientię dividitur. Perſonæ, quæ in eo verſantur, aliæ ſunt principales, aliæ acceſſoriæ. Non admittuntur autem ad Cameram illegitimi, etiam legitimè ex illegitimo patre nati *vol.4.d.18.l.*iiii.1. 2. llll.4.

in Camera ſæpe Commiſſarii dantur partibus, à quibus tamen vel ad Cæſarem, vel ad Cameram appellatur *vol.4.d. 18.l.*iiii.2.

in Camera perſonæ verſantes vel ſunt principales, ut judices, & litigatores, vel acceſſoriæ, quæ his accedunt: ut Præfectus Cancellariæ, Protonotarii, Notarii, Advocati &c. *vol.4 d.18.l.*iiii.2.3.4.

Camera Spirenſis habet ordinariam jurisdictionem, i. e. propriam, ſcilicet à Cæſare, & Statibus, atq; ita lege Imperii ei conceſſam. Repræſentat tamen ſolummodò Cæſarem, omnesq; cauſæ ſub nomine, titulo, & ſigillo ejus definiuntur *vol.4.d.* 18 *l.*kkkk.1.*d.*20.*l.*uuuu.3.

Camerales Judices recuſari non poſſunt, nec inde Cæſar avocare, aut proceſſus inhibere poteſt *vol.4.d.18.l.*kkkk.1.

cum Camera concurrentem jurisdictionem aulicum Cæſaris conſilium non habet *vol.4.d.18.l.*kkkk.2.

Cameræ jurisdictionē fundantes cauſæ ſunt, vel ſimplicis quærelæ, vel provocationis, & illæ, vel fiſcales, vel non fiſcales. De fiſcalibus notetur hoc ſpecialiter, quod Ducatus, Comitatus, territoria, urbes cauſæ concernentes ſine authoritate Cæſaris ſpeciali non ventilentur. Cauſæ autem fiſcales præter has ſunt, ſi quis alium ex Imperio ad judicium externum trahere tentet, ſi quis penſitationes, ſeu collectas Imperii ſolvere detrectet, ſi ad viſitationem Cameræ deputatus Princeps, vel alius Status vocatus non compareat, ſi Status ſuperior inferiorem,

vel

vel ipſe inferior ſe ex immediata Imperii juriſdictione eximere conetur, ſi Magiſtratus ordinatione Imperiali prohibitas uſuras permittat, nec puniat *vol.* 4. *d.* 18 *l.* kkkk. 2.

Cameræ cauſæ non fiſcales ſunt, vel ſæculares, vel Eccleſiaſticæ, & illæ, vel civiles, vel feudales. Civiles cameræ juriſdictionem fundant, vel ratione perſonarum, vel facti. Perſonæ vel ſunt immediatæ, vel mediatæ: illæ agunt, vel cum immediatis, vel mediatis. Cum immediatis actio amica inter tutores, & pupillos à Camera Imperiali dandos, & confirmandos, quod etiam in mediatis tutoribus, & pupillis obtinet, juriſdictione inter immediatos litigioſa *vol.* 4. *d.* 18. *l.* kkkk. 2.

Cameræ actio contentioſa eſt, inter Principem ratione primarum inſtantiarum nominatum, Judicisq;, ſeu Commiſſarii officium ſuſcipere recuſantem, & ſtatus nominantes, qui illum ad ſuſcipiendum Commiſſarii munus mandato ſine clauſula in Camera compelli petunt, & hi duo ſunt caſus ubi ratione perſonæ immediatus agit cum immediato: duo itidem ſunt caſus, ubi contra mediatum agit immediatus, primus eſt in Principe ſubditos ſuos convenire volente, niſi inveterata conſuetudine, vel ſingulari privilegio aliter receptum ſit. Secundus eſt in Comite, Barone, & alio Statu immediato ſubditos ſuos convenire volente, idque ob eandem rationem, quæ in caſu priori militat: ſed & mediatus agit contra immediatum, vel mediatum: prioris caſus primus eſt in Nobilibus, Civibus, & aliis mediatis; hi enim Comites, Barones, & Nobiles immediatos non coram Auſtregis, ſed in Camera conveniunt: Secundus caſus eſt, ſi mediatus, vel etiam immediatus agat contra Urbem Imperialem ſolum Cæſarem ſuperiorem recognoſcentem, niſi vel ex privilegio, vel præſcriptione ſingulares habeat judices, ut Argentina, & aliæ. Tertius eſt in Collegiis Canonicorum liberis, & immediatè Imperio ſubjectis, ſi à mediato, vel etiam immediato in jus vocantur: hæc enim privilegia primæ inſtantiæ non habentia rectè in Camera conveniuntur: ſecus eſt in Capitulo cathedralis Eccleſię. Quartus eſt in edicto novo operis nunciationis: poteſt enim nuncians mediatus, contra nunciatum mediatum, mandatum ſine clauſula in Camera obtinere. Quintus eſt in commiſſionibus ad perpetuam rei memoriam: Sextus eſt in Statibus Imperii bannitis: Septimus in Aſſeſſoribus, Advocatis, & aliis perſonis cameralibus. Idem valet in perſonis vagabundis, & miſerabilibus. *vol.* 4. *d.* 17. *l.* kkkk. 2. 3.

Cameræ juriſdictionem fundans factum, eſt vel conventionis, vel delicti: Et conventionis vel veræ, vel quaſi veræ conventionis ſpecies eſt, primæ inſtantiæ renunciatio expreſſa, vel tacita, ſic ex compromiſſo partium immediatarum fundatur Cameræ juriſdictio *vol.* 4. *d.* 18. *l.* kkkk. 3. ubi & alia vide.

Cameræ juriſdictionem item facto fundat delictum tùm certum, tùm incertum, & in illo tùm publicum, tùm privatum. Publicum committitur turbando, & violando conſtitutiones pacis tùm publicæ, tùm religioſæ. Huc etiam refero homicidium, & alia delicta pu-

Digitized by Google

blica à Comitibus, Baronibus, & Nobilibus immediatis, ſolisque, non coadunatis hominibus in via publica, contra tranquillitatem publicam commiſſa *vol.* 4. *d.*18. *l.*kkkk.4.

Camera non ſolùm in cauſa fractæ pacis, ſed etiam cauſis aliis jus banniendi habet *vol.*4.*d.*18.*l.*llll.1.

Camera in privatis etiam delictis cognoſcit, quæ ſunt vel præſentia, vel futura: inter illa narratur juſtitiæ negatio, facta alteri partium à Judice inferiore, & competente ordinario: ut autem cauſa ob denegatam juſtitiam ad Cameram Imperialem devolvatur, requiritur, ut Judex Juſtitiam denegans ſit immediatus, ut ſit juſtitiæ manifeſtè, & expreſsè ſit denegata. Sic quando Dominus immediatus ſubditum in cauſa civili incarcerat, aut aliàs nimia ſævitia in ſubditos graſſatur, Camera cognoſcit, imò mandata ſine clauſula decernit: item ſi privilegium Cæſareum violetur: item ubi de pignoratione, arreſto, & diffamatione contra LL. Imperiales admiſſa agitur *vol.*4.*d.*18. *l.*llll.2.

Camera item agitur ob futurum delictum: verbi gratia, ſi quis metuat hoſtilem contra pacem publicam offenſionem, aut periculum ob litigioſam inter duos poſſeſſionẽ ſubſit. *vol.*4 *d.*17.*l.*llll.2.

Camera item agit in incertis, ſeu generalibus delictis; quoties enim caſus omni jure prohibitus, vel factum tale eſt, quod nullo jure probatur, in Camera mandata ſine clauſula petita obtinentur, modo reus immediatè Imperio ſubjectus ſit, quæ immedietas etiam ex bonis æſtimatur, vel qualitas cauſæ ad Cameram principaliter ſpectet: hæc tamẽ mandata non habent præciſam parendi neceſſitatem, cum ſub- & obreptionis, item maleficii, banni, privationis, & ſimiles exceptiones admittant *vol.*4.*d.*18.*l.*llll.2.

Camera cognoſcit item de feudis, modò non ſint regalenſia, idque ſine ullo litigantium, ſeu immediatorum, ſeu mediatorum, ſeu ſæcularium, ſeu Eccleſiaſticorum reſpectu *vol* 4.*d.* 18 *l.*llll.3.4.

Camera hoc ex antiquitate retinuit, ut nullus ad ſuum tribunal admittatur, niſi prius citationem per ſupplicationem impetraverit *vol.*4.*d.*23.*l.*B.2.

Camera ſecundum leges provinciales, & ſtatuta municipalia pronuntiare jubetur *vol.*5.*d.*1.*l.*c.3.*d.*18.*l.*uuuu.4.*vol.*6.*d.*5.*l.*Oo.4.

Cameræ Judicium Maximilianus primus Cæſar anno 1495 in Comitiis VVormatienſibus ex conſilio Statuũ inſtituit: longè poſt verò ejus jurisdictio, & poteſtas certis LL. privilegiis, & finibus munita, ac circumſcripta fuit *vol.*5.*d.*11.*l.*zz.2. fuit autem cauſa, quod Aulicum, ut vocatur, judicium cauſarum multitudine opprimeretur, nec vacare poſſet, & eadem de cauſa Rotvvilenſe Judicium multò ante fuerat inſtitutum: manſit nihilominus etiam Aulicum Judicium *vol.*7.*d.*9 *l.*oo.1.2.

Cameræ jurisdictio non tanta eſt, ut Cæſarem ſua jurisdictione privet: imò Cæſar cameræ jurisdictionem prævenire, & præoccupare poteſt: Sunt & dein plurimi caſus, in quibus Cæſar ſolus, non Camera cognoſcit. Itaq; jurisdictio à Cæſare Cameræ eſt collata cumulativè ſolùm, non privativè *vol.*5.*d.*11.*l.*zz.2.3.4.

Came-

Digitized by Google

Camera in cognitione, & judicio ſuper controverſiis feudorum Regalenſium nullo modo concurrit, in quibus ſolus Cæſar judex eſt *vol.5. d.11.l.*zz.4. aaa.1.

Camera in cognitione, & judicio ſuper controverſiis feudorum minorum, dummodò ea immediatè Imperio ſint ſubjecta, nullo modo concurrit, in quibus ſolus Cæſar judicat *vol.5. d.11.l.*aaa.2.

ad Cameram regulariter nulla Imperii cauſa in prima inſtantia ſpectat, ſed aut per viam appellationis, aut ſimplicis quærelæ ad eam devolvitur *vol.5.d.11.l.*aaa.2.3.

Camera in cauſis criminalibus nullam omninò cognitionem habet, nec per viam ſimplicis quærelæ, nec per viam appellationis, niſi in caſu fractæ pacis publicæ, & ſuper Aſſeſſores, & reliquas perſonas ſui judicii, ſi quid criminaliter commiſerint *vol.5.d.11.l.*aaa.3.4. *d.*18.*l.*ssss.2.3.4. ubi pulcrè vide in verbo Appellatio.

Camera cum judicio Rotwilano in ejus diſtrictu, quoad appellationes ab inferioribus Curiis concurrit, ut eo quodammodo ſuperior ſit, ut ab hoc ad illam tàm interlocutoriis, quàm definitivis appellari poſſit, & Camera in poſſeſſione ſit inhibendi Rotwilenſibus *volum.5 d.11. l.*bbb.1.

Camera in negotio Religionis, ejusq; jurisdictione Cęſarem concurrentem habet *vol.5. d.11.l.*eee.4. fff.1.2.*d.*30.*l.*D.1.2.3.4.K.1.

Cameræ ſententiæ, & deciſiones pro lege habendæ *vol.6.d.3.l.*Gg.2.

pro Cane mordaci occiſo nulla datur actio, adeò, ut etiam Dominus eum non ſervans ligatum &c. teneatur ad damna *vol.1.d.19.l.*R.1.

Canonicatus fructus etiam eſt præſtatio vocis, ſeu ſuffragium, eique ſoli competit, qui eſt in ſola poſſeſſione *vol.2.d.6. l.*rr.4.

Capitulum ſede vacante in adminiſtratione, & jurisdictione ſuccedit *vol.2. d.6.l.*oo.1.

Capitulationibus vi extortis Princeps non tenetur, niſi eas ſubſequenti tempore confirmet *volum.2. d.3.l.*o.4. *vol.4.d.2. l.*k.2.*vol.5.d.*17. *l.*mmmm.2.*d.*30.*l.*A.1.2.

Capitulatio Cæſarea nil eſt aliud, quàm lex Germanorum Regia, vel Regni, aut Imperii, qua ſummum populi Germanici Imperium in deſignatum Imperatorem transfertur, dicta à capitulis variis, capitulatio, ab ineundi modò pactum, vel conventio, vocatur item formula poteſtatis legitimæ, gubernationis approbatæ: item leges Cæſari in creatione dictæ. Originem hujus capitulationis *ibid.* vide *vol.4. d.15. l.*ttt.1.2. *d.19.l.*oooo.2.3. *vol.5.d.17.l.*kkkk.4. nnnn.1.2.3.4. ubi capitulationis hujus exemplar vide *d.*23. *l.*rrrrr.4.

Capitulationis Cæſareæ articuli ſunt: Et primus quidem eſt, ut juret ſe Eccleſiam, & Remp.Imp. defenſurum, pacem, concordiam, & juſtitiam plantaturum *vol.4. d.15. l.*ttt.3.4. *d.19.l.*oooo.5. Imperium non diminuturum *vol.6. d.3 l.*Ii.2.

Capitulationis Cæſareæ articulus ſecundus eſt, ut juret ſe Auream Bullam, pacem publicam, religioſam, & prophanam, reliquasque Imperii Conſtitutiones ſervaturum, & cuſtoditurum *vol.4.d.15. l.*uuu.1.2.*d.19.l.*oooo.3.

Capitulationis Cæſareæ articulus tertius eſt, ut juret ſe Statuum per Imperium

rium jura, libertates, dignitates, & quæcunque ab Imperio obtinuerint privilegia confirmaturum *vol.*4.*d.*15.*l.*uuu.3.*d.*19.*l.*oooo.3.

Captus ab hoſtibus cœptam poſſeſſionem dum apud hoſtes eſt, complere non poteſt *vol.*2.*d.*14.*l.*A.3. B.1.C.3.H.2.

Captivi apud hoſtes redemptor tacitam hypothecam in ejus bonis habet *vol.* 7.*d.*4.*l.*q.3.

Capti injuſtè, præſertim ſi de cauſa capitali agatur, iiique ſe aliter liberare poſſint, etiam carcerem effringere, & ipſos cuſtodes occidere poſſunt *volum.*2. *d.*7. *l.*hHh.4.

Capi nemo in alieno territorio poteſt, ab externo Magiſtratu, ſed tamen Reum in eo proſequi *vol.*1 *d.*2.*l.*p.1.

ob Captivos redimendos res Eccleſiaſticæ oppignerari, & alienari poſſunt, etſi aliàs non poſſint *vol.*7.*d.*4.*l.*q.3.

Captivi teſtari nequeunt, ſed hoc ita accipiendum, dum tales ſunt; teſtamentum enim ante captivitatem factum valet, ſi captus revertatur, jure poſtliminii: Si verò in vivis eſſe deſierit apud hoſtes L.Cornelia *vol.*3.*d.*10.*l.*A.3.

Carcer eſt mala manſio, & ignominiam quandam infert *vol.*5.*d.*36.*l.*DD.1.

Carcer, id eſt, carcerem habere, eoque ad pœnam hominum uti, eſt jus meri Imperii, quod tamen fallit in Domino, patre, marito, Abbate, & conſanguineis &c. ſervum, filium, uxorem, monachum, & propinquos ad correctionem in privato carcere detinentibus *vol.*4.*d.*6.*l.*cc.4.

Carceres privatos, qui conficit, læſæ Majeſtatis tenetur: privatum autem carcerem exercere dicitur, qui ultra 20.horas, aliquem detinet *vol.*4.*d.*6 *l.* cc.4.

Carcerem effringere, & ipſos cuſtodes occidere poteſt, qui injuſtè captus eſt, nec ſe aliter liberare poteſt, modò de cauſa capitali agatur *vol.*2.*d.*7.*l.*hHh.4.

Carceres qui effringunt, mortis pœnam incurrunt *vol.*4 *d.*20.*l.*uuuu.4.

Cardinales proprios unaquæque Provincia habet, qui illam defendant *vol.*6. *d.*3 *l.*Ii.4.

qui caſtrat hominem, aut ſeipſum caſtrandum præbet, aut circumcidit, homicidium vel quaſi committit, graviſſimeq; punitur *vol.*2.*d.*25.*l.*II.2. *vol.*3.*d.*9.*l.*ccc.1.

Caſtro deſtructo, ſi novum ædificetur, tunc etiam Ruſtici operas ad hoc conferre tenentur *vol.*6.*d.*8 *l.*Fff.2.

Caſtro vendito juriſdictio ſolo cohærens ſimul vendita putatur *vol.*4. *d.*30. *l.*Z.3.

Caſtrum ſi Princeps alicui concedat cum juriſdictione, generaliter etiam conceſſiſſe præſumitur Imperium merum *volum.*5. *d.*34. *l.*X.4. *d.*42. *l.*EEE.3.*d.*44. *l.*QQQ.4.

Caſtrum ſi alicui in feudum datum ſit, omnia conceſſa intelliguntur, quæ ad conſervationem hujus caſtri ſpectant, eique cohærent, ſed tamen juriſdictio ſic non cenſetur conceſſa, niſi ejus ſpecialiter mentio facta ſit, aut ea ita caſtro cohæreat, ut ab ea ſeparari non poſſit *vol.*5. *d.*44.*l.*QQQ.4. RRR.1.*d* 49.*l.*GGGG.2.

Caſtra quivis in ſuo territorio ædificare poteſt, niſi hoc ad æmulationem, invidiam, periculum, aut detrimentum vicini Status fiat: idem eſt conceſſum in mari aut littore, non in via publica, aliòve lo-

co pu-

Digitized by Google

co publico, citra authoritatem Principis, ut nec in ſuperioritate alterius, niſi ipſe patiatur *vol.* 2.*d.*7.*l.*yy.3.4.

Caſtri poſſeſſionem ſi quis apprehenderit, non ilicò ſingulas res, glebas, agros &c. acquiret: quamvis juriſdictionem, aut jus territorii adipiſcetur *vol.6. d.*2 *l.*I.3.

Carolus IV. Cæſar in regimine ſuo magnam labem contraxit, cùm ut ſtolidum filium ad Imperialem dignitatem promoveret, plures Urbes ab Imperio alienavit, & Principibus vendidit, uti & vectigalia, & telonia, quæ ab Electoribus revocari amplius non poſſunt *vol.*2. *d.*3. *l.*i.2 *d.*6.*l.*tt,1.*d.*7.*l.*Aa.1. *vol.*3.*d.*5.*l.*bb.1.

Caſus in decreto, vel conceſſione non expreſſus habetur pro omiſſo *vol.*5.*d.*30. *l.*B.3.*vol.*3.*d.*5.*l.*gg.3.

in Caſibus in jure non expreſſis, à pari proceditur *vol.*6.*d.*2.*l.*F.3.

Caſus fortuiti exceptio datur contra debitorem actione pignoratitia pignus caſu amiſſum repetentem, conductori cōtra locatorem, commodatario contra commodantem, & generaliter omnibus, quorum culpa, vel dolus caſum non præceſſit *vol.*2.*d.*27.*l.*MM 1.2.

Caſum fortuitum, & omne periculum præſtandum pacto quis in ſe recipere poteſt, ad quod alioquin natura initi contractus non teneretur *vol.* 7.*d.*1.*l* b.4.

Caſus dicuntur ſimiles quando eſt par ratio *vol.*3.*d.*1.*l.*c.2.

Carnifices judicia criminalia, & capitalia exequuntur *vol.*4.*d.*20.*l.*xxxx.1.

Caſtitas ſola DEO cum fiducia poteſt hominum animas præſentare *vol.*6. *d.*16. *l.*Cccc.4.

Caſus fortuitus dicitur damnum fatale, quod humana prudentia, vel conſilio provideri non potuit, vel dicitur etiam vis major, cui humana infirmitas reſiſtere nequit *vol.*5 *d.*9.*l.*ss.3.

Caſuum fortuitorum variæ ſunt ſpecies: primò, animalium caſus, morteſque, quæ ſine culpa poſſidentis accidunt, id eſt, quibus poſſidens cauſam non dedit. 2.fugæ ſervorum, qui cuſtodiri non ſolent: 3.rapinæ: 4.tumultus: 5.incendia: 6.aquarum inundationes: 7.impetus prædonum, & multæ aliæ, quæ enumerari non poſſunt *vol.*5.*d.*9 *l.*ss 3.4 *vol.*6. *d.*8.*l.*Fff.1.

Caſus fortuiti à nemine præſtantur: quare periculum caſus fortuiti non reſpicit contrahentes, ſed ipſum Dominum, quod tamen tripliciter limitatur: primò, niſi debitor ſit in mora, quod tamen etiam à Dd. in quibusdam controvertitur: 2. niſi culpa debitoris caſum præcedat: 3.ſi ab initio ita conventum eſt, ut accipiens etiam de caſu fortuito teneatur, ſive illa conventio expreſſa ſit, ſive tacita, i.e. quando quis æſtimationem ſe præſtiturum recepit, & dicunt quidam hunc etiam teneri de inſolito *vol.*5.*d.*9.*l.*ss.4.*vol.* 6. *d.*8.*l.*Fff.1.

Caſus ſpecialiter privilegiati ſub generali locutione non continentur *vol.*5.*d.*23. *l.*qqqqq.2.

Caupones ſordidam, & vilem artem exercent *vol.*4.*d.*9.*l.*yy.1.*d.*10.*l.*eee.3.

quod eſt Cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati *vol.*6.*d.*8 *l.*Aaa.3.

Cauſam injuſtam foventi remedia ad executionis remorationem non proſunt *vol.*2.*d.*7.*l.*dDd.1.

Cauſam

Cauſam potius intactam ſervare debemus, quàm poſt vulneratam eam remedium quærere *volum.2. d.23. l.*CC.1.*d.*24. *l.*DD.2.FF.2.*vol.6.d.*16.*l.*Eeee.4.

Cauſæ igitur cognitio neceſſaria, cum à jure divino deſcendat *vol.7.d.*8.*l.*ll.1.

Cauſa in debito, & mutuo eſt id, & generaliter continet, quicquid actor habiturus eſſet, ſi tempore debito res ſoluta fuiſſet: hinc cauſæ continent omnem acceſſionem, & utilitatem, quæ cauſatur, vel proficiſcitur aut ex reipſa, aut ejus uſu *vol.3.d.*7.*l.*uu.1.

Cauſæ vel publicæ ſunt, vel privatæ, de publicis judicio agi non poteſt *vol.4.d.*23. *l.*B.2.

Cauſa alia eſt principalis, alia incidens: de incidenti, ſi major ſit notione judicis, pronuntiare non poteſt, ſed ſummatim tantum cognoſcere *vol.*4.*d.*23.*l.*B.2.

ad Cauſam certam vocatus poteritne ad aliam cauſam, ad quam non eſt vocatus, in judicio reſpondere? dubium eſt *vol.*7.*d.*8.*l.*ll.2.

in Cauſa omni in qua judicis eſt aliquid facere vel ex jure communi, vel conſtitutionibus hoc aliter fieri non debet, niſi à parte petatur *vol.4.d.*27.*l.*K.4.

Cauſa modica dicitur, quæ circa ſummam duorum aureorum verſatur, minima, quæ ad ſumptus, & judiciales expenſas non ſufficit, vel quæ decem auri ℔, ſeu viginti marcas non excedit: cauſa autem ad 50. ſolidorum ſummam minor appellatur *vol.5.d.*3.*l.*s.3.

Cauſa petendi duplex eſt, tàm in perſonalibus, quàm realibus actionibus, alia remota, ſive mediata, alia proxima, ſive immediata: remota in perſonalibus eſt contractus vel quaſi, maleficium vel quaſi, aut proprium quoddam jus: in realibus aurem eſt factum, ex quo cauſatur dominium vel quaſi, ſive titulus, ex quo alicui dominium vel quaſi competit, ſive jus agendi: proxima in actionibus perſonalibus eſt obligatio, ex contractu vel quaſi, aut proprio quodam jure ex variis cauſarum figuris, deſcendens: in realibus eſt dominium vel quaſi, aut jus in re *vol.5. d.*3.*l.*t.2.

Cauſa remota, quando non eſt ordinata ad proximam, tunc illa non attenditur, ſed cauſa ſolummodo proxima in conſiderationem venire debet *vol.5.d.*10. *l.*uu.4.

Cauſatum à ſua cauſa regitur *vol.7.d.*5. *l.*z.4.

Cauſa ceſſante ceſſat effectus *volum.6. d.*16.*l.*Eeee.1. *vol.7.d.*4.*l.*o.4.

Cauſa ſecunda tantùm poteſt, quantùm ei infunditur à prima *volum.7. d.*4. *l.*r.2.

Cauſa privilegii ceſſante ceſſat ipſum privilegium *vol.6.d.*8.*l.*Eee.1.

Cauſa impulſiva ceſſante non continuò ceſſat effectus *vol.5.d.*30.*l.*G.3.

Cauſa reſtricta, reſtrictum continet effectum *vol.7.d.*4.*l.*q.1.

Cauſa limitata, limitatum producit effectum *vol.7.d.*4.*l.*s.2.

Cauſa indicta nemo condemnari poteſt *vol.5.d.*30.*l.*I.1.

in Cautelis nimietas dolum, fraudemque inducit *vol.6.d.*4.*l.*Bb.4.

Cautela abundans non nocet *volum.6. d.*16.*l.*Dddd.3.

Cautionem præſtare quis non tenetur, niſi pe-

niſi petita fuerit *vol.3. d.5. l.ii.3. vol.7.d.1. l.*c.4.

Cautio cum exigitur, talis peti videtur, qualem debitor præſtare poteſt *vol.7. d.1.l.*d.1.

Cautione ſufficienti, & idonea præſtita omne arreſtum ſolvitur, adeò ut creditor injuriarum, Judex autem de Syndicatu teneatur, interpoſita idoneâ cautione debitorem non relaxans *volum.5. d.4. l.*dd.1. vide in verbo Fidejuſſor.

Cautio ſufficiens, & idonea fit datis fidejuſſoribus, vel pignoribus, ubi vide, quomodo fidejuſſores accipiendi *vol.5. d.4.l.*dd.1.2. vide in verbo Satisdatio.

Cautio adjuratoria non eſt ſufficiens, niſi vir ſit integræ omninò famæ aut inſigni dignitate conſpicuus *vol.5 d.4.l* dd.1. *vol.7.d.1.l.*d.1.

Cautionem proprietario uſufructuarius præſtare tenetur, de re boni viri arbitrio utenda, adeò, ut nec teſtator eam remittere poſſit: excipitur tamen pater in bonis filii: item ſi uſusfructus purè, proprietas ex die, aut conditione legagata ſit, item ſi quis omnia ſua bona retento uſufructu donavit, aut ſi is fiſco conſtitutus eſt *vol.2.d.31.l.*QQ.2. *volum.5. d.*48. *l.*CCCC.4. ubi plura pulcrè de hac Cautione.

Cautio in omni actu poſtulari poteſt, in quo ineſt ſuſpicio *vol.7.d.1.l.*c.4.

Ceſſibile non eſt, quod non eſt in heredes transmiſſibile *vol.7.d.4.l.*o.3.

Ceſſio, quam dono recipit Clericus à Laico, jure civili nō præſumitur ſimulata, vel in fraudem facta, ſed probanda eſt fraus ab eo, qui eam allegat: jure Canonico ſecus eſt *vol.7.d.6.l.*bb.3.

Cedere contra ſeipſum actionem nemo poteſt: Nam actio, & paſſio non ſe compatiuntur invicem, nec in ceſſione aliud jus venit, quàm quod cedens habuit *vol.3.d.51.l.*gg.2.

Cedi omne id poteſt, quod in heredes transmitti poteſt *vol.6.d.17.l.*Gggg.4.

Cedendarum actionum exceptio eſt, ſi fidejuſſores ſolvere parati ſint, modò Creditor eis contra confidejuſſores cedat actiones *vol.2.d.27. l.*LL.1. vide in verbo Fidejuſſor.

Cedendarum actionum beneficium etiam datur in tutela, ſi plures ſint. Vide Tutor.

Ceſſionis beneficium miſerorum ſubſidium eſt, non autem fraudulentorum, igitur qui dolo decoxit, hoc non juvatur *volum.1.d.15. l.*M.2. vide in verbo Decoctor.

Ceſſionis bonorum exceptio ei conceditur, qui bonis ceſſit: cum enim neque agere poſſit, neque conveniri, hac exceptione tutus erit *vol.2.d.27. l.*KK.4. *vol.5. d.4.l.*dd.2.*d.5.l.*hh.2.3.

Ceſſionem bonorum, qui ob dilapidationem, & decoctionem faciunt, ſeverè caſtigari debent *vol.4.d.22. l.*zzzz.3. *vol.5. d.5.l.*ff.4.

ad Ceſſionem bonorum, qui naufragio, vel ex alio caſu neceſſario adiguntur, inter miſerabiles perſonas connumerantur *vol.4.d.22.l.*zzzz.3.*vol.5.d.5.l.*ff.2.

Ceſſionarius, & Cedens quando concurrunt, & de prælatione debiti inter ſe contendunt, ille præferendus eſt, modò res non ſit amplius integra, id eſt, vel litis conteſtatio, vel aliqua alia denuntiatio intercеſſerit *vol.7.d.4.l.*r.3.

Ceſſionarius non alienam, ſed propriam litem exercet *vol.7.d 4.l* r.3.

Ceſſionarius eſt Procurator in rem ſuam *vol.7.d.4.l.*r.3.

Ceſſione facta omne periculum, & damnum ad ceſſionarium ſpectat *vol.7.d.4 l.*r.3.

Ceſſionarius juris interpretatione creditorem repræſentat, propter transfuſas in ſe actiones; ei tamen incumbit, ut debitori ceſſionem ſibi factam denuntiet. Exhibitio autem inſtrumenti ceſſionis ſufficit, ſi fiat in progreſſu cauſæ *vol.5.d.4.l.*zz.4.

Ceſſio bonorum eſt flebile, & miſerabile adjutorium. Cedens autem bonis poſtquam vel condemnatus, vel debitum confeſſus eſt, omnia, quæ tunc temporis habet bona, exceptis veſtibus quotidianis, ſacco, & perulâ creditori dimittere, & pinguiorem fortunam nactus tamen adhuc æs alienum ſolvere tenetur *vol.5.d.4.l.*dd.2.*d.5.l.*cc.4.

Ceſſionis vocabulum multifariam, & variè ſumitur, ſed omnium magis communiſſimè, quando quis ære alieno oneratus omnia ſua bona ſponte dimittit, & concedit creditoribus: introductum eſt hoc beneficium flebile L. Julia à Divo Julio, & hæc eſt cauſa remota efficiens ceſſionis *vol.5.d.5.l.*cc.3.4.

Ceſſionis bonorum proxima cauſa efficiens eſt voluntas debitoris: nec refert primò an ſit una aliqua perſona, an Univerſitas, verbi gratia, Scholarum, Collegii, Eccleſiæ: 2. an pater, ſeu filiusfam. 3. an aliquid habeat in cenſu ſuo, an nihil habeat: 4. an mas, an fœmina ſit: item proſcriptus, ſi bona poſt reditum recuperet, & is qui ſpeciali conventione ſe, niſi ſolverit, carceri obligavit. Item debitor & ante ſententiam, & poſt bonis cedere poteſt, & is qui debitum negavit: item ob debitum publicum, & fiſcale bonis cedere licet *vol.5.d.5.l.*ff.1.2.

Cedere bonis non poſſunt, qui divites adhuc ſunt, & ſolvendo: 2. ii, qui bonis ſatisfacere poſſunt: his enim licet prædia in ſolutum dare creditoribus, quæ emptorem non inveniunt, & quidem ea prædia, quæcunque creditoribus meliora viſa fuerint, nunc datur tunc pœnitentiæ locus: demum bonis nec ii verè cedere cenſentur, qui aliàs à metu carceris liberi ſunt, ut ii, quorum fortunæ peſſimâ fortuna everſæ ſunt, item quorum debitores juri incarcerandi renunciarunt: item fœminæ honeſtè viventes, Nobiles, Doctores, Clerici, Milites, & omnes ii, qui jus competentiæ habent: id eſt, in id ſaltem quod facere poſſunt, tenentur *vol.5.d.5.l.*ff.2.3.

Cedere bonis nequeunt etſi maximè velint, primò, debitores, de quorum debito nondum liquet: 2. illi, qui bonis ideò cedere volunt, ut ita inhabiles facti munera publica evitent: 3. illi, qui ad factum, id eſt, ſcribere librum fodere foſſam, ac ſimile obligati ſunt: 4. illi, qui beneficio huic renunciarunt: 5. illi, qui inducias moratorias (quæ ut plurimum quinque annorum ſpatium erant) à potiore creditorum parte conceſſas acceptarunt: 6 Decoctores, id eſt, Banckeruptores, qui & graviter puniendi ſunt, uti & Dilapidatores, & ſimiles, deniq; ob mulctam propter delictum impoſitam

bonis

Digitized by Google

bonis quis cedere non poteſt *volum.5.d.5.* *l.ff.3 4.*

Ceduntur autem bona creditoribus, & quidem primò etiam invitis: 2 inducias quinquennales dare debitori volentibus: 3.& ipſis pauperibus exiſtentibus *vol.5.d.5 l.gg.1.*

Ceſſionis materia, circa quam ceſſio verſatur, ſunt omnia debitoris cedentis bona, excuſſo uſque ad ultimum quadrantem debitore, ita quidem, ut ſi vel unicum denarium debitor ſibi reſervarit, ceſſionem non valere velint, nec excipiuntur bona Emphyteutica: filius item ſi bonis cedat, & peculio caſtrenſi, & pagano cedere debet *vol.5.d.5.l.gg.2.*

Cedenti bonis primò relinquendæ ſunt veſtes panniculares, & quotidianæ: 2. inſtrumenta artis quibus victum, & amictum ſibi quærit: 3.feudum etiam, uſusfructus, & Emphyteuſis Eccleſiaſtica à cedente bonis retineri poſſunt: 4. bona jam uni obligata pignori, non rectè etiam in commune creditoribus ceduntur: ubi de omnibus pulchrè *vol.5.d.5.* *l.gg.1.3.*

Ceſſio parentis non nocet filio in ſuis, & ècontra, niſi filius ſolum peculium paganum habeat *vol.5.d.5 l.gg.3.*

Ceſſionis forma hodie conſiſtit in ſola voluntatis profeſſione, quæ etiam per nuntium, vel per epiſtolam declarari poteſt, nec refert in juréne, an extra jus illa fiat, forte etiam creditoribus abſentibus, in qua ceſſione ignominioſi ritus apud multas Italiæ urbes obſervantur. Secundò debet cedens omnia ſua bona creditoribus indicare, præſtito etiam ſuper hoc juramento, quod ita neceſſarium, ut niſi fiat, ceſſio minimè admittatur: 3.Si ſolidum creditores non conſequantur, ipſe cavere debet, ſe, ſi ad meliorem fortunam pervenerit, ſatisfacturum, quantum facere poteſt *vol.5.d.5.l.gg.4.*

Ceſſionis finis eſt, ut debitor ſe à moleſtiis creditorum, tùm carcere publico, & aliis injuriis, & vexationibus liberet *vol.5.d.5.l.hh.1.*

Ceſſionis effectus eſt, quod debitorem primò, ut is ſe per illam liberet à pœna carceris, ab omni corporali cruciatu, & ab excommunicatione: ſecundò, ut evitet infamiam: tertiò, quod præcipuum eſt, ut hinc habeat exceptionem ceſſionis, ubi pulchrè de hac exceptione: quartò, quod licèt quandoque ob bona poſt ceſſionem acquiſita denuò conveniri poſſit, ut debeat, tamen in id ſaltem, quoad facere poteſt, condemnari *vol.5.d.5.l.hh 2.3.*

Ceſſionis effectus contra cedentem ſunt primò, quòd cedens fiat incapax publicorum bonorum, & dignitatum: ſecundò, quòd diſſolvatur ſocietas, quam cum aliis coiit, tertiò, quòd poſt ceſſionem agere non poſſit cum ſuis debitoribus, ſed ipſis creditoribus jus ſit conveniendi debitores debitoris ſui: quartò, quod arbiter, in quem bonis cedens cum alio jam compromiſit, non cogatur ſententiam dicere *volum.5. d.5.* *l.hh.3.4.*

Ceſſionis effectus reſpectu creditorum ſunt: primò, quòd poſſeſſio bonorum præſentium, quibus ipſorum debitor ceſſit, voluntate Domini quaſi per traditionem in ipſos transferatur: ſecundò, quod iisdem jus ſit quantum poſſint bono-

Digitized by Google

bonorum debitoris conquirendi, & vindicandi, item conficiendi bonorum inventarium, ne quid forſan in eorum detrimentum ſubtrahatur: tertiò, quod, quia non cogitur unus ex creditoribus ſolus bona capere cum onere ſolvendi cæteris, poſſint conſtituere curatorem bonorum, qui ipſis, quorum intereſt, rationem adminiſtrationis ſuæ reddat, non illi, qui bonis ceſſit, quamvis ſi quid poſt plenam ſatisfactionem creditoribus ſuperſit, id cedenti reddere debeat: atque hic bonorum curator poteſt contra cedentis debitores utiles actiones exercere, item procurare, ut bona ceſſa veneant nomine creditorum, ſub haſta ſcilicet publica, pluſque offerenti addicantur, pretiumque ex venditione redactum inter ipſos dividatur pro rata crediti; ſic tamen, ut ſi qui ex iis hypothecarii, vel privilegiati ſint, illi hypothecas, & privilegia ſua ſalva habeant: ex quo conſequitur creditores bona ceſſa inter ſe dividere, & jure dominii poſſidere non poſſe; quod adeò verum, ut licet creditores longo tempore bona illa poſſederint, petitorem tamen præſcriptione ſubmovere nequeant, cum titulo, ſive juſta cauſa deſtituantur, quæ in uſucapione, & præſcriptione neceſſaria eſt: Si tamen nullus emptor acceſſerit, poterunt impetrare creditores, ut ſibi dominium bonorum ceſſorum addicatur *vol.5.d.5.l.*hh.4.

Ceſſioni contraria ſunt, primò, ſingula, ea, quæ impediunt, quò minus debitor ea utatur: ſecundò, ſtatuta municipialia quarundam urbium, & provinciarum, quibus hoc beneficium caſſatum eſt: tertiò, revocatio, nam ante diſtractionem bonorum pœnitere, & ceſſionem revocare licet, modo cedens offerat ſolutionem ſufficientem, & certam *vol.5. d.5.l.*hh.4.

Ceſſioni affinia ſunt, primò, Datio bonorum in ſolutum, quæ emptorem non inveniunt: ſecundò, Beneficium ſcilicet cujusdam de bonis Senatorum diſtrahendis per curatorem: tertiò, Beneficium Novell.135. debitoribus ſolo fortunæ vitio decoquentibus conceſſum; quartò, Induciæ moratoriæ, debitori ad reſpirandum indultæ: quintò, Pactum debitoris cum creditoribus de parte debiti remittenda *volum.5. d.6. l.*ii.1.

Cenſiticius, aut cenſualis contractus vide Emphyteuſis.

Cenſores de alimentis omnibus provideant, cibos noxios interdicant, abigant, annonam procurent, ad hanc publica granaria conſtruant, in neceſſitate exportationem vetent, & cives ſuperflua ſibi vendere cogant *volum.4. d.22. l.*xxxx.4.

Cenſores ſanitatem maximè procurent, quapropter circumſpiciant inprimis munditiem publicorum locorum, inſtructionem Pharmacopolarum, & ordinationem Medicorum *volum.4. d.22. l.*xxxx.4.

Cenſura in republica res omnino neceſſaria eſt, & olim etiam utiliſſima. Quid enim melius, quàm ut cenſores conſtituantur, qui ad mores cujusque, & regimen privatum attendant: ejusque ſunt duę partes, cenſus, & correctio *vol.4. d.22.l.*xxxx.3.

Cenſu-

Digitized by Google

Cenſuræ cenſus eſt pars prima, qua exploratur civium ortus, ſeu generatio, educatio, conditio, ac differentia: in illa conſiderantur hæc tria potiſſimum, primò ne matrimonium niſi perſonæ habiles, & idoneæ, & quidem legitimo modo ineant: ſecundò, ne concubitus illiciti impunè concedantur: tertiò, ne mulieres gravidæ vel abortum protervè cauſent, aut per cincturam nimis ſtrictam, aut per ſaltationem immodicam, aut per variorum ciborum ingurgitationem, aut per conſternationem ſubitam: vel fœtus enecent, aut abigant, vel editos exponant, aut abjiciant. *vol.4.d.22.l.*xxxx.4.

Cenſuræ altera pars eſt coërctio, cohibitio, mandatum: eſtq; hæc coërctio duplex Eccleſiaſtica, & politica: illa cives cogit ſingulos ad conciones ſacras diligenter audiendas, & omni pietatis generi, & operi ſtudendum *vol.4.d.22.l.zzzz.1.*

Cenſura, ſeu coërctio politica emendat mores pravos, externos, tùm luxum civium: in quo laſcivia, libido, ebrietas, jurgia, & lites, mendicitas, luſus turpes, choreæ eradicentur, abigantur *vol.4.d.22 l.*zzzz.2.3.

Cenſura quoque luxum coërcere debet impediendo pecuniæ, ædium, conviviorum, & veſtium abuſum *vol.4.d 22. l.*zzzz 3.

Cenſus conditionis, & differentiæ in his præcipuè ſpectatur, ut facultas, nempe uniuscujusq; opum potentia, & modus: Secundò ætas, nempe aptitudo ad bellum, aut res ſeu ſuas, ſeu publicas adminiſtrandas: Tertiò ſtatus, nempe an quis ſit civis, an peregrinus, plebeius, patritius, aut nobilis in tabulas relatis uniuscujusq; conditio, & ſic Reipublicæ conditio tacitè percipi, & intelligi queat *vol.4.d.22 l.*xxxx.4. *& ſeqq.*

Cenſus ordinis verſatur circa Familias, & Collegia in Urbibus, & Pagis inſtituendis, ordinandis, & conſervandis, ad Concilia quoque ritè habenda plurimum conducit. Ex cenſu autem numeri conſtare poteſt de potentia Reip. de annonæ, & rei frumentariæ quantitate neceſſaria procuranda *vol.4.d.22 l.zzzz.1.*

Cenſus quoq; circa mortem, & ſepulturam adhiberi debet; nempe ut Cenſores videant primò, quinam ſint ſepeliendi: ſecundò, ne ornamenta, pecunia &c. cum corporibus condantur: tertiò, ne cadavera nimis citò efferantur, nec nimis diu ſerventur in ædibus: quartò, ut matutinis potius, quàm pomeridianis horis deferantur: quintò, ut cadavera ita terræ imponantur, ut citò putreſcere poſſint: ſextò, ut ſepulchrorum violatores ſeverè coërceantur: ad hæc pertinent inſpectio pompæ funebris, apparatus, cæremoniarum, rituum, luctus *vol.4.d.22. l.zzzz 1.*

Cenſus modò ſubjectionis, modò protectionis, modò libertatis ſignum eſt *vol. 6.d.3.l.Ff.3.*

Certa res non ſimpliciter, ſed per relationem ad alia, nullo modo incerta dicenda eſt *vol.7.d.7.l.ee.4.*

Certior non eſt certiorandus *vol.5.d.8. l.qq.2. vol.7.d.5.l.x.2.*

Certa quando aliquis in obligatione exprimit, ad quæ teneri velit, tunc declarat, quod in aliis obligari nolit. *vol.6 d.3. l.Ff.2.*

Charitas incipit à ſeipſo *vol.2.d.18.l.T.1. d.24. l.DD.2.3.4. EE.1.3. vol.3.d.5. l.gg.3.*

*vol.5.d.*10.*l.*uu.2.*vol.6.d.3.l.*Dd.4.*d.*16.*l.* Eeee 2.

Chirographum poſcat creditor, caveat tamen ne id clauſulis nimiis, & inſoliris oneret: hæc autem clauſula quæ artexitur pro me, & hæredibus meis omnino ſuperflua videtur: poteſt tamen Chirographo ſpecifica nummorum ſolutio imponi ita, ut aliâ moneta debitor ſolvere non poſſit: ubi pulcrè *vol.5.d.8.l.*pp.1.2.3. vide Hypotheca, Creditor, Debitor.

Chirographo debitori, à Creditore reddito, debitor vi taciti pacti liberatur, quod ſi uni ex pluribus debitoribus reddatur, accipiens rantùm liberabitur, ac Creditoris Procurator in reliquos debitores cenſebitur conſtitutus, modo aptus litibus, & pauper omninò ſit *vol.1.d.7.l.* ee.4.ff.1.

Chiromantici non ſunt ferendi: tamen ſi quem furem, latronem &c. dicant, injuriarum accuſari non poſſunt *vol.4.d.*19. *l* rrrr.3.

Choreæ ſi leves non ſint, aut obſcœnæ, permitti poſſunt *vol.4.d.*21.*l.*zzzz.3.

Chriſtiani omnes ſunt cives Romani, & fratres, nec capti vinculo ſervitutis circumligantur *vol.3.d.*10.*l.*A.3.

Chriſtiano homini ob rerum ſuarum defenſionem in judicio agere licet *vol.3.d.*15.*l.*Q.3.

Cingendus habetur pro cincto *vol.4.d.*9.*l.*nn 3.

in Circulos nunc Imperium diviſum eſt, quod eſt modus ordinis expeditus *vol.2.d.*3.*l.*g.3.

Circuli Imperii olim ſex, nunc decem ſunt *vol.2.d.4.l.*ee.3. *d.*7.*l.*yy.3. *vol.4.d.*1.*l.*)()(.1.*d.*2.*l.*l.2.9.*vol.5.d.*28.*l.*pppppp.3.

Circuli Imperii ideò inſtituti ſunt: primò, ut eſſet, unde Senatus Imperii, qui olim ſumma cum authoritate jus dicebat, ſuppleretur: ſecundò, ut paci publicæ conſuleretur, monetæ probarentur, & reprobarentur, leges Imperii, latæq; ſententiæ executioni demandarentur. Nam circulorum conſilia nullam ferè jurisdictionem, ſed deliberationem duntaxat de modo executionis, & ordinanda re bellica, auxiliisque manu armata expediendis habent: demum uti eſſent communia conſilia, quibus crebræ de finibus, & juribus inter Status controverſiæ exortæ finirentur *vol.4.d.1.l.*)()(.1.*vol.5.d.*28.*l.*pppppp.4.

Citatio omnis nomen citantis, citati, terminum, locum, & cauſam continere debet *vol.2.d.6.l.*kk.2. *vol.5.d.*29.*l.* qqqqqq.2. non tamen debet fieri ad unumquemque actum, ſed ſufficit generalis ad totam cauſam, alii ramen diſtinguunt inter locum remotum, & propinquum *vol.7.d.8.l.*ll.1.2.

Citatio vitioſa uti reum non obligat, ita nec eidem ad excipiendum prodeſſe debet *vol.2.d.*27.*l.*KK.3.

Citationem vitiat error nominis in judice, citationem impetrante, & citato *vol.7.d.8.l.*ll.1.2.

pro Citato legitimè habetur is, qui vel per ſe, vel per alios quoque modo impedit, ne citatio ad ſe perveniat, aut aliàs citatio eò loci affixa ſit, ubi veriſimiliter ad notitiam citati pervenire poſſit, ita ut non ſit amplius citandus, ne ad ſententiam quidem definitivam *vol.2.d.*29.*l.* OO.4.*vol.7.d.8.l.*ll.1.

ubi Citantur plures, omnium nomina, exce-

exceptis Univerſitatib. exprimenda ſunt *vol.7.d.*8.*l.*ll.2.

Citatio in criminalibus Judiciis realiter fit, id eſt, per capturam perſonæ *vol.*5.*d.*2.*l.*k.4.

Citatio nulla litiſpendentiam non inducit *vol.*3.*d.*2.*l.*l.1.

Citationem partis adverſæ Commiſſarii ad ocularem rei inſpectionem demandati omittere nequeunt *vol.*3.*d.*1.*l.*dd.1.

Citare etiam Judex delegatus debet: addunt alii debere eum inſerere tenorem ſuæ delegationis, quidam negant eum per Edictum citare poſſe *vol.*7.*d.8.* *l.*mm.1.

Citari debet pars adverſa in examine teſtium ad perpetuam rei memoriam, aliisq; probationibus faciendis, quæ præjudicium alteri pariunt: item in conceſſione privilegiorum, quæ tertium prægravant *vol.*3.*d* 5.*l.*dd.1.

Citatio in omnibus cauſis tàm criminalibus, quàm civilibus fieri poteſt quæ cognitionem cauſæ requirunt *vol.*7.*d.*8. *l.*ll.1. excipiuntur à quibusdam Summariæ perperam, ſed benè tributorum, & aliarum functionum Fiſcalium *ibid.* & læſæ Majeſtatis *ibid.*

Citandi ſunt in omni actu judiciali, & extrajudiciali hi, quos res tangit, & quorum intereſt *vol.*3.*d.*5.*l.*dd.1.*vol.*7.*d.*1.*l.*b.1. præſertim in præjudiciali *ibid.*

Citationem in Notoriis omitti poſſe quidam ſentiunt *vol.*6 *d* 1.*l.*C.1.*&*2. alii negant *vol.*7.*d* 8.*l.*ll.1.

Citatio eſt actus, quo quis authoritate Judicis juris experiundi cauſa in judicium vocatur, hæc judiciarii ordinis principium eſt, nec omitti poteſt. *vol.*3.*d.*15.*l.* Q.4. & ſine citatione judicans nulliter judicaſſe dicitur. *vol.*6.*d.*1.*l.*C.1. nec à Pontifice, aut Cæſare de plenitudine poteſtatis omitti poteſt, ut etiam ſtatutum in contrarium non valeat *vol.*7.*d.*8. *l.* kk.2.

Citatio eſt realis, vel verbalis, illa fit manu injecta reo comprehenſo ſolita plerunque in cauſis criminalibus, rarò in civilibus, ubi ſcilicet de fuga ſuſpectus reus, vel alia urgens jubet ratio. Hæc fit verbis, vel litteris, iisque Reo per viatorem, vel ſi ſubditus non ſit, in ſubſidium traditis, ſeu domum miſſis, aut publicè affixis, quas edictum vocant *vol.*3.*d.*15.*l.* Q.4. *vol.*7.*d.*8.*l.*kk.3. realem non committunt niſi judices majores, & habentes ſaltem mixtum Imperium, & ordinariam juriſdictionem *ibid.* Dicitur & alia privata, alia publica, hæc fermè edictali comparatur, illa fit verbis, quæ etiam citatio in faciem dicitur, & fit vel reo, vel eo abſente, domeſticis aut vicinis: privata fit quoq; litteris *ibid.*

Citatio realis nec poteſt fieri in domo propria, (cauſis criminalibus exceptis) nec conducta, nec adjudicata ex primo decreto, nec caſa paſtorali, nec ſtabulo, domui contiguis, vel continuis, multo minus Eccleſia, in qua nec verbalis fieri poteſt *v.l* 7.*d.*8. *l.*kk 3.

Citari realiter nec miles in expeditione, nec Clericus, nec Doctores, Licentiati, aut Profeſſores Academiarum, nec horum uxor, aut liberi poſſunt. Poëtæ tamen, & Muſici poſſunt *vol.*7.*d.*8.*l.*kk.3.

Citatio ſcripta comprehendat judicis, & litigantium nomina, cauſam, locum judicii, & diem audiendæ controverſiæ deſti-

Digitized by Google

deſtinatum: ad aliam cauſam igitur citatus reſpondere non cogitur: locus ſit honeſtus, tutus, in territorio jus dicentis: dies, ſeu terminus debet eſſe juſti ſpatii: pro ratione diſtantiæ locorum judicii, & domicilii citati, ideoque id ferè ab arbitrio judicis hæret: ſi trina, vel vice omnium una peremptoriâ citatione facta Reus nullo allegato legitimo impedimento non compareat, contumaciæ arguitur, & ne judicia luſoria fiant, cogendus eſt, ut ſeſe præſentet, mulctam ſolvat, retardati proceſſus expenſas refundat, aut immiſſionem ex primo, & dein ſecundo decreto patiatur *vol.* 3. *d.* 15. *l.* R. 1. *vol.* 7. *d.* 8. *l.* kk. 4. ll. 1. 2. 3. dies verò currunt non à die citationis decretæ, ſed inſinuatæ *ibid.* ll. 3.

Citatio alia eſt dilatoria, alia peremptoria, ad hanc requiritur trina, vel in una tantùm temporis, quantum tres conficiunt *vol.* 7. *d.* 8. *l.* kk. 3. 4. Judicis etiam ad præſentem reum monitio locum peremptoriæ habet *ibid.*

Citatus ab ordinario, & competente judice omnino comparere debet *vol.* 4. *d.* 27. *l.* O. 3. tamen ad perſonaliter comparendum cogi non poteſt, maximè ſi mittatur Procurator ad certos caſus, in quibus perſonalis comparitio neceſſaria eſt mandato ſpeciali inſtructus *ibid.*

Citatio & alia datur per edictum regulariter prohibita, & non niſi contra reos incertos *vol.* 7. *d.* 8. *l.* ll. 1.

Citationis effectus eſt comparitio *vol.* 4. *d.* 27. *l.* O. 3. *vol.* 7. *d.* 8. ll. 3. 4. vel in perſona, vel per procuratorem *ibid.*

Citationis plurium effectus eſt, ut ſi aliqui emaneant, nihilominus præſentes poſſint actum perficere *vol.* 7. *d.* 1. *l.* b. 1.

Citationi, ſi extra territorium, vel ſupra jurisdictionem fiat, impunè non pareretur *vol.* 5. *d.* 3. *l* t. 1. ſed tamen ſi incompetentia citantis non ſit notoria, citatus debet comparere, & declinatoriam opponere *vol.* 7. *d* 8. *l.* ll. 3. 4.

Citari extra territorium aliquis poteſt vel per nuntium, vel per judicem rei ſitæ, vel quod tutiſſimum eſt, per edictum *vol.* 7. *d.* 8. *l.* mm. 1.

Citantibus duobus ex tribus Commiſſariis, & dubitantibus de tertii irrequiſiti excuſatione, & impedimento, citatio non arctabit citatum ad comparendum niſi expreſſum ſit in citatione, ac mentio facta de tertii excuſatione, atque ſic citatus reddatur dubius: quo caſu tenetur comparere aliàs non, multominùs ſi citata pars certo ſciat, tertium ſe non excuſaſſe, tenebitur ad comparitionem *vol.* 5. *d.* 11. *l.* eee. 2.

ex Citationis facie, ubi ex parte citantis aliquis defectus jurisdictionis notoriè, tunc citatio ſperni poteſt *vol.* 5. *d.* 11. *l.* eee. 2.

Citantibus duobus ei parendum cujus literæ citatoriæ prius ſunt inſinuatæ: ſin dubia ſit intimationis prioritas, ſic procedendum erit: aut enim citatio ſuperioris, & inferioris concurrit, & ex antecedentibus conſtat, illum huic præferri niſi in diverſis cauſis ab uno in teſtem, ab altero in cauſa, vel articulo, qui per procuratorem expediri poteſt, quis citatur, tunc coram illo in perſona, coram hoc per Procuratorem compareat. Aut partes circa unam, eandem cauſam concurrunt, omninò præferendus erit, qui

citatio-

citationem prius commiſit, aut ſi res adeo dubia, perplexa, & intricata eſt, ſorte dirimenda *vol.5.d.11.l.*eee.3. aut citatus etiam uni præ altero gratificari poteſt, ſi planè in eandem diem citatus ſit, quod ſi coram neutro compareat, ab utroq; punietur *vol.7.d.8.l.*ll.4.

ex Citatione ſolummodò legitima juriſdictio prævenitur & perpetuatur *vol.5.d.11.l.*eee.3.*d.34.l.*V.4.*vol.7.d.8 l.*ll.4.

Citari nequeunt, qui prohibentur, & quidem alii propter publicum munus, alii propter religionem, alii propter incapacitatem prohibentur *vol.7.d.8.l.*mm.2.3.

Citatio legitima etiam in forma extrinſeca ſcilicet executione, relatione, ejusque in actis annotatione conſiſtit *vol.5.d.11.l.*eee.3.*vol.7.d.8.l.*kk.4.

Citatione interrumpitur præſcriptio, nec hic diſtinguendum inter præſcriptionem 10, 20, vel 30 annorum *vol.5.d.34.l.*V.4. alii tamen ad hoc litis conteſtationem neceſſariam contendunt, alii inter præſcriptiones brevioris, & longiſſimi temporis, ut in hoc valeat, in illo non diſtinguunt *vol.7.d.8.l.*ll.4.

per Citationem inducitur litispendentia *vol.5.d.34.l.*V.4.*vol* 7.*d.8.l.*ll.4. adeò ut citatus ab uno judice, poſtea coram altero citante reſpondere non teneatur *vol.7.d.8.l.*ll.4.

Citatio rem litigioſam facit *vol.7.d.8.l.*ll.4.

Citatio ſemper ita concipienda eſt, ut citatus vel per ſe, vel per procuratorem compareat *vol.5.d.29.l* tttttt.2.

de Citationis ſibi commiſſæ executione referenti nuntio omnino credendum eſt *vol.5.d.30.l.*G.3. debet tamen plerumque eſſe juratus *vol.7.d.8.l.*kk.4.

Citatio, ſicut quælibet vox judicis faciens ad cauſam, eſt interlocutoria *vol.5.d.36.l.*DD.2.

Civitas olim non poſſidebat, ſed hodiè vel maximè *vol.7.d.7.l.*gg.3.

Civitatis jus, id eſt, erectionem urbis novæ ſolus Cæſar concedit *vol.2.d* 4.*l.*y.2.*d.9.l.*gGg.2.*vol.4.d.5.l.*r.4.*d.19.l.*nnnn.4.*vol.7.d.9.l.*pp.2.

ad Civitatis conſtitutionem non præciſè requiritur, ut in ea ſit Epiſcopus, etſi plerunq; in populoſis ita ſit *vol 2.d.4.l.*y.2.*d.9.l.*qQq.2.*vol.4.d.5.l.*r.4.

Civitatis cujusque jus ex lege, more, & conſuetudine definiendum *vol.6.d.8.l.*Ddd.4.

Cives olim etiam Ruſtici dicti *vol.2.d.8.l.*Ddd.4.

Civis ut aliquis ſit, ſeu ad civilitatis eſſentiam requiritur habitatio in ipſa urbe *vol.2.d.6.l.*uu.3.*vol.3.d.5.l* hh,2.

Civis, vel municeps duarum urbium quis eſſe poteſt *vol.2.d.6.l.*uu.3.*vol.3.d.5.l.*hh.2.

Civis ad onera tenetur, nec propriè civis dicitur, qui onera non ſuſtinet *vol.2.d.6.l.*uu.3.*vol.6.d.8.l.*Ddd.4.

Cives ſoli ſunt, qui caput in civitate habent, reliqui pro nullis cenſentur, nec aut jure civili, aut prætorio, aut extra ordinem computantur *vol 3.d.*10.*l.*B.4.

præter Civem Romanum nemo ad ſucceſſionem admittitur *vol.3.d.*10.*l.*B.4.

Civis pro debito Civitatis, quæ ſe, ſuosque, ſua, ſuorumque bona (ut fieri conſuevit) ſolenniter obligavit, arreſtari, & detineri poteſt, & quidem non ſolùm

Digitized by Google

pro rata, & portione ſua, ſed etiam pro univerſo debito, ſi quidem damni, & intereſſe refuſionem à Civitate recuperare poteſt: neque ſolùm is qui tempore debiti contracti, jam verò deſiit eſſe civis, ſed etiam qui tempore debiti conflati nō fuit, jam demum effectus eſt civis: ſi quidem hic eâ conditione videtur receptus, ut pari cum reliquis jure utatur *vol.5.d.4.l.*aa.2.

Civium nomen collectivum eſt, plures perſonas & corpora, etiam futuros cives continens *vol.6.d.3.l.*Cc.2.

Civitatis jus licet civibus Domino etiā invito reſignare, alioq; domicilium ſuum corporaliter transferre *vol.5.d.30.l.*D.2.

Cives recipiendi jus, civilitatemq; donandi non eſt de reſervatis principis, ſed ipſis civitatibus, vel eorum antianis, & decurionibus competit *vol.2. d.6. l.*uu.3. *vol.4.d.5.l.*vv.3. *vol 6.d.3.l.*Cc.3.

Cives, vel ſubditos alienos in Cives aliarum civitatum recipere tunc vetitum eſt, cum, & quamdiu cives, & ſubditi alterius ſunt, alterius in terris degunt: quòd ſi verò antiquo Domino renunciarunt, & corporaliter ſe aliò transtulerunt, tunc illos recipere non eſt prohibitum: licetq; civi etiam invito Domino jus civitatis reſignare, & aliò, quò libuerit, migrare. Datur autem Domino actio ad vindicandum ſubditum, qui migravit, aut Dominus poteſt illum ſubditum revocare, aut ſane pro migrationis, & dimiſſionis jure mulctam poſcere *vol.2.d.6.l.*uu.3.4. *vol.6.d.3.l.*Cc.3. hi cives Pfalburgeri appellantur, id eſt, falſi cives, *ibid.*

Civis propriis ſumptibus non tenetur Principem ſuum ſequi ad bellum, niſi Princeps idoneos reditus non habuerit, vel Reipublicæ neceſſitas id exegerit *vol.4.d.2.l.*n.1.

Civitatem hominibus implere Reip. intereſt, & civitatem frequentia populi augeri præcipuum eſt ejus ornamentum *vol 6.d.3.l.*Cc.3 *d.16.l.*Ecc.2.

Cives legibus patriis ita obligantur, ut non ſolùm rebus ſuis, ſed ne quidem ſeipſis abuti poſſint, facta prohibitione, ne domicilium aliorſum transferant, & ne ſine venia aliorſum peregrinentur, nedum jus alienæ civitatis capiant; jus tamē civitatis reſignari poteſt *vol.4.d.5.l.*u.4.

Civitatis jus eſt jus, & poteſtas utendi, fruendi commodis, privilegiis, ac libertatibus Civitatis *vol.5.d.17.l.*eeee.1.

Civitatis jus, qui conſequitur, vocatur aliàs incola, inquilinus, cooptatus, aſſumptus, vel receptus *vol.5.d.17.l.*eeee.1. & largo modo civis dicitur incola, qui ad omnia ea tenetur, ad quæ civis: vide Incola. *vol.6.d.8.l.*Eee.1.

Cives peregrinos, & extraneos recipere an utile ſit, variant politici: illud tamen ex moribus, natura, ingenio illorum, quibus nocere, vel prodeſſe poſſunt Civitati, æſtimari poſſe putatur *vol.5.d.17.l.*eeee.1.

Clavium traditio, modo illa in conſpectu ædium, vel horrei perficiatur, poſſeſſionem inducit *vol.3.d.3.l.*t 2. *vol.7.d.7.l.*ff.3. debet tamen præcedere juſtus titulus, aliàs non poſſeſſio, ſed cuſtodia tradita cenſebitur *ibid.*

Clavium oblatio, vide Territorialis ſuperioritas.

Clementiam, ſecundùm juſtitiam, Princeps etiam conſectari debet, ita tamen ne nimia indulgentia ſubditos ad ſcelera

ſcelera excitet *vol.4.d.2.l.*g.1.2.*d* 5.*l.*t.3.4. *vol.6.d.*8.*l.*Fff 4.Ggg 2.

Clericus in ſuis propriis bonis eſt inſtar laici *vol.*5.*d.*42.*l.*CCC.1.

Clericus feudum novum accipere poteſt *vol.*2.*d.*15.*l.*I.4.*vol.*5.*d.*42.*l.*EEE.2.*d.*43.*l.*QQQ.1.

Clerici in feudis ordinariè non ſuccedunt: in tantum, ut ſi quis feudum habeat, & dein Clericus fiat, illud dimittere teneatur *vol.*2.*d.*6.*l.*rr.4.*d.*20.*l.*X.2.3. *vol.*5.*d.*28.*l.*iiiiii.3.*d.*39.*l.*KK 1.*d.*43.*l.*QQQ 2.*d.*42.*l.*GG.2.3. quibus annumerant quidam ordines Equitum ſacros, quidam non *ibid.*

ad Clericos jus feudale extenditur, & Pontifex ipſe Eccleſiaſticas perſonas ad Dominos feudi quantumvis laicos remittit *vol.*5.*d.*42.*l.*YY.3.4.

Clerici in feudis eodem jure, & pari firmitate obligantur *vol.*1.*d.*3.*l.*r.3.

Clerici medicinam exercere non poſſunt *vol.*1.*d.*5.*l.*22.2.

Clericus emptor coram judice ſæculari, ſub quo res ſita eſt, conveniri poteſt: trabitur enim hoc caſu nō perſona, ſed res in judicium *vol.*1.*d.*12.*l.*zz.4.*vol.*3.*d.*1.*l.*h.2.*d.*3.*l.*q.4.r.1.*d.*5.*l.*ff 1.2.4.*vol.*5.*d.*15.*l.*nnn.3.

Clerici à ſanguinis judicio arcentur *vol.*1.*d.*2.*l.*l.2.*d* 13.*l.*F.4. *vol.*2.*d.*7.*l.*cCc.2.*d.*9.*l.*sSs.4.*d.*18.*l.*P.3.*d.*22.*l.*BB.1.

Clerici à mercatura arcentur *vol.*1.*d.*13.*l.*I.2.*vol.*3.*d.*5.*l.*ff.1.

Clericorum perſonæ etiam in principū territoriis exemptæ ſunt *vol.*2.*d.*3.*l.*m.2.

Clerici in corpore, & in ſanguinis pœna à Laicis puniri non poſſunt: nec itidem conveniri poſſunt, niſi in foro Eccleſiaſtico, etſi juramento renunciârint huic privilegio, quamvis aliud ſtatuat jus civile *vol.*2.*d.*4.*l.*x.4.*d* 28.*l.*NN.4.*vol.*3.*d.*3.*l.*yy.1.*vol.*5.*d.*15.*l.*nnn.2.000.1.*d.*30.*l.*B.1.*d.*34.*l.*V.2.3.*d.*42.*l.*YY.3. Sic in Laicum juriſdictionem prorogare non poteſt *vol.*7.*d.*6.*l.*bb.2. quid jus civile de hoc ſtatuat. vide *ib.* Fridericus 2. videtur canones confirmaſſe *ib.d.*8.*l.*ll.4. in cauſis tamen feudalibus reconventionis & iis delictorum, quibus apparet eum à ſuo judice nullo modo emendari poſſe, à Laico judicari poterit *ibid.*

Clerici nolentes ſe excuſare, tutores volentes eſſe poſſunt *vol.*2.*d.*6.*l.*ss.1.

Clericorum in cauſis non ſpiritualibus nulla eſt juriſdictio *vol.*5.*d.*42.*l.*YY.4.

Clerici à Vectigalibus ſolvendis exempti ſunt, pro ſuis rebus, non pro iis, quas forte negotiationis cauſa portarent, cum ea ipſis interdicta ſit, ſeu eam exerceant per ſe, ſeu per alios, adeo, ut ſi non ſolvant, in foro ſæculari conveniri poterint *vol.*2.*d.*7.zz.3.kKk.3.*vol.*3.*d.*5.*l.*ee.4.ff.1.2. vide Vectigalia.

Clericos ab oneribus perſonalibus, & ſordidis primò fecit immunes Conſtantinus Magnus, deinde fuit illis conceſſum agros, & bona poſſidere hac tamen lege, ut ad penſitanda Fiſcalia perurgeri poſſent: poſtremò Pontifices omninò exemerunt *vol.*7.*d.*6.*l.*dd.2.

Clericum qui pulſat ſacrilegus dicitur (quem ſi in loco, & actione ſacra offendat, capitalem expectat ſententiam) & excommunicatur, & quidem eo ipſo dum impias Clerico infert manus, præter pœnas politicas (circa quas, ſi judices ſeculares juſtitiam denegaverint, Clerici ſuos malefactores ad ſuum judicem

dicem

dicem trahunt) in canonem latæ ſententiæ incidit *c.14. de ſententia excommunic.* & urbi, quæ Præſules ſuos interemit, Epiſcopalis dignitas detrahitur. Atque omnino injuria Clerico illata, atrox exiſtimatur, imò ea eſt eorum inviolabilitas, ut in bello quoque tuti eſſe debeant, imò honor ipſorum tutus præſtari debet à conviciis. Quæ omnia procedunt dummodo Clerici rebus divinis, uti par eſt, vacent; qui enim officiis divinis non defunguntur, Eccleſiaſticorum privilegiis non gaudent. Tamdiu, inquam, gaudent privilegiis quamdiu ſervant, ea, quæ ſunt profeſſionis, & ordinis eminentiam vitæ ornat innocentiâ. Ceſſant ergò iſthæc privilegia, ſi Clericatum deſerant, & ab Eccleſiæ unitate diſcedentes, eamq; perturbantes à ſæculari poteſtate coërcentur: ceſſant itidem, ſi negotiis ſæcularibus (quorum tamen peritiam habere debent, ut ſua tutela Eccleſias ſervent indemnes) ſe immiſceant: ſi habitu dedecente uſi Clerici eſſe ignorentur, præſertim vero ſi arma ipſi capiant, ſi alios offendant, unde ſi quis Clericum vim ſibi inferentem repellat, vel lædat, jure defenſionis excuſatur, etſi eum occidat, eo uſque, ut etiam Papam vim inferentem hoc jure trucidare liceat. Denique ſi in prælia, quos lubet, in perniciem aliorum arment *vol.2.d.7.l.*kKk.2.3. *d.28.l.*NN.3.

Clerici negotiis ſæcularibus ſe immiſcere non debent *vol.6.d.3.l.*X.3. vide in verbo Eccleſiaſticus. quod de privatis intelligendum, qui regulariter nec territorium habere poſſunt, nec alia ſecularia negotia tractare *vol.7.d.9.l.*nn.3.

Clerici etſi aliàs delinquentes mitius puniantur, ſcilicet in levioribus, tamen in crimine inventi, ob hoc ipſum, quod plurimum honoris ipſis delatum erat, magis pœnâ digni ſunt, & quò deteriùs Prælati in populis delinquunt, eò crudeliùs, quàm cæteri, puniuntur *vol.2.d.7.l.*kKk.3.

Clerici, etſi ob id juramentum interpoſuerint, tamen à juriſdictione Epiſcopi ſui ſe eximere non poterunt, etſi vice verſa laici id poſſint *vol.2.d.9.l.*sSs.4.

Clerici ob atrox delictum degradantur, & ſæculari Curiæ dein traduntur, pro quibus tamē Clerus efficaciter intercedere debet, ut mitior circa eos ſentētia feratur, nec ſæculari judici dantur, niſi prius degradati *vol.2 d.9 l.*sSs.4.*d.*28. *l.*NN.4.

Clericorū pœnæ canonicæ variæ ſunt, cenſuræ, excommunicationis, depoſitionis, carceris perpetui, aut temporalis, ejusq; vel ſine catena, vel cum catena) quæ eſt comeſtio panis nudi, & potus aquæ ad certam menſuram, & certum tempus) item detruſionis in monaſterium, mulctæ pecuniariæ, quæ debet applicari ad pios uſus, interdicti, quo Clerico interdicitur exercitium officii ſui, privationis beneficii in totum, vel pro parte ad certum tempus, vel in perpetuum *vol.2.d.9.l.*sSs.4.

Clericorum depoſitio duplex eſt, aliàs degradatio dicta, una actualis, una verbalis: alla propriè degradatio dicitur, hæc fit per ſententiam Epiſcopi, eſtque præterea inter utramque hæc differentia, quòd per depoſitionem, id eſt, verbalem degradationem removetur tantùm Clericus ab honoribus, & clericali dignitate, ſalvo manente privilegio, & ordine, ſed

ſed in degradatione, id eſt, depoſitione actuali omnia amittit *vol.2.d.9.l.*rTr.1.

Clericus nec transfugas, nec latrones, nec hoſtes occidere poteſt, ſemper enim irregularitatem incurrit *vol.2.d.21.l.*B.3.

Clericus ſacra faciens ſi ab aliquo injuſtè per vim invadatur, poteſt intermiſſis iis vim vi repellere, & quàvis aggreſſorem cum juſto tamen inculpatæ tutelæ moderamine interficiat, ad ſacra reverti *vol.2 d.24.l.*FF.4.

Clerici ab injuria immunes ſunt: nam ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrit, qui dolo malo manus in ipſos injicit *vol.2.d.28.l.*NN.3.

Clericus quando pœna pecuniaria mulctatur, tunc ſententia in fructibus Decimarum executioni mandari ſolet *vol.6.d.3.l.*Hh.4.

Clericus ſi actor ſit contra Laicum, eligendi poteſtatem habet, coram quo judice an ſuo, an laico experiri velit: laicus tamen actor, clericum etiam in poſſeſſorio judicio coram laico judice convenire poteſt *vol.3.d.3.l.*q.4.r.1.

Clerici, qui reditus, & fructus ſuos etiam eos, quos ex beneficiis ſuis percipiunt, vendunt, negotiari non dicuntur *vol.3.d.5.l.*ff.1.

Clericorum coloni, aut qui fructus ipſorum ab ipſis emunt, à vectigalibus liberi non ſunt *vol.3.d.5.l* ff.2.

Clerici vectigalia conducere non poſſunt, nec pro conducentibus fide jubere, ſin laicum ſe mentiendo conduxerit, coram judice ſæculari non ſecus, ac Clericus negotiatur convenietur *volum.3.d.5.l.*ii.3.

Clerici jure Canonico pro nemine fidejubere poſſunt, ſecus jure civili *vol.7.d.6.l.*dd.4.

à Clericis, qui pedagia exigit, excommunicatur, Univerſitati autem interdicitur, donec exacta reſtituerint, & de transgreſſione ſatisfecerint, & quidem nulla præcedente monitione *vol.3.d.5.l.*rr.1.

in Clerici bona vacantia non Fiſcus, ſed Eccleſia ſuccedit *vol.6.d.2.l.*I.2.

Clerici ut foro, ita & apparitione, & executione carent, nec poſſunt eſſe judices in cauſis laicorum: ac Cęſares illis non jurisdictionem, ſed audientiam, id eſt, notionem in Clericos, & Monachos ſaltem tribuerunt: diſſident tamen Canoniſtæ, & Dd. communiter *vol.3.d.7.l.*yy.3.

Clerici læſæ Majeſtatis crimen non committunt, quia Principum ſubditi non ſunt *vol.4.d.6.l.*cc.4.

Clerici à Laicorum jurisdictione de jure communi ſunt exempti *volum.4.d.6.l.*cc.4.

Clerici, quatenus in rebus ſęcularibus, & quæ ad ſocietatis humanæ vinculum ſpectant, ſunt Magiſtratui ſæculari ſubjecti, etiam homagium ipſi præſtare tenentur *vol.5.d.17.l.*ggg.2.3.4.

Clerici in rebus ſecularibus ſunt Magiſtratui ſæculari ſubjecti *vol.5.d.17.l.*gggg.2.3.*vol.6.d.3.l.*T.1.

Clericorum exemptio, & immunitas diſtinguitur in generalem, totalem, & indeterminatam, quæ ſit juris divini, qualem tàm perſonarum, quàm rerum ratione Clericis Catholici tribuunt. Secundò in exemptionem ſpecialem, partialem, & limitatam, quæ eſt juris humani, & ex Principum piorum beneficio, ac privilegio in ordinem Eccleſiaſticorum deſcendens,

Digitized by Google

dens, quâ certis quibusdam in caſibus reſpectu perſonarum, vel rerum à publicis oneribus, ac ſubditorum officiis eximuntur, hanc Clericis dant Proteſtantes *vol.5. d.*17.*l.*gggg.2.3.

Clerici ad bellum conſcribi non debent *vol.5.d.*19.*l.*aaaaa.2.

Clerici à ſucceſſione regia excluduntur, ſi tales permaneant, poſſunt tamen togam deponere, & ſagum aſſumere *vol.5. d.*28.*l.*iiiii.3.

Clericus ſi laicum convenire velit, debet experiri apud judicem ſęcularem, nec tunc laicus tenetur ſequi ipſius forum *vol* 5.*d.*34.*l.*V.3.

Clericus cum ſæculari ratione feudi ſæcularis poteſt vocari ad tribunal *vol.5. d.*34.*l.*V.3.

Clericus de bonis, quæ ex fructibus beneficiorum, & præbendarum Eccleſiaſticarum collegit teſtari nō poteſt, de patrimonialibus verò, aut acquiſitis, vel ex artificio, vel ex officio liberè diſponere ipſi licet *vol.5.d.*35.*l.*BB.1. vide Teſtor.

Clericalis ſtatus ſemper Laicali præponitur *vol.2.d.*9.*l.*tTt.2.

Clerici mediati, id eſt, aliis ſubjecti, non agunt ad pœnas fractæ pacis, nec conveniuntur, agunt tamen ad reſtitutionem, & ad damna, & ſic alteratur proceſſus *vol.2.d.*18.*l.*S.1.

Clerici etſi generaliter à vectigalibus immunes ſint, tamen à gabellis, quæ pro reparatione murorum, viarum, pontium, ſic à Collectis, quæ pro Reipublicæ urgente neceſſitate exiguntur, liberi non ſunt *vol.3.d.*5.*l.*ee.4.ff.1.*vol.6.d.*8.*l.*Ddd.4.

Clericorum immunitates, & exemptiones introductæ ſunt jure poſitivo, & in poteſtate ſunt ejus, cujus ſummum eſt Imperium: ubi pulchrè *vol.*4.*d.*12.*l.*hhh.3.

Clerici quotieſcunque aliquid contra honeſtatem, ſtatúmve politicum attentant, ſine ullo fori privilegio, à Magiſtratu civili coerceri queunt *volum.*4. *d.*12. *l.*hhh.3.

Clerici tempore neceſſitatis ad urbis ſuę excubias, & cuſtodiam tenentur *vol.6. d.*3.*l.*T.3.*d.*8.*l.*Ddd.4.Eee.4.

Clerici ab omni ſæculari poteſtate in civilibus, & criminalibus exempti ſunt, & omnem publicorum onerum immunitatem habent, nec pro debito incarcerari poſſunt *vol.*4 *d.*17.*l.*ffff.1.2. *vol.5.d.*5.*l.*ff.3.

Clerici Principi ſuo omninò ſubjecti ſunt *vol.*4 *d.*17.*l.*ffff.1.2.*vol.5.d.*17.*l.*gggg.1. 2.3.4.*d.*20.*l.*ddddd.1.*d.*21.*l.*iiiii.2.3.

Clericus qui bona feudalia à Cæſare poſſidet, eique immediatè ſubeſt, inſtar ſæcularium in Camera litem excipere tenetur *vol.5.d.*30.*l.*K.2.

Clerici quoad verbi divini prędicationem, ſacramentorum adminiſtrationem, diſciplinæ Eccleſiaſticæ conſervationem nemini ſunt, niſi Deo, ſubjecti, & quoad hæc ſęculari Magiſtratui homagium præſtare non tenentur, quin potius Magiſtratus in hiſce ipſis ſubjacet, tanquam ovis paſtori *vol.5.d.*17.*l.*gggg.1.

Codicilli ſunt eorum, quæ in teſtamento teſtatoris deſunt, ſupplementum, & illis abſque ſolenni ſolennitate, id eſt, ſolenni ordinatione aliquid poſt obitum poteſt relinqui: minimè tamen ſimpliciter recepti ſunt, ſed ut peculiari tantummodo eis diſponere liceat, non verbis civilibus, aut directis, ſed tantum precariis, & per fideicommiſſum: quòd ſi tamen liqueat

Digitized by Google

queat teſtatorem codicillos, non teſtamentum condere voluiſſe, verba inſtitutionis directa torquebuntur ad fideicommiſſum, & ex fideicommiſſo poſcetur hæreditas: idque in teſtamentis tunc demum contingit, ſi oratione explicatum fuerit, per clauſulam nempe codicillarem *vol.3.d.*10.*l* G 2.*vol.6.d.*18.LIII.2.

Codicilli hodie ſemper in teſtamento confirmati eſſe cenſentur *volum.6.d.16. l.*Aaaa.3.

Codicilli non ſolùm in ſcriptis, ſed & ſine ſcriptis conficiuntur, etſi hoc ultimum plerique negent *vol.*5.*d.*18.*l.*yyyy.2.

in Codicillis ſufficiunt teſtes fortuitò intervenientes *vol.7.d.6.l.*dd 1.

Codicillis directò nec dari, nec adimi poteſt hereditas *vol.*5.*d.*32.*l.*O.3. *vol.6. d.*18.*l.*LIII.2.

Codicilli quinque teſtium ſubſcriptionem hodie requirunt *vol.5.d.*32.*l.*R.1.

Codicillaris clauſula teſtamentis adjungitur, quando teſtator teſtamentum pro codicillis valere jubet, vel vice codicillorum, vel quaſi codicillos, vel inſtar codicillorum. Exprimere autem teſtator hoc omnino debet. Nam alioquin codicillos non faciet: nec enim placet ſententia exiſtimantium, clauſulam codicillarem ob frequentem ejusdem uſum, teſtamentis ineſſe intelligi, cùm transducere non liceat ad fideicommiſſi interpretationem, veluti ex codicillis, ultimam voluntatem, niſi teſtator id complexus ſit, ne quidem in teſtamento inter liberos, aut militari: quin & in relicto propter liciti ardoris amorem ad hanc conjecturam non rectè devenitur, nec libertatum favor tanti eſt, ut pro codicillo valeat ſcriptura, in qua illud expreſſum non reperitur *vol.5.d.*32.*l.*R.2.

Codicilli vim imitari creditur jusjurandum, cum enixæ voluntatis preces ad omnem ſucceſſionis ſpeciem porrigantur, id quod tamen ad clauſulam, & cætera: extendi non poteſt *vol.5 d.*32.*l.*R 2.

Codicillaris clauſula ſi in teſtamento ſcripta ſit, tunc de teſtatoris voluntate eam eſſe oppoſitam non eſt dubitandum *vol.5.d.*32 *l.*R.2.

Codicillari clauſulæ æquiparantur hæ clauſulæ: ſin minus aliquid legitimè, minúsve peritè fecero, pro jure legitimo haberi volo: Item, ea omnia, quæ dari ſupra, fierique juſſi, ea dari, fieri volo ab omni hærede, bonorúmve poſſeſſore, qui mihi erit, etiam de jure inteſtato, aut omni meliori modo *vol.5.d.*32.*l.*R.2.

Cognatio eſt civilis, & naturalis: & eſt partim juris, partim facti *vol.6.d.*4.*l.*Ll.2. Vide Mulier. Sanguis. Matrimonium. Succeſſio. Hereditas.

Cogitationis pœnam nemo patitur *vol.5.d.*43.*l.*LLL.4 NNN.2.

Cohærentia cenſentur ſicut ea, quibus cohæreat, & connexorum idem eſt judicium *vol.2.d.6.l.*rr.4.

in Collaterali ſucceſſione non datur infinitas, ita ut progrediatur ſuccedendo in valde remotos gradus *volum.*5. *d.*28 *l.*iiiiii.1.

Collaterales poſt deſcendentes, & aſcendentes ad defuncti ſucceſſionem ab inteſtato vocantur, in qua prima prærogativa defertur fratribus, & ſororibus utrinque conjunctis, eorundemque liberis, his quidem concurrentibus cum illis in ſtirpes, illis verò in capita, duorum au-

tem

Digitized by Google

tem pluriúmve liberi in capita ſuccedunt, non in ſtirpes *vol.2.d.*20. *l.*y.3.*vol.*5. *d.*39. *l.*MM.1.

Collaterales intelliguntur non ſolùm fratres,& ſorores, ſed omnes alii ſanguine juncti ex transverſo *vol.*5.*d.*39.*l.*LL.3.

in Collaterali ſucceſſione fratres utroq; latere conjuncti, ſemper excludunt fratres uno ſolùm latere conjunctos in allodialibus, non in feudis, idem intelligendum eſt de nepotibus, non ultra *volum.* 2. *d.*20.*l* y.3.*vol.*5 *d.*39.*l.*LL.3.4.

in Collaterali ſucceſſione ſi fratrum, vel ſororum filii ita ſoli exiſtunt, ut nec fratres, vel ſorores ab uno latere conjuncti, nec etiā patruus defuncti, vel ſimiles perſonæ collaterales in eodē gradu cōſtitutæ,quas jure repræſentationis excludāt ſuperſint, tunc verò in capita nō in ſtirpes ſuccedunt *vol.*5.*d.*39.*l.*LL.4.*d.*35 *l.*Z.4.

in Collaterali ſucceſſione non extantibus fratribus utrinque conjunctis, nec filiis eorum, vocantur ad ſucceſſionem defuncti fratres ex uno tantum latere conjuncti,ſi ſoli ſint in capita,ſi cum iis etiam filii fratrum ex uno latere conjunctorum ſuperſint,in ſtirpes. Hæc verò procedunt quoad bona aliundè quæſita quàm à patre, vel matre: in bonis enim quæſitis à matre præfertur frater uterin⁹ fratri conſanguineo. Idem dicitur in bonis à patre quęſitis,nam & in iis pręfertur frater conſanguineus fratri uterino. Nam hæc regula valere debet, paterna paternis, materna maternis deferri. Eadem ratione filii fratris uterini præferuntur fratri conſanguineo, vel ejus filiis in bonis maternis, vel contra:quia ꝙ dicitur de fratribus,extēdi debet ad eorū filios *vol.*5.*d.*39.*l.*LL.4.

In Collaterali ſucceſſione quæritur, num fratres utrinq; conjuncti, excludant fratres ex altero tantùm latere copulatos in ſucceſſione nepotis ex fratre prædefuncto? Reſp. eos ſimul admitti *vol.*5.*d.*39. *l.*LL.4.

In Collaterali ſucceſſione quæritur, nū frater patruelis, ſive conſobrinus utrinq; conjunctus, præferatur defuncti patruo, vel avunculo ex uno latere conjuncto? Reſp. patruum,vel avunculum hunc patrueli,ſive conſobrino,tanquā proximiorem remotiori pręferri *vol.*5.*d.*39.*l.* LL.4.

In Collaterali ſucceſſione poſt fratres, fratrumque liberos, vocantur, quicunq; gradu ſunt proximiores, ut pares in gradu pariter admittantur ſublata differentia maſculorū, & fœminarum: hinc quæritur, ſi aliquis moriatur relictis duobus patruis,quorum unus erat patri ipſius defuncti utrinque conjunctus, alter ex uno tantum latere,an ambo ſuccedant? Reſp. quod ſic *vol.*5.*d.*39.*l.*MM.1.vide in verbis Succeſſio, & Hæreditas.

Collateralis ſucceſſio excluſâ conjugum,& fiſci ſucceſſione in gradum uſque infinitum extenditur:item obtinet in feudis *vol.*5.*d.*39.*l.*MM.1.

Collaterales in Electoralibus familiis tunc ſuccedunt, quando deſcendentes Electoris, qui fuit, deficiunt, proximior agnatus ſucceſſionem arripit *volum.*2.*d* 6. *l.*rr.3.4.*d.*8.*l.*nNn.4.*per tot.d.*20.*l.*X.1.*vol.* 4. *d.*16. *l.*aaaa.1.2.3.4. bbbb.2.3.4. *vol.*5. *d.*23.*l.*qqqqq.4.

Collaterales jure communi feudali,& maximè omnium in Regalenſibus feudis antiquis, quando ſemel tranſitus in deſcendentes factus eſt, omnes inquam, colatera-

laterales pro deſcendentibus primi adquirentis habentur *vol.4.d.16.l.*bbbb.3.4. *vol.5. d.*28 *l.*hhhhhh.4.

Collateralis ſucceſſio in Principatibus, & Regnis talis eſt, ut gradus proximioris prerogativa conſideretur. Sed notandum Principem, quot filios relinquit, tot lineas ſuſcitare, ex quibus prior linea, donec durat ſuccedit, eâ abſumpta vocatur ſecunda, & ſic reliquę deinceps *vol.5.d.*28. *l* hhhhhh.4.iiiiii.1.

Collatio varias ſignificationes habet, propriè tamen ſumitur pro contributione, confuſione, & cõmixtione bonorum propriorum cum paternis. Eſt autem collatio bonorum propriorum cõfuſio cum paternis, quæ fit inter fratres ab inteſtato, & jure novo ẽt ex teſtamẽto, ut ea omnia inter ſe æquò partiantur: vel eſt rei propriæ in commune illatio, ut hereditati communi permixta inter omnes cohæredes æqualiter dividatur *vol.4.d.*39.*l.*X.2.

Collationẽ facere, id eſt, bona ſua conferre omnes liberi tenẽtur, qui volunt eſſe participes bonorum defuncti parẽtis, etiam ii, qui ratione lineæ maternæ hereditatem petunt, & emancipati, & ſui, filii, filiæve, nepotes, aut pronepotes inter ſe, & mixtim cum patruis, amitis, avunculis, & materteris concurrentes, & hæ perſonæ viciſſim illis, etiam nõdum nati nepotes, concepti tamen, & poſt mortem avi editi, imò ſi plures unius avi ſint nepotes, nam conferunt ut unus, collationemq; ut unus recipiunt, ſeu eodẽ, ſeu diverſo jure, veluti unus filius ex teſtamento, alter contra teſtamẽtum ſuccedat. Quid ſi teſtamentum pro parte valeat, & pro parte ruptũ ſit, & unus ex filiis, ex teſtamento hereditatem petit, alter contra teſtamentũ: erit tamẽ inter hos collationi locus hinc quæritur, an liberi excluſi, capite unde liberi, & unde cognati, vel agnati admiſſi conferant? & negatur: quin imò qui nec ſui, nec emancipati ſunt, collatione funguntur, ut ſunt nepotes ex filio emancipato, item filii adoptivi, qui patri naturali ſuccedunt. Exheredati quoque inofficioſi querelâ nempe reſciſſo teſtamenro conferunt. Ex his ſua ſponte ſequitur, quando extranei ſunt inſtituti heredes, ceſſare collationem: quid ſi pluribus filiis inſtitutis heredibus admixtus ſit aliquis extraneus heres? ne tùm extraneus conferre cogitur, ſed ſoli inter ſe filii. Sit ergo concluſio demum talis, collationem tantum inter cohæredes, ſive univerſales ſucceſſores (exceptis aſcendentibus, & collateralibus) deſcendentes, ſive liberos, & inter hos nunc demum, quando nemo eos præcedit gradu, & legitima eis debetur, locum habere *vol.4. d.29.l.*X.2.3.

Collationem facere, aut conferre tenetur non modo emancipatus ſuis fratribus, ac ſororibus in poteſtate conſtitutis, præteritis, vel teſtamento inſtitutis, petentibus contra tab. bonorum poſſeſſionem, ſed etiam ſuus, & ſua heres profectitiam à parẽtibus dotem, vel donationem propter nuptias, ut ſuis, ſic & emancipatis conferre neceſſe habet: vel uno verbo: omnes liberi ſive ſui ſint, ſive in poteſtate conferunt, ſui ſuis, & emancipatis, emancipati ſuis, & emancipatis. Ubi notandum in emancipatis, quòd hi ſibi invicem donationem ſolummodo propter nuptias, & dotem à parente profectam, non verò reliqua profectitia bona conferre tenentur: ſic

Digitized by Google

tur: ſic poſthumis, modo jã ex utero producti ſint: item impuberi, cui Status controverſiæ movetur, confertur, hereditate videl. adita, vel ſuitatis jure transmiſsã: an exheredato conferet emancipatus, herede ſcripto repudiante? & negatur. Sic non confert heredi ſui heredis, ſi hic ante acceptam bonorum poſſeſſionẽ contra tab. mortuus ſit: idem dicendum de eo, qui omittit bonorum poſſeſſionem cõtra tab. Nam dubitatur de nepotibus, neptibusque cui conferant? & diſtinguitur: quod ſi omnes ſint emãcipati nepotes, & neptes, tunc bona ab avo ad ſe profecta conferunt ſoli patruo, ſi verò unus emãcipatus, & alter ſuus ſit, emancipatus nepos ſoli fratri, qui in poteſtate manſit, cõfert, non patruo, cui aliàs conferret, ſi frater deeſſet. Secus ſi ſuus ſit tam nepos, quam neptis, & quidem ex eodem filio, hoc enim caſu neptis dotem ſibi ab avo datam ſoli fratri confert, non patruo, ſi deſit frater, tunc patruo, itemque patrueli confert: quod ſic concluditur, quibus emancipatus non facit injuriam, iis quoq; non confert, ſive, cui nihil aufertur, ei nihil confertur *vol.4.d.29.l.X.3.*

in Collationem bonorum non veniunt Caſtrenſia bona, qualia ſunt equi, & arma filiofam. militatũ abeunti data, & omnia expeditioni militari inſervientia, itẽ donata Principis, vel Auguſtæ, ſic donatio Principis filio facta, non confertur: nec conferẽdum fratribus, quod jure primogenituræ ad primogenitũ pervenit: item feudum Francũ non confertur: ſic ne conferuntur quaſi Caſtrenſia, ut ſalaria, ſumptus ſtudiorũ, Impenſæ Doctorales, Magiſterii, libri ſtudiorum gratia filiis empti, licet propter ſupervenientiã mortis nondum traditi fuerint, imò etiãſi pater collationem eorundem imperaſſet, non ſunt conferendi. Præbendarũ tamen filio à patre comparatarum ſumptus conferuntur, uti etiã de militiis alienabilibus, & transmiſſibilibus ſtatuendum, quorum tamen æſtimationẽ conferri ſufficit. Nec itẽ conferuntur bona adventitia exceptis eorum fructibus, qui hodiè meritò conferuntur, ſeu conſumpti ſint, ſeu adhuc extent, niſi connivente ad hoc patre ſint percepti, & adventitia dote, & donatione propter nuptias, ſi à matre, vel avo materno data ſit, & de matris, aut avi materni ſucceſſione agatur *vol.4.d.29.l.X.4.*

Collationi hereditariç maximè ſubſunt bona profectitia, modo tempore mortis defuncti, cui ſucceditur, in bonis liberorũ fuerint, nec poſt illud quæſita ſint, unde dotem, & donationem propter nuptias à parente datam liberi conferre jubentur, ad quã referuntur ornamenta muliebria: non autem confertur donatio à ſponſo ſponſæ, nec expenſæ in nuptias liberorum erogatæ: nec lytrum pro filii redemptione à patre perſolutum, nec donatio ob benemerita, puta artificialia, & officialia, nec ſimplex donatio facta filio in poteſtate conſtituto, modo injuria, & magna inæqualitas non oriatur, non teſtamento legata, aut codicillis, relicta fideicommiſſa liberis etiam à patre, non alienata jam à filio ante mortem patris, niſi in fraudem, ſive dolo malo alienata fuerint: contrarium ſtatuendum in eo, quod pœnæ nomine pater ob delictum à filio perpetratum Fiſco, Magiſtratui, vel parti læſæ exſolvit, jure enim à liberis cæteris in collationem

tionem poſtulatur: illa autē pecunia non confertur, quam pater filio ante mortem tradidit non facta mentione, quo titulo, eam ſibi haberet, ſi tamē aliqua à filio erga patrem extent benemerita, aut filius in honeſtarum literarum ſtudiis, vel militia verſetur, nec lucrū ex pecunia in peculiū profectitium data confertur: cenſetur enim peculiū adventitium *vol.4.d.29.l.*Y.1.

Collationi moram faciens, tenetur & conferre uſuras puta dotis, vel fructus bonorum: ſic in collationem veniunt actiones: non tamen conferenda eſt actio popularis à filiofamiliâs in vita patris exercita, etiamſi lis patre adhuc vivente conteſtata eſſet, ſic injuriarum, & ſepulchri violati actiones collationi exemptæ ſunt *vol. 4.d.29.l.*Y.1.

Conferri deniq; & id debet, quod ſub conditione quis debet, modò ei caveatur, ſe defenſum iri, exiſtente conditione: item quod ipſi ex contractu debetur ſub conditione: in ſumma omnia quæ imputantur in quartā, ſive legitimam, ea quoque conferuntur, aut venit in collationem quicquid non eſt prohibitum ne veniat, & regulariter quis tantum confert, quantum abſtulit *vol.4.d.29.l.*Y.2.

Collatio nunc ſemper locum habet, non tantùm quādo ab inteſtato ſucceditur, ſed etiā quando ex teſtamento, neq; tātum inter eos, qui diverſo jure veniunt, ſive ſuccedunt, niſi teſtator collationem expreſsè remiſerit, aut prohibuerit, vel extraneos heredes inſtituerit, quando autem dolo, vel errore facta diviſione hereditatis ea fortè fuit omiſſa, tunc nihilominus adhuc inſtituenda erit collatio: regulariter n. collatio poſtulanda eſt ante diviſionem, debent verò conferri bona intra annum petendæ bonorum poſſeſſ. contra tab. *vol.4.d.29.l.*Y.2.

Collatio fit vel re, vel cautione, vel re, & cautione ſimul: porro nōnunquam etiam fit ita, & qui nō confert, cogatur tanto minus accipere, ex diviſione hereditaria quantum facit, quod jam accepit, nec ſufficit regulariter, ſi heres ſe paratū conferre æſtimationem rei dicat, niſi forſan res eſſet indiviſibilis, aut res amplius non extaret, ubi pretium ſufficit, uti & in eo, quando filius, qui in ſtudia incumbit, libros conferre tenetur *vol.4.d.29.l.*Y.2.3. *vol.6.d.4.l.*Kk.1.2.

Collationem differentes, & procraſtinantes cogi poſſunt aut per implorationē officii judicis, aut per denegationē actionum hereditariarū, aut per objectionem exceptionis: imploratio autem judicis eſt omnium tutiſſima *vol.4.d.29.l.*Y.3.

Collationis effectus eſt, ut bona collata cōmuniter inter liberos dividantur, ſicq; ęqualitas, & concordia inter fratres & ſorores conſervetur. Secundò, ut actiones quæcunque hereditariæ conferenti competant, quæ ei antea denegari poterant *vol.4.d.29.l.*Y.3.

Collecta, eſt onus reale extraordinariū: attamen inſpecta hodierna conſuetudine dici conſuevit onus mixtum ordinarium, quod perſonis pro rebus imponitur. Eſtque vel publica, vel privata *vol.1.d.4.l.s.4.*

Collectæ voluntarię ſe unaquæque etiam Univerſitas, & villa etſi regalibus, & jurisdictionalibus deſtituta, pro neceſſitate inevitabili ſine licētia ſuperioris obſtringere poteſt *vol.1. d.4.l.t.3. vol.4. d.5. l.x.3.4.* ubi pulchrè *d.17.l.*hhhh.2.

Digitized by Google

Collectam quandam cives, & ſubditi diſceſſuri ex urbe, aut loco, alioq; domicilium tranſlaturi ſolvere debent, quod approbatur *vol.5.d.30.l.*D.2. vide Decimæ *vol.6.d.8.l.*Ggg.1.2. *vol.2.d.7.l.*aAa.3. *vol.3.d.5.l.*Ll 4.

in Collectarum negotio maximè omnium obſervantia, & conſuetudo loci attendi debet *vol.6.d.3.l.*Gg.2.3.

Collectæ variæ, & multarū ſpecierum à Principibus ad replendum ærarium inventæ. vide Ærarium. & inferius.

Collectarum pecunia, ſicut & omnis alia publica pecunia in ærariū relata, plerumque dicitur theſaurus *vol.6.d.6.l.*Pp.3.

Collectis nonniſi ſubditi gravari poſſunt: ſubditus propriè dicitur ratione domicilii, & qui duplex domicilium habet, utrobiq; ad onus collectæ habendum cogi poteſt, etiam pro bonis in alieno territorio poſſeſſis *vol.1.d.4.l.*t.3. *vol.3 d.5.l.*ll.4. *vol.6.d.3.l.*Gg.2.

Collecta penditur de omnibus bonis tàm mobilibus, quàm immobilibus, quæ fructificant, etiā de dotalibus, de juribus, de nominibus ſecluſa cōſuetudine, etiam pro mercib. mercatorum, ſic ut etiam ad uſufructuarium collecta pertineat *vol.1.d.4.l.*t.4.

Collectis etiā alligantur creditor, venditor, annui reditus, Emptor vectigalis, locator, Eccleſiarum Emphyteutę, coloni etiam patiarii, hi tamen deducta rata, & impenſis. Item Depoſitarius, Legatarius, Fideicōmiſſarius, Fiſcus, Creditor poſſidens per primum, & ſecundum decretū, & alii omnes, qui quodammodo jus in re habent, & pro ſuo poſſidēt *vol.1.d.4.l.*u.1.

à Collectis liberi ſunt primò Forenſes, niſi conſuetudo, Statutum, Privilegium, Cataſtrum, publica utilitas, & ipſorū patientia ſe collectari permittēs obſtent. Secundò Clerici, non tamen in bonis patrimonialibus, nec in bonis quæſitis beneficiis Eccleſiaſticis, nec in bonis emptis à Laicis, & allibratis: è converſo prædia ab Eccleſia poſſeſſa collectari poſſunt, quando tranſierūt ad Laicos. Clerici nihilominus ad reparationem murorū, viarū, pontium, fontiū, pro lite termini, paſtus, & ſimiliū, quę in bonum cōmune utile, & neceſſarium cedunt, ſubſidia jure conferūt: ita Clerici ingruente Reip. neceſſitate liberi non ſunt *vol.1.d.4.l.*u.2.3.4. *vol.2.d.28.l.*NN.4. *vol.3.d.5.l.*ee.4. *vol.4.d.5.l.*t.1. *vol.6.d.3.l.*T.3.Gg.2.

à Collectis tertiò liberi ſunt Domini, qui habentes in loco jurisdictionē à cōmunitate ſibi ſubjecta nō poſſunt in partem onerū trahi, ita, ut ibi pro allodialibus, quæ poſſidēt, munera agnoſcāt *vol.1.d.4.l.*u.4.

à Collectis liberi ſunt quartò Vaſalli etiam ignobiles ratione feudorū, **darvon ſie jhre Manßdienſt leiſten**/ pro quibus inſerviunt: tamen alii Nobiles, etſi de generali multarum nationum conſuetudine contrarium ſervetur ab iis haudquaquam excuſantur *vol.1.d.4.l.*u.4.

Collecta ſæpe imponitur rebus, nō perſonis, in tātum, ut licet perſona ad ſolvendum aſtringi nequeat, res tamen, fructusve rei pignorari poſſint *vol.6.d.3.l.*Gg.3.

à Collectis quintò liberi ſunt graduati nō milites, Dd. tamē à realib. oneribus nō liberātur *vol.1.d.4.l.*x.1. *vol.2.d.28.l.*NN.4.

Collectarum onus ii, qui 12. liberos habent, & pauperes, qui ex induſtria, & labore manuum victum quæritant, deprecantur *vol.1.d.4.l.*x.1.

Colle-

Collectarum vacationem privilegia, & immunitates conceſſæ præſtant *vol.1. d.4.l.x.1.*

Collectarum immunitas per privilegia conceſſa non diſtenditur ad ea, quæ ratione belli, vel alterius publicæ utilitatis, de qua ab initio non fuerat cogitatum, exiguntur. Itaque in Turcicis collectis nemo excipitur *vol.1.d.4.l.x.1.vol.4.d.5.l.u.3.*

Collectis cauſam dant ſola publica neceſſitas, & utilitas: itaq; ubi Principis tantum utilitas verſatur, ſubditi Collectas recuſare poſſunt. Quare in caſibus novæ militiæ, redemptionis Domini à captivitate, ſi ipſe ſua culpa, non in bello pro patria geſto, ſit captus, transfretationis ultra marinæ, acquiſitionis novi territorii, extruendi fortalitii, inaugurationis, & quæſitæ equeſtris dignitatis, dotis pro filia Principis elocanda, quamvis hoc in Germania inoleverit, ſolvendæ, & ſimilibus, ſubditi Collectas detrectare poſſunt, niſi inveterata conſuetudo obſtet, aut ſingulare pactum *vol.1.d.4.l.x.2.vol.4.d.9.l.*qq.3.*d.*17.*l* gggg.3. *vol.3.d.5.l.*aa.4.oo.4. *vol.5.d.*19.*l.*aaaaa.1.

Collectæ ſecundùm vires patrimonii ſolvantur, ut qui plus habet, plus ſolvat, & in hoc differt Collecta à Tributo propriè ſic dicto, quòd certam, annuamque præſtationem habet, ideoque per capita imponitur *vol.1.d.4.l.*x.4. *vol.2.d.3.l.*h.3.

ſi Collecta indicta ſit loco muneris merè perſonalis, verbi gratia cuſtodiæ, vel hoſpitii militibus prębendi, vel illos alendi, Collecta tunc imponitur per capita eorũ, qui tenebuntur munera illa ſubire: Itaq; Clerici, Doctores, Medici ad talem Collectam non tenebuntur *vol.1.d.4.l.*y.1.

in Collecta pro ſolvendo ſalario cuſtodibus meſſium, paſtuum, aut animalium, vel pro ſolvenda pœna, quam delinquendo incurrit Univerſitas, illi tantùm tenentur, qui cuſtodiuntur, & qui deliquerunt *vol.1.d.4.l.*y.2.

Collecta alia vocatur **Landſtewer** / & eſt patrimoniale munus, à qua nec Forenſes liberi ſunt *vol.6.d.3.l.*Gg.2.

Collecta legitimè impoſita, & distributa paratam executionem meretur in tantum, ut pendente lite, vel appellatione absq; metu attentatorum ad ejusdem ſolutionem quis adigi poſſit *vol.1.d.4 l.y.2.*

in Collectis exigendis Principes moderationem, & modum ſervent, ne oriantur ſeditiones, uti ſæpius factum: moroſi tamen, & refractarii per viam pignorationis, ſequeſtrationis, fructuum, ſubhaſtationis, præcepti, & mulctæ ad ſolutionem cogi poſſunt. Confiſcatio tamen in eos non cadit, ſicut captura, & carcer. Ita Eccleſiaſtici per ſuos Epiſcopos, & Superiores cogendi ſunt, qui ſi in exigendo torpeſcant, Principi ſæculari jure brachii ſæcularis quodammodo manum adponendi via aperitur *vol.1 d.4.l.y.3.vol.3.d.5.l.*bb.1.*vol.1.d.12.l.*A.3.

Collectarum immunitatem in ſui ſolum præjudicium Principes inferiores concedere poſſunt *vol.4.d.5.l.*x.4.

in Collectarum ſolutione, ſi quando ſubditi, ſeu Clerici ſint, ſeu Laici partes ſuas viriles moniti ad diem non inferunt, mandata ad pœnam dupli in Camera decernuntur, imo ipſi ſtatus, ſi in ſolvendo moram fecerint, Imperii Regalibus, & privilegiis privantur, & reſpectivè pro-

Digitized by Google

ſcribuntur,atq; à Fiſcali ad videndum ſe declarari in pœnam citantur, itidem ſervatur, ſi quis contributionem vel pro Cameræ ſuſtentatione, vel contra diſtulerit, nec impetrata reviſione executio ſuſpenditur *vol.1.d.4.l.*y.3.*vol.3.d.5.l.*pp.4.

Collectarum exactionē, & natos hinc proceſſus quidam ſi non elidere omninò, ſaltem enervare conantur, exceptionibus impoſſibilitatis, inopiæ, & compenſationis *vol.1.d.4.l.*z.1.

ex Collectarum exactione actiones naſcuntur perſonales, vel reales, illæ omnes innominatæ, & condictiones vocantur. Reales dividuntur in Poſſeſſoria, vel Petitoria judicia, illa iterum in Momentanea, vel Ordinaria. Petitoria judicia ſunt rei vindicatio, & Hypothecaria, actio confeſſoria, & negatoria *vol.1.d.*4 *l.*z.2.3.

Collectandi juris poſſeſſio, per unicam Collectæ ſolutionem probari poteſt *vol.6. d.8 l.*Ddd.2.

contra Collectarum onera in dubio pro immunitate pronunciatur *vol.1.d.4. l.*z.3.

ob Collectas non rectè ſolutas, commiſſum bonorum non indicitur, ſed delectus competenti Principis indignationi tantùm ſubjacet. Multæ tamen Civitates, & Principes hæc ſtatuta jure condiderunt, ut ſi quis in his cenſibus partem bonorum celet, ea tunc pars, ſi detecta fuerit, confiſcetur *vol.3.d.5.l.*pp.4.

Collectæ Vaſallis imperari poſſunt in caſu inſolito, & urgenti neceſſitate *vol.5. d.19.l.*aaaaa.1.

Collecta publica ſuperioritatis, & Regalium, vel juriſdictionis ratione indicitur. Itaq; non ſolùm Cæſar, & Rex, ſed etiam Principes inferiores, Urbesq;, modo Regalium exercendorum jus habeant, Subditos collectandi jus ſibi vendicant *vol.1 d.4.l.*t.1.2.*vol.2.d.4.l* x 3.*vol.4.d.4.l* o. 3.4.*d.*17.*l.*gggg.3.*d.*19.*l.*pppp.1. *vol.5.d.1. l.*d.2.*d.*12.*l.*hhh.1.2.*d.*20.*l.*ddddd.2. *d.*21.*l.* kkkkk.1. *vol.3.d.5.l.*cc.3. *vol.6.d.3.l.*Gg 2.3. *vol.7.d.9.l.*qq.4.rr.1.

Collectas hodie Principes absq; ſubditorum conſenſu vix imponunt *vol.1.d.4. l.*t.1.*vol.3.d.5.l.*cc.1.*vol.4 d.5.l.*q.4.*d.*17.*l.* gggg.3.*d.*19.*l.*oooo.1.ita ut Collectæ quoque Imperiales hodie non niſi cum conſenſu Statuum Imperii indicantur *vol.7. d.9.l.*rr.1.

Collectarum immunitatē præſcriptione quis acquirere poteſt, nec ad id interpellatio neceſſaria eſt *vol.1.d.4.l.*u.1.

à Collectis Turcicis Cæſar immunitatem concedere alicui non poteſt *vol.5.d. 19.l.*aaaaa.1.*d.*24. *l.*xxxxx.1.

in Collectis indicendis regina conſuetudo dominatur *vol.2.d 3.l* p.4.

Collectandi jus Urbes Imperiales habent *vol.1.d.4.l.*t.1.*vol.2.d.4.l.*y.1.2.*vol.3.d. 5.l.*cc.2.3.*vol.4.d.5.l.*t.1.

Collectandi jus Urbes Principum Provinciales, & municipiales habent, dummodo Regalia, & juriſdictionem exerceant *vol.1.d.4.l.*t.2.*vol.3.d.5.l.*cc.2.3.*vol.4. d.17.l.*hhhh.2.

Collectæ variç ad implendum ærarium, aut reſtinguendam avaritiam excogitatæ ſunt, quas ibi vide *vol.1.d.4.l.*s.3.4. *vol.6. d.6.l.*Pp.3.

Collectæ imponi poſſunt clericorum agris, & rebus, non perſonis *vol.5.d.*20.*l.* ddddd.2.3.

à Collectis Imperii nemo Statuum excipitur,

Digitized by Google

cipitur, quæ vulgò Reichsſtewer vocantur, etſi is Status cum Jure exemptionis ſit à Cæſare inveſtitus, nec conceſſum Cæſaris privilegium pro tali innunitate valet *vol.* 2. *d.* 4 *l* x.3. *vol.* 4. *d.* 5. *l.* q. 4. u. 3. 4. *d.* 9. *l.* qq. 4. *d.* 10. *l.* ddd. 3.

Collectæ Imperiales Reichsſtewer à Collectis provincialibus Landſtewer differunt *vol.* 2. *d.* 4. *l.* x. 3. *vol.* 4. *d* 5. *l.* u. 3. *d.* 17. *l.* gggg 3.

Collectæ imponi poſſunt bonis extra territorium ſitis *vol.* 6. *d.* 2. *l.* K. 2.

Collectarum per Imperium extraordinariarum ad uſus publicos pertinentium indictio, cum ſimultaneo Imperatoriæ Majeſtatis, Statuumq; Imperii conſenſu fieri conſuevit *vol.* 4. *d.* 4. *l.* p. 1. 2.

in Collectis exigendis Fiſcus habet jus prælationis vide Fiſcus. Hypotheca.

Collecta ſi ab Urbibus pro refectione mœniū imponatur, etiam communitates exteriores cōtribuere tenēt̄ur *v.* 4. *d.* 5. *l.* t. 1.

Collectæ à Principe ideo indici non poſſunt, ut filiam ſuam nuptui det, & dotet *vol.* 5. *d.* 12. *l.* hhh. 2. *vol.* 6. *d.* 2. *l.* K. 2.

Collegia dicuntur à conlegendo *vol.* 6. *d.* 5. *l.* Oo. 2.

in Collegiorum, & Univerſitatis actibus majoris partis conſenſus ſufficit *vol.* 3. *d.* 5. *l.* cc. 1. 5.

ad Collegiū conſtituendū requiruntur plures uno, ordinariè ad minus tres, unus tamen conſervare poteſt *vol.* 6. *d.* 5. *l* Oo. 2.

Collegii, vel Univerſitatis ſigna ſunt arca communis, proprium ſigillum, locus publicus, in quo negotia tractantur, & caput, ne ſit acephala: hæc neceſſario Collegium, vel Univerſitatem non probant *vol.* 4. *d.* 5. *l.* vv. 1.

Collegii duæ partes in conſultationibus debent adeſſe, & his non præſentibus nihil actum cenſetur *vol.* 4. *d.* 5. *l.* vv. 2.

Collegium ampliari favorabile putatur *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Cc. 3.

in Collegii convocatione ſuperioris, id eſt, Præſidis, non Principis authoritas neceſſaria eſt *vol.* 4. *d* 5 *l* vv. 2. qui Præſes etiam ipſorum cauſas dijudicare poteſt, modo non præjudicetur ordinariæ jurisdictioni. *vol.* 6. *d.* 5. *l.* Oo. 2.

Collegii congregationes ad bonum finem tendere debent, aliàs Princeps Præſidem adjungere poteſt *vol.* 4. *d.* 5. *l.* vv. 2.

in Collegio ſi quædā proponenda ſunt, talis ſervatur ordo. Caput, vel Pręſes Collegii tractanda proponet, ac ſuper iis votum Collegarum exquiret, quorū quisq; uti dignitate, vel authoritate præſtantior, ita priori, vel poſteriori loco dicet ſententiam, in qua plura vota prævalent *vol.* 4. *d.* 5. *l.* vv. 2.

Collegia inhoneſta in Rep. ferri non debent: *vol* 6. *d.* 5. *l.* Oo. 2.

Collegium ſi tanquam illicitum tollatur, bona tamen ejus non confiſcantur *vol.* 4. *d.* 5. *l.* aa. 1.

ubi Collegia quid decernere volunt, aut conſtituere, ibi plura, & majora vota vincunt *vol.* 5. *d.* 29. *l.* xxxxxx. 3.

in Collegiorum actibus exercendis perpetuò id obtinet, uti ſeparatim ſingulos conſentire haud ſufficiat, ſed ut convocati communiter conſenſum præſtent *vol.* 4. *d.* 1. *l.*)( )( )(. 1.

Colonus detinet, non poſſidet, nec ſibi, ſed Domino rei poſſidet. Itaq; lato modo poſſidere dicitur. *vol.* 2. *d.* 14. *l.* A. 3.

Coloni res invectæ non prius tenen-

tur, quàm ſint expreſsè, & nominatim obligatæ *vol.7.d.4.l.n.2.*

Colonienſis Præſul, & Elector, Italiæ Archicancellarius eſt *vol.2.d.4.l.z.2.*

Colonienſis Elector ſecundum votum in Electione Cæſarea habet: Cæſarem corona non ferrea, nec argentea, ut quidam exiſtimarunt, ſed aurea coronat: Sin ipſe conſecratus, & infulatus non ſit, tunc Moguntinus adjuvante ipſo & Trevirenſi hoc peragit *vol.2.d.6.l.nn.1.2.*

Coloniarum deducendarum ratio olim in frequenti uſu fuit, ac pulcherrimum propagandorum finium arcanum *vol.4.d.2.l.)(.2.*

Colonorũ olim 4 genera fuerunt, hodiè in deſuetudinem abierunt *vol.7.d.4.l.r.1.*

Comeatuum curam Princeps bellum geſturus præcipuam haberẽ debet *vol.5.d.19.l.aaaaa.1.*

Comites, Barones, ac Nobiles der Sächſiſchen Landwehr / licet ſint Landſaſſen / ſunt tamen immediati provinciales, vnd ſitzen nit auff Ampt / ſonder Cantzley vnd Hoffgericht *vol.5.d.11 l.ddd.1.*

Comites, & Barones per Imperium multi ſunt, qui Status ſunt Imperii, & iisdem privilegiis gaudent, regiâq; dignitate, quibus Duces, & Principes ipſi: niſi tamen hæc poteſtas transactionibus, aut aliis modis limitetur, quâ integra ad Imperii Comitia vocantur *vol.2.d.3.l.m.4.n.1 d.4.l.cc.1. d.6. l.hh.3. vol.4.d.6.l.bb.4. vol.5.d.21 l.ggggg.2.3. vol.6.d.8 l.Ccc.3.*

Comites, & Barones unde dicantur, in quot claſſes olim & nunc diſtribuantur, vide *vol.2.d.4.l.bb.3.4.cc.1.2.3.4. vol.4.d.2.l.l.2.3. d.6.l.bb.4.d.10.l.ccc.1.2. vol.5.d.2.l.g.3.d.21.l.ggggg.2.3.d.25.l.xxxxx.* Ubi de iis pulcrè per tot. *d.4.2.l.ZZ.4.*

Comites quidam Regii vocantur, id eſt, gefürſtete Graffen / qui Principibus non ſolùm jurisdictione, ſed & præeminentiis, & dignitate æquiparantur: habent itaque regalia, & jura ſuperioritatis *vol.2.d.4.l.bb.4.d.13.l.y.4.d.1.vol.4.d.2.l.l.2.3.d.6.l.bb.4.d.10.l.ccc.2. vol.5.d.1.l.b.1.d.2.l.g.3.d.29.l.rrrrrr.4.*

Comites alii ſunt, qui non Imperii Status ſunt, ſed Principibus ſubjacent *vol.2.d.4.l.cc.1.4.vol.4.d.6.l.bb.4.vol.5.d.1.l.b.1.d.29.l.ſſſſſſ.1.*

Comites, & Barones immediatè Imperio ſubjecti inter ſe æquiparantur *vol.2.d.4.l.cc.3.d.13.l.δ.1. vol.4.d 6.l.bb.4.vol.5.d.1.l.b.1. vol.7.d.9. l.nn.1.2.* titulus illuſtrium utriſque promiſcuè aſſignatur, in receſſibus Imperii in omnibus cauſis comparantur, parique gradu ambulant, veluti in privilegio, & jure Auſtregarum: in munere Judicis, ac Præſidum Cameræ Imperialis: in conſtitutionibus Imperii parificantur, quoad leges veſtiarias *ibid.*

Comes petere poteſt, ut Comes declaretur: *vol.4.d.6.l.ss.2.*

in Comitiis Imperii conſenſus, & numerus minor in captandis conſiliis vincitur à majore: ſunt tamen multæ exceptiones, quas ibi vide *vol.2.d.3.l.g.3.4.*

Comitiorum Imperialium convocatio penes Cæſarem eſt, ſed is tamen Principum Electorum conſenſum requirit *vol.4.d.4.l.p.1.2.*

in Comitiis majora vota prævalere debent *vol.5.d.1.l.b.3.*

in Comitiis Imperialibus tres habentur ſenatus: unus Electorum, Epiſcoporum, & Principum, alter Comitum, & Baronum, tertius Nobilium, qui ſi unanimiter

nimiter conſentiant, Cæſarem vincere dicuntur: ubi pulcrè *vol.5.d.*11.*l.*ffff.1.*d.*29.*l.*qqqqqq.4.xxxxxx.2.4.

Comitia Imperii convocat ſolus Cæſar: Electores tamen conſentire debent *vol.5.d.*24 *l.*uuuuu.4 *d.*29.*l.*qqqqqq.1.2.

Comitia convocare poteſt Elector Moguntinus, ſi Imperium vacet *vol.5.d.*24.*l.*uuuuu.4.

Comitia inter ſeſe celebrare poſſunt Electores Imperii abſq; venia Cæſaris *vol.*5.*d.*24.*l.*uuuuu 4.*d.*28.*l.*pppppp.2.

Comitia à comeundo ſic dicta videntur, non tamen quivis populi conventus Comitiorum nomine apud Romanos intelligebatur, ſed is, qui indictus fuit ad referendam de aliqua re per ſuffragia ſententiam. Hanc ob cauſam unusquisq; populus habuit, & nunc habet ſua Comitia, quòd maximè per ea Reipublicæ ſalus promoveatur *vol.5.d.*29.*l.*pppppp.1.

Comitia Imperii ſunt conventus totius corporis Imperii, aut partis ad aliquid ſciendum, vel decernendum Reip. cauſa: & cœperunt hæc Comitia maximè ad tempora Henrici 4. aut Friderici primi *vol.5.*
*d.*29.*l.*pppppp.1.2.3.

Comitia alia ſunt, quæ vocantur Deputatorum, aut Viſitatorum Cameræ, quę Comitia non omnes Imperii, ſed certi, ac lege definiti Principes viſitant, quos *ibid.* vide. hæc convocat Septemvir Moguntinus *vol.5.d.*29.*l.*pppppp.2.3.

Comitia Imperii nunc in quavis urbe celebrari poſſunt, modo ſit Imperialis, olim reſtricta erant ad certa loca *vol.5.*
*d.*29.*l.*qqqqqq.2.3.

ad Comitia vocantur omnes Imperii Status, quos *ibid.* vide *vol.5.d.*29.*l.*qqqqqq 4.*usq; ad l.*tttttt.1.

ad Comitia Imperii, ſi Status literas denuntiationis acceperint, omninò comparere tenentur, ex quibus ſi emaneant, pro pœna, comitiorum decreta tàm benè ac præſentes ſervare tenentur, nec illa cauſando abſentiam eludere poſſunt *vol.5.d.*29.*l.*tttttt.1.

in Comitiis ſi non magna pars Statuum adſit, tunc fere nihil rectè decernitur *vol.*5 *d.*29.*l.*tttttt.1.2.

in Comitiis Status in propria perſona comparere non tenentur, ſi ſufficienter legatos inſtructos mittant, ſed illud pro Rep. conſultius *vol.5.d.*29. *l.*tttttt.2.

in Comitiis varia officia exercent varii: magnum vero eſt officium Mareſchalli à Pappenheim, qui loco Saxoniæ Ducis Principibus eò confluentibus ædes congruas pro habitatione aſſignare debet, nec Cives ab hac moleſtia ſe excuſare poſſunt exceptis Doctoribus. Idem etiam annonam procurare, & vigilias de nocte conſtituere, mœniaque, & portas luſtrare debet *vol.5.d* 29.*l.*tttttt.3.4.

in Comitiis quis Judex erit? reſp. Mareſchallum Aulæ Cæſareæ, hujus Aulę miniſtros, Mareſchallum Pappenheimium ceu hereditarium legatorum familiam, & advenas, Senatum vero urbis, in qua Comitia celebrantur, cives ſuos judicare *vol.5.d.*29.*l.*uuuuuu.1.2.

qui ad Comitia acceſſerunt nomen ſuum apud Electorem Moguntinum profiteri debent, ut ſciat, qui ad conſilium vocandi ſint, tum apud Mareſchallum, ut is ipſis de hoſpitio proſpiciat *vol.5.d.*29.*l.*uuuuuu.2.

ſi ad Comitia Cæſar in propria perſona non veniat, tunc plerumq; Commiſſarios

ſuos generales eò mittit,quorum exempla ibi vide *vol.5.d.29.l.*uuuuuu.2.3.

in Comitiis ſolus Cæſar,aut in ejus abſentia Commiſſarii ſui propoſitionem de rebus,quæ conſultari debent,faciunt *vol.5.d.29.l.*uuuuuu.3.

Comitia incipiendi, in iis ſedendi,de cujus prærogativa acerrimæ contentiones ſępius fuerunt excitatæ,modus,& ordo:eadem proſequendi ratio,id eſt,qua ratione vota, & ſuffragia ferantur, quot Electores,quot Principes,quot Comites, quot Urbes ſuffragia habeant,quomodo cauſæ tractentur. *vol.5.d.29.l.*uuuuuu.3.4.xxxxxx.1.2.3.

in Comitiis majora vota vincunt,in politicis, & ſæcularibus negotiis,non item in religionis diſceptatione *vol.5.d.29.l.*xxxxxx.3.4.

Commercio hominum naturâ exemptus eſt homo, & res quæ non ſunt, nec fore ſperantur *vol.3.d.9.l.*bbb.2.

Commercio hominum gentium jure exemptæ ſunt res ſacræ,ſanctæ,religioſæ, item res publicæ omnium,aut populi alicujus *vol.3.d.9.l.*bbb.3.

Commercio hominum jure civili exemptæ ſunt res publicæ,Univerſitatis *vol.3.d.9.l.*bbb.3.

Commercia ſunt juris gentium,eaque qui lædit,humanam ſocietatem lædit:tamen Princeps, ne tales res in Regionem ſuam vel importentur,vel exportentur,item ne tales homines in eam admittantur,prohibere poteſt *vol.4.d.14.l.*sss.1.

Commercia rata,& libera omnibus eſſe debent *vol.2.d.7.l.*yy.4. vide in verbo Mercatura.Igitur malè fit,cum Forenſes, quos vocant,Mercatores absq; graviſſima cauſa è territorio expelluntur,& recedere recuſantibus bona auferuntur *vol.6.d.11.l.*Rrr.1.

in Commiſſum non cadunt, qui feudum,aut Emphyteuſin absque conſenſu Domini alienarunt, modò traditio non ſit ſubſecuta, quia traditione ſolùm dominia transferuntur *vol.1.d.10.l.*B.1.2. *vol.3.d.9.l.*ccc.1.

ſi Commiſſum ob non petitam debito tempore inveſtituram,& ob non præſtita Domino ſervitia fiat, tunc feudum ipſi Domino excluſis agnatis committitur *vol.2.d.31.l.*QQ.2.

ſi Commiſſum ex delicto in alium,quàm Dominum,patrato fiat,tunc excluſis deſcendentibus,agnati tamen cæteri etiam in ſecundo gradu admittuntur ad feudum,etſi contraria opinio communis ſit *vol.2.d.31.l.*QQ.2.

Commiſſoria lex in emptione frequens eſt,& eſt,cum inter emptorē,& venditorem convenit,ut niſi ad diem certū pretiū ſolvatur, res ſit inempta *vol.3.d.9.l.*fff.2.

Commiſſoriæ legis pactum legibus noſtris in emptionibus tantùm conceſſum eſt,nō etiam in aliis contractibus,nec tamen valet in venditione feudi,annuorum redituum, rerum Emphyteuticarum, vel Eccleſiaſticarum *vol.4.d.30.l.*Z.4

Commiſſoriæ L. pactum,quo pecunia juſto tempore non ſoluta pignus commiſſum eſt creditori non valet,niſi juramentum acceſſerit *vol.7.d.6.l.*cc.1.

Commiſſarii Commiſſionem ſuam ad alia diverſa extendere non debent, nec plus facere, quàm Principalis *vol.5.d.23.l.*ppppp.1. vide in verbo Judices delegati.

verbum Committere regulariter delegatam jurisdictionem importat *vol.7. d. 5.l.aa.4.*

in Commiſſione quando dicitur *Procedas authoritate, vel nomine noſtro*, ex eo delegata cenſetur jurisdictio *vol. 7. d. 5. l. aa.4.*

Commodatarius detinet, non poſſidet, nec ſibi, ſed Domino rei poſſidet *vol. 2.d.14.l.A.3.*

Commodatum eſt contractus realis, quo res aliqua determinato uſu, gratuito utenda alicui conceditur, ut uſu finito illa ipſa reſtituatur etiam in ſpecie *vol.1.d.10. l.ss.3.*

Commodo proprio invigilare quis poteſt, licet ex eo damnum aliis inferatur, modo non fiat animo nocendi aliis *vol.3. d.5.l.gg.5.*

Commoda debent ſequi eum, quem ſequuntur incommoda *vol.5.d.31.l.M.3. d.10.l.xx.1.vol 6.d.8.l.Eee.1.*

Commodum non debet excedi ab onere, ſic quem non honoro, eum nec gravare poſſum *vol.5.d.32.l.P.3.*

Commodè quod facere poſſumus, id credimur facere poſſe *vol.6.d.3.l.Ii.1.*

Commune eſt, quod propriè non eſt meum, ſi videlicet res communis ſit dividua, non ſi ſit individua, ut jus patronatus, & ſervitus, quæ jura totaliter ſunt in toto, & qualibet ejus parte *vol. 3. d. 5. l. nn.1.*

Communio parit diſcordias, magnaque ſecum trahit incommoda *vol.6.d.10. l.Ooo.3.*

Communia, ac publica majori conſideratione indigent *vol.2.d.1.l.a.2.*

Communia plerunq; negliguntur *vol. 6.d.16.l.Dddd.4.*

Compenſatione tollitur obligatio *vol. 3.d.7.l.yy.4.d.12.l.L.3.4.* Eſt loco ſolutionis *vol.6.d.11.l.Rrr.4.vol.7.d.1.l.d.2.*

Communionis materia excitare ſolet diſcordias *vol.5.d.9.l.rr.2.*

Compenſatio in debitis liquidis regulariter locum habet, id tamen in Fiſco non ſemper obtinet *vol.6.d.2.l.K.2.*

Commodato dari poteſt etiam res aliena: non tamen conſiſtit, in rebus quæ uſu conſumuntur, & ſic planè differt à mutuo, ut etiam ex definitione colligitur *vol. 1.d.10.l.ss.3.*

ex Commodato naſcitur actio commodati directa, & contraria ſive utilis. Directa datur commodanti adverſus commodatarium, ejusque hæredes, de re commodata uſu finito reſtituenda, aut eâ deteriorata ad intereſſe; perempta vero de æſtimatione, ut & fructibus, atque acceſſionibus *vol.1. d 10. l.ss.3.vol.7.d.4. l.m.2.* idem corpus, & ſpecies debet reſtitui *ibid.*

in Commodato nec dominium, nec poſſeſſio transfertur *vol.7.d.4.l.m.2.*

in Commodati actionem venit dolus, & omnis culpa, niſi aut utriusque, aut ſolius commodantis gratia hic contractus ſit celebratus *vol 1.d 10.l.ss.3.*

in Commodati actionem non venit caſus fortuitus, niſi ex culpa, morâ, aut pacto, vel denique niſi æſtimata fuerit *vol.1.d.10.l.ss.3.*

Commodato datâ re, quæ æſtimata ſit, tunc omnis caſus fortuitus tàm ſine culpa, quàm ex culpa, ac etiam fato venit. *vol.1.d.10.l.ss.3.4.*

in Commodato locum habet compenſatio: quod tamen videtur negandũ. *vol.1. d.*10.*l.*ss.4. *v.*7.*d.*4.*l.*m.2. ubi hoc negatur.

Commodati contraria, vel utilis actio datur Commodatario adverſus commodantem: ſi vel uti re commodata ſit prohibitus, vel damnum ex vitioſa re ſcienter commodata ſentit, vel ſumptus majores in rem commodatam neceſſariò fecit *vol.*1.*d.*10. *l.*ss.4.

de Commodato datur actio ad exhibendũ: vel rei vendicatio *vol.*7.*d.*4.*l.*m.2.

Compenſare non poteſt unus ex duobus Reis, quod alteri ſtipulator debet, niſi ſocii ſint. Nec enim alius, quàm cui debetur, compenſatione uti, nec quod alii, quàm ei, qui convenitur, debet, compenſare creditor cogitur, etſi fidejuſſor, quod ſibi, & principali, pater quod filio, & dominus quod ſervo, ſocius, quod ſocio debet, compenſare volentes audiendi ſunt *vol.*3.*d.*12.*l.*L.4.

Compenſatio tunc maximè locum habet, ſi debitum meum ſit alteri ęquale, aut majus: aliâs ſi minus ſit, compenſatio Invito obtrudi non poteſt, niſi reſiduum offerat debitor. *vol.*6.*d.*11.*l.*Rrr.4.

Compenſatur contumacia contumaciâ pari, mora morâ, negligentia negligentiâ, dolus dolo, delictum delicto *vol.* 3.*d.*15.*l.*R.1.

Compenſatio locum habet tantum in quantitatibus, non in ſpeciebus *vol.*7.*d.*4. *l.*m.4.

Compenſationis exceptio creditorem, eundemq; debitorem petentem ſubmonet, ſi reus paratus ſit compenſare. Debiti verò & crediti inter ſe contributio propriè cõpenſatio dicitur *vol.*2.*d.*27.*l.*LL.4.

Competentiæ jus, & beneficium qui habent, id eſt, qui in id ſaltem, quod facere poſſunt, tenentur, à metu carceris liberi ſunt, imò iis etiam, licet plus debeant, tantùm relinquendum eſt, quantùm ipſis ad ſeſe honeſtè exhibendum, & egeſtatem evitandam eſt neceſſarium *vol.*5.*d.*5. *l.*ff.3. & qui hi ſint vide *ibid.*

Competentiæ jus liberi habent reſpectu patris *vol.*7.*d.*4 *l.*o.2. vide Reus.

Competentiæ jus cedens bonis habet poſt ceſſionem, ſi pinguiorem fortunam nanciſcatur *vol.*5.*d.*5.*l.*hh.3.

Complendum habetur pro completo *vol.*4 *d.*9. *l.*nn.3.

Compromiſſum omnem appellationem tollit, id eſt, à ſententia in compromiſſo lata appellari non poteſt, ſive id ſit pœnale, ſive ſit ſimplex *vol.*1.*d.*8.*l.*nn.2.3. *vol.*5. *d.*18. *l.*uuuu.4. xxxx.1. *d.*40.*l.*OO.1. *vol.*7.*d.*5.*l.*y.3.

Compromiſſum, vel laudum ſi manifeſtam contineat iniquitatem, doli mali exceptio pœnę conventionalis petitionem, & executionẽ laudi impedit *vol.*7.*d.*5.*l.*y.3.

in Compromiſſo ſi plures arbitri recepti ſint, non poſſunt præſentes, vel uno tantùm abſente arbitrari, niſi fortè litigantes qui compromiſerunt, in præſentes de novo conſentiant, idque de jure civili, ſecus de Canonico *vol.*7.*d.*6.*l* bb.3.

Compromiſſariæ pronuntiationis exceptio æquivalet exceptioni rei judicatæ, reumq; defendit, qui abſolutus eſt: Compromiſſum enim ad ſimilitudinem judiciorũ redigitur, & ad finiendas lites pertinet *vol.*2.*d.*27.*l.*MM.1.*vol.*7.*d.*8.*l.*mm.1.

in Compromiſſo igitur vocantur litigatores, in jus offertur libellus, dantur dilati-

dilationes, recipiuntur teſtes, inſtrumenta, dicitur ſententia *vol.7.d.8.l.*mm.1.

Compromiſſum aliquod ſi in Titium, & ſervum aliquem fiat, tunc id erit inutile, ut & ſententia ab ipſis prolata: & ſic inutile quoad ſervum, vitiabit utile quoad Titium *vol.5.d.34.l.*X.3.

Concilium urbis publicum inter cætera, ne quid publicè, vel privatim ab externis invaſionibus, domeſticis ſeditionibus Reſp. detrimẽti capiat, omni cura providere debet: hinc quæritur, utrum ad Conſiliarios Principis, qui in civitate municipali forte Principis nomine reſident, an ad decuriones pertineat cognitio de viatoribus, qui ſolent à cauponibus excipi? reſp. horum fore cognitionem, quorum curæ Reſp. eſt commiſſa: ſic ad concilium ſpectat, ſi quis muros urbis perforare, aut ad eos aliquid ædificare velit *volum.4.d.5. l.*vv.3.

Concilia generalia etiam Cæſarem convocare poſſe contendunt Proteſtantes: imò ajunt ejus convocationem ad ſolum Cæſarem ſpectare *vol.4.d.15.l.*ttt.3.4. *d.17.l.*ffff.1.2. *vol.5 d.30.l.*H.4. *volum.6.d.3. l.*R.2.

in Concilio Tridentino Pontificem non fuiſſe Judicem competentem ajunt Proteſtantes *vol.5.d.30.l.*H.4.I.1.

Concordata Germaniæ inter Pontificem, & Cæſarem *vol.5. d.17.l.*gggg.4.*d.23. l.*nnnnn.3.

in Conceſſione Principum etiam adjacentia, & pertinentia comprehenduntur *vol.2.d.3.l.*k.3.*vol.6.d.3.l.*Cc.4.

Conceſſo aliquo conceſſum etiam omne id cenſetur, ſine quo illud expediri nequit *vol.2.d.13 l.*e.2. *vol.5.d.4.l.*z.3 *d.30. l.*C.1.*vol.6. d.3.l.*Ff.4.

quæ Conceſſionem ſpecialem requirunt, in generali conceſſione non comprehenduntur *vol.4.d.8.l.*gg.3.

Conceſſio ſubreptitia, gratia, vel inveſtitio nemini emolumento, aut damno eſſe debet, nec ſubreptitionis vitium per clauſulas purgatur *vol.2.d.3.l.*m.2.

in Conceſſionibus quibuscunq; ſemper excepta intelligitur perſona concedentis, & authoritas *vol.5.d.11.l.*xx.4.yy.4. *d.21.l.*ffff.3.

Conceſſio Principis accipitur ſalvo jure tertii *vol.5. d.11.l.*xx.4.*vol.6.d.3 l.*V.1.

in Conceſſione generali non veniunt ea, quæ in ſpecie non eſſet facile conceſſurus Princeps *vol.5.d.11.l.*xx.4.

Conceſſio ſi certâ aliqua qualitate facta ſit, tunc illa remota tollitur *vol.6 d.3. l.*Ii.1.

Concedens omnem jurisdictionem alicujus caſtri, non poteſt ab adquirente, vel poſſeſſore ejus, ſi concedens in eo delinquat, puniri, vel diſtringi *volum.5.d.11. l.*xx.4.

Concluſio unius eſt excluſio aliorum *vol.2.d.6.l.*nn.4.pp.4.qq.1. *d.1 l.*e.4. *vol.5. d.30.l.*B.3. vide in verbo Incluſio.

Concluſio in judicio eſt ulteriorum probationum, & allegationum renuntiatio, & totius cauſę ad ſententiam pronuntiandam facta ſubmiſſio: quod ſi altera litigantium pars monita concludere nolit, judex etiam ea invita ex officio cauſam pro concluſa acceptare poteſt *vol.3 d.15. l.*S 2.

Concluſione cauſæ facta, tamen adhuc allegationes juris, informationes, &

conſilia recipi poſſunt, quod hæc non ſint pars actorum, ſed tantum judicem melius inſtruant *vol.3.d* 15.*l*.S.3.

Concordia res parvæ creſcunt, diſcordia magnæ dilabuntur *vol.6.d.19.l*.Tttt.4. vide Reſpublica.

Concubinatum perpetuum num jus Canonicum probet, pugnant inter ſe authores: jus certè civile eum permittit *vol.1.d.3.l*.q.4. *vol.5.d.39.l*.KK.4. *volum.7.d.4.l*.q.2.*d.6.l*.dd.1. ajunt tamen poſt Juſtiniani faſces illicitam eſſe conjunctionem *vol.7.d.9.l* 00.4 *d* 10.*l* uu.2.

Concubinæ non poteſt à teſtatore viro ſuo relinqui ultra dimidiam unciam *vol.7.d.2.l*.f.2.

Concubina eſt quæ uxoris loco habetur, & corpus miſcet, filii autem ex hac nati, plerumque naturales appellantur *volum.5.d* 39.*l*.KK.4.*vol.7.d.3.l*.k.2.

ex Concubina naſcuntur filii contra votum, & tamen cogunt ſe diligi *vol.7.d.2.l* g.1.

Concurſus Jurisdictionis. vide in verbo Jurisdictio.

Condemnandus habetur pro condemnato *vol.4.d.9.l*.nn.3.

Condemnari indicta cauſa nemo poteſt *vol.5.d.30.l*.I.1.

Condici res conſumptæ à Dominis ſolent, vindicari extantes *vol.7.d.4.l*.s.1.

Condicit nemo rem ſuam niſi à fure *vol.1.d.12.l*.A.3.

Conditionis eſt latiſſimus uſus, ut etiam pro tenore puri contractus interdum accipiatur *vol.6.d.12.l*.Sss.3.

inter Conditionem, & modum quænam differentia *vol.1.d.17.l*.C.4.

Conditionales obligationes, & pacta non perficiuntur niſi impleta conditione *volum.3.d.5.l*.hh.3.*d.9.l*.ddd.1.fff.2.*vol.6.d.12.l*.Ttt.3.4.

Conditio eſt cauſa, rem, quæ agitur, ſub incerto eventu in futurum ſuſpendens *vol 6.d.12.l*.Sss.3.Ttt.2.

Conditio impoſſibilis, vide Impoſſibilis.

Conditionem ſuam quisq; pacto, vel ſtipulatione aggravare poteſt *vol.6.d.8.l*.Ccc.2.

Conditionem meam deteriorem reddere non eſt in poteſtate alterius *volum.1.d.12.l*.D.2.*vol.7.d.1.l*.c.2.

Conditio eſt vel Poſſibilis, vel Impoſſibilis: Illa vel poteſtativa: vel caſualis: vel mixta *vol.6.d.12.l*.Sss.4.

Conditionales venditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio, quâ exiſtente venditio retrotrahitur. Licet igitur pendente conditione emptor, vel venditor deceſſerit, tamen ea exiſtente heredes quoque obligati ſunt: nec pendente conditione alteri à venditione abire permiſſum *vol.3.d.9.l*.ddd.1.fff.2.

Conditio poſſibilis poteſtativa, poſita eſt in ſola, & libera voluntate ejus, qui vel dando, vel faciendo illam implere debet *vol.6.d.12.l*.Sss.4.

Conditio impoſſibilis in contractu non obtinet *vol.3.d.9.l*.ddd.1.*d.12.l*.L.3. ſed illum vitiat *vol.6.d.12.l*.Sss.4.

Conditio turpis, & inhumana in contractu non obtinet *vol.3.d.9 l*.ddd.1.

Conditiones aliæ intrinſecæ, aliæ extrinſecæ ſunt: illæ quamvis appoſitæ ſint, actum tamen conditionatum non reddunt, & ejusmodi conditiones nihil disponunt *vol.3.d.10.l*.C.1.

In Con-

in Conditionibus attendimus principium primæ exiſtentiæ, neque curamus ejus ſucceſſum. Sufficit igitur illam ſemel eſſe impletam, etſi non duret ejus implementum *vol.6.d.*18 *l.*Rrrr. 2.

Conditione in diſpoſitione deficiente, ceſſat ipſa diſpoſitio *vol 6. d.*3. *l.*Ii.1.*d.*12. *l* Ttt.4. obligatio, & omnis alius actus ſub conditione celebratus *ib.d.*18.*l.*Rrrr.2.

Conditio poſſibilis caſualis in caſu fortuito poſita eſt *vol.6.d.*12.*l.*Sss.4.

Conditio mixta partim fortuita, partim arbitraria eſt *vol.6.d.*12.*l.*Sss.4.

Conditio in obligatione quavis vel eſt caſualis, vel poteſtativa, poſſibilis, vel impoſſibilis, affirmativè, vel negativè concepta *vol.*3.*d.*12.*l.*L.2.*vol.6.d.*12.*l.*Sss.4.

Conditionis negativæ natura eſt, ut tunc impleatur, quando certum eſt, non poſſe eſſe, & ad Impoſſibile reducitur *vol.6.d.*18.*l.*Rrrr.3.

Conditio impoſſibilis affirmativè concepta vitiat ſtipulationem, ſecus ſi negativè concepta foret *vol.*3.*d.*12. *l.*L.3.*vol.6. d.*12.*l.*Sss.4.

Conditio quævis ſeu affirmativè, ſeu negativè ſit concepta, in eventu futuro poſita eſſe debet, quem etiam incertum eſſe oportet *volum.6. d.*12.*l.*Ttt.2.

Conditio nullum jus continet, ſed facti eſt, ex quo aliquando jus naſci poteſt *vol.*4.*d.*16.*l.*xxx.3.

Conditio exiſtit vel reipſa, vel Interpretatione *vol.6.d.*12.*l.*Ttt.3.

Conditionalis obligatio exiſtente conditione ad tēpus conventionis retrotrahitur, quaſi purè ab initio cōtracta fuiſſet *volum.*5.*d.*14 *l.*mmm.2. *vol.6.d.*12.*l.*Ttt.4. quod tamen in Legatis non obtinet *ibid.*

Conditionalis diſpoſitio eâ exiſtente, vel completâ æquiparatur puræ *volum.*5. *d.*14.*l.*mmm.2. *volum.6. d.*12. *l.*Ttt.2 3.4. & perficitur, ac conditur id quod ſub ea geſtum eſt *ibid.* eâque completa purificatur Diſpoſitio *ibid.d.*16.*l.*Cccc.4.*d.*18. *l* Rrrr.2.

ea quæ Conditionem important in forma ſpecifica adimpleri debent *vol.*5. *d.*30.*l.*E.3.

in Conditionum materia voluntas adjicientis primum locum obtinet, quæ declaratur per particulas: Si; Dum; Cum; & ſimiles &c. idque non tantum in ultimis voluntatibus, ſed etiam in conventionibus, & contractibus valet *volum.6. d.*12. *l.*Sss.4.

in Conditione vix à perſona receditur, præſertim ſi ejus Induſtria ſit electa, niſi in dando, ubi unusquisque pro alio conditionem, id eſt, dationem adimplere poteſt *vol 6.d.*12.*l.*Ttt 3.

Conditio iniqua alteri per alterum inferri non debet *vol.*5.*d.*30.*l.*F.2.*vol.*7.*d.*4. *l.*t.1.

Conditiones ad ſimiles caſus non porriguntur *vol.6.d.*12.*l.*Ttt.3.

Conditio omnis, quæ pietati alicujus legatarii contraria eſt, jure civili habetur pro impoſſibili, ac perinde cenſetur in ultimis voluntatibus, ac ſi ſcripta non eſſet, etiamſi teſtator relictum alii reſtitui velit, ni conditioni pareatur *volum.*5. *d.*30. *l.*H 1.2.

in Conditionibus pluribus actui conjunctim adjectis, unam impleviſſe non ſufficit *vol.6.d.*12.*l.*Ttt.3.4.

Conditio omnis, quæ lædit exiſtimationem

tionem legatarii, habetur pro non ſcripta *vol.5.d.30.l.*H.2.

in Conditionibus pluribus actui disjunctive adjectis, unam impleviſſe ſufficit *vol.6.d.12 l.*Ttt.3.

Conditiones quæcunque rem ſacram ære nundinantur, illæ veluti Simoniam foventes, prohibitæ ſunt *volum.5. d.30. l.*H.2.

Conditionem pro parte impleviſſe non ſufficit *vol.6.d.12.l.*Ttt.3.4.

Conditio perſonarum ad quas habetur reſpectus, variat plerumque interpretationem juris, & legum: nempe ſi ſit perſona Eccleſiaſtica, vel Sæcularis, paganus, vel miles, minor, mulier, ruſticus, ſenex, vel impubes *vol.5.d.49.l.*HHHH.1.

Conditione hac legatum mulieri relictum, ne nubat, tamen habebit mulier, etſi nubat, quia pro non ſcripta habetur *vol.5.d.41.l.*TT.3. de conditionibus vide plura in materiis, cujuscunque obligationis.

Conditiones poteſtativę in ultimis voluntatibus quædam vivo teſtatore implentur: quædam mortuo. Mixtæ verò & caſuales quocunq; tempore impleri poſſunt: uti & in contractibus tempus Impletionis non tàm exactè ſpectatur *vol.6. d.12.l.*Ttt.4.

Conductor detinet, non poſſidet, nec ſibi, ſed Domino rei poſſidet *vol.2. d.14. l.*A.3.

Conductori ad longum tempus ſpoliato interdictum unde vi competit *vol.3. d.1 l.*d.1.

nulli Confeſſo de ſe credi debet in prę-judicium aliorum *volum.1.d.12.l.*E.1.*vol.3. d.1.l.*c.4.

Confeſſione partium nulla melior eſt probatio *vol.1.d.12.l.*E.2.

Confeſſio etſi non ſufficiat ad obligationem inducendam, ſufficit tamen ad probationem faciendam, & ad liberandum *vol 1.d.12.l.*E.2.

Confeſſio valida eſt, quando tendit ad declarationem actus, qui erat ambiguus *vol.1.d.12 l.*E.2.

Confeſſione nulla melior probatio invenitur, qua controverſia, velut jam lata definitiva dirimitur, cum confeſſus pro judicato habeatur. Eſt autem probatio, qua is, contra quem in judicio quid eſt petitum id ipſum aſſeverat, illaque adſertione ſibi non alteri præjudicat. Et eſt aut ſpontanea, utpote nullo cogente facta, vel extorta *vol.1 d.20. l.*S.1.2. *volum.3.d.5. l.*rr.4.

Confeſſio ſpontanea vel eſt judicialis, quæ in judicio, vel extrajudicialis, quæ fit extra judicium: illa eſt maximæ authoritatis, admittiturque contra præſumptionem juris, & de jure appellationem impedit, & licet nullæ probationes poſt cauſæ concluſionem admittantur, admittitur tamen probatio per confeſſionem, per quam & res judicata retractari poteſt tàm in civilibus, quàm in criminalibus, quod tamen de confeſſione erronea nequaquam intelligendum eſt, quæ revocari poteſt maximè ſi probationes in contrarium offerantur, quæ omninò admittendæ ſunt: etſi autem confeſſio nemini præjudicet, niſi ſibimet ipſi, procuratoris tamen ipſi Domino obeſt, ſub diſtinctione, item tutoris in cauſis pupilli *vol.1.d.20.l.*S.1. *vol 4.d.33.l.*FF.2.

Confeſſionis extrajudicialis non tanta

vis eſt:

Digitized by Google

vis eſt: nam impune revocari poteſt, nec quicquam præjudicat confitenti debitum in chirographo, quò minùs exceptione non numeratæ pecuniæ uti poſſit, niſi ſit apud acta confeſſum, tunc enim pro confeſſione judicialiter habebitur, ut & illa, quæ fit coram Notario, & teſtibus, ſicuti geminata confeſſio diverſis temporibus: liberatoriæ tamen chirographorum confeſſiones, etiam extrajudiciales omninò valent: idemque dicendum de confeſſione in articulo mortis facta, cum nemo eo tempore mentiri præſumatur *vol.1.d.20.l.S.1.2. vol.4.d.33. l.GG.4.*

Confeſſio extorta, cum à privato fieri non poſſit, ſed ſoli Magiſtratui committatur, ſemper judicialis eſt, & hodie in criminalibus tantum locum habet, ad quam tamen non temerè procedendum, nec ab ea incipiendum, ſed præcedere debent ſigna, & judicia ſufficientia; & inprimis crimen de quo quæritur, certò admiſſum eſſe judici conſtare debet. Signa aliàs debent eſſe probabilia, & veroſimilia, hinc extrajudicialis confeſſio indicium facit, & hoc contra confitentem, non tertium, maximè ſi adminicula loci, & temporis accedant, nec naturæ, & rationi repugnet: trepidatio quoque, pavor, & variatio ſufficientia indicia ſunt, ſi concurrant circa negotium principale: non autem ſi quis reperiatur in loco commiſſi ſceleris, niſi aliæ id circumſtantiæ arguant, ut gladius vagina vacuus in loco perpetrati homicidii, veſtis ſanguine madens, & ſimiles, ut emiſſio ſanguinis in interfecti cadavere. Nec unius teſtis teſtimonium ad torturam ſufficiens eſt, ut nec ſine aliis adminiculis fama, vel inimicitiæ, vel fuga, vel minæ, vel confeſſio torti ſocium quem criminis aſſerentis, nec divinationes incantatorum, aut ariolorum indicium, nec fœminarum in aquam impoſitio, Indicia autem per juramentum ſub diſtinctione purgari poſſunt *volum.1. d.20.l.S.2. volum.4. d.33. l.FF.2.3.*

ad Confeſſionem extorquendam, ſeu torturam rei ineundam cum interlocutione judicis opus ſit, ab ea appellari poteſt, quod tamen de jure novo Carolino ſecus eſt, *vol 1.d.20.l.S.2.*

ad Confeſſionem extorquendam, ſeu torturam, ſi judex abſque legitimis, & ſufficientibus indiciis proceſſerit, ea confitenti nequaquam præjudicat, adeò, ut confeſſio illa de jure nulla habeatur, tenebiturque Judex reo injuriarum, & utili Legis Aquiliæ actione, quin & capitaliter puniendus Judex, qui contra leges torturæ quem ſubjecerit, nec etiam omnes indiſtinctè torqueri poſſunt: alios enim ætas, alios privilegium, alios dignitas, alios præſens conditio eximit, hinc nec impuberes licet pubertati proximi, nec milites, nec Senatores, nec Decuriones, horumque liberi, nec perſonæ illuſtres torqueri poſſunt, quod tamen in crimine læſæ Majeſtatis, proditionis patriæ, falſæ &c. locum non obtinet *vol.1. d.20. l.S.2.*

ad Confeſſionem vi extorquendam, ſeu torturam datis veroſimilibus indiciis rectè procedetur, quæ, ſi rei fuerint plures, à timidiſſimo, & ex quo Judex facilè verum cognoſci poſſe exiſtimaverit, incipienda erit. Ita autem tortura adhibenda eſt,

O

Digitized by Google

da eſt, ut veritas exprimatur, non ut quis excecutur, & reus vel innocétię, vel ſupplicio ſalvus remaneat, ubi omnium primò tentandus eſt terror, qui ſi reum ad confitendum induxerit, ita condemnari poteſt, ſi extra locum torturarum, remotisque tormentis confeſſionem ratificaverit: & cum non omnes cruciatui ferendo æquè ſint pares, quippe cum alii tantæ ſint conſtantiæ, ut quidvis pati, quam crimen fateri præſumant, alii quidvis dicere, quam corporis cruciatus etiam minimos experiri malint, prudentis erit judicis, ſecundum qualitatem perſonæ, & delicti torturam decernere: per quam ſi ſe reus purgarit, repeti denuò niſi novis indiciis ſupervenientibus non debet. Si verò reus in tortura fuerit faſſus, liberatus negaverit, vel vi, metuve tormentorum confeſſum ſe dixerit, ne eluſorius torturarum effectus reddatur, repeti poteſt: quod tamen ultra ternam confeſſionem non extenditur propter reſtrictionem tum odioſorum, tum infinitorum. Sin autem reus crimen fuerit confeſſus, rectè condemnabitur, circumſtantiis tamen omnibus plenè cognitis, quæ ſi à veritate fuerint abſonæ, prudentis erit judicis diligentiorem inveſtigationem adhibere. Quod ſi nec confeſſus fuerit, nec actor idoneè probaverit, definitivè abſolvendus erit reus, habebitque, contra actorem actionem, ſeu reconventionem injuriarum vel criminalem, vel civilem, & nonnullas alias *vol.1.d.20.l.S.23.vol.4.d.33.l.FF.3.*

Confeſſio jurata parte etſi eam nõ petente, nec acceptante, confitenti religionis ergo nocebit *vol.3.d.11.l.L.1.*

pro Confeſſo habetur, qui interrogatus non vult judici reſpondere, ſed contumaciter tacet, aut quæ ab adverſario allegantur, non it inficias *volum.4.d.33.l.FF.2.*

pro Confeſſo habetur & is, qui legitimè citatus contumaciter non comparet, quod tamen non obtinet in criminalibus *vol 4.d.33.l.FF.2.*

pro Confeſſo habetur, qui de crimine paciſcitur ſpontè, aut tranſigit *vol.4.d 33.l.FF.2.*

Confeſſioni propriæ fides omnino adhiberi debet. Nam nemo præſumitur dicere quod non ſentit *volum.5.d.23.l.nnnnn.2.*

Confeſſio venditoris facit ſemiplenam probationem tantum, & ſi aliud non ſit in favorem emptoris in contrarium, habebit locum juramentum ſuppletorium *vol.1.d 12.l.E.3.*

Confeſſoria actio, vide Negatoria.

in Confinibus ſi delictum committatur, tunc juriſdictio ſpectabit ad utrumque confinium Dominum, idque communi opera perſequentur: videtur tamen in hoc negotio præventioni locus. Idem ſtatuendum ſi delictum in flumine committatur, quod utriusque regionem diſterminat, vel cadaver occiſi in id projiciatur, ita ut planè ignoretur, in cujus territorio homicidium factum ſit *vol.5.d 11.l.ddd.2.d.12.l.ggg 2.d 15.l.nnn.2.d.20.l.ccccc.4.d.35.l.Y.4.*

in Confinibus ſi delictum inchoatum ſit tam reſpectu offenſi, & patientis, quam delinquentis, & agentis, in unius juriſdictione, ac continuo, nec interrupto actu etiam reſpectu utriusque in alterius.

Digitized by Google

terius diſtrictu demum perfecto, tunc datur concurſus utriuſq; jurisdictionis circa puniendum delictum, niſi inchoatio eſſet licita, vel etiam illicita quidem, ſed cadat in ſpeciale delictum alterius *vol.5. d.11 l.*ddd.3.

Confinis etiam in proprio ſuo territorio ad confinia ejus, patibulum propius, quam umbra patibuli ſole aſcendente, & deſcendente longiſſima eſt, ponere non poteſt *volum.5.d.11.l.*ddd.3. vide in verbo Delictum.

Confirmatio quamvis non ſit inutilis, neceſſaria tamen non putatur, cum nihil novi inducat, ſed in omnibus, & per omnia ſecundum actum confirmata intelligatur, reſtringatur, & extendatur *vol.7.d.9.l.*pp.2.

Confirmatio nihil novi tribuit *vol.3. d.5.l.*mm.1.*vol.6.d.3.l.* Cc.1.

Confiſcare idem eſt, ac in publicum ærarium referre *vol.6.d.2.l.*F.3.

Confiſcatio apud Status, & Principes ſuperiorem recognoſcentes tantùm in illis caſibus locum habet, in quibus jure communi confiſcationis pœna eſt præſtituta *vol 1.d.4 l.*y.4.

Confiſcationis pœnam officiales minores inducere nequeunt, quotiescunq; pœna ob delictum à lege vel expreſsè, vel generaliter invenitur impoſita *vol.3. d.5. l.*pp.4.

Confiſcatio non debet omnibus criminibus capitalibus inferri, & ſi quæ hujusmodi ſtatuta ſunt, irrationabilia ſunt *vol.6.d.5.l.*Oo.3.

Confiſcatione bonorum aliquando Principis indignatio gravior eſſe poteſt, & in auxilium prohibitionis ſuperioris inferior, apponendo ei pœnam jure communi non expreſſam ſtatuere, & extra caſus legis aliquando confiſcare poteſt *vol.3. d.5.l.*pp.4. vide in verbo Fiſcus.

Confœderatio ſecunda cenſetur facta ſine præjudicio primæ *vol.1.d.16.l.*O.3.

Confœderationes exoptandę ſunt. Nã operantur multum, & paratum Reip. venenum extinguunt, vitam ejus prorogãt, ex duabus civitatibus corpus faciunt unum, & Confœderati idem habent velle, & idem nolle *vol.1.d.16.l.*O.2.

Confœderatio confratrum non confert jurisdictionem, niſi in rebus ad confraternitatem pertinentibus: nec efficit, ut vaſalli unius Principis, efficiantur vaſalli alterius, vel pares curiæ reſpectu vaſallorum Principis confœderati *volum.1. d.16.l.*O.3.

Confœderatorum civitates, & Provinciæ non utuntur privilegiis iſtius Principatus, cui per pactum gentilitium, & ſucceſſorium adhærent, nec ſtatuta unius porrigúnt effectum ad territorium alterius, nec committunt crimen læſæ Majeſtatis ſubditi Principis confœderati in Principem confœderatum: & ſi unus ex confœderatis relegarit aliquem, non poteſt relegato injungi, ne in confratris regiones commigret, niſi ſit delictum atrox *vol.1.d.16.l.*O.3.

Confœderationibus conſtituendis potiſſimum obſtant religionis diſſidium, & morũ, legumq; diſparitas: nã paritas animorum cõcordiæ mater internæ pacis altrix, externæ præſidiũ eſt *vol.1. d.16.l.*O.2.

Confœderationes, colligationes, reprobat, irritat, damnat Carolus IV. in Aurea Bulla cap.15. eæ tamen licitæ ſunt,

Digitized by Google

quas Principes, Civitates, & alii pro generali provinciarum pace, & quiete inter ſe confirmaſſe noſcuntur *vol.2.d.6.l.*uu.1. tt.4.*vol.4.d.17.l.*eeee.3.*vol.5.d.2.l.*h.4.

in Confœderationibus omnibus Princeps excipi debet, tantùm abeſt, ut contra illum fœdus inire liceat *volum.2.d.6. l.*uu.1. *volum.4.d.17.l.*eeee.3.vide in verbo Fœdus.

Confraternitatis vocabulum variè accipitur: præcipuè vero in iis, quæ pacta ſucceſſoria conſtituunt *vol.5. d.31. l.*K.3. vide in verbo Pacta ſucceſſoria.

Confuſa jura retractus, uſusfructus, ſervitutum, pignorum, actionum, & id genus aliorum, ceſſante poſtea confuſionis cauſa iterum reviviſcunt. Prædicta enim non ita confunduntur, & extinguuntur per acquiſitiones revocabiles, quin illis revocatis etiam redintegrentur, ac in priſtinam revocentur cauſam *vol.1. d.12.l.*xx 2.*vol.3.d.1.l.*a.4.

Confuſionis exceptio competit ſi debitor creditori, vel contra creditor debitori heres exiſtat, vel quis alius utrique: hoc enim caſu quia debitum, & creditum in eandem concurrunt perſonam fit confuſio, qua obligatio, & actio ipſo jure tollitur: hoc non valet, ſi ex reis ſtipulandi, vel promittendi alter alteri ſuccedat, nec item ſi fidejuſſor debitori, aut è contra ſuccedat. Nam etſi fidejuſſoria extinguatur, principalis tamen obligatio remanet *vol.2.d.27.l* LL.4.

Confuſione extinguitur fidejuſſio, id eſt, quando creditor heres debitori exiſtit, aut contra: at quando fidejuſſor creditori heres exiſtit aut contra, ſolus fidejuſſor liberatur *vol.4.d.27.l.*R.2.

Confuſio omnis in Republica vitanda eſt *vol.5.d.20.l.*ccccc.3.

Conjectura, quæ hominem pœnæ eximit, ſemper capienda eſt *volum.2. d.24. l.*GG.3.

Conjecturæ ad condemnationem non ſufficiunt, niſi tales, quæ lege pro idoneis recipiantur *vol.2.d.25.l.*II.3.

Conjuges ſibi invicem ab inteſtato non ſuccedunt: quod ſi matrimonium ſit ſine dote contractum, aut exiguâ, virque dives deceſſerit, tunc uxor marito, ſi liberi plures ſint, ſuccedit in partes viriles, ſi tres tantùm, tunc quartam conſequitur: ita tamen, ut tantùm uſumfructum habeat iſtius quartæ, vel virilis portionis, proprietate ſervata liberis, ſi qui extiterint, his verò non extantibus, vel ſi etiam nullos habuerit, potiatur etiam dominio iſtius portionis, in quam imputatur id, quod ei relictum, vel legatum eſt à conjuge, ſed ut huic ſucceſſioni locus ſit, requiritur primò, ut matrimonium ſit ſine dote: Si enim dos data ſit, tunc ſoluto matrimonio uxor recuperat dotem, & maritus donationem propter nuptias, unde vivere poſſint, aut dos quidem data ſit, ſed per exigua: Secundò, ut præmoriens ſit dives: Tertiò, ut ſuperſtes ſit pauper, quando autem quis dicatur pauper, & dives, judicis arbitrio relinquendum. Quod hic dicitur de ſuperſtitibus liberis, idem intelligendum eſt de nepotibus, & multò magis aſcendentibus, & collateralibus. Nec portio ſuperſtiti conjugi debita ei per teſtamentum auferri poteſt: quod ſi bona à marito donata, vel alienata ſunt, & appareat id in fraudem factum, tunc uxor alienata pro portione revocare poteſt.

Digitized by Google

poteſt. Sic nec uxor confiſcatis mariti bonis quartam ſuam, uti nec dotem ſuam perdit *vol.2.d.20.l.Y.4.vol.5.d.39.l.MM.2.3.*

Conjugum, id eſt, viri, & uxoris ſucceſſio, jure civili tum demum obtinet, ſi ſucceſſiones deſcendentium, aſcendentium, & collateralium deficiant, dummodò matrimonium ad mortem duraverit, & maritus uxorem non interfecerit, & è contra, in tantum ut maritus uxorem in adulterio deprehenſam occidens à ſucceſſione ipſius excludatur *vol.5.d.39.l.MM.2.* itaq; conjuges Fiſcum excludunt *vol.7.d.9.l.qq.1.*

in Conjugum ſucceſſione pacta dotalitia, conſuetudines, & ſtatuta locorum, ſi quæ de ea ſint, inprimis obſervanda ſunt *vol.5.d.39.l.MM.2.*

Conjugum alterutro ſeparationem petente ob conſanguinitatem, ſi quidem ſint ex gradu prohibito jure divino, prohiberi conjuges illi debent, ne lite pendente carnaliter conjungantur *vol.3.d.2.l.m.1.*

Conjugum donationes non valent, vide Donatio.

Conjuncta alicui perſona ſine mandato, prævia tamen ratihibitionis cautione, agere, curatorem bonis abſentis poſtulare, defenſioni ſe offerre, litteras apoſtolicas ad lites impetrare, & arreſtare &c. poteſt, quod etiam intelligitur de conjunctis jure amicitiæ *vol.5.d.4.l.z.3.*

Conjurationem contra Principem, & Remp. initam omnes tenentur revelare *vol.2.d.1.l.a.2.*

Connexa, quæ ſeparari non poſſunt, eadem gaudent fortuna *vol.6.d.3.l.Cc.4. vol.2.d.6.l.rr.4.*

Conſanguineus, vide Matrimonium. Succeſſio, Hereditas.

Conſenſus minoris numeri in conventibus, & captandis conſiliis vincitur à majore, ubi tamen vide multas exceptiones *vol.2.d.3.l.g.4.*

quæ Conſenſu conſtant, & adimplentur, non modo verbis, ſed etiam rebus & factis æquivalentibus expediri poſſunt *vol.7.d.4.l.q.2.*

Conſenſus ex ſola ſcientia, & patientia alicujus in proprium damnum non concluditur *vol.1.d.12.l.E.3. vol.3.d.1.l.d.2.*

Conſenſus ex quo ſemel alicui rei additus eſt, non habet locum contradictio, ſeu recantatio *vol.3.d.1.l.d.2.*

Conſenſum taciturnitas infert *vol.3.d.1.l.d.2.*

Conſenſus non ex verbis tantùm, ſed etiam ex re tanquam facto aliquo præcedente tacitè poteſt elici, id quod tùm accidit, cùm fieri non potuit, quod factum eſt, niſi præcedens conventio placuiſſet: hic conſenſus nonnunquam eſt in jure, nonnunquam in facto *vol.5.d.17.l.aaaa.3.*

Conſenſus tacitus in juribus abdicativis, & abdicabilibus non ſufficit *vol.5.d.23.l.ppppp.1.*

Conſenſus partium ad conventiones omnes ineundas maximè deſideratur *vol.5.d.31.l.K.4.*

Conſequens qui vult, etiam vult antecedens *vol.6.d.13.l.Vuu.3.*

Conſequens præſupponit ſuum antecedens *vol.7.d.4.l.r.4.*

Conſenſu duorum, vel plurium conſtant pacta, vel contractus, nec ab iis

altera parte invita recedi poteſt *vol.5.d.* 32.*l.*O.1.

Conſervatores, vide Defenſores.

Conſignatio rei ad poſſeſſionis probationem multum proficit *vol.3 d.3 l.*t.2.

Conſignatio pecuniæ ad ſolvendum, vide Obſignatio.

Conſilio ſapientis pendente, non attentat Judex, ſi ſententiam ferat, ipſiusq; ſententia regulariter valet *vol.3.d.2.l.*n.4.

Conſiliarii Principum in propriorum Dominorum cauſis nempe Auſtregarum cognoſcere, ac dijudicare poſſunt. dubitatur tamen de Conſiliariis Cæſaris *vol.1. d.2.l.*g.1.

ad Conſilia, actus omnes progredi debemus ſemper in Nomine Domini *vol.6. d.2 l.*F 2.

Conſilia aliorum Princeps libenter audire, & admittere debet *vol.1 d.23.l.*Y. 1. *vol.4 d.2 l.*k.3.4.

Conſilia nec nimis tarda ſint, nec nimis præcipitata *vol.6.d.3 l.*Y.3.

Conſilium illud ſæpe eligendum eſt, unde minus malũ ſequitur. *vol.6.d.3 l.*Y.2.

in Conſiliis capiendis maximè tempus ſpectandum *vol.6.d.3 l.*Y.3.

in Conſiliis tarditas, & Cunctatio maximè vitanda *vol.6.d.3.l.*Ee.3.

in Conſilio tria potiſſimum requiruntur: primò, Conſiliarius, qui conſulitur: 2. Magiſtratus, ſeu Princeps, qui ſententiam, ſive conſilium rogat: 3. res, quæ veniunt in Conſilium, & Conſiliorum finis. Eſt autem Conſiliarius is, qui Magiſtratui ſuo ſalutaria de Rep. fideliter, & prudenter ſuggerit, vel eſt, qui non privatis inimicitiis impulſus, aut gratia adductus, ſed publica utilitate commotus ſuam ſententiam dicit, & optimè de futuris conſultat, qui rerum futurarum exempla ex præteritis ſumit: hic plena ſecuritate gaudere, minimè lædi, nec ullis injuriis obnoxius eſſe debet, cum pars corporis ipſius principis cenſeatur, & injuria Conſiliario facta, Principi facta cenſetur *vol.1.d.23.l.*Y.2. *vol.2.d.7.l.* hHh.1.2.

Conſiliarius iis animi, & corporis præſidiis inſtructus eſſe oportet, quibus finem, & ea, quæ ad finem ſpectant, conſequi poſſit. Et hæc ſunt aut inſita, aut acquiſita. Inſita ſunt ingenium, & forma corporis. Hinc omninò oportet eum eſſe ingenio præſtantem, ut ſit in dicendo argutus, in reſpondendo promptus, in accipiendo facilis, in docendo clarus, in ſeriis cautus: ſit & ingenio alacri, & apto, quod habeat judicii rectã normam: magnũ etiam decus eſt Conſiliarii, faciei, oris, & totius corporis elegantia, ſed res non neceſſaria, ſit neq; juvenis, neq; ſenex, ſed media, & virili ætate *vol.1.d.23 l.* Y.1.2.3.

Conſiliarii officium primum eſt, ut Principem ſuum, & Remp. præcipuè ſyncero amore, & pietate debita proſequatur. Itaq; debet in limine conſilii odium in adverſarios, gratiam erga amicos, pervicaciam, & arrogantiam ex ſeipſo exuere, & privatos deniq; omnes affectus deponere, vir ſit bonus, juſtus, & integer: ejus vita ſit cenſura, eaque perpetua, ad quam cæteri Magiſtratus dirigantur, ad quam convertantur ii, quibus non tam Imperio, quam exemplo opus eſt, nec ulli moleſtè nimis æmuletur *vol.1.d.23.l.*Y.3. *vol.2.d.1.l.*b.1.2.3.c.2.3. *vol.5.d.29.l.*uuuuuu 3. *vol.6.d.8 l.*Hhh.2.

inter

Digitized by Google

inter Conſiliarios adulatores nullo modo ferendi ſunt, ſunt enim peſtes Rerump. *vol.6.d.8.l.*Hhh.2.

Conſiliarius omnia illius Reipubl ſeu Principatus cui inſervit, etiam minutiſſima quæque ſcire debet, quæ neglecta detrimento eſſe poſſunt. Itaque conſideret naturam populi, ſubditorum, & vicinorum, cognoſcat ipſum Principem, & aulam ex omni parte, ut & cæterorum Adminiſtrorum, & Conſiliariorum naturam, mores, omnem deniq; adminiſtrationem, quæ, quantaque ſit omnis Ditio Principis, quæ Provinciæ, Civitates, Oppida, loca iſti ditioni ſubjecta: quid enim in Principatu controverſum, & cum quibus, & quibus de cauſis. In conſilio attentiſſimis auribus omnia, quæ quisque loco ſuo dicit, & quibus argumentis ea corroboret, excipere, ne in reſpondendo vel minimum aberret. In ſententia dicenda nec prooemiis, nec epilogis utatur, ut tota dicentis induſtria in rei ipſius ſubſtantia defigatur. Sed & apertè, candidè, & breviter ſententiam ſuam pronuntiet, ita ut orationem neque confundat celeritate, neque offendat tarditate *vol.1.d.23.l.*Y.4.

Conſiliarios bonos habere, & malum Principem ſatius eſt, quam bonum Principem, & malos Conſiliarios. *vol.6.d.8.l.* Hhh.2.*vol.1.d.23.l.*Y.2.3.

Conſiliarius tàm diligens eſſe debet, ut etiam non requiſitus Principi, ubi res poſtulat, conſilium ſubminiſtrare cupiat, & conetur: adhibendæ tamen cautelæ quædam, res prius ad exactam trutinam perpendenda, advertendæ quoque circumſtantiæ, an tempus, locus, & rerum ſtatus id permittant, an res oportunius differatut *vol.1.d.23.l.*Y.4.

Conſiliarius ſi in Conſiſtorio conſilium aliquod tractatum iri ſciat, cui ſalva conſcientia aſſentiri nequit, ſi eo die domi ſe continet, officium ſuum minus diligenter, & fideliter feciſſe dicendus eſt *vol.1.d.23.l.*Y.4.

Conſiliarius item ſi priorem ſententiam non probet, tacendo, aut capite annuendo muneri ſuo non ſatisfacit *vol.1.d.23.l.*Y.4.

Conſiliarius denique omnia ſecreta habeat, ut animo magno, & forti ſit præditus; ut fugiat avaritiam, & liberalitati, beneficentiæ, morum facilitati, comitati, miſericordiæ, benevolentiæ, & hoſpitalitati ſtudeat *vol.1.d.23.l.*Y.4.

Conſiliarii invitentur ad bene exequendum officium ſuum, & promiſſione præmiorum, & comminatione pœnæ, & fide jusjurandi, qua ſe id facturos obſtringere debent, nimirum, ut promittant ſe ſententiam dictutos, & conſulturos de his, quæ ſibi meliora, & utiliora videbuntur *vol.1.d.24.l.*Z.1.*vol.2.d.3.l.*b.1.d.3.

Conſultationibus omnibus Princeps intereſſe debet: cum ipſius præſentia Conſiliarii ad majorem diligentiam, & fidem moveantur *vol.1.d.24.l.*Z.1.2.

Conſilium utile, & bonum Princeps ex eo cognoſcere poteſt. Primò, ſi ad finem, & ſcopum honeſtum, & Reip. ſalutarem directum ſit: deinde ex eo ſi ad talem ſcopum media legitima conſiliarius oſtendat: & denique ſi talia media ſuadeat, quæ non ſunt ſupra vires, & potentiam Principis: ſimul ipſe qui ſuadet, conſideran-

Digitized by Google

ſiderandus adjiciatne conſilio periculum ſuum, & ſi fortuna cœptis arriſerit, cui ſummum decus acquiratur: num etiam id quod tractatur, Conſiliarium attingat. In propria autem cauſa omne conſilium ſuſpectum, quia raro ſanum. Maturè autem Princeps Conſiliarios ſuos conſulat, & niſi extrema aliqua neceſſitate urgente conſultationem non præcipitet, imò ſi non ſatis dictum uno die, aut id non placeat, differat in alium. Libertatem illam judicandi, conſulendi, dicendi, nulli conſiliatio adimat, nec ſe à ſuis Conſiliariis huc, & illuc abripi patiatur, aut uni tantùm obnoxius ſit. Si tamẽ uni ex Conſiliariis potiſſimum addictus ſit, aut quem præ aliis magni faciat, id ne oſtendat, ſed ita potius ſe gerat, ut videatur omnes Conſiliarios æquè æquales habere, & omnibus æquè favere. Nec ullum Conſiliarium metu pœnæ terreat. Nam qui conſilium dat, præſtare fidem debet, non eventum, & ſæpè optimè cogitata peſſimè cadunt *vol.1.d.24.l.Z.2.3. vol.6.d.8.l.* Hhh.2.

Conſiliarius ſi benè conſilium cefferit, præmio afficiendus non eſt. Is vero ex cauſa ſupervenienti, vel ex variis occurrentiis, conſiderationibus, & circumſtantiis melius perſuaſus mutare conſilium poteſt: & demens eſt, qui in errore perſiſtit, & præſtat in melius mutare, quàm in malè cœptis pergere: non tamen facilè de conſtantia decedere, & omni levi ex cauſa mutare debet *vol.1.d.24. l.Z.3.*

Conſiliarius mandati ſui fines excedere nullo modo poteſt, præſertim cùm certam formam legationis Princeps præſcripſit, tunc certè omnem hujusmodi licentiam Legato ademit *vol.1.d.24.l.Z.3. 4. vol.2.d.7.l* gGg.3.

Conſiliarius Xenia oblata à Principibus accipere poteſt, à privatis raro: Nam deteſtandi illi ſunt, qui juſtitiam, & veritatem vendunt, nam gratis ea adminiſtrari debet, & ſi fiat, injuria fit, & officio, & juſtitiæ, veritatique & Deo *vol.1.d.24. l.Z.3.vol.2.d.1.l.c.3.d.2.*

ad Conſilia dignoſcenda Principi utile eſt, ea ſcire, quæ per ipſius ditionem fiunt omnia, ne illi à malè conſulentibus imponatur, ſed cavendum ne delatoribus nimis facilem aurem præbeat *vol.1.d. 24.l.Z.4.*

Conſiliarios prædeceſſoris ſui ſucceſſor Princeps temerè mutare non debet: tamen non ita alligamus Principem ad Anteceſſoris ſui Conſiliarios, ut ſi peculiaria aliqua tempora ingruant, & res ipſa reformationem, vel Reip. ipſius, vel Aulæ poſtulet, aut etiam ſi magis idoneos Conſiliarios habeat, quin veteres mutare poſſit. Sed id cautè tamen aget, nec ita repente. Miſceat potius novos veteribus, & utroſq; retineat, tùm verò maximè poterit, cùm veteris Aulę Conſiliarii populo admodũ inviſi fuerint *vol.1. d.24.l.Z.4.*

Conſilia in majoribus Rebusp. plura officio, negotiis, & miniſtris differentia conſtituantur, exemplo Hiſpanorum: apud quos ſeptem conſilia totidem curiis ſejuncta habentur: 1. Quæſtionum; 2. Militare; 3. Annonarium: 4. Juriſprudentum: 5. Criminale: 6. Cenſorium: 7. Summum. Venetis vero ſunt quatuor conſilia, præter Senatum, & cætum optimatum *vol.1.d.24.l.Z.4.*

in Con-

Digitized by Google

in Conſilio, ſeu principis Conſiſtorio, & Senatu de iis rebus deliberari debet, quæ ad ſummam Reip. & ad ipſum ſtatum pertinent. Talia ſunt de religione, & DEI cultu, de Legibus & Magiſtratibus, de bello, & pace, de fide publica, de ſecuritate ſervanda, de fœderibus ineundis, & tuendis, de finibus Imperii regendis, de Magnatum controverſiis, de legationum ſecretis, & aliis ſimilibus rebus *vol.1.d.24.l.Z.4.*

in Conſiliarios Principum crimen læſæ Majeſtatis committitur, & ſi quis privato odio ductus Conſiliarios læſiſſet *vol.2.d.7.l.hHh.2.vol.4.d.6.l.cc.2.*

Conſiliarii Imperiales cum ſua familia rebusq; ad ſuam, ac ſuorum ſuſtentationem comparatis, ab omnibus tributis, vectigalibus, acciſiis, aliisq; oneribus penitus immunes ſunt; Itemq; propter judicium publicum nusquam ſiſti, arreſtari, aut conveniri poſſunt, idem in Conſiliariis inferiorum Principum ſervata proportione ſtatuendum *vol.2.d.7.l.hHh.2.*

Conſiliarii excellentes, vocandi ſunt ex alterius regione *vol.4.d.1.l.)()()(.2.*

Conſiliarios Princeps habere omninò debet eosq; viros excellentes *vol.4.d.2.l.k.4.vol.6.d.8.d.Hhh.2.*

Conſiliarii ſunt pars corporis Principis, Principique inhærent, ſicut ſtellæ firmamento, cum Principe unum quaſi corpus, & ordinem conſtituunt, & à Principis perſona ſplendorem, dignitatem, atq; honorem recipiunt *vol.4.d.6.l.cc.2.d.9.l.ll.4.mm.1.*ubi pulcrè.

Conſilium in bello, & expeditionibus plurimum valet, præſertim ſi fœlix, ſi promptum ſit *vol.5.d.2.l.i.2.*

Conſpirationes improbæ, & coitiones turbulentæ, jure vetantur: tamen ſi pro libertate Imperii, pro Majeſt. Cæſaris, pro utilitate ſociorũ fiunt, valent *vol.2.d.3.l.l.1.*

Conſtituti poſſeſſorii duplex eſt ſpecies; alia quæ expreſsè, & nominatim, alia quæ tacitè & reipſa fit utraq; tam à parte conſtituentis, quàm conſtitutarii, certis requiſitis circumſcribitur *vol.2.d.14.l.G.2.*

per Conſtitutum vera, non ficta poſſeſſio transfertur *vol.2.d.14.l.G.2.*

quæ Conſolidationis nomine Domino directo, vel proprietatis accedunt, in conquæſtum non cadunt, ſed eandem cum re, cum qua conſolidantur, naturam ſortiuntur *vol.3.d.1.l.c.1.*

Conſors conſorti bona vacantia relinquenti fiſco excluſo ſuccedit *vol.7.d.9.l.qq.1.*

Conſortes autem ſunt collegæ ejusdem alicujus corporis, ſive collegii jure non reprobati, veluti navicularii *vol.7.d.9.l.qq.1.*

Conſtitutio quoties eſt, quæ jus commune repetit, ex ea argumentum à contrario ſenſu ad correctionem alterius juris nectere non licet *vol.3.d.5.l.oo.1.*

Conſtitutio quando loquitur per verba præteriti temporis, aut per dictionem, *mox*, *ipſo facto*, non requirit ſententiam declaratoriam, nec miniſterium hominis: idem eſt ſi in futuro loquatur, addendo verbum mox *vol.3.d.5.l.pp.3.*

Conſtitutor eſt, qui per nudum pactum, vel per epiſtolam, vel nuntium conſtituit ſe ſoluturum, quod alius, vel etiam ipſe debet, ſicque differt à fidejuſſione, quæ ſine ſtipulatione non fit *vol.4.d.34.l.Il.2.*

in Conſtituto debitor ante decimum diem conveniri non poteſt *vol.6. d.*13.*l.* Vuu.4.

Conſtitutio pignorationis *vol.*2.*d.*7.*l.* yy,2. *vol.*5.*d.*4.*l.*ee,1.

Conſtitutio litigioſæ poſſeſſionis *vol.* 2.*d.*7.*l.*yy.2.

Conſtitutio legis diffamare reformatæ *vol.*2.*d.*7.*l.*yy.2.

Conſtitutiones Principum, quæ & principum placita, & mandata vocantur, dividuntur in generales, quibus omnes tenentur, & perſonales, quæ certas tantum perſonas concernunt, dicuntq; à Latinioribus privilegia *vol.*4.*d.*26.*l.*I.2.

Conſtitutionum ſpecies ſunt plures: primò epiſtola, quæ eſt reſcriptum Principis ad Conſulentem emiſſum, quo referri etiam poſſunt ſubſcriptiones libellis ſupplicantium ſubjunctæ: ſecundò, Decretum, quod eſt ſententia à principe lata, cognitâ cauſa: tertiò, Edictum, quod Princeps vel ſemetipſo ſpontaneo, ſive ut Canonici, proprio motu, vel aliquo ſuggerente obſervandum proponit *vol.*4. *d.*26.*l* I.3.

Conſuetudo jus facit, judiceſq; probatis his, quæ frequenter in eodem controverſiarum genere ſervata ſunt, cauſa cognita ſtatuere jubentur *volum.*2.*d.*1.*l.* c.1.

Conſuetudines uſu juris intelliguntur, & quæ rationi conſentaneæ ſunt. Namq; quod non ratione introductum, ſed errore primum, deinde conſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtinet, quippe conſuetudinem ratio, & veritas ſemper excludunt *vol.* 2.*d.*1. *l.* c.1.

Conſuetudines malæ neque ex longo tempore, neque ex longo earum exercitio confirmantur: quapropter ratione niti debent, aliàs ſervandæ non ſunt *vol.*2.*d.* 1.*l.*c,1.d.7.*l* aAa.1.

Conſuetudinis inducendæ tempus, quando nullibi in jure noſtro præciſè eſt definitum, tunc judicis arbitrio relinqui debet *vol.*7.*d.*1.*l.*c.3.

Conſuetudo ſtricti juris eſt, & proprios terminos non excedit, nec debet extendi de perſona, ad perſonam, maximè ſi non ratione, ſed errore obtenta ſit *vol.*5.*d.*42.*l.*YY.3. d.49.*l.*GGGG.3.

Conſuetudo de uno diſponens, extenditur ad aliud, quod in locum ejus ſurrogatum eſt, ne abſurdum inde reſultet *vol.*6.*d.*8.*l.*Fff.2.

Conſuetudo eſt optima legum interpres *vol.*5.*d* 49.*l.*EEEE.2,3.

ad Conſuetudinem à lege fortiſſimum eſt argumentum *vol* 5.*d.*42.*l.*YY.4.

ad Conſuetudinem faciendam non præciſè requiritur actuum frequentia. Nam quotieſcunque ex conjecturis populi conſenſus haberi poteſt, in actuum frequentiam curiosè non eſt inquirendum: cum etiam ſine actibus id obtineat, ſi teſtes deponant, ſic ſemper fuiſſe obſervatum *vol.*6.*d.*8 *l.*Ddd.2.

ad Conſuetudinem inducendam quot actus requirantur, judicis arbitrio relinqui debet *vol.*7.*d.*1.*l.*c.3.

Conſuetudo legem imitatur, & pro illa cuſtoditur. *vol.*5.*d.*47.*l.*BBBB.4.

Conſuetudo poteſt, quicquid poteſt pactum affirmativè *vol* 6.*d.*4.*l.*Fff.1.

Conſuetudo, & lex in jure æquiparantur *vol.*4.*d.*5,*l.*u.1. *vol.*5.*d.*3.*l.*s.3.

Con-

Conſuetudo temporis antiqui variè definitur *vol.6.d.8.l.*Ecc.2.

Conſuetudo immemorialis vim habet privilegii, & conceſſionis *vol.2. d.13.l.s.3.* vide in verbo Præſcriptio.

Conſuetudo, & præſcriptio in hoc differunt, quòd illa per univerſitatem, vel majorem partem, hæc per privatum inducatur, ibi univerſitati, hic autem privato jus acquiratur, tamen à Doctoribus plerumque confunduntur *vol.2.d.13. l.s.3.vol.3.d.5.l.*hh.1.

Conſuetudo ex actibus difformibus non inducitur *vol.2.d.7.l.*aAa.1.*vol.3.d.5. l.*hh.1.4.ll.1.

Conſuetudo loci, in quo actus aliquis celebratur, attenditur, ratione ſolemnitatum ad actum pertinentium *vol. 5.d.49.l.*GGGG.4.

Conſuetudo loci in negotiis maximè attendenda *vol.6.d.3.l* Ec.4.

à Conſuetudine Vicinorum rectè ſumitur argumentum ad obſervantiam ſuæ patriæ *vol.6.d.8.l.*Ecc 1.

Conſuetudo non poteſt introduci contra legem conſuetudini derogantem. Nam cum lex ſemper loquatur, cenſetur quoque talem conſuetudinem perpetuo reprobare *vol.2.d.18 l.*R.3.

Conſuetudinis tanta vis eſt, ut vincat legem, aut rationem. Nam conſuetudinem ratio ſuſtinet, quæ ſi mala ſit, nomen conſuetudinis amittit: ubi pulcrè *vol.3.d.5.l.*ll.1.

Conſuetudine contraria tollitur Statutum, ſed oportet, ut illa ſit rationabilis *vol.6 d.5.l.*Pp.1

Conſuetudo ex actu meticuloſo non inducitur *vol.3.d.5.l.*ll.1.

Conſuetudo inveterata pro lege non immeritò cuſtoditur: quare rectiſſimè etiam receptum eſt, ut leges non ſolùm ſuffragio legislatoris, ſed etiam tacito conſenſu per deſuetudinem abrogentur, id eſt, ea vis eſt conſuetudinis, ut vel legem abroget *vol.4.d.31.l.*AA.3.

Conſuetudo eſt ſtricti juris, nec ab uno ad aliud extenditur, & tantùm habet, de effectu, & potentia, quantum de uſu, nec proprios facti terminos, & uſus unquam extendit *vol.5.d.17.l.*hhhh.3.4.

Conſuetudo quælibet prava, & quæ eſt contra jus divinum, & naturale, contra honeſtatem, bonos mores, reſervata Principis, & quæ obviat omni juri, & cui lex reſiſtit, & per quam peccatum nutritur, & quæ præbet cauſam malignandi, & delinquendi, non eſt ſervanda, nec poteſt valere, etiam ſi memoria non extet, nulloque tempore poteſt præſcribi, imò radicitùs eſt extirpanda *vol.5.d.17.l.* hhhh.4.

Conſuetudo prævalet juri ſcripto, eaque dicitur actus practicus, & ad unguem obſervandus: ſic enim videmus, & veteres Juriſconſultos, non aliam ſæpe allegare decidendi rationem, quam quia hoc jure utimur, præſertim ſi in contradictorio judicio ſit firmata *vol.5.d 30.l.*C.3.E.3.

de Conſuetudine contraria uni Doctori excellenti (igitur multò magis duobus) teſtanti creditur, præſertim ſi diu in eo loco, de quo teſtatur, verſatus ſit *vol.5.d.30. l.*E.3.*d.46.l.*YYY.3.

Conſuetudo non verbo, & ſuffragio, ſed rebus ipſis, & factis introducitur *vol. 5.d.46.l.*YYY.3.

Conſuetudo ex antiquiſſima loci alicujus obſervantia probatur: hæc autem ſcripturis ex Archivo loci depromptis optimè probatur *vol.5.d* 30.*l.*F.2.

Contentum continentis ſui legibus æſtimatur *vol.2.d.3.l.*k.2.

Continentia cauſæ ſæpe jurisdictionem judicis fundat, etiam aliis ex cauſis, in quibus eadem eſt agendi, & defendendi ratio *vol.5.d.15.l.*nnn.3.d.34.*l.*V.2.3.

Continentia cauſæ variè conſideratur, potiſſima eſt, quæ fit ratione plurium perſonarum, quando videlicet ejusdem cauſæ plures ſunt Rei ſub diverſis jurisdictionibus, & ad eundem finem agitur: & quadruplex videtur: prima, ratione plurium perſonarum: ſecunda, ratione generalis actionis: tertia, ratione cœpti litigii: quarta, ratione poſſeſſorii, & petitorii *vol.5.d.15.l.*nnn.3.*d.*34 *l.*V.2.3.

Continentia cauſæ inducitur etiam ratione cœpti litigii, quæ vult, ut lis cœpta pendens, vel inſtituta coram uno judice, vel in uno judicio non dividatur, & diſtrahatur in alia plura, aut diverſa judicia ad diverſos cognitores, ſive judices *vol 5 d.*15. *l* nnn.3. *d.*34.*l.*V.4. vide Litispendentia.

Continentiam cauſæ ne quis dividat legumlatores ſub pœna ſanxerunt *vol.5. d.*34 *l.*V.2.

Continentia cauſæ ita definitur, ut dicantur connexa, quæ ratione, vel unitate ſpeciei, vel individuitate idem ſunt, vel quæ à ſe invicem ſine incommodo ſeparari non poſſunt: hinc quæ connexa ſunt rei controverſæ, non poſſunt à ſe invicem ſeparari, nec dividi, ſed coram uno, eodemq; judice, has cauſarum connexitates agitandæ, idq; cavetur reſcriptis Principum, & ſic contra ſeparantem competit exceptio ante litem conteſtatam ad exemplum aliarum exceptionum fori declinatoriarum *vol.5.d.34.l.* V.2.

Continentiam cauſæ inducunt res: hinc nata regula, quoties res litigioſæ diverſis judicibus ſubjectæ ſunt, non ab uno ad alium judicem ordinarium pro locorum, ubi res ſitæ ſunt, diſtantia, recurrendum, ſed ne cauſæ connexitas dividatur coram Camera veluti judice ſuperiore proceſſus formandus erit *vol.5. d.*34. *l.*V.3.

Continentia cauſæ ratione judicis ut allegetur, requiritur, ut jurisdictio ad quam cauſa devolvitur, ſit ſuperior, eamque reus agnoſcat *vol.5.d.34.l.*V.3.

Continentia cauſæ inducitur, & reconventione, & interventione *vol.5. d.*15. *l.* nnn.4.*d.*34.*l.*V.4.X.1.

Continentia cauſæ item inducitur per concurſum, & cumulationem actionum *vol.5.d.*34.*l.*X.1.2.

Continentiam cauſæ inducunt individua, quæ intercedunt obligationibus, & actionibus *vol.5.d.*34 *l.*X.2.3.

Continentia cauſæ inducitur tandem ratione conjunctionis concurrentis, quæ verſatur circa utile, & inutile, verum, & falſum, habile, & inhabile, principale, & acceſſorium, antecedens, & conſequens: ubi pulcrè *vol.5.d.*34.*l.*X.3.4. vide in verbo Litispendentia.

Continentia cauſæ inducitur etiam in tutela, ut plures tutores in diverſis territoriis habitantes à Pupillo ſub uno eodemque Judice conveniri poſſint *vol.6.d.*16.*l.*Eeee.1.

Con-

Contrahendo quiſque ſortitur eo loci forum, quo quis contraxit *vol.1.d.15.l.*M.1. vide in verbo Forum.

Contractus ſunt ſtricti juris *vol.5.d.*17. *l.*gggg.1.

Contractui, qui apertius legem non dixit, ſibi imputet *vol.6.d.3 l.*Cc.3.

Contractui legem dant pacta *volum.5. d.*47.*l.*BBBB.4. conventiones *vol.7. d.*4. *l.*m.2. q 1.

Contractui quilibet poteſt legem dicere *vol.7.d.*4 *l.*m.2.

in Contractibus conditionalibus juris noſtri declarationem petere poſſumus, juſtisque ex cauſis tractum futuri temporis ad judicem deferre *vol.1.d.*16.*l.*O.3.

Contractus conditionalis non eſt verè contractus *vol.6 d.*12.*l.*Ttt.2.

Contractuum innominatorum hæc natura eſt, ut ſi pars eos non ſervet, proprerea & pars altera contrafacere poſſit *vol.1.d.6.l.*dd.2. *vol.2.d.*21.*l.*Z.2.

ex Contractu conditionali pendente eâ nihil debetur *vol.6.d.*12.*l.*Ttt.2.

in Contractibus, quibuscunque quæ in præfationibus dicuntur, in ipſis contractibus repetita eſſe creduntur, & nori juris eſt, in quacunque diſpoſitione proœmium eſſe conſiderandum, tanquam cauſam finalem, & quæ qualitatem rei demonſtrat *vol.1.d.*12.*l.*A.2. *volum.6.d.*3. *l.*Bb.4.

in Contractu conditionali ſemper eſt ſpes conditionem exſtituram, quæ ſpes etiam ad heredes tranſit *vol.6.d.*12.*l.*Ttt.3.

in Contractibus nullum omnino verbum, imo nec ſyllaba debet eſſe ſine effectu *vol.1 d.*12.*l.*B.1. & 15.*l.*L.4.

in Contractibus conditio poſita poteſt quandoque, & perpetuò impleri *vol.1.d.*12.*l.*B.1.

Contrahendi modus, vel pretium pateſiat per inſtrumentum ſuper contractu erectum, illo autem non facto teſtibus: quid autem juris teſtibus nonnullis deponentibus de majori, nonnullis de minori pretio? his aſſentiendum. Si inſtrumento probatur, quæritur an in originali, vel copia id fieri debeat? illud volo. Quoad pretium juramento illud confirmandum ab emptore. Emptore autem mortuo hæres præſtabit juramentum, præſertim ſi interfuit contractui, quo præſtito incipit initium contractus *vol.1 d.*12. *l.*B.2.

Contractuum perfectio *volum.1.d.*12. *l.*C.4.

à Contractu re adhuc integra mutuo conſenſu diſcedi poteſt, cum ex parte etiam alterutra pœnitentiæ eſt locus, niſi ex ſcriptura perfectionem acceperit contractus. Sin res non ſit integra, ſed ex alterutra parte implementum ſit ſecutum, alteri, qui nondum implevit, à contractu recedere haud licet, ſed altero volente contractum implere, aut intereſſe tenetur ſolvere. Econtra illi, qui implevit, antequam ex altera parte implementum ſequatur, pœnitere, & quod implendi cauſa ſolvit repetere poteſt *vol.6.d.*3.*l* li.1.

Contractus invalidi *vol.1.d.*12 *l.*D.1.

ex Contractu nullo, vel annullando nec laudemium, nec Gabella debetur *vol.1.d.*12.*l.*D.1. *vol.3 d.*1.*l.*a.3.

Contractus tot ſunt, quot res *volum.1. d.*12.*l.*D.2. *vol.3. d.*12.*l.*k.3.

Contrahentes ſi fraudem fecerint, & perjurarint, puniuntur primò pœna per-

jurii: 2. emptor amiſſione rei, venditor pretii, quæ fiſco applicantur, ante tamen juramentum exactum, ſi fraus, & mendacium doceantur, pœna eſt minor *vol.* 1. *d* 12. *l.*E.2.3.

in Contractu facio, ut des, & poſteaquam feci, ceſſas dare, quæritur quæ actio mihi competat? reſpon. actio ſola ex præſcriptis verbis ſive dolus arguatur, ſive non *volum.*2.*d.*18 *l.*Q.2.*d* 21.*l.*Z.2. AA.1.2.

Contractus, ut ſtipulatio, emptio, locatio ſunt tàm juris, quàm facti *vol.*6.*d.*4. *l.*Nn.1.

Contractus rectè definitur, ultrò, citroque conventio, ſive pactum obligandi negotium habens: dividiturque præcipuè in nominatum, & innominatum *vol.*2 *d.*21. *l.*Z.1. *volum.*3. *d.*9. *l.*aaa.2.*d.*12. *l.*L.3.

Contractus nominatus eſt, qui habet proprium nomen, propriam, & ſpecialem formam, & ex quo datur propria actio: ut ſunt mutuum, depoſitum, ſtipulatio, emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas &c. datur enim ex omni contractu nominato propria actio *vol.*2.*d.*21.*l.*Z.1. 2.*vol* 3.*d.*9.*l.*aaa.2.

Contractus innominatus nec proprium nomen, nec ſpecialem formam habet, unde nec propria ex his actio, ſed vel præſcriptis verbis in factum civilis, vel de dolo, vel ad repetendum, quod datum eſt condictio competit, carent autem propria forma, quia in generali forma Do, ut Des, Do ut Facias, Facio ut Des, Facio ut Facias ſubſiſtunt. Differentia autem inter hos contractus hinc colligitur: primò quod ex quolibet contractu nominato detur actio quoque propria nomine ſuo conſtans, ex innominato contra nec actio nominata, nec propria competere poteſt: Secundo in contractibus nominatis re integra non eſt pœnitentiæ locus, ſicut enim ab initio contrahere liberum eſt, ita poſt obligationem contractam altera parte invita quis à contractu reſilire non poteſt. In contractibus verò innominatis re ſive integra, ſive non, ei, qui implevit contractum, pœnitere licet, & ſuum repetere, cujus rei ratio forſan illa eſt, quia non niſi rei datione, alterum ſibi ad dandum, vel faciendum obligavit, unde vel aut faciat, aut det, præſcriptis cum eo verbis agere, aut ſi magis libeat, per condictionem ſuum repetere poteſt *volum.* 2. *diſp.*21. *l.*Z.2.

Contractus non impleti exceptio toties rejicit actorem, qui placitis non ſatisfecit, quoties ex negotiis, ultro, citroque geſtis ab alterutra parte quid implendum eſt *vol.*2.*d.*27. *l.*MM.1.

Contractus conditionales, & puri, qui ſub conditione reſolvuntur *volum.*3. *d.*1. *l.*a.3.

Contractus utiliter, etiam ex re contrahentium, ſine tamen debita ſolennitate celebratus à principio valet *vol* 3.*d.*1. *l.*a.3.

Contractum fraudulentum, vel ſimulatum dicere non ſufficit, ſed ſpecies fraudis perſpicuis indiciis probanda eſt *vol.*3. *d.*1. *l.*c.4.

in Contractibus ſubauditur regula, rebus ita ſtantibus, & quod in iis omiſſum eſt, pro non appoſito habetur *vol.*3. *d* 5. *l.*hh 3.*vol.*6.*d.*3. *l.*Ee.3.Hh.1.

Contra-

Contractus, qui ſunt juris gentium, immutari non poſſunt *volum.3. diſp.5. lit.* hh.4.

Contractus quilibet ſunt tranſitorii ad heredes *vol.3.d.5.l.*ii.1.

Contractus lex ſervanda eſt, quia ex bona fide, quod geſtum, conventumque eſt, inſpicitur *volum.3. d.7. lit.*xx.1. vide Pacta.

Contractus alii veri, alii quaſi dicuntur, ex illis alii juris gentium, alii juris civilis ſunt: qui juris gentium vel re ineuntur, vel conſenſu; horum quatuor ſunt, Emptio, Venditio: Locatio, Conductio: Societas: Mandatum: ad horum verò perfectionem non deſideratur ulla rei præſentia, non verba, non literæ, ſed ſufficit ſolus conſenſus eorum, qui negotia gerunt *volum.5. diſp.9. lit.* aaa.2.

in Contractu omni, & quovis neceſſarius utriusque partis conſenſus eſt, ſi rectè velimus contrahere, & quidem conſenſus non de vento, ſed de reipſa *vol.5. d.9 l.*aaa.4.

Contractus ab initio voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis ſunt *vol.4.d.5.l.*x.2. *vol.6 d.3.l.*Ee.2.

Contractus in Eccleſia celebrari non poſſunt *vol.4.d.27.l.*O.1.

in Contractibus quibusdam præſtari ſolet dolus, in quibusdam culpa, in quibus caſus fortuitus *vol.5.d.9.l.*rr.2.3.

in Contractibus omnibus bona fides requiritur, dolus autem abeſſe *vol.5.d.9. l.*rr.3.

Contractui bonæ fidei ſi dolus cauſam præbeat, tunc is vitiatur *volum.6. d.4. l.*Kk.3.4.

Contractui bonæ fidei ſi dolus irrepat, tunc is non vitiatur *vol.6.d.4.l.*Kk.3.4.

Contractus validitatem, id eſt, utrum validius ſit, necne, quando dignoſcere debemus, tunc celebrationis tempus inſpiciendum eſt, non ſuperveniens, nec hoc ex eventu, ſed jure decidendum: quod enim ab initio benè geſtum eſt, non debet ex alio eventu retractari *vol.5.d.14. l.*mmm.3.

Contractus innominati in eſſe producuntur, quando ſtant in terminis ſuæ ſignificationis, id eſt, quando à datione, & facto incipiunt: nam dum adhuc in ſola, & nuda conventione antequam aliquid detur, vel fiat, nuda pacta ſunt, non contractus, at dum à datione, vel facto incipiunt, contractus ſunt. Itaque dabo ut des, faciam, ut des, nudum pactum eſt: At do ut des, facio, ut des, contractus eſt innominatus *vol.5.d.17.l.*sss.2.

Contractus fiunt de re privata, & familiari, quæque in commercio eſt, & æſtimationem recipit *vol.5.d.17.l.*sss.2.

Contractus quidam etiam ſunt publici *vol.5. d.17.l.*sss.3.

Contractus fiunt lucri cauſa, tamen dantur etiam aliqui, qui ſint gratuiti *vol.5. d.17.l.*sss.3.

Contractus in invitum nullus redditur *vol.5.d.31.l.*K.4.

ad Contrahendum nemo invitus compelli poteſt *vol.6.d.2.l.*G.4.

in Contractibus quandocunque id agitur, ut res ad tempus conceſſa, poſt illud in alium transferatur *vol 5.d.32.l.*O.1.

in Contractibus nec alter pro altero ſtipulari, nec actio alteri per alterum regulariter, quæri ſolet *vol.5.d.32 l.*O.1.

in Con-

in Contractibus ſubſtitutiones ordinatæ Dominii translationem non impediunt, etiamſi expreſſa de non alienando accedat conventio, cum nemo paciſcendo efficere poſſit, ne prędium ſuum ſibi alienare liceat, niſi accedat hypotheca præſertim ſpecialis: quanquam contraveniens pacto ad id quod intereſt obligetur *vol.5.d.32.l.*O.2.

Contractus quatuor modis dici poſſunt, vel dividui, vel individui: primò reſpectu promiſſionis, & obligationis: 2. reſpectu diſtributionis, & diviſionis inter hæredes: 3. reſpectu ſolutionis: 4. reſpectu liberationis *vol.5.d.34.l.*X.2.

Contractus in quo res, quæ in obligationem deducitur, pondere, numero, vel menſura conſtat, non poteſt dici individuus *vol.5 d.34.l.*X.2.3.

Contractus ſervitutis realis individuus eſt, ut ipſa ſervitus individua *vol.5.d 34. l.*X.3.

Contractus uſusfructus dividuus eſt, imò potius individuus, idem ſtatuendum de uſu, de hereditate *vol.5.d.34.l* X.3.

Contractus in quo obligatio continet factum, puta domum ædificari, individuus eſt *vol.5.d.34.l.*X.3.

Contractus qui continet obligationem dandi, ut præſtando intereſſe eſt dividuus, quatenus facultatem tradendi debitor non habet *vol.5.d.34.l.*X.3.

Contractus, in quo obligatio ſic contrahitur, ut fundus tradatur, eſt individus *vol.5.d 34 l* X.3.

Contractui licito ſi uſurarium pactum adjiciatur, tunc id non vitiabit contractum, ſed habebitur, pro non appoſito *vol.5. d 34 l.*X.3.

in Contractibus ſequimur id, quod actum eſt *vol.7.d.4 l.*q.1.

in Contractibus, quando non apparet, quid actum ſit, tunc inſpiciendum eſt id, quod eſt veriſimilius *vol.1.d.12.l.*C.1.

ex Contractu Princeps tenetur, ac verè obligatur: nam ibi conſideratur ut privata perſona: quia tametſi DEUS leges ipſi ſubjecerit, non tamen ſubjecit contractus *volum 3.d.1. l.*e.4. *d.5. l.*cc.1. hh.4. *volum.4.d.2. l.*f.3. *d.4.l.*o.2 *d 15.l* uuu.3.4. *vol.5.d.30.l.*B.2. *d.49.l.*HHHH.1.

Contractus, ſine quibus commercia hominum conſiſtere non poſſunt, è medio tolli non debent *vol.4 d.27.l.*K.1.

Contradictione res anceps, & incerta efficitur *vol.6.d.19.l.*Tttt.1.

Contrariorum eadem eſt diſciplina, eademque potentia, ubi eadem eſt ratio *volum.2. d.18.l.*S.3.*vol.3 d.5.l.*gg.4.

Contrariorum quando unum eſt bonum, alterum relinquitur malum *vol.7. d.10.l.*ss.4.

Contraria contrarios operantur effectus *vol.5 d.10 l.*uu.1.

Contrariorum uno poſito neceſſe eſt tolli alterum *vol.5 d.34.l.*X.2.

Contraria ejus non debent operari, quæ ſunt inducta ad unum quendam effectum *vol.4.d.31.l.*AA.3.

Contributio. vide in verbo Collecta, & Ærarium.

Controverſiæ, ſeu continentiæ non dividendæ exceptio eſt, ſi actor judicium calliditate quadam dividere velit *vol.2. d.27.l.*LL.1

Contumax verus remediis de executione ſententiæ ſuſpenſivis uti non poteſt *vol.2.d.7.l.*dDd.1.

Contu-

Contumaciæ exceptio datur, ſi actor die in citatione, aliiſve mandatis à judice ſtatuto non comparuerit, quod tribus temporibus contingere poteſt, in ipſo termino citationis: poſt citationis terminum, ante tamen litis conteſtationem, & tandem lite jam conteſtata. Hinc ſi in citationis termino actor ſe non ſiſtat, & terminus pro circumducto habetur, ita ut reus liberetur ab inſtantia, & ipſe actor ad viatica, litiſque ſumptus reddendos condemnetur. Si poſt citationis terminum, ante tamen litis conteſtationem abeſſe ceperit, penes reum eſt, vel à loco judicii diſcedere (ita ſcilicet ut refuſis expenſis citatio caſſetur) vel poſtulare, ut in contumaciam actoris procedatur, juxta formam *auth. qui ſemel. C. quom. & quand. judex.* Sin lite jam conteſtata eandem deſerat actor, judex conſtituet, prout *in l.13. §.2. C. de judic.* conſtitutum eſt, niſi actor doceat, ſe legitimè impeditum *vol.2.d.27. l.*KK.4.*vol.3.d.15. l.*R.1.

Contumaciæ pœnæ ſunt, pœna banni, translatio poſſeſſionis, & pronuntiatio in abſentem: ſed hæ duæ ultimæ ſolùm juri civili conſentaneæ ſunt *vol.4.d.23.l.*C.1. de pœna banni vide in Banno.

Contumax armis coërceri per Principem poteſt *vol.6. d.3 l.*V.3.

Contumaces tripliciter conſtituuntur, veri, præſumpti, & ficti. Verus eſt, qui citationis notitiam habuit, & ea neglecta emanſit, & hic vix amplius auditur, reliqui excuſari poſſunt *volum.5.d.18.l.*rrrr.4. ssss.1.

Contumacia propriè non eſt delictum, & ſic nec pœna banni, ſed pecuniaria punienda *vol.6.d.1.l.*B.1.

Contumacia procuratoris generaliter principali nocet: Dominus tamen habet adverſus eum actionem mandati: in caſu autem quo procurator ſolvendo non eſt, ſuccurrendum eſt principali, per beneficium reſtitutionis *vol.1.d.8.l.*mm.4. *vol.5. d.18.l.*ssss.1.

Contumaciæ ſententia, ſi contumacia purgetur, revocari poteſt *volum.5. d.36. l.*DD.3.

ob Contumaciam lata ſententia eſt interloquutoria *vol.6.d.1.l.*B.1.

Contumacia eſt ficta probatio: itaque bannitus ob contumaciam, ſi poſt ſententiam declaratoriam de innocentia ſua probare velit, erit audiendus *vol.5. d.36. l.*DD.3.

Contumax notoriè abſque citatione excommunicari poteſt *vol.7. d.8. l.*ll.1.

ex Conventione partium obligatio, & actio poteſt extendi in infinitum *volum.1. d.12.l.*B 1.

Conventio dat legem contractui *vol.7. d.4.l.*q.1.

in Conventionibus caſus omiſſus habetur pro non expreſſo *vol.3.d.5.l.*gg.3.

Conventio, quæ duorum, pluriumve in idem placitum conſenſus eſt, eſt vel cum cauſa, vel ſine cauſa: hæc pactum in ſpecie, ille contractus appellatur *vol.3.d.9. l.*aaa.2.

Conventio nihil eſt aliud, quàm duorum, pluriumve in idem placitum conſenſus, qui non minùs tacitè, quàm expreſsè poteſt in quodam negotio interponi *vol.5.d.17.l.*aaaa.3.

Conventio qualis fuerit facti ſequela demonſtrat *vol.6.d.3.l.*Cc.2.

de Conventionibus publicis patum in

jure noſtro ſcriptum legimus *vol.5.d.17. l.rrr.4.*

Conventio publica eſt, quæ fit per Principem, aut Ducem belli Reip. cauſa *vol.5.d.17.l.rrr.4.*

Conventiones publicæ, vel fiunt inter Principem, & ſubditos, vel inter Principem, & non ſubditos: rurſus quæ cum ſubditis fiunt, vel antequam ſubditi ſint, proximè verò futuri ſunt, vel fore ſperantur, vel jam cum Imperio Principis ſunt ſubditi: quæ fiunt cum nondum ſubditis, nequaquam conventiones publicę habebuntur, ſed cùm inter privatos, qui non habent jus diſponendi de regno, & imperio factæ ſint, ambiendi, & conſequendi imperii cauſa, erunt tantum privatæ, quibus etiam Princeps non obligatur, ſi quæ promiſit, damnum eſſent allatura regno, cùm ſint contra bonos mores *vol.5. d.17.l.sss.1.*

Conventio publica eſt, quando in Regnis electivis agitur de Rege eligendo, & cum eo, quem eligere vult populus, quædam paciſcitur proponendo leges, ſecundum quas electus Princeps regnum adminiſtret: idem obtinet in iis, quæ fiunt inter Principē, & ſubditos reſpectu regiminis, & alterius boni publici, ut habeantur pro publicis: conſimiliter in regno, quod ſucceſſione defertur inter eos, qui de regno contendunt, pactiones poſſunt iniri, quas populus, vel proceres, qui jure, aut more arbitri ejus controverſiæ ſunt, quæ omninò ſervandæ *volum.5.d.17. l.sss.1.*

Conventiones item publicæ ſunt, quæ in generalibus conventibus regni legitimè indictis ordines convenerunt, veluti cum ad communem contributionem generali decreto ordines ſe obligant, & hujusmodi conventiones omnino neceſſariæ ſunt ut alii verè, & rectè imperent, alii rectè obediant. Videntur autem hæ conventiones referri poſſe ad contractus innominatos: ut, verbi gratia, da mihi regnum, & veram obedientiam, ego dabo tibi rectum, & juſtum regimen, privilegia tua confirmabo, ſecundùm patrias leges imperabo &c. Sic hæ conventiones abibunt in contractum correſpectivum inter populum, & Principem, imò exhibebunt ſpeciem ſtipulationis, quæ eſt ſpecies contractus firmiſſima *vol.5. d.17. l.sss.1.2.3.*

in Conventionibus individuis extrajudicialibus, quando plures partes principales exiſtunt, ſi omnes ſint in mora ſolvendi, creditor à quolibet eorum pœnam exigere poteſt *vol.6.d.2.l.N.2.3.*

Conventicula omnia illicita, ad malùm finem inita, & prohibita cenſentur *vol.2. d.6.l.uu.1.*

Conviviorum luxus, & exquiſita cœnarum ingenia in Rep. coërcenda ſunt *vol.4. d.22. l.zzzz.4.*

ad Copulativæ veritatem utriusque, vel omnium veritas requiritur *vol.6.d.18. l.Nnnn.1.*

Coqui ſordidam, & vilem artem exercent *vol.4.d.9 l.yy.1.d.10.l.eee.3.*

Correlativorum idem eſto judicium *volum.7.d.2.l.h 4.*

Coronatio pontificia non facit, ut Cæſar, ſit magis Cæſar, quàm ante, nec adfert plus dignitatis, aut virium Cæſareæ Majeſtatis, nec eſt de eſſentia, aut neceſſaria ad obtinendam Cæſaream Majeſtatem.

ſtatem *vol.*2.*d.*6.*l.*ll. 2.mm.2.*d.*9.*l.*rRr.2. *vol.*4. *d.*1 *l.*)()()(.3.*d.*2.*l.*b.1.*d.*5.*l.*r.3.*d.*10. *l.*bbb.4.*d.*19.*l.*mmmm.2.3.*volum.*5. *d.*17. *l.*pppp.1. *d.*23. *l.*sssss.1. *d.*24. *l.*uuuuu.2.3. *d.*28.*l.*mmmmmm.4.

Coronationum regiarum apud populos varii modi *vol.*5.*d.*28.*l.*mmmmmmm.4.

Correlativa, vide Diſpoſitum.

Creditor particularem ſolutionem recipere non cogitur *vol.*1.*d.*15.*l.*L.4. *vol.*4. *d.*31.*l.*BB.2.

Creditor invito debitore unum pro alio accipere non poteſt *vol.*7.*d.*2.*l.*h.4.

Creditori invito aliud pro alio ſolvi non poteſt, nec aliud pignus dari, aut alius fidejuſſor obtrudi *vol.*4.*d.*27. *l.*M.2. *vol.*7.*d.*2.*l.*h.4.

Creditor locum debitoris accedere debet pro conſequendo debito, quando ambo in diverſis habitant locis *vol.*6.*d.*8. *l.*Eee.3.

Creditor in diem, vel ſub certa conditione, coram judice petere poteſt, ut debitor compellatur inſtrumentum debiti facere ad faciliorem probationem, & ne diu litigare cogatur *vol.*1.*d.*16.*l.*O.3.

Creditores mercenarii, die Taglöhner omnibus reliquis præferuntur *vol.*7.*d.*1. *l.*b.4. & domeſtici miniſtri *ibid d.*4.*l.*n.3.

Creditor qui in rem emendam credidit chirographariis creditoribus præfertur, etſi tempore poſterior *volum.*2.*d.*11. *l.*xxx.4.*d.*28. *l.*NN.3. etiam Hypothecariis præfertur, ſi res vendita ſpecialiter ſit obligata, donec pretium integrum ſolveretur *vol.*1.*d.*15.*l.*M.3. *volum.*6.*d.*11.*l.*Sss.1. vide etiam Hypotheca, Emptio *vol.*7.*d.*4. *l.*o.4.r.3.

ex Creditoribus pluribus miſſo uno in poſſeſſionem ex primo decreto, cæteri etiam miſſi intelliguntur *vol.*2.*d.*28.*l.*NN.3.

in Creditorum concurſu quæ de depoſito dicuntur, ea etiam vim habent in precario, locato, commodato *volum.*7.*d.*4. *l.*m.2.

Creditor Depoſitarius, vide Depoſitarius.

Creditor oneroſus non eſt ferendus, ſed debet eſſe moderatus, & humanus, non acerbus *vol.*6.*d.*13.*l.*Vuu.4.

Creditor ſi heredem ſuum damnaverit, ut debitorem nexu debiti liberet, is verò ignorans rem tradiderit, propter facti alieni ignorantiam, indebiti conditionem habebit *vol.*2.*d* 29 *l.*OO.3.

Creditorum concurſus dici poteſt jus, quo ii in tributum vocantur æquali portione, pro rata debiti quantitate *vol.*2.*d.*4. *l.*l.3.

Creditorum jura, aut petitiones debitorum pactionibus tolli, aut mutari non poſſunt *vol.*7.*d.*4 *l.*l.2.

Creditor rem ſibi pignoratam, vel hypothecatam, lite etiam poſtmodum inter debitorem, & alium quendam de dominio rei orta, & pendente alienare non poteſt *vol.*3.*d.*2.*l.*l.4.

Creditor conditionalis interim ex edicto in poſſeſſionem rei ſervandæ cauſa, mitti poteſt *vol.*6.*d.*12.*l.*Ttt.2.

Creditor, qui miſſus eſt in poſſeſſionem rei vel ſervandæ, vel cuſtodiendæ cauſa, interdictum *uti poſſidetis* non habet *vol.*3. *d.*3 *l.*p.4.

Creditor, cum debitori dat dilationem, cautelam competentem exigere poteſt *vol.*7.*d.*1.*l.*c.4.

ut Creditoris, & debitoris, ita etiam

crediti nomen generale eſt,& ad omnem cauſam, qua alienam fidem ſecuti in creditum imus, refertur *vol* 3. *d*.7. *l*.uu.3. ſic Creditor eſt, cui ex quacunque actione, vel perſecutione, vel jure civili, ſine ulla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario, vel extraordinario, ſive purè, ſive in diem, vel ſub conditione debetur, omneſque comprehendit, qui fidem alienam ſequuntur in contractu aliquo recepturi aliquid ex eo *vol*.7.*d*.4.*l*.l.2.

Creditor, qui ultra uſuras debitori collectarum ſolutionem imponit, uſuram committit *vol*.1 *d*.4 *l*.u.1.

Creditoris intereſt plures habere reos *vol*.6.*d*.3.*l*.Y.2.

Creditor, qui rem nullo modo ſibi obligatam propria authoritate debitori auſert, jus crediti amittit. Item & is, qui rem ſibi debitam, authoritate judicis incompetentis occupat *volum*.6.*d*.17.*l*.Hhhh.3. *vol*.4.*d*.25.*l*.G.1.

Creditorum major pars non definitur ex numero, ſed ex quantitate, cum fieri poſſit, ut uni plus, quam cæteris omnibus debeatur *vol*.7 *d*.1.*l*.b.1.

Creditor ſi pignora, & fidejuſſores ſimul obligatos habeat, & fidejuſſorem excutere velit, tenetur eidem antea pignora dare, niſi eſſent eadem ipſi ex alia cauſa obligata, & idem videtur obtinere, quoad colonum, à quo pro mercede exigitur fidejuſſor, ut nimirum poſtulando aliam cautionem fidejuſſoriam, videatur tacitè renunciaſſe privilegio competenti ex tacitæ hypothecæ beneficio *vol*.4.*d*.27. *l*.O.3.4.

Creditor abuſivè accipitur pro eo, qui rei vindicationem habet, ſive qui Dominus eſt *vol*.7.*d*.4.*l*.l.2.3.

Creditori invito particularem ſolutionem obtrudere non licet, ſed totum ſolvi debet, ſi ita ſit conventum *volum*.4. *d*.31. *l*.BB.2.*vol*.1.*d*.15. *l*.L.4.

inter Creditores plures, qui par jus habent, præfertur is, qui magis ſibi vigilavit *vol*.7.*d* 4.*l*.r.4.

Creditor in diem, ſed tempore prior, præfertur aliis creditorib. poſterioribus, quorum dies jam venit *vol*.5.*d*.4.*l*.aa.1.

Creditorum major pars in præjudicium minoris nomen remittere poteſt, vide Debitum.

Creditor optimè ſibi conſulet, ſi in ſecuritatem debiti, pignoribus, aut hypothecis caveri ſibi faciat, & quidem pignoribus generalibus præſentium, & futurorum bonorum omnium: quamvis ex indefinita locutione, pignus etiam ad futura, non tamen ſub pœna alienari prohibita, reſtitutioni fideicõmiſſariæ obnoxia, dotalia, extendatur: ſecus quàm in omniũ bonorum donatione, in qua bonorũ nomine, non quod donationẽ talem jura reſpuant, ſed ꝙ ſtricti juris ſit, pręſentia tantum, non futura veniunt *vol*. 5.*d*.8.*l*.qq.2.

Creditor optimè ſibi cõſulet, ſi bonorum oppigneratorũ ſemet Dominũ conſtitui, vel bona hypothecata creditoris nomine poſſideri, eademq; in neminem ullo alienationis titulo transferri debere, non ambiguis chirographi verbis, debitorem exprimere juſſerit *vol*.5.*d*.8.*l*.qq.2.

Creditor, qui ſupradicto modo ſibi cavit, non ſolùm rem oppigneratam poſſidere, ſed & alienationem ejuſdem in tertium faciendam inhibere, factam reſcindere, imò non, ut alius bonæ fidei poſſeſſor, qui à non Domino, quem tamen bona fide

Digitized by Google

na fide Dominum eſſe credebat, rem habet, conſumptos induſtriales, & naturales tantùm, ſed etiam pendentes, etiam à ſolo ſeparatos fructus pleniſſimo, & irrevocabili jure ſuos facere poterit *vol.5.d.8.l.*qq.3.

Creditor optimè ſibi conſulet, ſi ad pignoris, aut hypothecæ cautionem accedere faciat eos, qui debitoris obligationem ſua fide eſſe jubeant: & quidem cum ſpeciali renunciatione beneficiorum excuſſionis, diviſionis, cedendarum actionum: ſi tamen fidejuſſores ſe principales als ſelbs Schuldner obligaverint, nō magis beneficio excuſſionis, quàm ſi ſe in ſolidum obſtrinxerint, beneficio diviſionis renunciaſſe credendum eſt *vol.5.d.8.l.*qq.4.

plura de Creditoribus vide in verbo Hypotheca, ubi agitur de eorum concurſu. vide etiam Pignus. Debitor.

lege Cornelia de ſicariis tenetur, qui abortionem fœtus procuravit, ſive is animatus fuerit, ſive non *vol.5.d.35.l.*AA.2.3.

lege Cornelia de ſicariis tenetur, qui cum Titium interficere vellet, Sejum occidit *vol.5.d.35.l.*AA.3.

de Criminibus privatis, ſi criminaliter agatur, tranſigi nequit, ſi civiliter, valet tranſactio *vol.1.d.7.l.*uu.4. de criminibus vide in verbo Delictum.

Criminales cauſæ civilibus majores, & præſtantiores ſunt, & ampliorem veri fidem deſiderant. *vol.6.d.19 l.*Vuuu.1.

Criminales cauſæ per viam appellationis in Camera non recipiuntur, *vol.5.d.11.l.*aaa.3.

in Criminalibus quatenus Procurator intervenire poſſit, magna eſt Doctorum concertatio *vol.5.d.18.l.*rrrr.2.

Criminalia Statuum Imperii, quicunque illi ſint, vel ibi, ubi deliquerant, vel coram Cæſare, vel coram Auſtregis, vel in Curia ſua propria vor eignen Hoffgerichten diſcutiuntur, judicantur, & puniuntur *vol.5.d.11.l.*aaa.4.

Crimi noſi omnes communi ſecuritate indigni ſunt, alii tamen magis, alii minus *vol.2.d.7.l.*dDd.4.

Criminalia Clerici dijudicare non poſſunt, vide in verbo Clerici.

Culpæ in ſpecie ſic dictæ, tres conſtituuntur gradus. Culpa ſcilicet lata, quæ & magna negligentia dicitur, levis, & leviſſima: & ubi lata præſumitur culpa, eam reus, contra quem eſt, ſic eludet, ſi probaverit talem in cuſtodienda re ſe adhibuiſſe diligentiam, qualem aliàs ſolitus fuit adhibere rebus ſuis propriis: tunc Levis purganda erit, tunc demum rebus liberabitur, ſi oſtenderit eam ſe adhibuiſſe diligentiam, quam ſolent diligentes patresfamiliâs rebus ſuis ſecundùm communem hominum morem adhibere. Leviſſima tandem ſi fuerit culpa, non liberabitur, niſi docuerit ſe exactiſſimam adhibuiſſe diligentiam *vol.1.d.18.l* P.3.

Culpa ubi nulla eſt, ibi delictum nullum *vol.1.d.18.l.*Q.1. *vol.6.d.8.l.*Hhh.4.

qui Culpam non admiſit, ut re ſua privari debeat, is tùm in uno vel maximè relevari debet in uno, ſi ſit gravatus in altero *vol.7.d.4.l.*n.1.

Culpa lata, quæ dolo proxima eſt, & verſutia à Doctoribus appellatur, dolo æquiparatur, quamvis tamen humanius erit in l. Cornelia ſtatuere contrarium

Digitized by Google

vol.1.d.19.l.Q.3. vol.3.d.14.l.P.3.vol.6.d.16.l.Ffff.3.

Culpæ, & doli tenetur, tàm is, qui fecit, quàm qui fieri curavit, perſuaſit, juſſit, concitavit, quærelam, vel cauſam præbuit, ita tamen, ſi & effectus ſubſecutus ſit, quorum ſinguli in ſolidum tenentur *vol.1.d.19.l.Q.3.*

Culpa lata in delatione juramenti ad litem dolo non æquiparatur, ſed expreſsè dolus requiritur *vol.6.d.16.l.Ffff.5.*

Culpa eſt, quando quid fit, quod fieri non debuit, aut hoc omittitur, quod fieri oportuit: ex negligentia autem veluti cauſa ſua formali, quæ diligentiam habet oppoſitam, omnis definitur culpa: & culpa modo in genere, modo in ſpecie ſumitur, in genere adeò latè ut etiam dolum comprehendat. Hinc culpam faciunt aliam malitia, aliam imprudentia: illa dolus eſt, hæc tantum culpa vocatur, & eſt ſub triplici differentia non ſpecie, ſed gradu. Igitur alia lata, alia levis, alia leviſſima dicitur, ſecundum negligentiæ gradus *vol.2.d.23.l.CC.1. vol.5.d.9.l.ss.1 2.*

Culpa unius in perniciem alterius trahi non poteſt *vol.3.d.5.l* qq.2.

Culpa ſocii in ſolutione vectigalis omiſſâ eſt alteri ſocio, quoad ſuam partem non præjudicat, nec damnum adfert *vol.3 d.5.l.*qq.2.3.

Culpa lata in delictis dolo non æquiparatur; illud autem notandum eſt de lata culpa, quod in depoſito, & precario lata culpa non eo modo ſumatur, quo in reliquis contractibus: in illis enim dicitur in lata culpa eſſe, qui eam rei alienæ non adhibet diligentiam, quam rebus ſuis adhibere ſolet: quæ in reliquis contractibus, ut in ſocietate, in dotis datione levis tantum culpa dicitur *vol.5.d.9.l.ss.1.*

Culpa levis eſt, qua quis rei alienæ non adhibet eam diligentiam, quam quilibet prudens, & diligens paterfamiliâs *vol.5 d.9.l.ss.1.*

Culpa lata, & etiam levis præſtanda eſt in venditione: 2.in pignore: 3.in locatione: 4.in dotis datione: 5.in tutela: 6.in ſocietate: 7.in rerum communione *vol.5.d.9.l.ss.2.*

Culpa non ſolum lata, & levis, ſed etiam leviſſima, quæ ſimpliciter diligentia vocatur, præſtari debet primò in mandato, 2.in commodato, 3.in negotiorum geſtione *vol.5.d.9.l.ss.2.3.*

Culpa in ſtipulatione non omnis, ſed ea tantum præſtatur, quæ in faciendo, non etiam quæ in negligendo conſiſtit *vol.5.d 9.l.ss.3.*

Culpa in contractibus innominatis do ut des, do ut facias, facio, ut des, facio, ut facias, diverſimodè præſtatur: nam hi contractus aut utriusque, aut alterutrius contrahentis gratia fiunt: quod ſi igitur tuâ tantum causâ tibi quid dedero, exemplo commodatarii omnem omnino etiam leviſſimam culpam mihi præſtabis: ſi vero mei duntaxat cauſa quid dedero, quia propè depoſitum hoc accedit, ſolus dolus venit præſtandus: ſi denique & mea, & tua cauſa, tunc à te dolus, & culpa, ſive lata, ſive levis, non etiam leviſſima exigi poterit *vol.5.d.9.l.ss.3.*

de Culpæ præſtatione quæ dicuntur, ita demum procedunt, niſi ſi quid nominatim convenerit, vel plus, vel minus in ſingulis contractibus: Nam hoc ſerva-

Digitized by Google

ſervabitur quod initiò convenit *vol. 5. d. 9. l. ss. 3.*

Culpam qui allegat, eam probare tenetur: cujus etiam probatio debet eſſe clara *vol. 6. d. 8. l.* Hhh. 4.

Culpa commiſſa vindicatur in bonæ fidei judiciis per actionem ex principali contractu competentem, ſive ex natura contractus, ſive ex ſpeciali conventione incontinenti contractu adjecta, culpa præſtanda veniat: in ſtipulationibus verò per actionem in factum, niſi clauſula de culpæ præſtatione incerta fuerit, tunc enim actio ex ſtipulatu locum habebit: in innominatis autem contractibus, qui licet ſtricti ſint juris, hoc ſpeciale videtur, quòd ad culpam vindicandam actio præſcriptis verbis, aliàs ex contractu competens detur, idque propter affinitatem iſtam, quam habent cum contractibus bonæ fidei *vol. 5. d. 9. l. ss. 3.*

Culpæ annumeratur imperitia *vol. 7. d. 5. l. u. 3.*

Culpa ibi nulla eſt, ubi nulla prohibitio eſt *vol. 5. d. 27. l.* bbbbbb. 4. nec pœna. *vol. 6. d. 8. l.* Hhh. 4.

ſine Culpa alicujus quod evenit id damnum imputandum nõ eſt *vol. 7. d. 4. l.* n. 1.

Culpabilis, in quo ipſe deprehendor, fruſtra hoc ab aliis, ne fiat, deſidero *vol. 5. d. 30. l.* G. 2.

Cultura rei, ſeu per nos fiat, ſeu per noſtrum colonum, modus adquirendæ poſſeſſionis certiſſimus eſt *vol. 3. d. 3. l. s. 3.*

Cunctatio vide Conſilium.

Cupiditas vide Malum.

Curatoris officium primariò in rebus, ſecundariò in perſonis minorum conſiſtit *vol. 3. d. 14. l.* O. 2. *vol. 4. d. 28. l.* V. 1. 2.

Curator ventri, ſeu hereditati jacenti datus diligens inventarium conficere debet *vol. 3. d. 16. l.* X. 3.

Curator datur minori, rebus principaliter, quandoque uni ſolummodò rei: & curator curatori adjungi poteſt *vol. 4. d. 28. l.* V. 1. 2.

Cura alia eſt legitima, alia dativa, teſtamentaria verò nulla eſt *vol. 4. d. 28. l.* V. 2. *vol. 6. d. 16. l.* Ddd. 1. 2.

Curatores dant iidem Magiſtratus, qui Tutores *vol. 6. d. 16. l.* Ddd. 2.

Curator aliquando adjungitur tutori non idoneo *vol. 6. d. 16. l.* Ddd. 2.

Cura liberatur minor anno 25 completo: fœmina anno 18. & deinde finitur omnibus aliis modis quibus tutela dativa, aliquando tamen veniam ætatis impetrat, ſic, ut absque Curatore agere, & conveniri poſſit, nec reſtituitur in integrum, ne Principis authoritate contrahentes decipiantur, bona tamen immobilia absque decreto alienare non poteſt *vol. 4. d. 28. l.* V. 2. *vol. 6. d. 16. l. 16.*

Curator invito non datur niſi ad litem *vol. 6. d. 16. l.* Ddddd. 2. 3.

Cura duratione actiones duæ, utilis & de rationibus diſtrahendis minori dantur, etiam negotiorum geſtorum, aliquo furti, ſi quid dolo interverſiſſe probatur. *vol. 4. d. 28. l.* V. 2.

Curatores etiam majoribus dantur: ut Furioſis, Prodigis, mente captis, perpetuo morbo laborantibus &c. aliisque qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. Et illi ad curam vocantur, qui ſpem ſucceſſionis habent. *vol. 6. d. 16. l.* Dddd. 2.

Curiæ

Curiæ ſtylus pro lege habetur *vol.2.d.* 3.*l*.p.2.*vol.3.d.*15.*l*.Q.4.*vol.6.d.*2.*l*.N.2.

quæ Curiæ Major pars effecit, habetur pro eo, ac ſi omnes egerint *vol.6. d.*16.*l*. Dddd.4.

Cuſtodum appoſitio ad poſſeſſionis probationem multum proficit. Nam cuſtodis factum, reputatur factum, & apprehenſio mittentis *vol.3.d.*3.*l*.t.2.

qui ad Cuſtodiam rei alienæ tenetur, relevatur per cuſtodiam Domini: unde ſi viator deponat valiſiam apud hoſpitem, civitas non tenetur pro ablata ea *vol.*3.*d.*5.*l*.oo.3.

Cuſtodes vide Satellites.

D.

DAmno ſuo nemo alteri benefacere cogitur, neque verò officio contrarium eſt, ſic alium juvare, ut te ſerves indemnem *vol.*1. *d.*15.*l*.K.1.*vol.3. d.*7.*l*.H.3. *vol.5.d.*10.*l*.uu.2.*vol.6. d.*16.*l*.Eeee.2.

Damnum eſt, omne detrimentum, quod alter per alterum ſentit: idque vel cum injuria ab hominibus, vel ſine injuria à brutis animantibus fit: & dicitur pauperies, id eſt, damnum ſine injuria facientis illatum, & delictum improprium *vol.2.d.*25.*l*.HH.1.

Damni actio non tantùm de pauperie, ſed etiam de paſtu pecoris noxalis eſt: non tamen aliena pecora in fundo alicujus depaſcentia includi, & donec damnum reſarciatur retineri poſſunt *vol.2. d.*15.*l*.HH.2.

Damnum injuria datum eſt, quod quis alterius dolo, vel quacunque culpa ſenſit: ad quod petendum, & conſequendum lex Aquilia actionem præbet, ſed tamen is, qui damnum cavere non potuit, non punietur, aut caſu fecit, vix punietur *vol.* 2.*d.*25.*l*.HH.2.

qui de Damno vitando agit potiorem habet conditionem, quàm qui de lucro captando *vol.3.d.*5.*l*.ff.4 *vol.7 d.*4.*l*.p 1.

cum Damno alterius nemo debet fieri locupletior *vol.4.d.*13.*l*.ppp.3.*d.*28.*l*.T.3. *vol.7.d.*4.*l*.o.4.*d.*10.*l*.uu.1.

Damnum ab alio receptum, per actionem legis Aquiliæ proſequimur, ſit id injuria, vel nullo jure datum: & in hac actione non animus, ſed eventus, contra quam in actione injuriarum, conſideratur: & non modo dolus, & lata, ſed etiam levis, & leviſſima culpa ſpectatur, etiam ſi propoſitum lædendi non adfuerit, *vol.* 1.*d.*19.*l*.R.1.

in Damno pro ſervo, & pecude occiſo, fit æſtimatio quanti eo anno, in reliquis autem damnis quanti 30 diebus proximis res plurimi fuerit *vol.* 1. *d.* 19. *l*.R.1.

Damni actio adverſus inficiantem datur in duplum. *vol.*1. *d.*19.*l*.R.1.

in Damni Aquiliæ æſtimationem veniunt omnes etiam expenſæ ratione læſionis contingentes, ut & operarum ceſſantium, & impeditarum, tàm futurarum, quàm præſentium. Cicatricum tamen, & deformitatis in homine libero nulla eſt æſtimatio. *vol.*1.*d.*19.*l*.R.1.

Damni Aquiliæ actio hæredibus quidem, ſed non in heredes datur: niſi lite cum defuncto conteſtata: vel herede ex damno locupletiore facto. Tamen in caſu *l.*10.*pr.comm.divid.* ut & ipſa actio damni, & ad intereſſe veluti merè perſecutoria, & perpetua (licèt æſtimatio pluris

anno

anno terminetur) & contra heredes tranſitoria eſt *vol.1.d.19.l.*R.1.

Damnati ſunt, qui ob crimen aliquod capite damnati per ſententiam expreſsè quidem, corporali tantùm pœna aliqua affici jubentur, ipſo tamen tacito jure bona ſua amittunt: ut ſunt quibus aut vita adimitur, aut civitas, aut ſervilis conditio irrogatur *vol.7.d.9.l.*qq.2.

Damnatæ ad ſupplicium perſonæ vel aliàs omnino proſcriptæ, ut ſunt banniti, transfugæ, latrones &c. à nobis per leges impunè occidi poſſunt, in foro tamen conſcientiæ hoc videtur improbandum *vol.5.d.*10.*l.*uu.2.

Damnatus poteſt accuſare ſuum accuſatorē, vel alium, modò civitatem, vel libertatem ex illa ſententia nō amiſerit, & id jure civili, nō canonico *vo.7.d.6 l.*dd.4.

ſub Damnatis continentur deportati, quorum bona tacito jure, licet in ſententia confiſcationis nulla mentio fiat, confiſcantur, idque, prout ſanxit Fridericus Cæſar, ſecundum quod in novis conſtitutionibus cavetur, nempe in Novella 134.c.ult. quâ correctum eſt jus vetus, quo jure liberis damnatorum, & proſcriptorū dimidia tantum pars ex bonis paternis relinquebatur, altera dimidia Fiſco vindicabatur: & conſtitutum, ut deſcendentes, & aſcendentes uſque ad tertium gradum incluſivè fiſcum excludant, nec ulla collateralium ratio habeatur *vol.7.d.9.l.*qq.2. vide Bona.

Dania, Norvvegia, reliquaq; Septentrionis Regna, Imperio noſtro ſubfuerunt: nunc tamen libera ſe ajunt *vol.2.d.*3. *l.*f.4.*d.*4.*l.*u.1.*d.*13.*l.*y.1. *vol.5.d.*2.*l.*f.4.*d.*4. *l.*dd.3.*d.*17.*l.*dddd.3.

Dantiſcum, Elbingam &c. Urbes Imperio rapuit Rex Poloniæ *vol.2.d.13.l.y.*1.

Datio in ſolutum vicem emptionis-venditionis obtinet, ita ut evicto creditori prædio illo utilis adverſus debitorem ex empto actio competat. Hoc procedit, cum datur fundus in ſolutum pecuniæ debitæ: ſecus eſt, ſi in alterius ſpeciei debitæ ſolutum detur: cùm enim ſolvitur ſpecies, pro ſpecie, eſt quædam permutatio *vol.1.d.*12.*l.*D.3. *vol.3.d.1.l.*c.2.

Debitor in mutuo, etiamſi res non ſua culpâ, ſed fortuito pereat, non liberatur, cum hic genus, quod nunquam perit, non ſpecies debeatur *vol.1.d.15.l.*K.1.

Debitor tàm ex contractu, quàm ex delicto eſſe *vol.7.d.4.l.*l.2.

Debitor cum ſuſpectus de fuga eſt, ſequeſtrari, & impediri in perſona poteſt, ne ſe loco moveat *vol.2 d.7.l.*zz. vide in verbo Arreſtare.

Debitoris in alternativis electio eſt *vol.7.d.2.l* h.4. niſi alternativa appoſita ſit in favorem creditoris *ibid.*

Debitor non poteſt unum, pro alio ſolvere invito creditore *vol.7.d.2.l.*h.4.

Debitores, & alienarū rerum detentores vigore communis ſecuritatis ab inquietatione ſecuri non prçſtantur, donec legibus ſatisfaciant, aut quibus oportet reſtituant: ſecuri inquam non ſunt ab inquietatione tùm extrajudiciali, quando denunciatione, & conventione charitativa, antequam in jus trahuntur, rogantur, ut ſatisfaciant: tùm judiciali, quando ſatisfactionem negantes, aut differentes clamoſum audire viatorē coguntur, actioneq; pulſantur; imò, & quandoq; (regulariter ſecus) ſequeſtrationem rei petitæ,

 hypo-

hypothecatæ, aut alioquin in executionē venturę pati compelluntur: puta, ſi dilapidatores ſint, aut alioquin ad inopiam vergant, ſi cautiones jure debitas denegaverint, concurrente præſertim fugæ, aut dilapidationis ſuſpicione: Nonnunquā, puta iterum, ſi fugitivi ſint, vel aliter vagabundi, etiam in perſona ſiſtantur, corporaliterq; detineantur, & quidem in caſu, cum judicis copia haberi non poteſt, per ipſummet etiam creditorem quantumvis privatum (modo hic eos poſtea præſentet judici) etiamſi in diem, vel ſub conditione debitores exiſtant. Quid ſi vagentur, aut latitent, an propterea ſecuri erũt? minimè. Creditori namque preces interponenti diploma publicum decernetur, vigore cujus ubiq; locorũ in Imperio eos prehendere, & cum rebus, quas ſecũ portant, vel occultant, jure ſiſtere, ac detinere liceat. Hoc amplius ſi actori reus detentor, vel debitor condemnatus fuerit, à debitore quidem reſtituere etiamnũ nolente poſſeſſio rei manu militari per judicem immiſſa aufertur, in debitoris verò bonis executio rei judicatæ procedit. Quid ſi non ſint ſolvendo? & quamvis jure communi debitor) nam Fiſcalem debitorem incarcerari poſſe dubium eſt) obæratus propterea carceri mancipari nequeat, multo minùs creditori ad ſerviendum pro debito addici: de conſuetudine tamen Germaniæ carcerari authoritate judicis poteſt, donec ſolvat, aut idoneè caveat: jure verò Saxonico ipſimet creditori ad compedes, vel operas condemnatur (niſi perſona obligata ſit fœmina) ſanè uno caſu ſpecialiter jure conſtitutum legimus, ut creditor debitorem, quem ſcilicet ex captivitate redemit, pro pretio redemptionis, pignoris inſtar in ſervitute quaſi retineat, dum precium illi refundatur *vol.2.d.7.l.*dDd.4.

Debitoris res auferre ſuo arbitrio, & propria authoritate nemo poteſt, etiamſi ita conventum ſit *vol.2.d.11.l.*xxx.1.

Debitore liberato, liberantur & ejus fidejuſſores *vol.2.d.19.l.*V.1. & reliquæ omnes acceſſiones, veluti pignora, quoque liberantur *vol.7.d.4.l.*n.1.

Debitoris exceptiones reales ipſi competentes etiam fidejuſſoribus ejus vel invito illo competunt *vol.2.d.19.l.*V.1.

Debitor ſi à creditore in judicio eligatur, actio contra fidejuſſores ab ipſo remiſſa cenſetur, & contra *vol.2.d.19.l.*V.1.

Debitoris poſſeſſio rerum ſi creditori tradita ſit, fidejuſſor liberatur *vol.2.d.19.l.*V.2.

cui Debitorem meum juſſi poſt mortem meam ſolvere, non rectè ſolvitur, quia mandatum morte diſſolvitur *vol.2.d.19.l.*V.2.

Debitum ubi non eſt liquidum, mora non committitur *vol.3.d.1.l.*f.3.

Debitor pro ſolutione facienda domum creditoris adire tenetur *vol.3.d.1.l.*f.4. imò creditor pro conſequendo debito locum debitoris accedere tenetur, quando ambo in diverſis habitant locis *vol 6.d.8.l.*Eee.3.

Debitor in diem regulariter ante ceſſam diem non poteſt conveniri *vol.3.d.5.l.*kk.1.

Debitores executati eò uſq; in carcere detineri poſſunt, quoad bona vendantur, & hæc generalis in quocunq; fiſci debitore videtur regula, ut ne quidem ſub fidejuſſo-

juſſoribus relaxentur, quod in tantum quidam extendunt, ut ne quidem immunitate Eccleſiarum eos gaudere velint, cujus rigori per jura Canonum derogatum eſt; de heredibus qui ſine inventario ſucceſſerunt, idem judicandum, quia debitores ſunt: & hæc vera ſunt, quoties lex debitorem prehendi jubet: cæterùm ſi quis ſe, & bona obligavit, injuria heres, quem defunctus ad carcerem obligare nequit, caperetur: in minore hæc legum ſeveritas mitigatur. Quid juris autem, ſi mulier debitrix ſit? quæ, cum in concurſu privilegiatorum, privilegiũ allegari non poſſit, hanc legum auſteritatem non expaveſcat *vol.3.d.5.l.*rr.2.

Debitor, qui ad teruncium redactus eſt, arreſtari poteſt, ad hoc, ut creditori liberaliter inſerviat, ac ex operis, diurnaq; mercede, detractis tamen prius alimentis, tantùm corradat, quantùm ad debitum relevandum ſatis eſt *vol.5.d.4 l.*aa.1.

Debitum debitoris ſui arreſtari poteſt, dummodo penes principalem debitorem nihil aliud ſuperſit, in quod captio pignorum exerceatur, & dummodo debitor debitoris debitum agnoſcat, & hac arreſtatione rite facta, debitor debitoris à ſuo creditore ad ſolutionem compelli nequit, etſi ad certum diem ſub pœna, & juramenti religione promiſiſſet, ab utraque enim, ut & à mora juſſus judicis excuſat, præterquam ſi debitor debitoris malitioſa improbitate hoc impedimentum ſolicitaverit, vel impedimentum idem notoriæ poſſit argui iniquitatis *vol.5. d.4 l.*aa.1.

Debitum carcer non ſolvit, ſed burſa *vol.5.d.4.l.*aa.1.

Debitor, in cujus bonorum poſſeſſionem creditor miſſus eſt, nihiloſecius adhuc arreſtari poteſt *vol.5.d.4.l.*aa.3.

pro Debito modicello non decernitur arreſtum *vol.5.d.4.l* aa.4.

Debitor debitoris mei, non eſt meus debitor. *vol.6.d.3.l.*Cc.3.

Debitoris corpus, qui deceſſit, non exſoluto ære alieno à creditoribus detineri arreſtari, & ſepulcro prohiberi non poteſt, uti nec pecuniæ, quæ in exequias impenduntur: ubi pulcrè *vol.5.d.4 l.*aa 4.*d.* 35.*l.*AA.2.

Debitum à majori parte creditorum remitti poteſt, in præjudicium minoris, quæ ſequi debet *vol.7.d.1.l.*a.4.*d.*4.*l.*t.3. ſi hæc tamen ad actum remiſſorium citata *ibid.*

Debitum Principis anteceſſoris tunc tenetur exſolvere Succeſſor, ſi pro utilitate, & neceſſitate regni debitum contractum ſit, quod tamen ſemper præſumitur *vol.4.d.*12.*l* iii.2. *vol.5.d.*28.*l.*nnnnnn. 1.2.

Decapitatus, ſi reviviſcat, eſtne iterum decapitandus *vol.6.d.*13.*l.*Vuu.1.

Deceptus ultra dimidium juſti pretii, reſcindit venditionem, ſi velit *vol.1.d.*12. *l.*E.3.4. vide in verbo Venditio, & Læſio.

Deceptiones inter contrahentes permiſſæ ſunt, non tamen nimiùm doloſæ, hoc tamen in foro conſcientiæ haud procedere videtur *vol.3.d.*1.*l.*f.1. *vol.4.d.*25. *l.*G.1.*d.*27. *l.*M.3. *vol.5.d.*10. *l.*tt.4. *vol.7. d.6.l.*cc.1.*d.*10. *l.*uu.1. ubi Bodinus refutatur, qui hoc arguit *ibid.* & dicitur, quod in iis nec dolus, nec malitia, nec læſio immodica concedatur. At ſi quis non decipiendi alterius animo, ſed proprii potius

tius quæſtus, & lucri cauſâ naturaliter, id eſt, ſecundùm naturam contractus, & ex voto contrahentium alterum modicè in pretio ſolo circumſcribat, illud meritò in Republica toleratur, ut contractuum firmitas aliqua exiſtat, nec ex nimio æqualitatis ſervandæ ſtudio, & perfectam emptionis contractum reſcindendi facile permiſſa libertate nullus ſit litium finis, & commerciorum uſus impediatur *ibid*.

Decimarum jura inter immobilia numerantur, ut & aliarum portionum, quas quis ex fundo alieno percipit, quia immobilibus, id eſt, fundo adhærent. Hinc decimatores prohibere poſſunt fundi Dominum, ne ipſis inſciis fructus colligat. Itaque & hæ vendi poſſunt, & in iis obtinet retractus *vol.1.d* 12.*l* xx.3.

Decimæ quædam ſunt, quas permultis Germaniæ locis in alieno territorio ſuccedentes, & hereditatem paternam, vel qualemcunq; eò inde, ubi alioquin domicilium, & rerum ſuarum conſtitutionem habent, fiſco loci, ubi hereditas ablata eſt, relinquere cogũtur, ſicut & transmigrantes de una civitate, territoriove in aliam, aliudve de ſuis bonis, quæ transferuntur, pariter decuſſim detrahi patiuntur: quod jus vulgò Abzug/ oder Nachſteuer appellatur *vol.2.d.7.l.* aAa.3. *vol.3.d.5.l.*ll.4. vide Collecta. *vol.5. d.*30. *l.*D.2. *vol.6.d.*8.*l.*Ggg.1.2. ubi etiam vide, an illi debeant, qui migrare coguntur *ibid*.

Decimæ, aliæque res Eccleſiaſticæ à Laicis poſſideri nequeunt, nec præſcribi *vol.2.d.14.l.*C.4.*vol.3.d.5.l.*ee.1.*d.6.l.*tt.1. *vol.6.d.*3. *l.*Hh. 4. præſcribi nequeunt etiam longiſſimo tempore, ſed Eccleſia, contra Eccleſiam vel cum titulo 40 annis, vel ſine titulo, immemoriali tempore præſcribit *vol.7.d.6.l.*dd.3.

Decimæ in feudum dari non poſſunt, niſi quæ ante concilium Lateranenſe ſic datæ fuerunt *vol.2.d.15.l.*l.4. *vol.3.d.6.l.*tt.1. *vol.6.d.3.l.*Hh.4.

Decimarum feuda in omnibus, & per omnia eodem modo regulantur, ſicut cætera feuda, & bona patrimonialia *vol.3. d.1.l.*b.1.

Decimatores poſſunt prohibere feudi Domino, ne ipſis inſciis fructus colligat *vol.3.d.1.l.*b.1.*l.d.6.l.*tt.2.

Decimæ ſunt omnium bonorum licitè acquiſitorum decima portio ſuſtentandis Eccleſiæ miniſtris, alendis miſerabilibus perſonis, tuendis templorum ædificiis, ac aliis ſimilibus piis cauſis à Deo deſtinata: unde etiam dicuntur tributa egentium animarum, alimenta: ſanctuarium Dei, cibus Dei, & alimenta Scripturæ Sanctæ *vol.3.d.6.l.ss.*3.

Decimarum omnium bonorum ſæpè exegerunt Pontifices, non ſecus ac ſi juris neceſſitate unusquisque obligatus eſſet eas ſolvere, ſed hoc jus civile improbat *vol.7.d.6.l* ee.2.

Decimæ dividuntur communiter in prædiales, & hæ iterum in majores, quæ ſcilicet ex frumento, oleo, vino &c. ſolvuntur, vel in minores, quæ ex hortis, de ſale, agnellis, vitulis, ſuculis, lana, caſeis, butyro, pullis, ovis &c. præſtantur: ſecundò dividuntur in perſonales *vol.3.d.6.l.ss.*3.

Decimæ prædiales ſunt, quæ de terræ fructibus, & proventibus ſolvuntur: utpote

pote primò, de grano quocunque, puta de tritico, hordeo &c. avena, faba &c. unde ſi ager bis, vel pluries in anno fert fructus, tunc toties ſolvendæ ſunt decimæ, & ſi diverſa ſemina in eodem agro ſparguntur, ex fructibus omnium eſt ſolvenda decima: 2, de fœno: 3, de hortis: 4, de proventibus molendinorum etiam ad ventum: 5, piſcariarum; 6, venationum: 7, aucupiorum: 8, de lana: 9, de vino: 10, de fructibus arborum: 11, de fœtu pecorum: 12, de apibus ſcilicet melle, & cera: 13, de auri, argenti, vel aliorum metallorum fodinis *vol.3.d.6.l.ss.3.*

Decimæ perſonales ſunt, quæ ex acquiſitis perſonæ, id eſt, labore, & opera ſolvuntur, ſive proveniant ex artificio, induſtria, ſcientia, militia, negotiatione, vel ex alio quolibet actu, & quæſtu licito *vol.3.d.6.l.ss.3.*

Decimas ex præſcripto canonum præcipuè ſolvere tenentur: primò Laici; 2, Judæi de terris quas colunt: 3, Emptores, & conductores prædiorum, quæ à Monachis emerunt, à quarum ſolutione ipſi liberi erant: 4, Monachi de prædiis quæ ab aliis conducta habent: 5, Clerici de prædiis ſuis patrimonialibus, item de prædiis illi Eccleſiæ cui ante debebantur: 6, Monachi, ſive religioſi tam exempti, quàm non exempti de terris, & poſſeſſionibus acquiſitis hactenus, & amodo acquirendis, decimas illis Eccleſiis, quibus eædem poſſeſſiones, & terræ prius decimales fuerant, ſolvere quoque coguntur, item de prædiis, quæ propriis manibus, ſive ſumptibus excolunt, conventibus ordinis ſui *vol.3.d.6.l.ss.3.*

Decimæ non ſolutæ non ſequuntur novum prædii poſſeſſorem, ſed debent ſolvi à venditore *vol.3.d.6.l.ss.3.*

à Decimarum ſolutione exempti ſunt ex privilegio Pontificum primò Ciſtercienſes, Hoſpitalarii, & Templarii: 2, Monachi in novalibus, quas poſt Concilium Lateranenſe propriis manibus excolunt, item de nutrimentis animalium ſuorum, & hortis, ſicut & alii privilegiati: 3, Laici præſcriptione temporis immemorialis muniti: 4, Leproſi de hortis, & nutrimentis animalium ſuorum: 5, qui ſumma inopia laborant, promittere tamen debent ſe reddituros, ſi ad pinguiorem perveniant fortunam: 6, qui propter bellum, & vim hoſtium non potuerunt excolere agros: 7, quorum ſegetes uredine, fervore ſolis non adſueto, vi tempeſtatis calamitoſæ, graculorum, ſturnorum, incurſu hoſtium corruptæ ſunt: 8, qui ſuper præſtatione decimarum interveniente Epiſcopi, vel ſummi Pontificis authoritate tranſegerunt: 9, Electores Imperii de auri, vel argenti &c. fodinis, quas in ſuis principatibus habent *vol.3.d.6.l.ss.3.4.*

Decimæ ſolvendæ ſunt regulariter Eccleſiæ miniſtris, de prædiis in illorum parochia ſitis, niſi conſuetudine contrarium obſervetur, ad quam recurrendum monet Pontifex *vol.3.d.6.l.ss.4.*

Decimandi jus acquirit Eccleſia contra Eccleſiam primò ſpeciali Pontificis conceſſione: 2, donatione: 3, compromiſſo: 4, tranſactione: 5, permutatione: 6, præſcriptione, ſi ſpatio 40. annorum, cum tituli, & bonæ fidei probatione, & ſine aliqua contradictione decimas acceperit: nihil enim refert, quæ Eccleſia habeat jus percipiendi decimas: aut tempo-

re, cujus initii memoria non extat *volum.3. d 6.l* ss.4.

Decima, aut alia portio de Metallis in fundo privato repertis ſolvitur quoque fiſco *vol.3.d.6.l.*ss.4.

Decimarum Laici incapaces ſunt: poſſunt tamen eas obtinere, primò conceſſione ſummi Pontificis, qui id poteſt, ſed hujuſmodi conceſſio ad novalia non extenditur, niſi eorum quoque mentio ſpecialiter facta ſit: ſecundò, ſi urgente neceſſitate æris alieni, quod aliunde perſolvi non poteſt, evidenti Eccleſiæ utilitate, vel alia ſimili juſta de cauſa Clerici Laicis aut vendiderint adhibitis ſolennitatibus neceſſariis, quæ in omnibus Eccleſiaſticis alienationibus requiruntur, ſcilicet habito prius tractatu diligenti: conſenſu totius capituli inſertis nominibus capitularium, & authoritate interveniente, ſive confirmatione ſuperioris ſcilicet Epiſcopi loci, cujus ſolius authoritas ſufficit: aut cum Laicis tranſegerint: 3, ſi Laici ante Concilium Lateranenſe decimas in feudum ab Eccleſiis receperunt, has Laici ex conceſſione ejusdem Concilii licitè poſſident, quod fuit ſub Alexandro III. anno 1180, ſedis ſuæ 20, menſe Martio: easque ad Eccleſiam reverſas poſſe à Prælatis rurſus etiam ſive ſolennitatibus concedi verius videtur. Unde ſi dubitetur an decimæ titulo feudi à Laicis poſſeſſę conceſſæ fuerint ante id Concilium, vel poſt? tunc conſideranda erit antiquitas poſſeſſionis, quę ſi immemorialis temporis fuerit, ſufficientem tituli ante Concilium acquiſiti probationem inducit, maximè ſi id quoque teſtetur communis fama *vol.3. d.6.l.*tt.1.*vol.6.d.3 l.*Hh.4.

Decimarum ſolvendarum forma eſt, primò, quod decimæ ſtatibus collectis, id eſt, à ſolo ſeparatis ſint ſolvendæ: 2, præſtandæ, antequam tributorum, vel cenſuum prædialium exactiones fiant: 3, ſolvendæ non ad electionem ſolventis, neque ab ipſo commutandæ, alioquin in pœnam utrumque debetur, & commutatum, & id, cum quo commutatum eſt: 4, præſtandæ etiam citra admonitionem, humanitatis tamen gratia debitor admonendus ſemel, ſecundo, & tertio: 5, integrè, id eſt, ſine deductione expenſarum in mercenarios pro agris colendis, & colligendis fructibus factarum: 6, præſente procuratore collectarum, ne ulla fraus fiat ſolutioni decimarum, ſi conſuetudo loci eſt: 7, deferendæ à ruſticis ſuis ſumptibus in horrea collectionis *volum.3.d.6. l.*tt.1.

Decimæ in profanum uſum converti non debent, & ſi à Principibus occupatæ ſint, debent Scholarum, & Xenodochiorum uſibus applicari *vol.3.d.6.l.*tt.1.

Decimandi jus qui habet, primò poteſt facere inhiberi Domino fundi, ne fructus exportet ante Decimarum ſolutionem, ut vitetur occaſio furti *vol.3.d.6. l.*tt.2.

Decimator ſecundò habet pro Decima non ſoluta actionem confeſſoriam, quæ aliàs pro omnibus juribus vindicandis competit; vel condictionem ex canone, inſtar condictionis ex lege, contra detrectantem ſolutionem Decimarum, qui coram judice Eccleſiaſtico conventus, & ab eodem ad ſolvendas Decimas ſententia definitiva condemnatus appellationis beneficio non gaudet: quin imò contumax

tumax per cenſuram Eccleſiaſticam, aut excommunicationis pœnam ad ſolutionem compelli poteſt *vol.3.d.6.l.*tt.2.

Decimator 3, habet interdictum utile *uti poſſidetis*, contra quoscunque turbantes, ſi turbatus fuerit in percipiendis Decimis, vincitque, ſi juxta Canonum præſcripta antiquiorem quaſi poſſeſſionem docuerit, qua probata, nova præſumitur vitioſa, ad cujus probationem teſtes etiam ſingulares ſufficiunt. At jure etiam civili efficaciter experitur, ſi litis conteſtatæ tempore, nec vi, nec clàm, nec precariò ab adverſario quaſi poſſeſſionem detinuit *vol.3.d.6.l.*tt.2.

Decimator habet 4, ſi ſpoliatus fuerit, interdictum, ſeu remedium recuperandæ, modò doceat ſe juſtis titulis Decimas percepiſſe: at prohibentur noviſſimo hodierno jure tam Laici, quam Clerici Decimis, aut aliis reditibus ſe invicē ſpoliare: cognitio verò in his poſſeſſoriis judiciis ſecundum communem opinionem ſpectat ad Laicum judicem: quod tamen ita intelligendum ſi inter Laicos, vel à Clerico actore contra Laicum controverſia ſit mota: ſin verò inter Clericos ſolos quæſtio mota ſit, judex ſæcularis nec in poſſeſſorio competens cenſebitur: cum non tam cauſæ, quam perſonarum ratione incompetens ſit *vol.3.d.6.l.*tt.2.

in Decimarum petitorio interdum Laicus judex eſt competens: primò ſi Laico competit jus Decimandi, vel ex privilegio, & conceſſione: 2, ſi contentio ſit, de qualitate fructuum Decimalium eligendorum: 3, ſi Laicus detrectat integram decimarum ſolutionem facere: 4, ſi Laicus ſit conductor Decimarum: & cum hoc judicium ſummarium ſit, debet judex ſimpliciter de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii in eodem procedere: partibus tamen non contradicentibus poteſt ordinem judiciarium ſervare, nec erit proceſſus propter hoc irritus, aut irritandus *vol 3.d.6.l.*tt.2.

Decimarum illicita uſurpatio non valet: cum Decimis autem affinitatem quandam habent primitiæ, & oblationes *vol.3.d.6.l.*tt.2.

Decima tunc utrique presbytero pendenda eſt, quando domus pendentis in confinio duarum parochiarum ſita eſt *vol.5.d.11.l.*ddd.2.

Decimarum in concurſu creditorum idem jus eſt quod tributi, & collectæ *vol.7.d.4.l.*p.1.

Decoctor eſt, qui vel fortunæ vitio, vel ſuo, vel partim fortunę, partim ſuo vitio non ſolvendo factus foro ceſſit. Qui ſuo vitio, & fraude decoxit, is, ſi publicæ pecuniæ decoctor extitit, ictibus plumbatorum ſubjici debet, ſi verò privatæ, tunc foro pulſus, mercaturam amplius exercere prohibetur, aliisque ſæpe vel capitalibus ſubjacet pœnis, nec ceſſionis beneficio gaudet: hoc enim miſerorum ſubſidium eſt, non autem fraudulentorum, & legis beneficio indignus eſt, qui in legem committit, qui verò fortunæ culpa decoxit, idque probat, vel lamentabile ceſſionis auxilium habet, vel inducias quinquennes aut ab ipſis mercatoribus, aut per reſcriptum Principis impetrare poterit, debet tamen creditoribus per ſatisdationem cavere *vol.1.d.15.l.*M. vide in verbo Ceſſio *vol.6.d.11.l* Rrr.4.

Decoctores cum rationes in codicibus adul-

bus adulterare, intricare, turbare conſueſcant, optimè facient mercatores ſi decoctione ſecuta, mox libros exhiberi perant, rimentque *vol.1.d.15.l.*M.3.

Decoctores pro more populorum variis pœnis afficiuntur *vol 7.d.1.l.*b.2.

Decoctorum praxis, ſcelera, & perfidia graphicè deſcribuntur à quibusdam *vol.7.d.4.l.*m.1.

in Decoctorum bonis etiam ante privilegiatos creditores depoſitarii potiores ſunt, dummodo nec uſuras acceperint, nec dominium tranſtulerint, tunc enim ab illis nihil differunt *volum.1.d.15. l.*M.3.*volum.6. d.*11.*l.*Rrr.4.

in Decoctionibus venditorum, qui merces decoctoribus vendiderunt, ſicubi adhuc extent, habenda eſt ratio, ſolent perferri creditoribus aliis hypothecam habentibus, ſiquidem merces ita vendiderint, ut tamen pro pignore manſerint *vol.1.d.15.l.*M.3.*vol.6.d.11.l.*Sss.1.

Decretum ſecundum inter legitimas poſſeſſionis cauſas refertur: non primum, quod hoc quis in bona ſola rei cuſtodia miſſus dicatur *vol.7.d.*8.*l.*gg.4.

ex Decreto ſecundo miſſus fit non ſolum poſſeſſor, ſed etiam Dominus, ſi miſſus ſit in ædes ruinoſas ob denegatam cautionem damni infecti, quod & de pluribus miſſis affirmandum, non ſi miſſus ſit in univerſitatem omnium bonorum, utpote, quod tantum tribuat jus diſtrahendi *vol.7.d.7.l.*gg.4.

de Decreto hoc vide in verbo poſſeſſio, aliiſque materiis, ubi ejus mentio fieri conſuevit.

Decuriones tormentis ſubjici non poſſunt *vol.2.d.*18 *l.*R.2.

Defenſionis ergò homicidium commiſſum excuſatur etiam in foro poli, & conſcientiæ: idem obtinet in defenſione pudicitiæ, & perſonarum non modò neceſſariarum, ſed etiam quarumvis iniquè oppreſſarum, imò hoc ex debito, niſi fortè quis ſine propriæ vitæ periculo non poſſit: euſque, ut & Clericus, & Papa etiam hoc defenſionis jure interimi poſſint *vol.1.d.17.l.* Q.3.4. *vol.2.d.7.l.*kKk.3. *d.22.l.*BB.2.*d.23.l.*CC.3.4.*d.24.l.*DD.2. 3.4.*vol.5.d.*10. *l.*uu.1.2.*d.*35.*l.*Y.2.3.

Defenſio rerum etiam uſque ad occiſionem adverſarii, & invaſoris permiſſa eſt, ſi ea non procedat absque periculo perſonæ: id quod circa furem nocturnum præſumitur, eo quod diſcerni nequeat ad occidendum ne, an ad furandum venerit *vol.1.d.17.l.*Q.4.*vol.2.d.24. l.*DD.2.*vol.5. d.*10.*l.*uu.2.*d.35.l.*Y.2.

Defenſio perſonæ ſuæ, & rerum ſuarum undique & ubique quæri poreſt, licitaque omninò eſt *volum 2. d.6. l.*uu.4. *d.22. lit.*BB.2. *d.*23. per tot. *volum.5.d.19. l.*aaaaa.3.

Defenſio juris naturalis eſt *vol.7.d.7. l.*kk.2.

Defenſio cum juris naturalis ſit, nemini ne quidem diabolo deneganda eſt *vol.2.d.*18.*l.*R.4.*vol.6.d.*2.*l.*N.3.

Defenſio ſui duplex eſt, vel togata, quę legitimis fit judiciis, quibus, ubi res moram ferr, ante omnia experiundum eſt: vel armata, quæ armis, nec juſta tantum, quando publica eſt, & bello peragitur, ſed & cum eſt privata *volum.2.d.7. l.*yy.4. *d.22.l.*BB.2.*d.*23.per tot.

Defendere jura propria Clerici poſſunt, ſi injuſtè opprimantur *vol.6.d.3.l.*T.3.

Defen-

Defendere uxores mariti tenentur, non verò debent eas in moleſtam ſervitutem redigere *vol.6.d.3.l.*T.3.

Defendere tenetur Pater filium, & viciſſim *vol.6.d.3.l.*T.4.

Defenſio ibi eſt prohibita, ubi offenſio à lege, aut Principe eſt permiſſa *vol.2. d.*7.*l.*cCc.4.

Defenſio eſt injuſta, quando offenſio fuit juſta *vol.6.d.3.l.*Cc.4.

Defenſionem tam pro honore, & rebus, quam corpore noſtro: tum etiam pro aliis in periculo conſtitutis rectè ſuſcipimus: injuria autem quæ honori noſtro infertur realis, non verbalis eſſe debet *vol.2.d.23.l.*CC.3. *d.*24.*l.*EE.4. FF.4. *d.*25 *l.*II.1.*vol.*5.*d.*35.*l.*Y.2.3.

Defenſionem ſuſcipere tenemur non ſolum pro neceſſariis perſonis, ſed etiam pro extraneis in periculo conſtitutis,& hoc de jure Canonico, ſecus de jure civili *vol.2.d.23.l.*CC.4 *d* 24.*l.*EE.1.2. FF.4.*vol.*5. *d.*35.*l.*Y.3.*vol.6.d.3.l.*Dd.1.

Defenſio inculpata eſt, quæ culpa caret, eaque vulgò è tribus potiſſimum, modo, tempore, & cauſa concluditur, culpata contra: modus eſt, ut non ſit major, & atrocior defenſio, quam eſt vis, vel injuria, ſed hoc adeo non reſtringitur, ut ſemper æqualibus armis pugnandum ſit: tempus eſt, ut ſtatim,& incontinenti propulſatio fiat, durante ſcilicet adhuc offenſa, & rixa; nam ſi intervallum intercedat, ultio potius videbitur. Cauſa appellatur finis defenſionis, ut non ſuſcipiatur ad ultionem, quod ulterius colligendum eſt ex circumſtantiis rerum, perſonarum, locorum, antecedentium, conſequentium, ex apparatu, ex minis &c. *volum.2.d.23.l.*CC.1.2.*d.*24.*l.*DD.2.3.4. EE.1.2.4.FF.1.2.4.*d.*25.*l.*II.1.*volum.5.d.*35. *l.*Y.2.*vol.6.d.3.l.*Ee.2.3.

Defenſio omnis etiam ea, quæ eſt cum moderamine inculpatæ tutelæ, juris eſt gentium: ejusque inculpatæ quidem effectus eſt, ut ab omni pœna liberet. Culpatæ verò, ut quidem ab ordinaria criminis pœna propter exceſſum abſolvatur reus, ſed tamen pro modo commiſſæ culpæ emendetur *volum.2. d.23. lit.*DD.3. *d.*24. *l.*FF.4.*vol.3.d.*13.*l.*M.2.

Defenſioni ſuæ renunciare quis non poteſt, nec valet hujusmodi pactum *vol.3. d.*24.*l.*DD.3.

Defendi quemlibet publicè intereſt *vol.2.d.24.l.*DD.3.*vol.5.d.35.l.*Y.3.

ad Defendendam ſuam cauſam plurimos admittere, intereſt, niſi plurium defenſio Negligentiæ cauſam dat *vol.6.d.3. l.*Y.2.

Defenſio neceſſaria omnibus, excepto bannito, nulla ætatis, conditionis, ſexque habita ratione permiſſa eſt, item contra omnes injuſtè vim inferentes *vol.2.d.*24. *l.*DD.3.4.*vol.4. d.2.l.n.*1. *d.*14.*l.*sss.2. ergo defendere, eſt neceſſitatis verbum *vol.6.d.*3 *l.*Ee.2.

Defendendi alterius cauſa qui occurrit, adverſarium occidere non poteſt, quia duo unius vim faciliùs repellere poſſunt ſine cæde *vol.2. d.*24.*l.*EE.2.

Defendendi alterius cauſa qui occurrit, mediamque ſe interponens defenſoris manum arripit, ne ſe defendere poſſit, tunc defenſor ſi in extremo periculo ſit conſtitutus, mediantem occidere poteſt, aliàs non *vol.2.d.24.l.*EE.2.

Denfenſio ſuſcipitur etiam juſtè pro-

pter res, ita tamen, ut adverſarius propter res ſolùm, niſi aliquem in vitæ ſimul periculum adducat, occidi non poſſit *vol.2. d.24.l.*EE.3. *vol.5.d.35.l.*Y.2.

Ob Defenſionis negligentiam patronus jure protectionis privari poteſt *vol.6. d.3.l.*Ii.1.

Defenſionem alicui promittens ad judicialem quoque defenſionem tenetur. *vol.6.d.3.l.*DD.2.Gg.3.4.

ad Defenſionem alterius, qui eſt obligatus, tamen ad præſtandam defenſionem ſine denuntiatione non tenetur, niſi periculum ſit in mora *vol.6.d.3.l.*Ee.2.

Defenſio neceſſaria eſt juris naturalis, & gentium *vol.2.d.24.l.*FF.2. ab hiſce juribus ortum habet, uti & fœdus defenſivum *vol.6.d.3.l.*X.2.

Defenſio legitima, & inculpata violentam præſupponit offenſionem ſive illata ſit, ſive immineat, absque tamen ultionis cupidine. Nam defenſio quidem conceſſa, ſed ultio, & vindicta prohibita eſt: nec tamen quis primum ictum expectare tenetur, ſed adverſarium prævenire licitè poteſt *vol.2.d.24.l.*FF.2.3.

Defenſio incontinenti, & non ex intervallo fieri debet, ſed intervallum non judicatur, qui tempus inſumit in viribus parandis, & amicis convocandis *volum.2. d.24.l.*FF.3.4.*vol.6.d.3.l.*Ee.2.3. imò intervallum temporis ad faciendas præparationes ſæpè neceſſarium eſt *ibid.*

in Defenſionis probatione aggreſſor etiam præſumitur, qui robuſtior, audacior, & agilior reperitur: item qui facilè excitare rixas, & contentiones odioſas movere ſolet: qui levis, infamis, & ſceleratus eſt, has verò præſumptiones, & conjecturas judicis arbitrio remittimus *vol.2. d.24.l.*GG.2.

Defenſores ſæpè non ſolùm contra injurias manifeſtas, latrones, prædones &c. ſed etiam contra privilegiorum certis perſonis conceſſorum violatores dari ſolent: qui conſervatores dicuntur, & conſervatoria exercere debent *volum.6. d.3. l.*Ii.2.

Defenſores hujusmodi, id eſt, conſervatores æque à Cæſare, atque à Pontifice conſtitui poſſunt *vol.6.d.3.l.*Ii.2.

Defenſio etiam inculpatæ tutelæ privato contra Principem vim inferentem licita non videtur *vol.4.d.2.l.*n.1.

Defenſores urbium à protectoribus multum differunt, congruunt tamen in multis *vol.6.d.3.l.*Ii.3.

Defenſio quandocunque petente reo concedenda eſt: itaque ſi quis delictum aliquod verè confeſſus ſit, tamen ſi poſtea offerat probare contrarium non erit repellendus *vol.5.d.36.l.*DD.3.

Defenſorum Eccleſiæ, eſt munus antiquiſſimum: & quale fuerit ibi vide *vol.6. d.3.l.*Ii.3.4.

Defenſio, quę eſt tutela dicitur eſt propulſatio offenſionis inſtantis, vel jam illatæ ad ſui, ſuorumque conſervationem ſuſcepta, ſed hic non intelligitur ultio. Defenſio autem dividitur in inculpatam, & culpatam: inculpata plerumque neceſſaria eſt, ideoque omninò licita eſt *vol.2. d.23.l.*CC.1.*d.24 l.*DD.2.3.*d.27.l.*LL.1.

in Defeſione urbis non ſolùm oppugnantibus reſiſtere, ſed & abeuntes perſequi licet, cum metuendum, ne recollectis viribus vim renovent *volum.2. d.23. l.*CC.1.

Defen-

Deferre delicta : vide in verbo delictum.

Definitiones in jure maximè periculoſæ ſunt, & ajunt quidam, nullam in jure definitionem perfectè tradi poſſe *vol.5. d.42.l.*AAA.3.

Definitio eſt rei cognitio *volum.7. d.1. l.*a. *2.d.5. l.*u.2. Itaque omnis diſputatio difficilis, niſi id, de quo ea inſtituitur, rectè ab initio definiatur *vol.7. d.4.l.*mm.4.

Definitio rei maximè inquirenda eſt: nam rei ſubſtantiam, vim, atque poteſtatem quam exactiſſimè demonſtrat *vol.4. d.6.l.*aa.3.4. *volum.5. d.2. l.*c.3. *d.32. l.*N.2. *vol.6. d.16.l.*Aaaa.3. *d.19 l.*Tttt.1. eſt totius ſubjectæ materiæ amuſſis, & canon *vol.7. d.9. l.*mm.4.

in Definitionibus neque negligentes eſſe convenit nos, neque faſtidioſos *vol.7. d.1.l.*a.2.

Definitio quævis in jure eſt periculoſa, parum enim eſt, ut ſubverti poſſit *vol.4. d.6. l.*aa.4. *vol.7 d.5. l.*u.2.

à Definitionibus vocabulorum omnes diſputationes inchoandæ ſunt *vol.7. d.4. l.*l.3. *d.5.l.*u.2.

Definitio non debet tradi per effectus rei definitæ, ſed per eſſentiam, & ſubſtanſtantiam rei, & definitio quælibet recta exigit totius naturæ rei definitæ, unde converti debet cum ſuo definito *volum.4. d.6.l.*aa.4. *vol.6. d.19. l.*Tttt.3.

Definitum quod non eſt expreſsè in jure, hoc ex judicis debet pendere arbitrio *vol.7.d.1.l.*c.3.

Defuncti arreſtari non poſſunt ob debitum, nec pecuniæ, quæ in exequias impenduntur: ubi pulchrè *vol.5. d.4. l.*aa.4. *d.35.l.*AA.2. *vol.7. d.4.l.*n.2.

Defunctorum corpora inſepulta jacere non debent *vol.7 d.4. l.*n.2.

in Defunctos pœna ceſſat *volum.7. d.4. l.*n.2.

Defunctus non eſt amplius debitor, uti homo mortuus non eſt amplius homo *vol.5.d.4.l.*aa.4.

Defuncti facto nullus heredum contravenire poteſt *vol.5.d.31.l.*M.2.

Deguſtatio non probat poſſeſſionem, aut emptionem, ſed plerumque ante, & ad hujus finem fit *vol.7.d.7 l.*ff.3.

Delectum habere. vide in verbo bellum, & ſuperioritas.

Delegationis exceptio reo ſubvenit affirmanti, obligatione, qua creditori devinctus erat, interventu tertii ſublata nullam actori ſupereſſe actionem: eſt enim delegare vice ſua alium reum dare creditori, vel cui juſſerit, id quod poſſumus ſcripturâ, vel nutu, & conſequenter etiam inter abſentes *volum.2. d.27.l.*LL.3.4. *d.28.l.*NN.3.

Delegatio cedit vice ſolutionis *vol.7. d.4. l.*r.3.

Delegatum debitorem, qui creditor accipit, tunc bonum nomen factum *vol.7. d.4.l.*r.3.

Delegatione extinguitur fidejuſſio, etſi delegatus non ſit ſolvendo *vol.4. d.27. l.*R.2.

Delegatum debitorem, qui accipit, tunc fictione brevis manus creditori ſatisfactum videtur *vol.7.d.4.l.*r.3.

Delegatus judex appellatur, vel is, qui mandatam jurisdictionem habet, vel is, qui judicandi munere tantum fungitur, & dicitur hic poſtremus propriè judex datus, itemque pedaneus, & ſpecialis judex, ab

dex, ab hoc appellatur, qui judicem dedit, ab illo mandantis ſuperior *volum.6.d.*18. *l.*xxxx.3.

Delegatus Principis in cauſa ſibi commiſſa major eſt quolibet ordinario judice, atque ſententiam ſuam in territorii ordinarii etiam non requiſiti, & conſentientis exequi poteſt *vol.*5.*d.*11.*l.*xx.3.

Delegata jurisdictio, quæ tamen tantùm ad tempus, ac particularem cauſam ſit, eſt debilior, ac dicitur odioſa, & ne ordinariæ multum præjudicet, ſtrictæ interpretationis, atque idcirco ſemper cumulativè, quoad delegantem facta præſumitur, antequam enim delegatus cauſam inchoat, re integra delegans præoccupando per citationem, illum prævenire poteſt *vol.*5.*d.*11 *l.*xx.4.

Delegata ſimpliciter jurisdictio ſemper à delegante ad delegatum venit, quoad illum, atque etiam ordinarios cæteros cumulativè *vol.*5.*d* 11.*l.*ddd.4.

Delegari non poſſunt, quæ ſpecialiter lege, vel Senatusconſulto, vel conſtitutione Principum tribuuntur, nec mandata jurisdictione transeunt: unde Imperium merum delegata jurisdictione non continetur, ſed per ipſorum, quibus ea propter induſtriam, & juſtitiæ opinionem commiſſa ſunt, expediri debent *vol.* 7.*d.*6.*l.*bb.2.

ſub Delegatus delegati Principis ſubdelegare non poteſt, ne fiat proceſſus in infinitum, neque tanta, quanta ipſe delegatus pollet poteſtate, nec hic creditur in dubio jurisdictionem ſubdelegante *vol.*5. *d.*11 *l.*bbb.2.

Delegati plures ab uno ſuper uno, eodemque negotio, ſeu articulo repræſentant unius perſonam, nec jurisdictionis exercitium ſinguli in ſolidum habent. Cauſa igitur vel articulo ejus aliquo pluribus ſimpliciter commiſſo ii ſaltem ut universi, & conjuncti, nec unus ſine altero procedere, illumq; definire poteſt: commiſſioni autem ſi annexa eſt clauſula, *Quod ſi non omnes*, tunc confertur jurisdictio cuilibet in ſolidum, & uno impedito, conſtare tamen de ejus impedimento, cæteri vel unus de illis poterit ſolus in cauſa procedere: fieri autem omnino debet tertii requiſitio, ut conſtare poſſit de ejus impedimento, qua facta ſi non comparebit, conſolidatur jurisdictio tota in collegis cæteris, vel etiam cum unus, ut ſuſpectus recuſatur, vel adjecta clauſula, Quod ſi ambo, item **Sampt/vnd Sonders**/ item unus, & alter, item duobus vel alteri *volum.*5. *d.*11 *l.*eee.2.

Delegato uno, ſi plures ſint, à partibus ſpecialiter non electo, ſed omnibus vel expreſsè, vel tacitè ad confirmationem, & ut tenori commiſſionis inſerantur admiſſis, nihilominus unus, præmiſſis præmittendis nimirum requiſitione alterius, alterum prævenire poteſt in tractatione negotii commiſſi citando partes ad videndum produci teſtes in citatione nominatos, juramentum ab iis ſuſcipi, proteſtandum de inhabilitate teſtium, & nullitate præſentis examinis, exhibendum interrogatoria generalia, & ſpecialia, ad articulos transmiſſos, præſentandum adjunctum *vol.*5.*d.*11.*l.*eee.2.

inter Delegatos exercitium jurisdictionis reſedit ſolum in perſona ejus, qui prævenit *vol.*5. *d.*11. *l.*eee.2. vide in verbo Judex, & Jurisdictio.

Deliberandi tempus, intra quod reus deliberare, jubetur an liti velit cedere, an verò contendere, de jure Canonico certum non eſt, ſed arbitrarium. De jure verò civili Reo in jus vocato poſt oblationem viginti dierum induciæ dantur *vol.7. d.6.l.*bb.3.

Delicti tempus ſpectatur, non latæ ſententiæ: itaque qui jurisdictionem illo tempore habuit, etiam fructus, id eſt, mulctam habebit *vol.1. d.12. l.*C.3.

ex Delicto nemo lucrum conſequi debet *vol.7. d.7.l.*gg.1.

in Delictis excuſandis non exitus, ſed initium attenditur *vol.1.d.19.l.*Q.4., *vol.5. d.*10. *l.* uu. 4. ſic ſpectatur voluntas non exitus; conſilium, non factum *d.35.l.*AA. 3.*d.*43.*l.*MMM. 1.4.

Delicta, omninò punienda ſunt, etiam ſine reſpectu perſonarum: eaque puniri intereſt Imperii *vol.2. d.* 1. *l.*a.3. *d.*1. e. 2. 3. *d.*7. gGg. 4. hHh. 4. *d.*18. *l.*S. 1. *d.*24. *l.*GG. 2. 3. *vol.4. d.6. l.*cc. 4. *d.*13. *l.*ppp. 3. *vol.5. d.*4. *l.*aa. 3. *d.*10. *l.*tt. 3. 4. *d.*35. *l.*AA. 2. *d.*43. *l.* MMM. 2. *d.*46. *l.*AAAA. 3. *d.*49. *l.*HHHH. 2. *vol.6. d.2. l.*H. 3.

Delinquentes omnes, id eſt, criminoſi, malefactores communi ſecuritate indigni ſunt, alii tamen magis, alii minus *vol. 2. d.7. l* dDd. 4.

Delinquentium receptatores iisdem pœnis ſunt afficiendi, quibus delinquentes *vol.6. d.3. l.*Bb.3.

Delicto non verum, & juſtum indicium præbet, ſi interfectus ſanguinem mittat *vol.3. d.2. l.*g. 3. 4.

Delinquentium receptatorem vocat lex, qui delinquentem receptat, & ut receptus judicis effugiat manus, celat, idq́; ſcienter. *vol.6. d.3. l.*Bb.3.

in Delictis magnis negligere, eſt favere *vol.6. d.3. l.*Bb.3.

Delicta criminalia Statuum Imperii, quicunq́ue illi ſint, vel ibi, ubi deliquerunt, vel coram Cæſare, vel coram Auſtregis, vel in Curia ſua propria vor eigenen Hoffgerichten discutiuntur, judicantur, & puniuntur *vol.5. d.11. l.*aaa. 4.

Delicti abolitio eſt accuſationis inſtitutæ extinctio, & eſt vel publica, vel privata, hæc fit morte litigatorum, item præſcriptione 20 annorum, & biennio poſt litem conteſtatam elapſo: illa indulgentia Principis *vol.1. d.6. l.*cc. 3.

Delicta vel ſunt publica, vel privata. Publica itidem ſunt vel capitalia, quæ ſanguinis pœnam, id eſt, mortem inferunt: vel non capitalia, de illis excepto crimine adulterii, & læſæ Majeſtatis tranſigere licet, de his non citra falſi accuſationem *vol.1. d.7. l.*ff. 4. *vol.2. d.25. l.*HH. 3.

ex omni Delicto igitur oritur judicium criminale, & civile *vol.7. d.7. l.*ii. 3. vide Judicium.

de Delictis privatis, ſi criminaliter agatur, tranſigi nequit, ſi civiliter valet tranſactio *vol.1. d.7. l.*ff. 4.

Delictum eſt offenſio contra jus illata: & eſt privatum, aut publicum: privatorum genera ſunt quatuor: furtum, rapina, damnum, injuria *vol.2. d.25. l.*GG. 4.

Delicta publica ſunt judicia certa, lege de atroci crimine publicè conſtituta, quorum vindicta ad Rempublicam ſpectat: eaque ſunt vel capitalia, quæ ultimo ſupplicio homines afficiunt; vel non capitalia, quorum pœna relegatio, ſeu in

corpus levis animadverſio, fuſtigatio, infamia, cum damno pecuniario eſt *vol.2.d.25.l.*HH.3.

Delicta publica ſunt crimen læſæ Majeſtatis, Adulterium, Stuprum, Vis publica, Vis privata, Raptus, Homicidium, Veneficium, Parricidium, Falſum, Peculatus, Plagium, Ambitus, Repetundarum, Annonæ, Flagellationis, Reſidui: ex quibus Majeſtatis crimen præcipuum eſt *vol.2.d.25.l.*HH.3.

Delicta omnia jus Canonicum publica ſanxit hoc modo, quod unusquisque poſſit ad accuſandum admitti, etiamſi nihil ſua interſit *vol.7.d.6.l.*dd.4.

In Delictis corrigendis proceditur aut per viam accuſationis, quæ eſt delinquentis apud judicem ritè facta delatio, & cuique, & contra quemvis, qui non prohibetur, competit: aut per viam inquiſitionis, quæ eſt informatio à judice præcedentibus legitimis indiciis, aut denunciatione in delinquentem inſtituta. Igitur accuſati, aut inquiſiti, ſi plenè aut legitimè convicti fuerint, etſi ſcelus fateri recuſent, damnantur, puniuntur: non convicti, ſi indicia ad torturam non ſufficiant, aut perſonæ conditio id non patiatur, abſolventur, aut qui torturam pertulerunt: accuſator autem in expenſas condemnabitur *vol.2.d.25.l.*HH.3.

Delictum admiſiſſe non ſufficit, niſi acceſſerit condemnatio per ſententiam *vol.7.d.4.l.*p.1.

Delicta puniuntur ex voluntate, & propoſito. Delinquitur enim aut propoſito, aut impetu, aut caſu: & refert maximè an conſultò aliquid admittatur; an caſu: unde homicidium ex rixa admiſſum, lenius punitur, ut & delicta ex vino, laſcivia, & provocatione admiſſa, ſed illis, qui ſola nequitia ad ſcelera feruntur, minimè parcendum *vol.2.d.1.l.*e.2.3.*d.*17.*l.*O.3.*vol.5.d.*43.*l.*MMM.1.4.*vol.6.d.*16.*l.*Cccc.3.

Delinquentes capitaliter, non debent vivi defodi *vol.6.d.5.l.*Oo.3.

Delictum auget perſona offenſi, ſi ſit nempe admiſſum, vel in patrem, vel in patronum, vel propinquum, vel maritum, vel uxorem &c. *vol.2.d.1.l.*a.3.

Delicti magnitudinem auget altitudo dignitatis *vol.2.d.7.l.*gGg.3.

Delictum auget perſona offendentis, ſi ſit vilis non nobilis *vol.2.d.1.l.*e.3.

Delicti pœna augetur ex magnitudine, aut iteratione frequente delicti *vol.2.d.1.l.*e.3.

Delinquenti multitudini parcitur quoad pœnam corporalem *vol.2.d.1 l.*e.3.

Delinquens, ſeipſum prodens, ac deferens, à criminis pœna abſolvi debet *vol.6.d.2.l.*H.2.

Delicta non manere occulta expedit Reip. *vol.6.d.2.l.*H.2.3.

Delicta capitalia non ſemper debent confiſcatione vindicari *vol.6.d.5.l.*Oo.3.

Delictum, tempus intercedens, & pœnitentia ſi non tollit, ſaltem minuit *vol.2.d.1.l.*e.3.

Delictum linguæ non punitur, multò minùs cogitationis *vol.2.d.1.l.*e.3. *vol.5.d.43.l.*LLL.4.NNN.2.

Delicta morte tolluntur, id eſt, horum pœna ad heredes non tranſit *vol.2.d.1.l.*e.3.

Delictorum peſſimum eſt, cum quis aliquid

Digitized by Google

aliquid in Imperium machinatur *vol.2.d.1.l.c.2.*

Delictum ſuos teneat authores, & ibi ſit pœna, ubi eſt noxa. Igitur noti, & familiares rei procul à calumnia ſubmovendi ſunt, nec filio crimen, vel pœna paterna ullam maculam infligat, corpus item puniatur, non res, quæ legitimis ſucceſſoribus relinquantur *vol. 2. d.1.l.*c. 4. *d.6 l.*ll.4. *vol.3.d.5.l.*oo.3. *vol.6. d.2.l.*M.3. vide Heres.

ex Delicto alterius nemo prægravari debet *vol.7.d.4.l.*p.1.

Delictorum denunciatores, aut delatores peſſimum genus hominum, ſuntq; ſæpe à Cæſaribus acriter coërciti: ſed hoc de iis intelligendum, qui in probationibus deficiunt *vol.6.d.2.l.*H.3.

Delicta deferre non quivis poteſt: ſeipſum tamen prodere quivis poteſt, ſed non tenetur: infames tamen deferre poſſunt *vol.6.d.2.l.*H.3.

in Delictis nulla fit fori præſcriptio, ſed unusquisque ubi deliquit, vel reperitur, conveniri poteſt: ergo etiam extra territorium ſuum *vol.2.d.7.l.*gGg.3, iIi.1. *vol.3.d.5.l* rr.4. *vol.5.d.15.l.*nnn.2.3.

Delicti impunitas incentivum tribuit delinquendi, ut ergò exemplo alii terreantur meritò pœna ſtatuenda eſt *vol.2.d.7.l.*gGg.4. *vol.4.d.2.l.*f.4.

Delinquens niſi per probabiles conjecturas contrarium doceat, animo nocendi ſcelus feciſſe cenſetur, præſertim ſi damnum alicui inferatur ſine commodo inferentis *vol.2 d.7.l.*iIi.3, *d.25.l.*HH.2.

in Delictis ſi quis perſeveret, capitali ſupplicio afficiendus eſt *volum.5. d.46.l.*AAAA.3.

Delictum nocentis impunitum relinquere, quàm innocentem damnare ſatius eſt *vol.2.d.24.l.*GG.3. *d.16.l.*LL.1.2. *vol.6. d.19.l.*Vuuu.1.

Delictorum delatione facta, delatores delicta probare tenentur: & niſi hoc fecerint, non tantùm inanes dimittuntur; ſed etiam infamiæ macula notantur, vel aliàs pro re nata puniuntur, ſed hoc hodie non obſervatur *vol.6.d.2.l.*H.3.

Delicta deferentes vel de ſeipſis, vel de aliis olim retinebant mediam partem bonorum, quæ aliàs integra ad Fiſcum perveniebant: nunc mutatum eſt. *vol.6.d.2.l.*H.3.

Delictis creſcentibus pœnæ quoque exaſperandæ ſunt, eaque temporis, & locorum habita ratione gravius, vel mitius puniri poſſunt *vol.5.d.46.l.*AAAA.3. *vol.7. d.4.l.*m.1. *d.7.l.*gg.3.

Delictum, qui ſemel detulit deſiſtere amplius non poteſt, niſi velit probare ſe erraſſe *vol.6.d.2.l.*H.3.

Delictum extra territorium meum, & jurisdictionem meam à me puniri non poteſt ſecundùm Canoniſtas, ſecus ſecundùm Civiliſtas, ſi is, qui delictum commiſit, ſubditus meus ſit *volum.3.d.5. l.*cc.4.

ut Delinquere univerſitas poſſit dici, ſufficit præſentia duarum tertiarum *vol.6. d.1.l.*B.4.

Delictum non imputatur Univerſitati, niſi deliberato, & communicato conſilio, & convocatis ſolenniter omnibus, id perpetret *vol.3.d.5.l.*cc. *vol.6.d.1.l.*B.4.

ex Delicto Adminiſtratorum civitas obligatur in tantùm, quatenus ad ipſam perve-

Digitized by Google

pervenit aliquid, vel ex ipſo locupletior facta eſt *vol.6.d.1.l.*B.4.

Delinquens etiamſi talis præſumptivè ſolùm cenſeatur, puniri tamen aliquando poteſt *vol.3 d.*5.*l.*oo.3.

Delicti delatorem corrumpens habetur pro confeſſo *vol.6.d.2.l.*H,2.

Delictum inchoatum habetur pro perfecto, ubi ipſo jure imponitur pœna *vol.*3. *d.*5.*l* pp.2.

Delinquere Univerſitas tripliciter poteſt, committendo, ommittendo, & ratificando *vol.6.d.1.l.*B.4.

Delictum Domini Vaſallus deferens, feudum non amittit *vol.6. d.2.l.*H.3.

Delictum correorum deferens, reportat partem bonorum *vol.6.d,2.l.*H.3.

in Delictis atrocioribus etiam conatus punitur pro effectu: hæ tamen leges propter acerbitatem in uſu amplius non ſunt *vol.3.d.*5.*l.*pp.2.

Delicti delatio eſt accuſatio ſecreta de aliquo crimine facta per eum, cujus non intereſt apud ſuperiorem *vol.6 d.2.l.*H.3.

in Delictis conſumatis pœnitentia non admittitur *vol.3. d.*5.*l.*pp.2.

Delinquenti non diſſimilis eſt, qui delictum defendit *vol.6.d.*3 *l.*Cc.4.

Delicta mutua compenſatione tolluntur *vol.3.d* 5.*l.*rr.2.

in Delictis publicis compenſatio non admittitur, ſed utrumq; ſontem ſua pœna manet *vol.3.d.*5.*l.*rr.2.

Delinquentibus multis non multiplicatur pœna, ſed quod ab uno ſolvi non poteſt, ab aliis præſtatur *vol.3.d.*5.*l.*rr.2.

Delicta olim remiſſa ſunt, ſi homini ad ſupplicium ducto Virgo Veſtalis occurrat, nunc Romæ ſi Cardinalis, quod tamen improbandum *vol.4.d.*5.*l.*t.4.

Delicta hodie multis in locis remittuntur, ſi puella delinquentem ad nuptias petat, quod tamen improbandum *vol.4.d.*5.*l.*t.4.

Delinquentes Clerici, & Laici ſimul, unusquisque foro ſuo remittitur *vol.4.d.* 5.*l.*z.2.3.

Delictum puniri debet in eo, quod eſt factum contra leges: ſic delicto pœna commenturanda eſt *vol.5.d.*32.*l.*N.3.*vol.6. d.1.l.*B.1.

Delictum ergò ubi non eſt, ibi nec erit pœna *vol.6.d.1.l.*B.1.

Delinquens tenetur de omni eo, etiam quod præter ejus intentionem evenit *vol.* 5.*d.*10.*l.*uu.4.

Delictum dat jurisdictionem contra delinquentem illi judici, qui alioquin non erat ipſius judex: non tamen prohibetur per hoc judex domicilii, de crimine etiam extra territorium commiſſo in ſubditum inquirere: hæc tamen de Laicis, non Clericis intelligenda, qui omninò coram Epiſcopo ſuo conveniendi ſunt *vol.5. d.*15.*l.* nnn.2.

Delicti locus is appellatur, in quo maleficium conſumatum eſt, puta, ſi quis in alieno territorio conſiſtens ſagittâ, vel globo interfectus eſt: locus quoque delicti is dicitur in quo caput occiſi reperitur, quòd ſi ita proſtratus jacet, ut de utroque confinio tangat, uterque Domini contra delinquentem procedere poterit *vol.5 d.*15.*l.*nnn.2. vide in verbo Confinibus.

in Delicti loco ſi reus non reperiatur, tunc judex domicilii, vel originis tenetur delinquentem ad judicem loci, in quo delictum

delictum commiſſum eſt, ad ejus tamen requiſitionem remittere, ut ibi accuſetur, & puniatur, niſi tamen judex domicilii cognoſcere inceperit, & pronunciaverit, tum enim remiſſio locum non habet: verùm iſtis remiſſionibus hodie ex conſuetudine non utimur, cùm ubicunq; delinquentes deprehendantur, ibidem etiam forum ſortiantur, adeoque accuſati, & puniri poſſint: excipiuntur Rei criminis fractæ pacis, qui in Camera Imperii accuſati ſolent ad pœnam ordinationi inſertam. In atrocioribus tamen delictis, etiamnùm hodie in Germania, & aliis Provinciis jure amicitiæ, & vicinitatis, ſub antigrapho tamen, ſive litteris reverſalibus auf einen Reverß / oder Gegenbekandnuß remiſſiones ad locum delicti fiunt *vol.*5.*d.*15.*l.*nnn.2.3.

ante Delictum commiſſum, ut pœna remittatur, aut remiſſio promittatur, ne quidem per Cæſaris reſcriptum effici poteſt *vol.*5.*d.*17.*l.*hhhh.2.

Delinquere, & ſimul pœnitere, ſtare ſimul, & unà non poſſunt *vol.* 5. *d.*17.*l.* hhhh.2.

Delinquere eſt humanum, & in nullo penitus offendere, eſt Divinitatis, ſed hoc de atrocibus delictis non eſt intelligendum. *vol.*6.*d.*19.*l.*Ssss.4.

Delinquere velle nemo exiſtimandus eſt *vol.*5.*d.*17.*l.*iiii.2.

Delinquens puniri non poteſt extra locum delicti, ſed eò remittendus eſt *vol.* 5.*d.*34.*l.*V.3.

Delictum mandans punitur in loco, ubi mandatarius delictum commiſit *vol.* 5.*d.*34.*l.*V.3.

in Delictis puniendis Jus canonicum mitius procedit *volum.*7.*diſp.*6.*lit.*ee.1.

Democratia eſt ſtatus Polyarchicus, quando univerſus populus imperat, quæ & popularis ſtatus, item Politia, & Respublica in ſpecie dicitur: hanc, qui Timocratiam faciunt, errant; nam Timocratia aliquando vitioſa eſt, quando opulentiores excluſis pauperibus imperium ad ſe attrahunt: aliquando perfectior, quando videlicet conſentiente reliquo populo honoratiores, & præcipua authoritate ob virtutem, & merita pollentes, Reip. præficiuntur *vol.*1.*d.*22.*l.*x.2. 3. *vol.*4.*d.*2.*l.*a.2.*d.*12.*l.*kkk.2.3.

Democratia potiſſimum duplex eſt: Adſtricta, & Libera. Adſtricta, in qua omni ex ordine civium Magiſtratus eliguntur, ſed tamen ratione perſonarum habita, ut magis idonei reliquis præferantur, quæ eſt optima. Libera eſt, in qua promiſcuè, & indiſtinctè, ſucceſſivè tamen, ad magiſtratus evehuntur, ſeu ubi omnes per vices imperant, & parent, peſſima Rerump. *vol.*1.*d.*22.*l.*x.3. *vol.*4.*d.*12. *l.*kkk.2.3.

Democratiam leges, & arcana conſervant. Leges tales ſint, quæ magiſtratibus *ἰσονομίαν*, id eſt, juris, ſeu legum æqualitatem, non *ἰσομοιρίαν*, id eſt, rerum æqualitatem ſemper occinant, & probent, ſubditos verò divites ad publica miniſteria promptos reddant, pauperes à divitum odio, inſidiis, & invaſione abſterreant. Arcana præcipuè hæc ſint. Leges ſeverè, & ſtrictè executioni mandentur, accuſationes publicæ popularium inſtituantur rariſſimè: bona damnatorum ſacta ſint, & pœna publicationis, & confiſcationis exſit: conventus Civium, & Collegia ne

impediantur, Comitiaq; habeantur creberrima: præſidia, & arces in urbibus,& provinciis ne extruantur *vol.1.d.22.l.x.3.*

Democratiæ opponitur ochlocratia, quæ eſt turbulentæ, & furentis plebis impotentia, in qua egenorum, non verò publicæ ſalutis habetur ratio *vol.1.d.22.l.x.4.*

Demonſtratę rei fruſtra fit demonſtratio *vol.4.d.9.l.tt.3.d.10.l.eee.1.*

Demonſtratio falſa ſubſtantiam veritatis immutare non poteſt *volum.5.d.42.l.BBB.2.*

Denominari debet actus à forma, non à materia *vol.4.d.10.l.bbb.1.*

Denominatio hominum veritatem, & ſubſtantiam rerum non immutat *volum.5.d.42.l.BBB.2.*

Dependentia, vide Unum.

Deportatus etſi jura civitatis amittat, jura tamen retinet naturæ *volum.7.d.7.l.kk.2.* vide Damnati. Proſcripti.

Depoſitum magnas prærogativas, & privilegia habet *vol.1.d.15 l.K.2.*

Depoſitarius creditor omnibus reliquis præfertur *vol.2.d.11.l.xXx.4. volum.1.d.15.l.M.3.* dummodo nec uſuras acceperit, nec dominium tranſtulerit, tunc enim ab aliis nihil differt *ibid. vol.6.d.11.l.Rrr.4. vol.7.d.4.l.l.4.*

Depoſitarius detinet, non poſſidet, nec ſibi, ſed Domino rei poſſidet *volum.2.d.14.l.A.3.*

in Depoſito tantùm dolus præſtatur, unde qui parum diligenti amico rem ſuam cuſtodiendam tradidit, id ſibi imputet: poteſt tamen fieri, ut depoſitarius quoque etiam leviſſima de culpa teneatur. Primò, ſi depoſitum factum ſit gratia depoſitarii: 2, ſi depoſitarius ſe depoſito obtulit: 3, ſi rem depoſitam per loca periculoſa foris ſecum ferat: 4, ſi accipiat pecuniam pro cuſtodia rei depoſitæ: 5, poſt litem cōteſtatam omne periculum etiam caſus fortuiti ad depoſitarium pertinet: 6, ſi depoſitum æſtimatum accepit depoſitarius, ut tantundem redderet, in his omnibus de culpa quoque tenetur *vol.5.d.8.l.rr.3.4.vol.1.d.10.l.ss.4.*

Depoſitum eſt contractus realis, quo res gratis datur cuſtodienda, ut eadem in ſpecie reſtituatur, quandocunq; libuerit deponenti *volum.1.d.10.l.ss.4.volum.7.d.4.l.l.4.*

Depoſitum duplex eſt; unum in ſpecie depoſitum, alterum Sequeſtratio. Illud eſt rei non litigioſæ ab uno, vel pluribus: hoc litigioſæ non ab uno, ſed pluribus facta depoſitio *vol.1.d.10.l.ss.4.*

Deponenti datur actio directa ad rem depoſitam recuperandam: in qua condemnatio fit interdum in duplum, & quæ propter perfidiam infamat *volum.1.d.10.l.ss.4.*

in Depoſiti actione depoſitarius de dolo, & lata culpa, non etiam de levi, multò minùs de caſu fortuito tenetur *vol.1.d.10.l.ss.4.*

ad Depoſitum recuperandum variæ dantur actiones rei vendicatio, actio ad exhibendum, ſi dolus adſit, condictio furtiva, condictio ſine cauſa, item ſi attrectatum actio furti *vol.7.d.4.l.l.4.*

in Depoſiti negotio cum multa ſingularia ſint, hoc etiam notatu dignum eſt, quod in actione Depoſiti nulla omnino admittatur compenſatio *vol.1.d.10.l.ss.4.* nec alia reductionis, doli mali, non nume-

meratæ pecuniæ, jurisjurandi, interdictionis, exceptio *vol.7.d.*4.*l.*l.4.

ſi de Depoſito per Inſtrumentum liquet, tunc non ordinario modo, ac forma, ſed executivè, & ſummariè procedi poteſt *vol.*1.*d.*4.*l* l.4.

Depoſiti contraria actio datur Depoſitario ad recuperandum id, quod ratione Depoſiti ei abeſt *vol.*1.*d.*10.*l.*ss.4.

in Depoſiti negotio etiam furi, & prædoni ea reſtitutio denegari non poteſt *vol.*7.*d.*4.*l.*l.4.

Depoſitarius etiam expẽſas parvas repetere poteſt, quamvis in commodatario aliud obſervetur *vol.*7.*d.*10. *l.*tt.1.

Depoſiti reſtitutio impeditur, negaturq; ipſi etiam deponenti, quando comparet aliquis tertius, & de jure ſuo probat *vol.*5.*d.*4.*l.*dd.2.

Deponi inſtrumenta, arma, inſignia, & aliæ res communes, ubi hæc cuſtodienda ſunt, apud Seniorem, aut Majorem natu debent: vel apud eum, qui majorem partem in rebus habet, vel qui eſt in Majori dignitate. Sed hoc fallit, quando in Judicio Fiſcali agitur, niſi Fiſcus cum Reo aliter convenerit *volum.*6. *d.*2. *l.*N.2.

Depoſitio pecuniæ ad ſolvendum, vide Obſignatio.

Depoſiti cauſa privilegiata *vol.*7. *d.*1 *l.*c.2.

Deponens rei depoſitæ Dominus manet *vol.*7.*d.*1.*l.*c.2.

Depoſita res ad arbitrium deponentis Domini ſine ulla mora illicò, & quàm celerrimè eſt reſtituenda *vol.*7.*d.*1.*l.*c.2.

Depoſiti contractus in jure ita privilegiatus reperitur, ut etiam citra litis conteſtationem, & ordinarium juris proceſſum ſummariè, & executivè procedi, & pronuntiari debeat *volum.*7.*d.*1. *l.*c.2.*d.*4. *l.*l.4. Quæ omnia ita locum habent, ſi res, aut pecunia adhuc extet, nec conſumpta ſit. Tunc tamen ipſi conſulitur remedio æſtimatorio, videlicet jurejurando in litem, prout fit in actionibus in rem, & in bonæ fidei judiciis *ibid.*

in Depoſito irregulari, vel confeſſionata ea, quæ de privilegiis diximus locum non habent *vol.*7.*d.*4.*l.*m.1.

Depoſitarii plures ubi concurrunt, ordo eorum non ſpectatur, ſed omnium ratio ſimul habetur *vol.*7.*d.*4.*l.*t.2.

Deſcendentes ſi in aliqua diſpoſitione vocentur, omnes in infinitum vocati cenſentur tàm maſculi, quàm fœminæ, & ex his prognati *vol.*5.*d* 32. *l.*Q.*vol.*6.*d.*18. *l.*Rrrr.1.

Deſcendentes, id eſt, filii, nepotes &c. ad ſucceſſionem defuncti ab inteſtato omnium primò vocantur, legitimi in infinitum omni hodie ſuitatis, ſexus, & emancipationis conditione ſublata, ſive jam nati ſint, ſive poſthumi, ſive legitimati, ſive adoptivi: atque hi quidem, id eſt, qui filii ſunt, & deſcendentes primi gradus in capita ſuccedunt: ulterioris verò gradus ſive ſoli ſint, ſive cum aliis concurrentes in ſtirpes *volum.*2.*d.*20.*l.*V.3.4. *vol.*4.*d* 16.*l.*xxx.2.*vol* 5.*d.*39.*l.*II.3.4.KK.1. 2.3 4.LL.1.

Detentio latè, & in genere ſumpta, & poſſeſſionem, & detentionem in ſpecie ambitu ſuo comprehendit: & hoc ſenſu poſſidere dicuntur Coloni, Inquilini, Depoſitarii, Commodatarii, Conductores, & ii, qui ex primo decreto dotis, vel

legatorum ſervandorum cauſa, item qui ventris, vel damni infecti nomine à Prætore in poſſeſſionem mittuntur: ut & ille, qui precariò rogavit, ut ſibi in poſſeſſione morari liceret, poſſidere dicitur: verùm non tàm poſſident, quàm in poſſeſſione eſſe dicuntur, vel detinent quidem, non poſſident, nec ſibi, vel ſuo nomine, ſed Domino rei poſſidere creduntur: itaque detentio latius patet, quam poſſeſſio, & qui ſolummodò detinet, interdicto *uti poßidetis* non gaudet *volum.2.d.14.l.*A.3.4. B.2.3.*vol.3.d.3.l.*p.4.q.1.

Detentio in ſpecie nihil eſt aliud, quàm nuda inſiſtentia cum animo rem vel cuſtodiendi, vel conſervandi, vel detentandi, vel eâ utendi, fruendi: hique interdictum *uti poßidetis* non habent *vol.2.d.14.l.*A.3.*vol.3.d.3.l.*p.4.

Detentio meri facti eſt, ſi quid autem juris conſideratur circa eam, id ſaltem fit per modum accidentis, & ratione effectus detentioni cohærentis, quod ejus eſſentiam non ingreditur, ſed eſt prorſus extrinſecum *vol.2.d.14.l.*B.1.

Detentator etſi interdictum *uti poßidetis* non habeat, tamen per judicis officium in ſuâ detentione defendendus eſt *vol.3.d.3.l.*q.1.

Determinatio una reſpiciens duo determinabilia, æqualiter videtur determinare *vol.2.d.3.l.*f.1.

quæ ſub Determinatione una reperiuntur, pariformiter judicari debent *vol.5.d.30.l.*F.4.

Deus ens entium tribuit cuilibet creaturæ naturam, id eſt, poſuit cuique terminum, dedit ordinem & officium, ſecundùm quod eſſentialiter agens beatè, & feliciter perpetuò exiſteret: univerſæ igitur creaturæ Dei bonæ ſunt, quatenus ſecundum hanc legem pro eſſentia ſua naturali in verò uſu agunt: malæ vero ſunt, quatenus ab hac lege deflectunt. *vol.7.d.10 l.*ss.3.

Deus unus colendus eſt, unus noſter patronus ſit *vol 6.d.3.l.*O.2.3.4: ad omnes actiones primò invocandus eſt. *vol.6. d.13.l.*Vun.1.*d.19.l.*Ssss.3.

ad Deum à Principe quosdam appellaſſe conſtat, nec hoc à Principe, aut Judice ſperni debet *vol.4.d.2.l.*g.2.

Deaſtrorum cultus olim egregiè viguit: ita ut minutiſſima quæque, imo & vitia ſuos Deos haberent: Romani in hoc omnes gentes ſuperarunt *vol. 6. d.5. l.*P.1.2.3.

ad Dextram Principis ſedere, vel propinquiorem apud eundem locum obtinere ſummus, omnibusque rebus, & ipſi vitæ præferendus eſt honor *vol. 2. d.6. l.* mm.3. *vol.4.d.9.l.*pp.4.

Dextrum latus dignior locus cenſetur, niſi tres ſint, ubi medius præſtat: hæc tamen variant pro moribus regionum *vol.4.d 9.l.*pp.4.

in Deo omnium rerum menſura, ac fine ſubſiſtit ſummum bonum ac felicitas cujus participatione nos felices, & boni reddimur. Igitur quantum quis habet boni, tantum & Dei. *vol.7.d.10.l.*tt.2.

in Diem contractæ obligationes tacitam interpellationem extrajudicialem contra debitorem efficiunt: Nimirum ſi à lege, vel contrahentibus expreſsè certa dies ſolutioni dicta eſt. Nam tum dies pro homine, id eſt, creditore interpellare, & debitorem in mora conſtituere dicitur,

citur, atque adeò jus fingit interpellationem intervenire *vol.3.d.2.l.xx.2. vol.5 d.8. l.qq.1.vol.6.d.13.l.* Vun.4.

in Diem quod debetur etſi ſtatim debeatur, priusquam tamen dies venerit, peti non poteſt *vol.7.d.4.l.t.1.*

Dicere id nemo debet, quod non velit exequi *vol.3.d.5.l* ss.2.

Diffamatio, eſt iniquè aliquid in detrimentum ſtatus, famæ, exiſtimationis, ſeu bonorum alterius ſpargere, & licet obliquè hoc fiat, ſive errore, ſive malitia. Unde ad inſtantiam diffamati (niſi enim de diffamatione, & quidem qualificata ſummariè ſaltem prius doceatur judex, citatio hoc caſu decerni non debet) cauſa cognita judex diffamanti terminum, tum ratione ipſius cauſæ principalis, tùm etiam quod diffamatio nihil ſit aliud, quàm tacita ad judicium provocatio, ad proponendum, & probandum, quod ita vulgavit, aſſignat, ceſſantique agere perpetuum ſilentium imponit, idque pœnali judicio, partim fiſco, partim diffamato attribuendo, & contra ſilentio impoſito ulterius diffamantem poteſt intentari actio injuriarum, item de dolo infactum, & ad intereſſe. Terminus autem abſenti aſſignatus non currit, niſi à tempore notificationis, cauſamque in ſtatuendo termino exprimendam puto verius: idque obtinet in omni cauſa tàm civili, quàm criminali, tàm perſonali, quàm reali, etiam ubi quis de facto moleſtatur, vel exceptione tutus eſt: ad intentandum autem remedium hujus legis requiritur, ut diffamatus ſit in poſſeſſione ejus, ſuper quo inquietatur, nec datur contra diffamantem de jure tertii, vel aliàs ad agendum inhabilem *volum.1. d.19. l.*R.4.

Diffamantis privilegium fori in diffamationis judicio non attenditur: licet Clericus ſit, vel extra Imperium conſtitutus: ſed an per hanc citationem ſi forte diffamatus plures habeat judices immediatos, inducatur juriſpendentia, ita ut diffamanti præripiatur electio? negatur (cum diverſa ſint, quæſtio diffamationis, ſuper qua officium ſaltem judicis imploratur, & cauſæ principalis, in qua diffamans actor ſit) niſi reus hoc caſu privilegiatus ſit: neque propterea diffamatus hic actor erit, quod offerat ſe paratum defendere *vol.1.d.19.l.*R.4.

Diffamans ubi in termino comparet, & agere intendit, libellus diffamati reſolvitur in vim exceptionis, & proceditur ſuper libello diffamantis: Si verò non compareat ulterius citandus eſt, niſi prius peremptoriè fuerit citatus: & ſi adhuc non compareat, vel compareat quidem, ſed non agat, vel agat quidem, minus tamen intentionem impleat, ſilentium ei imponitur. Quid ſi autem poſt terminum ſententia nondum lata veniat, & agere intendat? Reſpond. re adhuc integra (ut ſi interim diffamato ſuæ probationes non petierint &c.) eum admittendum eſſe, refuſo tamen prius diffamato, ſi quas hac occaſione fecerit expenſas, aut damna: ſecus verò ſententia jam lata, niſi appellaverit, vel ſi novum jus ei ſupervenerit. In expenſas quoque hanc condemnationem faciendam eſſe patet *vol.1.d.19.l.*R.4.

per L.*Diffamari*, in qua diffamatio prohibetur, & ex qua ſtatim citatio decernitur,

nitur, pax publica ſancita eſt. *vol.* 2. *d.* 7. *l.*yy.2.

ex L. *Diffamari* datur actio contra aliquem, qui ſe glorioſè patronum alicujus jactitat *vol* 6.*d.*3.*l.*Hh.4.

in Diffamationis judicio quæritur, ſit ne ſententia ſuper ſilentio, definitiva, an verò interlocutoria? Et litis conteſtatione facta definitivam, aliàs interlocutoriam vim tamen definitivæ habentem eſſe exiſtimo: ſed num ab ea appellari poteſt? poſſe concluditur, quod ſecus tamen eſt, ſi ut verè contumax condemnaretur, niſi ſaltem contumax eſſet in non agendo *vol.* 1.*d.*19.*l.*S.1.

Diffamato pro facienda ſui exculpatione non debet defenſio denegari *vol.* 2. *d.*7.*l.*cCc.4. vide plura de Diffamatione in verbo Injuria.

q Differtur, nō aufertur *vol.*7 *d.*1.*l.*b.1.

Diffidationes olim permiſſæ erant, quarum cauſa erat, ſi quis offenſus, & damno affectus juſtitiam tamen impetrare non poſſet: vulgò Vehde appellabantur: nunc per ſaluberrimam pacis publicæ conſtitutionem ſublatæ ſunt *vol.*2. *d.*6.*l.* nu.4.xx.1. *vol.*6.*d* 8.*l.*Eee.4.

Diffidare eſt bellum indicere; extra protectionem principis ponere, ejusque ſecuritatem infringere, quod inferioribus nullo modo concedi debet *vol.*2.*d.*6. *l.*xx.1. *vol.*6.*d.*8.*l.* *vol.*6.*d.*8.*l.*Eee.4.

Diffiditatores nunc pœna ultimi ſupplicii, quæ etiam complicibus, & receptatoribus, imò ipſis literarum diffidatoriarum ſcriptoribus irrogatur, & fractæ pacis publicæ pœna afficiuntur *vol.*2.*d.*6.*l.* xx.1.*d.*7.*l.*cCc.3.

Dignitas major nulli debet circa prioris dignitatis privilegia præjudicium facere: ſic publicis commodis non poſſunt obſiſtere privilegia dignitatum *vol.* 2. *d.* 1.*l.*d.4.

Dignitatis adjectione non mutatur in deterius rei conditio, nec ad augmentum adjuncta diminutionem operari debent *vol* 2.*d.*3.*l.*k.3.

Dignitas ordinum, familiarumque unicuique in Rep. ſalva ſit, quam imminuere nec Cæſar poteſt *volum.*2. *d.*1.*l* a 3. *volum.*2. *d.*3.*l.*m.2,4.

Dignitatis contentio ex æquali ſubditorum converſatione naſcitur *volum.*2.*d.*1. *l.*d.2.

Dignitas Regalis, id eſt, ut quis ſit Princeps, aut Status Imperii, non rei, ſed perſonæ adhæret *vol.*2.*d.*3.*l.*n.1.

Dignitas Provinciæ ex hominis dignitate, non dignitas hominis ex Provincia oritur *vol.*2.*d.*3.*l.*n.1.

uti Dignitas regalis ſine juribus regalibus conſiſtere poteſt, ſic jura regalia ſine titulo regali eſſe poſſunt *volum.*2.*d.*4. *l.*dd.4.

Dignitas, & honor in ſeſſione, & prioritate conſiſtit, quæ cuique ſecundum gradus ſui prærogativam conceditur: & hac de re magna plerumque concertatio eſſe ſolet *vol.*2. *d.*6. *l.*mm.3. *volum.*4. *d.*9. *l.*pp.4.*d.*19.*l.*rrrr.1.2.

Dignitas pluribus in jure modis accipitur *vol.*6 *d.*3.*l.*V.3.

Dignitatem majorem habens, jure potiorem vocem, & honorem habet *vol.*2. *d.*6.*l.*nn.3.

Dignitates plures habens pauciores habenti præfertur *vol.*2.*d.*6.*l.*rr.3.

ob Dignitatum pluralitatem nemo alter-

teri præfertur, ſi nulla ſit per ſe ſufficiens ad præcedendum *vol.2.d.6.l.*rr.3.

in Dignitate majori conſtitutus, ſi ratione loci, vel temporis poſtponatur minori, non eſt abſurdum *vol.2.d.6.l.*rr.3.

Dignitas in abſtracto conſiderata plus eſt, quàm nobilitas: nam illa vix poteſt eſſe ſine hâc, hæc autem poteſt eſſe ſine illa *vol.4.d.9.l.*ii.4.

Dignitas quam quis habet per ſe, eſt fortior illâ quam quis habet per alium *vol 4.d.9.l.*ll.2.

Dignitatum gradus in Rep. olim quatuor tantum fuerunt. Alii dicebantur Superilluſtres, alii Illuſtres, alii Spectabiles, alii Clariſſimi. Nunc autem ſunt multò plures, quos ibi vide *vol.6.d.9.l.*Kkk.1.2.

Dignitatum ordo omnino ſervandus eſt, ut minores reſpectu dignitatis honorem impendant majoribus, ut virtuti debitum conſtituatur præmium *vol.4.d.9.l.*nn.4.

Dignior locus digniori debetur *vol.4. d 9.l.*pp.3.4.

Dignior eſt altero qui duas habet qualitates, & alter unam *vol.4.d.l.*uu.4.

Dignitas cenſetur, quicquid ex conſuetudine, aut regionis alicujus moribus ſic exiſtimatur *vol.4.d.9 l.*yy.1.4.

Dignitas quæſita liberis propter crimen patris auferenda non eſt *volum.4.d.9. l.*zz.1.

Dignitas, dignitati juncta priorem non abolet, ſed auget, & illuſtriorem reddit *vol.4.d.9.l.*zz.4.

Dignitates non ſolùm à conceſſione feudiſtica, ſed aliunde etiam, puta ab aliis conceſſionibus Cæſarum dependent *vol. 6.d.9.*Kkk.3.

Dignius trahit ad ſe minus dignum *vol.4.d.9.l.*zz.4.

Dignitatis, id eſt, præcedentiæ certamen, in Principes ejusdem familiæ, ſed forſan diverſæ lineæ committit, tunc ætas litem dirimit, nam ſenior ſemper præcedit *vol.4.d.19.l.*rrrr.2 3.

Dignitas regalis utilitatis ſubditorum gratia inventa eſt *vol.5.d.11.l.*xx.4.

Dilationes duæ in contractibus, quando non procedunt ex eodem fundamento, tum nunquam una aliam abſorbet, ſed altera alteri accedit *vol.2.d.12.l.*A.4.

Dilatio alia eſt ex gratia, alia ex juſtitia, illa à ſolo Principe, hæc etiam ab inferioribus judicibus concedi poteſt *vol.7.d.1. l.*2.3.

Dilatoriæ exceptiones ſunt, quæ differunt duntaxat perſecutionem actoris, ideoque non ſemper locum habent, ſed evitari poſſunt: eæ autem vel ipſum judicium reſpiciunt, vel cauſam: judicium reſpicientes vel id agunt, ut judicium prorſus declinetur, & declinatoriæ: vel ut ſaltem differatur, & dilatoriæ judicii in ſpecie dicuntur. Declinatoriæ autem judicii ſunt exceptio incompetentiæ, præventionis, laudationis adverſus judicem *vol. 2.d.27.l.*KK 2 *vol.3 d.15.l.*R.2.*vol.4.d.27. l.*P.3.

Dilatoriæ in ſpecie exceptiones ſumuntur, vel ex procedendi modo, vel ex qualitate, & conditione litigantium: ex procedendi modo deſumptæ ſunt, exceptio loci non tuti, termini anguſti, Feriarum: ex qualitate, & conditione litigantium deſumptæ exceptiones vel perſonas reſpiciunt principales, vel intervenientes, & ex principalibus vel ſolum actorem,

vel

vel ſolum reum, vel utrumque. Solum actorem concernunt exceptio excommunicationis, contumaciæ: ſolum reum afficiunt exceptio poteſtatis, quod ſine venia in jus vocatus ſit, impedimenti, ceſſionis bonorum: utrumque & reum, & actorem concernit exceptio legitimationis: perſonas intervenientes reſpicit exceptio procuratoria: ipſam cauſam reſpiciunt, exceptio libelli inepti, plus petitionis, ſi tempore, ſi re, loco, vel cauſa &c. hæ autem exceptiones plerumque ante litem conteſtatam proponuntur *volum.2. d.27.l.*KK.3.4. MM.3.*vol.3.d.15.l.*R.1.2.

Dilatione pendente judex innovando aliquid nulliter quidem facit, propriè tamen non attentat *vol.3.d.3.l.*n.4.

Dilatio eſt diei diſceptandæ liti præfixæ ad alterius litigantis preces à judice cum cauſæ cognitione facta prorogatio *vol.3.d.15.l.*R.1.

Dilatorias exceptiones Reus ſtatim proponere debet, antequam ad ulteriora progrediatur, ac primò quidem omnium illas, quæ contra jurisdictionem, ac perſonam judicis tendunt: judicio enim accepto in judice conſenſum, & exceptionibus renunciatum videtur: niſi fortè ejusmodi exceptio poſt litem demum conteſtatam ſuperveniat, vel judicium retroreddat nullum, vel gravamen ſucceſſivum habeat, vel juſta deniq; adſit ignorantia *vol.3.d.15.l* R.2.

Diligentia in rebus arduis ſumma requiritur *vol.6.d.19.l.*Vuuu.1.

Diſcedentes ex ſuo territorio cives, in multis locis Decimas ſuorum bonorum Dominis zu einem Abzug ſolvere debent. vide Decimæ.

Diſcordiæ inter cives vitentur, nihil enim illis Imperio magis obeſt, præſertim magnatum *vol.2.d.1. l.a.3.d.6. l.*hh.3. *vol.4 d.15.l.*ttt.4.*vol.5.d.17.l.*qqq.1.2.

in Diſcordia duo Reges Romanorum electi cum ſunt, quilibet adminiſtrat, quoad res vel bello, vel pace definiatur *vol.2.d.6. l.*ll.4.mm.2.*d 9.l.*Rr.2. *vol.4. d.1.l.*)()(.4.

Diſcordiæ ubique nocent, & obſunt & inter cives, & ſocios *volum.4.d.2.l.*h.3. *vol.6.d.19.l.*Tttt.4.

Diſcordias Princeps inter ſuos vicinos Principes ſtudioſè, & occultè ſerere, & alere debet *vol.2.d.3.l.*g.4 *volum.5.d.30. l.*B.4. vide in verbo Princeps.

Diſpenſatio graduum, qui matrimonium impediunt, nunc ſolius juris Epiſcopalis eſt, cum olim ad Cæſarem ſpectaret: poteſt autem fieri ſolummodò in linea collaterali, non in aſcendente nec in gradibus expreſsè jure divino, vel civili, ſed tantum jure canonico prohibitis, nec id fiat ſine gravi, & ſufficienti cauſa. Tamen inter magnos Principes, & ob publicam cauſam etiam in ſecundo gradu diſpenſari poſſe concluſum fuit *in concil. Trident. ſeſſ.* 24. *can.* 5. *de reformat. matrimonii vol.2.d.9.l.*tTt.2.

Diſpoſitio quævis diverſis reſpectibus, & favorabilis, & odioſa eſſe poteſt *vol.3. d.1.l.*a.2.

Diſpoſitum in ſenſu directo, arguit oppoſitum in ſenſu contrario *vol.4.d.16. l.*aaaa.3.

Diſpoſitio quando habet tractum ſucceſſivum non ſufficit ſemel completum eſſe, ſed ut duret *vol.4.d.27.l.*M.2.

Diſpoſitio quæcunque de eo, quod ſemel,

mel,& ſæpius fieri poteſt,concepta,non niſi de unico actu eſt intelligenda *vol*.4. *d*.27.*l*.O.1.

Diſpoſitio,ſi cum aliqua qualitate facta ſit,& ea non adſit,tunc diſpoſito nullum etiam locum ſibi vindicare poteſt *vol*.5.*d*.10 *l*.uu.4.

Diſpoſitionem non inducunt poſita conditionaliter *vol*.6.*d*.12.*l*.Ttt.2.

Diſpoſitio generaliter, & indiſtinctè loquens,nec à nobis diſtingui,ſed generaliter intelligi debet: ubi pulcrè:ſed hoc eatenus procedit,quatenus nulla turpis, & abſurda, ac manifeſta contra bonos mores interpretatio inde ſequatur *vol*.5. *d*.17.*l*.hhhh.2.3.*d*.46.*l*.YYY.1.

Diſpoſitio favorabilis ſit ne an odioſa ex principali diſponentis intentione diſcerni,nec odium,quod in neceſſariam conſequentiam diſpoſitionis favorabilis venit, conſiderari debet *vol*.5.*d*.32.*l*. N.4.

Diſpoſitio hominis tollit diſpoſitionem legis *vol*.5.*d*.32.*l*.Q.1.

Diſpoſita quæ in jure non tunc,ſunt illa permittuntur arbitrio judicis *vol*.6.*d*.16. *l*.Bbbb.2.

Diſpoſitio omnis ita intelligi debet, ut evitetur abſurdum, ne contineat iniquitatem, vel inhumanitatem, ne poſſit reprehendi à ſapiente *volum*.5. *dict*.49.*l*. GGGG.3.

Diſpoſitio omnis ita intelligi debet, ut non ſit de nihilo,ſed ut aliquid operetur, & non ſit eluſoria *volum*.5.*dict*.49.*l*. GGGG.3.

Diſpoſitio forenſis valet ſecundùm conſuetudinem loci, in quo illam fecit *vol*.5.*d*.49.*l*.GGGG.4.HHHH.1.

Diſpoſitio generalis operatur tantùm quoad omnes, quantùm ſpecialis,quoad ſpeciales *vol*.5.*d*.49.*l*.HHHH.3.

Diſpoſitum in uno correlativorum, cenſetur quoque in altero diſpoſitum *vol*. 6.*d*.3.*l*.Hh.2. quia in correlativis alterum ſine altero eſſe non poteſt *d*.8.*l*.Hhh.1.

Diſpoſitum non habet locum, ubi non verificatur præſuppoſitum *vol*.7.*d*.4.*l*.r.4.

Diſputatio omnis difficilis ſine definitione, vide Definitio.

in Diſputationem non eſt facile vocandum illud, quod de jure non valet,ſi de facto id fiat *vol*.1.*d*.10.*l*.N.2.

Diſputatio, diſſertatio, ſeu ut vulgò diſcurſus demonſtrationes certas pro necéſſitate habet *vol*.7.*d*.1.*l*.a.2.

Diſputando veritas eluceſcit *vol*.4.*d*.6. *l*.aa.2. nec per diſputationem, aut diſcurſum veritas violatur *vol*.7.*d*.1.*l*.a.2.

Diſputationis multiloquium prudentiſſimos quosq; ſtomachari ſolet *vol*.4.*d*. 6.*l*.aa.2.

Diſputandi ſubtilis ratio improbatur *vol*.4.*d*.6.*l*.aa.2.

Diſputatio cum ſummo ordine inſtituenda eſt *vol*.4.*d*.6.*l*.aa.2.3.

Diſſimilitudo varium jus inducit, & ſapientis eſt diſſimilitudines,& ſimilitudines rerũ agnoſcere. *vol*.6.*d*.6.*l*.Qq.1.2.

Diſſolvitur quævis res eo modo,quo eſt colligata *vol*.5.*d*.31 *l*.M.4.*d*.32.*l*.S.2.

Diſtinctio rerum eſt maximè neceſſaria *vol*.6.*d*.53.*l*.Bbb.4.*d*.13.*l*.Vuu.2.*d*.19. *l*.Vuuu.1.

Diverſi eventus diverſa gignunt conſilia, diverſi morbi diverſa ſuggerunt remedia *vol*.7.*d*.10.*l*.tt.4.

Diverſa non ſunt adverſa, *vol*.6.*d*.3.*l*. Hh.2.

Diverſitas rationis, arguit diverſitatem juris *vol.6.d 3.l.Cc.2.*

in Diverſis, & ſeparatis ab uno, ad aliud nihil infertur *vol.5.d.46.l.YYY.3.*

Diverſitas nominum arguit diverſitatem rerum *vol.6.d 3.l.Ff.3.*

Dives, & pauper quis dicatur, judicis arbitrio relinquendum eſt *vol.5.d.39.l.* MM.2.

Divitiæ magnum ſunt nobilitatis ornamentum: licet enim non ſint de nobilitatis ſubſtantia, & directò nobilitent: qualitas enim divitiarum à dignitate diſtinguitur, ad exiſtentiam tamen ejusdem multùm conducunt, nimirum decus nobilitatis augent, & conſervant, præſertim ſi magnæ, & inveteratæ ſint, qua ratione Nobilis data paritate eò nobilior, quantò ditior *vol.4 d.9.l.*uu.2.3.*d.*10.*l.*eee.2.3.*vol.6.d 2.l.*F.2.

Divitiæ caducæ ſunt, & ambulatoriæ *vol.4.d.27.*K.4.

Diviſio ad rerum explicationem eſt utiliſſima. *vol.6.d.19.l.*Ttt.2. animum legentis incitat, mentem præparat, memoriam artificiosè reformat *vol.7.d.5.l.*u 3.

Diviſio non eſt alienatio, itaque feuda etſi alienari non poſſint, dividi tamen poſſunt *vol.1.d.12.l.*E.1.

ex Diviſione præſcriptis verbis naſcitur actio *vol.1.d 12.l.*E.1.

Diviſionis beneficium obtinet inter plures tutores. vide Tutor.

Diviſionis exceptio fidejuſſoribus competit, ſi plures ſint: licet enim unusquisque eorum in ſolidum teneatur, ex epiſtola tamen D. Adriani, hoc inter ſe habent beneficium, ut ille, qui in ſolidum convenitur, poſſit opponere exceptionem, & deſiderare, ut pro parte in ſe detur actio. Denegatur hæc pluribus fidejuſſoribus pupillo à tutore datis, fidejuſſores ſe eſſe negantibus, à duobus reis promittendi ſeparatim datis, & tandem ſi confidejuſſores obligatione exempti, vel ſolvendo non ſint, vel etiam huic beneficio conſtet renunciatum fuiſſe *vol.2.d.27.l.*MM.1. *vol.4.d.27.l.*P.1.2.Q. .2. *d.54.l.*KK.1.*vol.6.d.16.l* Eeee.1.

ſi Dividi res commodè non poteſt, aut ex diviſione ſequatur ejus corruptio, tunc judex diviſionem fieri non admittit *vol.3.d.5.l.*mm 3.

Divortium niſi ob adulterium, & malitioſam deſertionem fieri non poteſt, nec etiam parti innocenti, & deſertæ renubere licet *vol.3.d.13.l.*N.2.

Divortium Judæis olim ob cordis duritiem permiſſum erat *vol.7.d.10.l.*uu.2.

Doctori illuſtri teſtanti de conſuetudine, ſaltem præſumptivè, & in dubiis, præſertim ſi de conſuetudine loci, & curiæ, in qua verſatur, atteſtetur, credi plerumque ſolet, imò debet *vol.3.d.5.l.*ll.2. *vol.5.d.30.l.*E.3.*d.46.l.*YYY.2.

Doctores ad duellum provocari non poſſunt, quod ſi fiat, comparere non tenentur *vol.2.d.7.l* kKk 4.

Doctores multis privilegiis florent. Nam injuria ipſis illata atrox dicitur, ab omnibus muneribus, & à deductione in judicium, aliisque injuriis immunes ſunt, ſic non poſſunt ſiſti, nec manus in eos injici, aut etiam in cauſa criminali capi, & torqueri: item nec vectigalibus obnoxii ſunt, omniaque Nobilium privilegia habent *vol.2.d 7.l* kKk.4 *d.18.l.*R.2.*d.28.l.*NN 3 4. *vol.3.d.5.l.*gg.1. *vol.4.d.9.l.*mm 12.*d.*

Digitized by Google

1.2.*d*.19.*l*.tttt.3. *vol*.5. *d*.4.*l*.22.3.4.*d*.5.*l* ff.3. *vol*.6.*d*.16.*l*.Eeee.4.

Doctores in effectu per omnia, equeſtri dignitati non propria, Nobilibus æquiparantur: Nobiles ſunt, iiſdem privilegiis gaudent *vol*.2. *d*.7. *l*.kKk.4. *d*.18. *l*. R.2. *vol*.4.*d*.9.*l* mm 1. ubi pulcrè *d*.10.*l*. bbb.1, 2.*vol*.5.*d*.21.*l*.hhhhh.1.

Doctores, ut dictis privilegiis fruantur, oportet, ut ſint legitimè examinati, & promoti, nec ex Principis reſcripto, aut bulla quavis creati: & cognitam Doctoris qualitatem fuiſſe oportet, quæ docetur per literas teſtimoniales Facultatis: ab his autem privilegiis excidunt, ſi mercaturam aut cambia exerceant: quæ dicta ſunt, etiam Licentiatum comprehendunt *volum*. 2. *d*.7. *l*.lLl.1. *vol*.4.*d*.9.*l*. mm 1.2.

Doctores creat etiam Cæſar, vel ſolo verbo: aliquando Cæſar Comitibus Palatinis ex ſingulari gratia poteſtatem Doctores creandi concedit, ſed ſtrictam, qui tamen hac poteſtate abuti non debent, ſed ſi Doctores creent, eos prius rigoroſè examinare debent, niſi periclitari velint: hi tamen Doctores paribus privilegiis, cum iis, gaudent, qui in Univerſitatibus creati ſunt *vol*.2.*d*.9.*l*.sSs.3.

Doctores Juris, qui ad Epiſcopatum ob onus judicandi injunctum aptiores ſunt, quàm Theologi; Hodie unà cum Nobilibus in Capitulares Eccleſiarum cathedralium eliguntur, niſi mos, & conſuetudo regionis, quæ in honoribus, & prælationibus eſt inſpicienda, aliud introduxerit *vol*.4.*d*.9.*l*.mm.2.

Doctoratus ſolemnia, id eſt, quę in doctore creando obſervantur, & requiruntur *vol*.4 *d*.9.*l*.mm.2.

Doctor indoctus, id eſt, ſine legibus, non debet frui privilegiis Doctorum, & Nobilium, etſi ſit in Academia promotus *vol*.4 *d*.9.*l*.mm.2.

Doctor promotus in Academia præfertur bullato ob meritum ſcientiæ, quod colligitur ex prævio examine *volum*.4.*d*.9. *l*.mm.3.

Doctor utriusque juris præfertur in altero jurium etiam prius graduato *vol*.4. *d*.9.*l*.mm.3.

Doctor juris Canonici præfertur Doctori Legum, ſed hoc in terris Eccleſiæ, non Imperii *vol* 4.*d* 9.*l*.mm.3.

Doctor, & miles ſimul præfertur tantùm Doctori aut militi *vol*.4.*d*.9.*l*.mm 3.

Doctor ex nobilibus præfertur Doctori genere ignobili *vol*.4. *d*.9.*l*.mm.3.

Doctor juris præfertur nobilibus, & militibus non tantùm in actibus Doctoralibus, ſed etiam in promiſcuis, & indifferentibus, non tamen in actibus ut plurimum, vel merè bellicis *vol*.4.*d*.9.*l*.mm.3, *d*.10.*l*.bbb.2.

Doctoratus prius præfertur iis, qui poſt ipſum doctorati ſunt, Et inter Candidatos, qui tempore promotionis renunciatur primus, prærogativam habet in ſedendo, incedendo, ſubſcribendo &c. *vol*.4.*d*.9 *l*.mm.3.

Doctoralis dignitas nobilitatem accipientis, ſi ipſe jam ſit nobilis, non obſcurat, aut tollit, ſed potius illuſtrat, & auget *vol* 4.*d* 9.*l*.zz.4.

Doctoratus eſt excellens dignitas. Nam Doctores vocantur à Cæſare Nobiliſſimi, maximum decus, illuſtres, paren-

rentes, viri celſi, & honorati *volum.*4. *d.*9. *l.*bbb.1.2.

Doctorandus, id eſt, quem comitatur Pompa Doctoralis, in jus vocari non poteſt *vol.*7.*d.*8. *l.*mm.3.

Doctores creari etiam poſſunt Spurii *volum.*4.*d.*19.*l.*tttt.1.

Doctori legum ſolatium debet etiam ſi in cauſa ſuccumbat *vol.*4.*d.*19.*l* tttt.1.

Doctorum communis opinio dicitur habere vim conſuetudinis *volum.*5.*d.*49. *l.*HHHH.4.

Dolo, & fraude Princeps minimè utatur, etſi id fiat in Reip. utilitatem *volum,*4. *d.*2.*l.*i.1.

Dolus in juſta cauſa permiſſus *volum.*6. *d.*3.*l.*Dd.1.

Doli, & culpæ tenetur tàm is, qui fecit, quàm qui fieri curavit, perſuaſit, juſſit, quærelam, vel cauſam præbuit, quorum ſinguli in ſolidum tenentur *volum.*1.*d.*19. *l.*Q.3.R.3.*volum.*5.*d.*34.*l.*MMM 1.

ſine Dolo, & propoſito non fit injuria, pœnaque delicti ceſſat *volum.*1.*d.*19.*l.*Q.3. *vol.*2. *d.*1.*l.*e.2.*vol.*3. *d.*5.*l.*gg.3.pp.2.*vol.*5. *d.*43.*l.*MMM.4.

Doli interpretatio in jure non ex eventu duntaxat, ſed ex conſilio quoque conſideratur *vol.* 5. *d.*34. *l.*MMM.4. vide ſuperius in verbo Delictum.

Dolus nunquam illi, qui eum commitmittit, patrocinari debet *vol.*2.*d.*6.*l.*uu.3. *vol.*3.*d.*5.*l.*oo.1.*d.*12.*l.*L.3.*vol.*4.*d.*25.*l.*F.4. *d.*27.*l.*M.1.*vol.*5.*d.*5.*l.*ff.4.*d.*9.*l.*rr.3.

Dolo non facit, qui fraudem excludit *vol.*2. *d.*7.*l.*gGg.4.

Doli mali exceptio ſpecialis dolo actoris opponitur, eique vel ante, vel in ipſo negotio commiſſo: nam dolus malus ſemper judicium, & exceptionem producit *vol.*2.*d.*27.*l.*LL.2.*vol.*4.*d.*25.*l.*G.1.2. *volum.*5.*d.*9.*l.*rr.4.*d.*14.*l.*llll.1.3.*vol.*6.*d.*17. *l.*Iiii.1.

in Dolo eſſe putatur, qui non facit id, ad quod ratione officii ſui tenetur *vol.*3. *d.*5.*l.*oo.1.*vol.*6.*d.*3.*l.*Hh.2. unde qui non facit id, quod debet, non recipit quod oportet, & ſi quid recipit ad ejus tenetur reſtitutionem *ibid.*

Dolus contra dolum ſolertia eſt *vol.* 3. *d.*5.*l.*rr.2.

Dolus per allegantem probari debet, quæ tamen probatio etiam per præſumptiones, & conjecturas perfici poteſt *vol.* 3.*d.*5.ss.1.*vol* 6. *d.*17.*l.*Hhhh.4.

Doli præſumptio ceſſat, ubi lucrum, & commodum non eſt, vel certè modicum *vol.*3.*d.*5 *l.*ss.2.

Doli exceptione utimur, ubi pacti exceptio locum habere non poteſt, utpote quæ pacti exceptione deficiente plerumque competit *vol.*3.*d* 12.*l.*L.4.

Dolus infamiam ſecum trahit *volum.*3. *d.*14.*l.*P.3.

ex Dolo datur reſtitutio in integrum ei, qui læſus eſt *vol.*4. *d.*25.*l.*G.1.2. *d.*27. *l.*M.3.*vol.*6.*d.*17.*l.*Hhhh.3.4.

Dolus eſt calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita *vol.*4. *d.*25. *l.*G.1. *volum.*5. *d.*9. *l.*rr.2. *volum.*6. *d.*17. *l.*Hhhh.3.4.

Dolus autem fit aut ex propoſito, aut ex reipſâ: ille eſt, quando quis ſciens, & volens alium decipit, & hic rurſus eſt incidens, aut cauſam contractui dans: hic eſt ſine quo contractus nullo modo fuiſſet celebratus: dolus verò incidens eſt,

quando

Digitized by Google

quando aliàs quis alienaturus, contractu-rus, permiſſurusve erat, ſed in hoc negotio conficiendo decipitur *vol.*4. *d.*25.*l.*G. 1.*vol.*5.*d.*9.*l.*rr.3.*vol.*6 17.*l.*Iiii 1.

Dolus ſi contractui, etiam bonæ fidei, cauſam dederit, contractus ipſo jure nullus eſt: ſi verò inciderit per actionem doli purgatur. In contractibus autem ſtricti juris, ſive cauſam contractui dederit, ſive in contractu inciderit, actione doli, vel exceptione juvatur deceptus *volum.*4. *d.*25.*l.*G.1.*d.*31.BB.2. *vol.*5.*d.*9.*l.*rr.2.*vol.*6. *d.*17.*l.*Iiii.1.

Dolus ex reipſa eſt, qui ab initio quidē omni fraude caret, ſed ex poſt facto patefacta veritate, ſi quis ex tali cauſa pergat petere, dolo facit, quod petit. Itaque hic dolus ſupereſt incidens, nunquam contractui cauſam dans *vol* 4.*d.*25.*l.*G.2.

Doli actio datur etiam deceptis heredibus, & contra eos qui dolum commiſerunt, eorumque ſucceſſores, quatenus ad eos pervenit: quod ſi obligatio ex contractu eſt, ſucceſſores ex dolo eorum, qui dolum commiſerunt, & quibus ſucceſſerunt, non tantum in id, quod pervenit, ſed in ſolidum tenentur, quia hoc ipſo actio rei perſecutionem habere videtur, non pœnæ: cui regulæ etiam in quaſi contractibus locum eſſe puto *vol.*4. *d.*25.*l.*G. 2.*vol.*6.*d.*17.*l.*Hhhh.4.

Doli actio cum famoſa ſit, ob modicam ſummam locum non habet, ſic nec locum habet adverſus eos, quibus reverentiam debemus, ut ſunt parentes, & patroni, Domini *vol.*4 *d.*25. *l.*G.2.*vol.*5. *d.*9. *l.*rr.4. *vol.*6.*d* 17.*l.*Hhhh.4. hujusque loco datur actio in factum perpetua *ibid.*

Dolus olim etiam pro bono accipiebatur, hodie vix, ſed pro malo. Igitur dolus, fraus, & mala fides ut plurimum pro iisdem accipiuntur, & dolo fraus ineſt, eiq; bona fides opponitur *volum.*5.*d.*9.*l.*rr.2. *vol.*6.*d.*17.*l.*Hhhh.4.

Dolus alius eſt verus, alius prǽſumptus: ille eſt, qui ex malo propoſito, animo verſuto, perfido, ac malevolo proficiſcitur, indiciisque perſpicuis probatur: præſumptus verò ſine hujusmodi callido conſilio eſſe poteſt, & veriſimili aliquo indicio colligitur: ſic in illicitis dolus præſumitur, in licitis item *vol.*5.*d.*9.*l.*rr.2.3.*vol.*6.*d.*17. *l.*Hhhh.4.

Dolus tum committitur quoties de induſtria, & conſultò id agitur, ut alter deceptus lædatur: is autem cum ab omnibus ſanæ mentis committi poſſit, ab omnibus quoque præſtari debet, id eſt, damnum dolo datum reſarciendum erit *vol.*5.*d.*9. *l.*rr.3.

de Dolo futuro, & cōmittendo tranſigere, & paciſci quis prohibetur, non etiam de dolo præterito, etſi dolum etiam futurum remitti poſſe quidam dicant *vol.* 5.*d.*9 *l.*rr.3.

Dolus in omnibus contractibus præſtari debet, ſive illi ſint veri, ſive quaſi contractus, ſive innominati, ſive nominati, ſive bonæ fidei, ſive ſtricti juris *vol.* 5. *d.*9.*l.*rr.3.

Dolus in depoſito ſolummodo prǽſtatur, fieri tamen poteſt, ut depoſitarius quoque de culpa teneatur *volum.*5. *d.*9. *l.*rr.3.4.

Dolus ſecundò in precariò ſolummodò locum habet *vol.*5.*d.*9.*l.*rr.4.

Doli actio, eſt actio perſonalis, prætoria, ſubſidiaria, qua agitur in id, ut vel res,

id eſt, quod dolo malo abeſt, reſtituatur, vel quanti ea res eſt condemnetur: & datur omnibus dolo deceptis adverſus eos, qui dolum commiſerunt, eorumque ſucceſſores, quatenus ad eos pervenit: finitur autem biennio, quo elapſo actio in factum ſupererit *vol.5.d.9.l.*rr.4. *vol.6.d.17.* *l.*Hhhh.3.4. Iiii.1.

Doli actio cum nulla alia actione concurrit, ne quidem cum ipſa doli exceptione: exceptâ tamen actione in factum prætoria, ut & quavis alia actione famoſa, & quod metus cauſa: ſic actio doli cum actione præſcriptis verbis non concurrit *vol.5.d.9.l.*rr.4.

Dolus futurus pacto non poteſt remitti *vol.5. d.17.l.*hhhh 2.

Dolor juſtus illatam quandoque cædem relevat *vol.2.d.24.l.*FF.1.*d.25.l.*II.1.

Domus alicujus poſſeſſio ſola, quæ in aliena civitate comparatur, domicilium non facit, proindeque nec ſubditum: domicilium enim re, & facto transfertur, in eoque loco quis domicilium habere intelligitur, ubi quis larem, ac fortunam ſuarum ſummam conſtituit: unde rurſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil avocet: quâ cum profectus eſt, peregrinari videtur: quod ſi rediit, peregrinari jam deſiit. Aliud eſt igitur forum ſortiri, & legibus loci alligari, aliud ſubditum eſſe. Namque & ratione delicti, & contractus, & poſſeſſionis quis forum ſortitur: deinde perſonale homagium ſubditum ſolummodo facit, non bonorum ſola poſſeſſio *vol.2. d.1.l.*c.4.n.3. *vol.5.d.15.l.*nnn.1. *d.17.l.* eeee.2.3.4 gggg.1.

Domus appellatio eadem eſt, & idem ſignificat, quod familia, & agnatio *vol.5.d.* 32.*l.*Q 3. de Domo vide plura in verbo Ædes. *vol.6.d.18.l.*Rrrr.1. hac appellatione omnes agnati intelliguntur. *ibid.*

Domicilium naturale, vel originis, de jure communi immutabile eſt: origo ſemper permanet, nec mendacium, ſi quis neget, aut aliunde ſe aſſerat, veritatem naturæ perimit, nec etiam voluntate propria aliquis eximi ſua origine poteſt *vol.2.d.1.l.c* 4.*vol.3,d.5.l.*ll.4.

Domicilium in loco nativitatis, & originis fixiſſe ſemper quis præſumitur, niſi contrarium conſtet, ideoque ſi ibi, id eſt, in loco nativitatis ſuæ conventus, dicat ſe alibi domicilium habere, onus probandi illius eſt *vol.5.d.17.l.*eeee.1.

Domicilium, & habitatio facit ſubditum, non feudum: & legibus loci, foriq;, ubi quis domicilium habet, obligat, tum etiam privilegiorum, & immunitatum participem reddit *vol.2.d.3.l.*k.3. *vol.5.d.* 17.*l* eeee.2.4. *vol.6.d.3.l.*Bb.1.

Domicilium nativitatis, id eſt, qui ſedem, & habitationem in loco, ubi natus eſt, fixit, facit aliquem ſubditum originarium, & ex vico oriundus patriam habere cenſetur, cui vicus iſte reſpondet *vol.5. d.17.l.*eeee.1.

Domicilium ubi quis in duobus locis habere poteſt, ita etiam civis in duobus locis eſſe poteſt *vol.2.d.6.l.*uu.3.*vol.3.d.5.l.* ll.4.*vol.5.d.17.l.*eeee.3.

Domicilium originis nemo mutare poteſt, ut ſi ſe aliò conferat habitatum, non deſinat eſſe civis ſuæ civitatis, ſed apud utraſque civitates munera ſubire cogatur, & ſtatutum fieri poteſt, quo ſubditi emigrare prohibentur: ſic multis in locis domicilium transferentibus collecta imponitur,

nitur, quâ certa ſumma bonis detrahitur *vol.3.d.5.l.ll.4.*

ad Domicilii conſtitutionem non ſufficit bona in alıqua civitate, vel regione, vel territorio poſſidere, vel etiam domum inhabitare, ſed requiritur animus alicubi domicilium habendi: hic autem animus variè declaratur interdum aperta proteſtatione, nonnunquam ex aliis conjecturis, puta ex majore parte bonorum in aliquo loco, ex migratione in aliam urbem, vel regionem, ex loco beneficii reſidentiam requirentis, denique ex impetratione juris civitatis cum habitatione *vol.5.d.15.l.*nnn.1.*d.17.l.*eeee.2.3.ubi pulcrè.

Domicilium ubi habet maritus, habet & uxor ratione matrimonii, quod & vidua retinet *vol.5. d.15.l.*nnn.1.

Domicilium contractum eſſe aliquando conjicitur ex aſſidua, & frequenti habitatione in aliquo loco, ſed huic rei certum tempus non eſt definitum, ſed judicis arbitrio relinquendum: aliqui tamen 10 annos ſtatuunt, quod tamen, etſi verum eſſet, non obtinet in Studioſo, Principis Conſiliario, Syndico, Advocato &c. *vol 5.d.15.l.*nnn.1.*d.17.l.*eeee.2.ubi pulcrè.

Domicilium duplex eſt originis, & habitationis *volum.5. dict.15. l.*nnn.1. *d.*17. *l.* eeee.1 2.

Domicilii vox alia eſt generalis ſeu impropria, alia ſpecialis: priori loco accipitur pro domo, quæ factum demonſtrat, quia non ubi domus nobis, & domicilium quoque eſt ſemper: contra ubi domicilium, & domus quoque. Poſteriori loco habet juris ſignificationem, quo quis utitur. Quandoque in genere ſignificat jus ſortiendi forum: quandoq; ſpecialiter, ac propriè dicitur locus, in quo ſedem ſuarum rerum conſtituit, ut ibi perpetuo conſiſtat, niſi aliud avocat; vel eſt vitæ, & habitationis tabernaculum erectum ibi, ubi quis negotia ſuæ vocationis agit, & loci illius ſeu territorii commodis fruitur, ſeu ubi quis pergulam, officinam, vel tabernaculum conduxit, unde rurſus non ſit diſceſſurus *vol.5.d.17.l.* eeee.2.

Domicilii mutatio non præſumitur, ſed ſigna, & argumenta mutati domicilii in medium proferenda ſunt, puta, quod in loco, ubi prius habitavit, domum ſuam, & poſſeſſiones vendiderit *vol.5. d.* 17.*l.*eeee.3.

Domicilia quatuor nobiles habere deberent *vol.5.d.17.l.*eeee.3.

Domicilium nautæ, mendici, aliique vagabundi non habent, forum tamen, ubi deprehenduntur, vel ex delicto, vel ex contractu ſortiuntur *vol.5.d.* 17.*l* eeee.3.

Dominus alienans vaſallos ſuos citra ipſorum conſenſum, privatur proprietate feudi *vol.1.d.16.l.*N.2.

Domini vocabulum, quo plerumque alius aut ex Curiæ ſtylo, aut honoris ergò compellatur, ſubjectionem compellantis non inducit *vol.2. d.3.l.*p.2. *vol.6.d.3. l.*Ff.4.

Dominis corrigentibus ſervi reſiſtere non poſſunt, illorumq; ſalutem ſervi propriæ ſuæ ſaluti anteponere debent, à Domino tamen, cujus nimia ſævitia metuitur, jusjurandum de non offendendo exigi poteſt *vol.2.d.7.l.*mMm.4.

Dominus directus retractu uti poteſt in re

in re cenſuali vendita extraneo, ſicut in feudo *vol. 3. d. 1. l. e 3.*

Dominus directus cui jus laudemiorum, & prælationis ſimul competit, ſi eligat laudemia, ad ipſam rem regreſſum amplius non habet *vol. 3 d. 1 l e. 3.*

Dominus Domini mei non eſt meus dominus *vol. 6. d. 3. l* Cc 3.

Dominus cum ſervo non obligatur *vol. 3 d. 9. l.* aaa. 3.

Dominus propter nimiam, & intolerabilem ſævitiam, poſtulare ſervo cogitur cum bonis conditionibus vendere *vol. 3. d. 9. l.* bbb. 2. *vol. 4. d. 14. l.* sss. 2.

Dominus ob favorem libertatis ſervi communis partem ſuam ſocio manumittenti vendere tenetur, ut ſervus totus ad libertatem poſſit pervenire, qui pro parte non poterat *vol. 3. d. 9. l.* bbb. 2.

Domini olim in ſervos vitæ necisque habebant poteſtatem, nunc prædura illa, & immoderata poteſtas legibus eſt coërcita *vol. 4 d. 13. l* ppp. 1. *d. 14. l.* sss. 1. 2.

Dominus olim qui fuit, etiam hodie præſumitur, ni facta mutatio ſole clarius monſtretur *vol. 2. d. 3. l.* q. 1.

Domini ſunt, ad quos rerum proprietates ſpectant *vol. 7. d. 4. l.* l. 3.

Domini propria eſt rei vindicatio *vol. 6. d. 4. l.* Mm. 1. vide Vindicatio *vol. 7. d. 4. l.* l. 3.

Domino repoſcenti rem ſuam nullo prætextu ea negari poteſt, nec ulla juris diſpoſitio permittit, ut quis aliena retineat, aut cum alterius damno locupletetur *vol. 7. d. 1. l.* c. 2.

Dominus & fur deponens ſi in repetitione concurrant, ille præfertur *vol. 7. d. 4. l.* r. 2.

Dominus rei verus ſemper præferendus eſt poſſeſſori quantumvis bonæ fidei *vol. 7. d. 4. l.* r. 2.

Domini, qui vectigalia in feudum conceſſerunt, ab iisdem immunes ſunt, ſicut & ii qui loca venerunt *volum. 3. diſp. 5. lit.* gg. 1. 2.

Domino cuilibet, etiam magiſtratui inferiori ſtatutum facere permiſſum eſt, ne frumentum aliæve res ex ipſius territorio ad exteros devehantur, ſi ejus intentio ſit avertere annonæ caritatem, & providere, ne ſubditi indigeant: ſic pari ratione invectio peregrinarum mercium prohiberi poteſt *vol. 3. d. 5. l.* kk. 2.

Dominus territorii fundatam in omnibus, quæ territorii finibus continentur, intentionem habet *vol. 4. d. 5 l.* n 2.

Dominus jus ſuum feudi directum alienare, ac Vaſallos invitos alterius ditioni ſubjicere non poteſt *vol. 5. d. 11. l.* xx. 4. vide Princeps: Subditus: Vaſallus.

Domini res ſuas apud debitorem aliquem exiſtentes, ſi dominium actu adhuc habeant, ante omnes alios creditores, quicunque illi ſint, auferunt *volum. 5. d. 7. l.* ll. 2. *vol. 7. d. 4. l.* l. 3.

Dominium coronę, vulgò Domanium, id eſt, Dos regia à Principe, aut quovis alio alienari non poteſt *vol. 2 d. 3. l.* i. 1. vide in verbo Princeps.

Dominia traditione ſolummodo transferuntur. Hinc in commiſſum non cadunt Emphyteuſis, aut feudum ob alienationem ſine conſenſu Domini factam, ſi non ſit ſubſecuta traditio *volum. 1. d. 12. l.* B. 1. 2. vide Traditio.

Dominium ſine poſſeſſione non quæritur *vol. 6. d. 6. l.* Ss. 2.

Domi-

Digitized by Google

Dominia rerum non debent eſſe incerta *vol.7.d.*10.*l.*uu.1.

Dominia in contractibus traditione transferuntur: in ultimis verò voluntatibus transferuntur nudo titulo, vi, & authoritate legis *vol.3.d.*10.*l.*E.4.*vol.6.d* 4. *l.*Ll.3 3 4.Mm.1.

Dominia abſque traditione in contractibus non transferuntur *volum.5.d.*32. *l.*O.1.

nec Dominium quis liberè transfert, qui legem rei ſuæ dicit antequam tradat *vol.7.d.*4 *l.*m.2.

Dominia rerum traditionibus transferuntur *volum.*5. *d.*46.*l.* AAAA.2. vide etiam Emptio: Venditio. Traditio.

Dominium eſt juris non facti *vol.6.d.*4. *l.*Ll.3.Mm.1.Nn.1.

Dominia captivitate non amittuntur *vol.6.d.*4.*l.*Mm.3.

Dominii proprietas eſt juris, & facti *vol.6.d.*4.*l.*Nn.2.

Dominii proprietas maximè in hoc verſatur, quod ea, quæ juris civilia ſunt, quæ facti naturalia *vol.6.d.*4.*l.*Nn.1.

ex Dominii proprii diſtinctione in id juris, & in id facti hi nexuntur effectus: quod ea quæ juris ſunt, per adquiſitionem tranſeant ad Patrem, ad Dominum: ad Heredem: ea verò quę facti non transeant, ſed in ipſa adquirentis perſona hæreant, & cum ea perimantur *volum.6. d.*4. *l.*Nn.1.2.

Dominium alicujus rei non ex pluribus cauſis, ſed una tantum alicui contingit, & quod jam noſtrum eſt, id amplius fieri noſtrum non poteſt *volum.2.d.*4.*l.*t.1. *vol.*7.*d.*7.*l.*gg.3.

Dominium ſolo animo amitti non poteſt, etſi ſolo animo poſſit acquiri *vol.6. d.*4.*l.*Nn.2.

ſi Dominium rei, vel uſucapiendi conditio transfertur pro certo pretio, emptio eſt, ſi ut aliquid præſtemus, vel operemur, locatio, conductio erit *volum.*3. *d.*5. *l.*ii.4.

Dominium prædiorum probant, ſolutiones, & operarum præſtationes, quas Ruſtici faciunt. vide Ruſtici.

Dominii translationem ſubſtitutiones in contractibus ordinatę non impediunt, cum nemo paciſcendo efficere poſſit, ne prædium ſuum ſibi alienare non liceat, niſi accedat hypotheca præſertim ſpecialis: tametſi contraveniens pacto ad id quod intereſt obligetur *vol.5. d.*32.*l.*O 2.

Dominium diſtinguitur in plenum, & minus plenum: illud eſt, quando proprietas, & uſusfructus, adeoque omnis rei utilitas ſunt penes unum: hoc quando uſusfructus eſt ſeparatus: tum dominus exilem utilitatem ſentit *volum.5. diſp.* 48. *l.*CCCC.2.

Dominium differt à Poſſeſſione. Nam Procurator illud acquirere non poteſt ſibi, ſi ab altero conſtitutus ſit, hunc poteſt, etſi in eam conſtitutus ſit *vol.*7.*d.*7. *l.*gg.2.

Donatio Italiæ, & Urbis Romæ, quæ à Conſtantino Magno facta ſummo Pontifici vulgò dicitur, nemini erudito probatur: eamque Doctores hiſtoriarum, & omnis generis ſcriptorum illis temporibus coætaneorum monumentis nixi veluti fictitiam, & circumforaneam rejiciunt *volum.1.d.*2.*l.*f.1.*volum.2.d.*3.*l.*f.4 i. 2.*d.*4.*l.*t.1.2. *d.*9.*l.*pPp.2.3. *volum.*4.*d.*2. *l.*b.4. *d.*5. *l.*q.4.r.1, *d.*6.*l.* cc.3. *d.*17.*l.*

ffff.1. *diſp.* 19. *l.*mmmm.1.2. *volum.*5. *diſp.*2. *lit.* f. 3.

Donare eſt ornamentum Nobilium, laus regum, gloria Principum, proprium Senatorum *vol.*4 *d* 9. *l.*ll.3.

Donationis inſinuatio coram quocunque judice fieri poteſt, licèt ejus juriſdictioni neque donator, neque res donata ſubjecta ſit *vol.*1. *d.*2. *l.*p.1.

Donatio omnium bonorum tàm futurorum, quàm præſentium valet, cum hac tamen clauſula, ut poſterior hæc teſtamento revocari poſſit, ne liberam aliàs teſtandi facultatem ſibi præripuiſſe videatur donator, quod bonis moribus repugnare jure cenſetur: quod tamen in donatione Eccleſiæ facta jure fori ſecus eſſe videtur *volum.*1. *d.* 3 *l.*q. 2. *volum.*5. *d.*8. *l.*qq.2.

Donatio mortis cauſâ, ſimplex, legatum, propter nuptias, dotis procedit ex mera liberalitate, & ſine pretio: quamobrem retractui non ſubjacet *vol.*1. *d.*12. *l.*D 4. *vol.*3. *d.*1. *l.*c. 3.

Donatio mortis cauſa, ad quam aliàs quinque requiruntur teſtes, actis apud judicem pro tribunali ſedentem inſinuata ſine alia ſolennitate valet *vol.*6. *d.*13. *l.* Vuu.3.

in Donatione viciſſitudinaria, ſeu remuneratoria obtinet retractus *vol.*1. *d.*12. *l.*D. 4. *vol.*3. *d.*1, *l.*c.3.

Donatarius ingratus rem donatam reddere cogitur *vol.*1 *d.*12. *l.*F.1.

Donatio propter nuptias æqualis eſt doti mulieris, ita ut etiam conſentiente muliere alienari non poſſit, niſi mulier ſemel, & poſt biennium iterum conſenſerit, & ex aliis mariti bonis ei ſatisfieri poſſit: attamen à dote in multis differt, nec in creditorum concurrentia habet jus prælationis, ſed ſuum ordinem ſervat *vol.* 3. *d.*9. *l.*bbb.4. *vol.*5 *d.*7. *l.*nn.1. 3. *vol.*7 *d.* 4. *l.* m. 3.

Donator non tenetur de evictione *vol.*1. *d.*13. *l.*N. 2.

Donationis revocatio non porrigitur ad extraneum *vol* 3. *d.*13. *l.*N. 3.

Donatio inter patrem, & filium, maritum, & uxorem, quæ aliàs jure prohibita eſt, juramento validatur: ut & ea, quæ absque inſinuatione ultro quingentos ſolidos fit *vol.*3. *d.*11. *l.*H. 3. *vol* 7. *d.*6. *l.* dd. 2.

Donatio traditione perficitur *vol.* 6. *d.* 4. *l.*LL3. imò, ut perfecta ſit eam requirit *vol.*7. *d.*4. *l.*o.1.

Donatio revocari non poteſt, nec per reſcriptum quidem Principis. Nam nihil tam humanæ fidei, ac legibus congruit, quam ut id, quod ſemel placuit, quodque ea quis mente donavit, ut nullo caſu velit ad ſe reverti perpetuo ratum habeatur: poteſt tamen quandoque revocari, aut ipſo jure, aut facto hominis *vol.*4. *d.* 32. *l.*CC. 2.

Donatio invito facta non ſubſiſtit: nam acceptari à Donatario debet *vol.*6. *d.* 4. *l.*LL.3.

Donationes variæ ſunt: inter eas hæc, quæ dicitur ſimplex, & inter vivos, quæ nullo jure cogente, nullaque ſub cauſa ex mera liberalitate, & munificentia in aliquem confertur: quæ etiam propria, mera & abſoluta, & communis vocatur. Hujus ſemel collatæ, & acceptatæ (ſiquidem donatio ab accipiente confirmatur, nec videri poteſt datum id, quod non ſit acce-

acceptum,aut acceptatum) etſi traditione nondum completæ, ac conſumatæ revocatio non pro libitu,temereque fit, aut jure permittitur. Cauſæ tamen revocationis duæ eſſe poſſunt,culpa nempe, ſeu ingratitudo donatarii, & ſupervenientia liberorum in donante. In hac verò donatione dominium tranſit ipſo jure ad donatarium.*vol.4.d 32.l.*CC.3.*vol.5.d.51.l.*kk.3.in Coroll.*d.35.l.*Z.4.

Donatio eſt facti,non juris. *vol.6.d.4.l.*Ll.3. eſt nunc juris, nunc facti *ibid. l.* Nn.1.

in Donatione frequenter hæc conditio apponitur,ut liceat donatori, ſi donatarius conditiones non ſervet,propria authoritate à donatione reſilire, & rem alteri datam ad ſe revocare:quin & bona Eccleſię donata tali conditione affici poſſunt,regulariter tamen donatio Eccleſiæ facta ob non impletam conditionem ei appoſitam non revocatur *vol.* 4. *d.* 32. *l.* CC.3. Itaque modo ſub quo res eſt donata,non impleto habet donator adverſus donatarium ad revocandam rem donatam non ſolum condictionem, ſed etiam vindicationem,vel præſcriptis verbis actionem,quæ tamen jure canonico ceſſant in donatione Eccleſiæ facta *vol.*7.*d.*6.*l.*dd.2.

Donatio item revocari poteſt, ſi quis donatorem in extrema egeſtate conſtitutum alere recuſaverit, maximè ſi bonorum omnium,vel majoris partis donatio facta ſit *vol.4.d.*32.*l.*CC.3.4.

Donatio item revocari poteſt, ſi quis donatoris ſponſam, uxorem, vel filiam ſtupraverit, & teſtimonium in cauſa criminali contra donatorem (dummodo non ſit contra Principem, vel Remp.) tulerit. Cauſæ autem ob quas liberi poſſunt à parentibus exheredari, pleræque ſufficiunt ad revocandam donationem: non tam hinc revocatur, ſi donatarius donatorem heredem inſtituere noluerit *vol.*4.*d.*32. *l.*CC.4.

Donationis inſtrumento ſi pacto ,ſeu clauſula oppoſitâ caveatur,ne occaſione alicujus ingratitudinis fiat revocatio,pactum non valebit, nec etiam juramento firmatum,niſi ita conceptum ſit,donatorem non accuſaturum donatarium propter ingratitudinem *vol.*4.*d.*32.*l.*DD.1.

Donatio revocatur ſecundò per ſupervenientiam liberorum. Igitur ſi quis liberos non haberet, aut non ſperaret, bona omnia,vel partem facultatum alicui donaverit, poſtea verò liberos ſuſceperit,totum quicquid largitus fuit,revocare poteſt, & hoc habet locum in qualibet donatione,modo donator de liberis,quando donationem fecit,non cogitarit: cogitatio autem contraria, id eſt, donatorem de liberis cogitaſſe non præſumitur,ſed de ea expreſsè debet conſtare, neque illam mentio liberorum aliter inducit,quam ſi eâ diſpoſitione fiat,non etiam ſi debitor: cogitationis autem illius probatio donatio potius quam donatori incumbit Non autem tantum per filios legitimos,ſed etiam per naturales, & legitimatos donatio hæc revocatur. Sufficit autem ſi unus tantum filius naſcatur, natis autem ſemel,dein vero mortuis donatio non convaleſcit: ſi autem exigua pars bonorum donata ſit, donatio valebit,ſecus ſi ex mobilibus pretioſa aliqua res donata ſit *volum.*4. *d.* 32. *l.* DD.1.

Digitized by Google

DD.1.2.3.4. *volum*.5. *d*.14. *l*.mmm.3.*d*.35. *l*.Z.4.

Donatio etiam Eccleſiæ facta per ſupervenientiam liberorum reſolvitur *vol*. 4.*d*.32.*l*.DD.4.

Donationis revocatio ceſſat, ſi quid remunerandi cauſa donatum ſit, niſi in ea exceſſus ſit, pro parte enim qua excedit, reputatur pura, gratuita, & ſimplex donatio *vol*.4.*d*.32.*l*.DD.4.

Donatio etiamſi juramento firmata, ſi ſimpliciter facta ſit, tamen reſolvetur per ſupervenientiam liberorum *vol*.4. *d*. 32.*l*.DD.4.

Donator beneficio ſuo renunciare poteſt, & valebit, ſi id ſpecialiter, & expreſſè faciat: nam generalis non obeſt, etſi juramento firmata *vol*.4.*d*.32.*l*.DD.4.

Donatrix mulier gaudet beneficio revocationis, ſi renuntiet in tantum id valebit, in quantum certiorata fuerit de jure, & remedio illius. Idem obtinere dicunt in minore, & ruſtico. *vol*.4. *d*.32.*l*. DD.4.

Donator ad rem revocandam habet vindicationem rei, itemque condictionem ex lege: quod ſi pater revocationem non fuerit proſecutus, nec liberi poterunt, niſi pater neſcierit ſibi filios natos eſſe, aut morte præventus fuerit: quid ſi ædes permittantur alicui, ut inhabitet, an hæredes hoc revocare poterunt? negant quidam *vol*.4.*d*.32.*l*.EE.1.2.

Donationes ſæpe parentes filiis ſuis damnoſiſſimas facere ſolent, cum majorem bonorum partem aut in extraneos, aut in unum filiorum congerere ſolent: quæ donationes à filiis, qui damnum ſentiunt, revocari poſſunt, per quærelam donationis inofficioſæ, & competit tam liberis, quam parentibus, qui gravantur, contra donationum immoderatarum acceptores, ſive ii ex liberis quidam ſint, ſive parentes, ſive extranei *volum*.4.*d*.32. *l*.EE.2.

Donatio inofficioſa eſt, cum adeo immoderata, immodica, & immenſa eſt, ut donans non retineat tantum in patrimonio, unde legitima illis, quibus ea debetur relinquatur *vol*.4. *d*.32.*l*.EE.2.

Donatio inofficioſa an tota, & in ſolidum revocetur, an verò tantum pro ratione legitimæ, ſeu pro parte, qua excedit, ſubtiliter controvertitur? poſterius affirmare tutius: ſed tamen Dd. etiam diſtinguunt an donatio ſit inofficioſa re tantum, an verò re, & conſilio ſimul: Item an uni ex filiis, an verò extraneo ſibi facta: hinc ita concludunt, quod tum demum in totum reſcindatur parentis donatio, quando collata in extraneum eſt inofficioſa re, & conſilio, imò hanc donationem inofficioſam re, & conſilio indiſtinctè revocationem admittere videtur *vol*.4.*d*.33.*l*.EE.2.3.

Donatio item revocatur ob crimen perduellionis, ſi donator id commiſerit *vol*.4.*d*.32.*l*.EE.3.

ſi Donatam rem poſſidere velim, nec tamen apprehendero, ex eo propter apprehenſionis defectum non poſſideo *vol*. 7.*d*.7. *l*.ee.4. ff.1. rurſus ſi rem donatam traditam tanquam apud me depoſitam acceperim, propter defectum animi poſſidere non dicas *vol*.7.*d*.7.*l*.ff.1.

Donatio inhoneſtis perſonis, verbi gratia, meretrici, aut concubinæ facta revocari omnino non poſſunt, quod tamen in milite

milite focariæ ſuæ donante non obtinet, idemq; ad Clericos, Doctores, & Advocatos extenditur: propter ſervitia tamen, & merita honeſta, ſi ea probentur, militem, clericum &c. concubinis ſuis poſſe donare plerique aſſerunt *volum*.4. *d*.32. *l*.EE.3.

Donationem ſuam ipſe donator revocare non poteſt ex prætextu, & allegatione doli, ceu propriæ turpitudinis, ſi forte profiteatur, quod in alterius fraudem quid donaverit, vel alienaverit *vol*.4.*d*.32. *l*.EE.3.

ad Donationem revocandam donatorem non juvat, nec pœnitentia, nec ſi inſtrumentum donationis ſubtrahat, aut corrumpat, nec reſcriptum Principis *vol*. 4.*d*.32.*l*.EE.3.

Donationem ſuam mater, vel uxor, quæ uni ex filiis donavit, marito, & aliis liberis abſentibus, ex abſentiæ horum colore, & prętextu revocare nequit *volum*.4. *d*.32.*l*.EE.3.

Donationem uſque ad inſinuationis actum revocare licet *vol*.4.*d*.32.*l*.EE.4.

Donationes illæ omnino non valent, quæ fiunt in fraudem creditorum, aut fiſci *vol*.4.*d*.32.*l*.EE.3.

Donatio nulla inter patrem, & filium conſiſtit, quem pater in poteſtate habet *vol*.5.*d*.5.*l*.gg.4. juramento tamen per jus canonicum robur accipit *volum*.7. *d*.6. *l*.dd.2.

Donationes inter conjuges uti ipſo jure ſimpliciter nullæ ſunt, ita juramento validæ efficiuntur *vol*.7.*d*.6.*l*.cc.4. idque jure canonico *ibid*.

Donationes inter virum, & uxorem regulariter ſunt prohibitæ: tamen uxor, etſi rem donatam obtinere non poſſit, eamque mala fide poſſideat, induſtriales tamen fructus conſequitur, ſi opera conjugis acceſſerit, nam ſi ea abfuerit, nihil obtinebit, ſic donatio fructuum, & uſurarum conjugi facta valet, non per ſe, ſed per accidens, quatenus per induſtriam, & operam uxoris ex re donata ab uxore excoli, promi, & percipi potuerunt *volum*.5. *d*.16.*l*.ppp.2.

Donationes inter conjuges etſi improbentur, tamen ſi mutuæ ſint, & è veſtigio ſe invicem excipiant, utcunque tolerantur *volum*.7.*d*.2.*l*.h.34.

Donatio ultra quinquentos ſolidos ſine inſinuatione non vitiatur in totum, ſed tantum quatenus excedit ſummam à lege definitam *vol*.5.*d*.34.*l*.X.3.

Donatio uxori facta etſi ſit inutilis, traditio tamen poſſeſſionis eſt utilis, ſi realiter facta ſit, non fictè *vol*.7.*d*.7.*l*.ff.1.

Donatio ſi facta ſit inter maritum, & alium, eique donationi immixta ſit mulier valebit donatio, quatenus mulier ab ea ſeparari non poſſit, ſecus verò ſi ejus ſeparatio fieri queat *vol*.5.*d*.34.*l*.X.4.

Donationis probatio eſt facti *vol*.6. *d*.4.*l*.Kk.4.

Donare poſſunt ſurdus, & mutus *vol*.5. *d*.42.*l*.DDD.4.

Donationis, aut Venditionis titulo ſi quis omnia ſua bona in alium transferat, & poſtea mox delictum, ob quod bona confiſcanda veniunt, committat, tum is ex brevitate temporis, bona in fraudem Fiſci alienaſſe præſumitur, atque ita geſta per Fiſcum revocari poſſunt *volum*.6. *d*.2.*l*.K.1.

Digitized by Google

non Dormientibus, ſed vigilantibus jura ſcripta ſunt *vol.7.d.1. l.c.2.*

Dormiens furioſo æquiparatur: itaque in delictis non punitur *vol.2. d.22.l.B.4. d.25.l.Ii.1.vol.5.d.9.l.rr.3.*

Dormiens non tantum furioſo, ſed & mortuo ſimilis eſt *vol.5 d.9.l.rr.3.*

Dormiens ſi tamen culpa non vacet, dolum committere poteſt *volum.5. d.9. l.rr.3.*

Dos intra annum ſolvenda eſt *volum.6. d.13.l.*Vuu 4.

ex Dotali pecunia res quæſita tranſit in communionem matrimonii, nec manet dotalis, aut mulieris propria *vol.1. d.12. l.zz.2.3.*

Dotalis prædii æſtimatio veram facit venditionem *volum.1.d.12.l.D.3.vol.5 d.9. l.*bbb.4. *vol.7.d.4 l.*m.3.

ſine Dotis conſtitutione qui maritus matrimonio conſenſit, id ſibi imputet *vol.5.d.7.l.*nn.2.

Dos nunc juris eſt, nunc facti *vol.6.d.4. l.*Mm.1.

Dotales res maritus vindicat, non uxorem *vol.6.d.4 l.*Mm.1.

Dotem mulier ob adulterium amittit *volum.1 d.12.l.*F.1.

Dotium privilegia hæreticis mulieribus denegantur *volum.7.d.4.l.o.3.*

Dotis repetendæ cauſa uxor contra conjugem in bonis ejus tacitam hypothecam habet, omnibusque creditoribus præfertur: imò hoc etiam obtinet in augmento dotis conſtante matrimonio factæ *vol.2.d.11.l.*uVu.3. xXx.3. *vol.3.d.13. l.*N.4. *vol.5. d.7. l.*mm.3.4. *vol.7 d.4.l.*m.3. n.3.4.o.1. ubi pulchrè.

Dotis privilegium ut valeat, neceſſe eſt revera, & naturaliter numeratam fuiſſe, aut traditam *vol.7.d.4.l.o.1.2.*

Dos ex traditione in maritum transfertur, & tunc in bonis mariti dos fieri incipit *vol.2.d.14.l.C.3.*

de Dotis lucro, aliiſque emolumentis diſponentia privilegia locum obtinent etiam in deſponſata de præſenti *volum.2. d.20.l.Y.4.*

Dotis promiſſio ad hoc ſufficit, ut maritus ab illis, qui eam promiſerunt exigere poſſit *vol.7.d.4.l.o.1.*

Dotis privilegium currit à die promiſſionis, non ſolutionis *vol.7. d.4. l.o.2.*

Dotis privilegium etiam in augmento locum habet *vol.7. d.4.l.o.2.*

Dos conſtante matrimonio augeri poteſt *vol.7.d.4.l.o.2.*

Dos non eſt ante matrimonium contractum; igitur hoc privilegium in ſponſa non valebit *vol.7.d.4 l.o.2.*

Dotis veræ, & opinatæ nonnullæ conſtituuntur differentiæ, valet tamen privilegium in utraque *vol.7.d.4 l.o.2.*

Dotium privilegia dantur mulieribus propter liberos, ſed non propter ſe *vol.3. d 4.l.o.2.*

Dotis repetitio datur uxori conſtante etiamnum matrimonio, ſi viro obærato, & prorſus ad inopiam vergenti ignara ejus conditionis nupſerit *volum. 2. d.29. l.*OO.4.

Dotis privilegio in creditorum prælatione conſiſtenti mulier renuntiare poteſt, ſi ex reliqua mariti ſubſtantia dos ſalva eſſe poſſit: aliàs non *volum.7.diſp.4. l.o.3.*

Dotalium rerum æſtimatio emptionem, & venditionem in dubio, & ubi aliud

liud non fuerit expreſſum conſtituir, & efficit *vol.*3.*d.*1.*l.*c.4.

Dotis æſtimatæ dominium tam ſoluto, quam conſtante matrimonio ad maritum ſpectat: inæſtimatæ res penes mulierem manet,adeò ut actione in rem eas repetere poſſit *vol.*7.*d.*4.*l.*m.3.

Dotalis fundus omnino alienari non poteſt, nec muliere conſentiente, quod extenditur etiam ad res dotales mobiles inæſtimatas,quę ſervando ſervari poſſunt *vol* 3.*d.*9.*l.*bbb.4.*vol.*3.*d.*13.*l.*N.2.

pro Dote conſervanda fidejuſſio non valet, pignus tamen dari poteſt *volum.*4. *d.*27.*l.*N.2.3.*d.*34.*lit.*II.2.3. *volum.*5.*d.*35. *l.*Z.2.3.

Dotali pecunia res emptas dotales fieri verius eſt *vol.*4. *d.*30.*l.*Z.3.*volum.*7.*d.*4. *l.*m.3.

Dotem amittit maritus uxorem in morbo negligens *vol.*6.*d.*2.*l.*L.2.

Dotis favore intervenit ſtipulatio, eaque ficta eſſe putatur *vol.*5.*d.*6.*l.*kk.3.

Dotis repetendæ privilegium uxor, ſi moriatur, transmittit ad heredes deſcendentes, non aſcendentes, multo minus collaterales, nec mulier hoc jus alteri poteſt cedere: ubi pulchrè *vol.*5.*d.*7.*l.*mm.4. nn.1. ubi vide quomodo poſſit cedere, non quidem privilegium, quo præfertur anterioribus hypothecis, ſed tacitam hypothecam, & actionem pro dote *ibid.* *vol.*7.*d.*4.*l.*o.2.3.

Dos vivente adhuc patre peti poteſt *vol.*5 *d.*14.*l.*lll.2.

Dos ſuccedit in locum legitimæ, ideò vix filiæ auferri poteſt *vol.*5.*d.*14.*l.*lll.4. vide in verbo Filiæ,& Pater.

Dos, uti legitima, augebitur, ſi Patris facultates poſtea creſcant *volum.*7.*diſp.*2. *l.*h.2.

Dos pro facultate matrimonii,liberorum numero, dignitate mariti, & conſuetudine loci conſtituitur *volum.*5 *d.*14. *l.*lll.4.

Dotis actio eſt bonæ fidei,& niſi ſtatim reſtituatur, aut detur, conſtituit debitorem in mora *vol.*6. *d.*13.*l.*Xxx.1. ubi & alia vide ad hanc actionem pertinentia *vol.*6.*d.*13.*l.*Xxx.1.

pro Dote in dubio ſemper eſt pronuntiandum *vol.*7.*d.*4.*l.*o.1.

Dotis cauſa nullam quovis prætextu retentionem,ſive retardationem admittit *vol.*7.*d.*1.*l.*c.1.

ob Dotem promiſſam, ſed non ſolutam maritus uxorem ædibus expellere non poteſt *volum* 5.*diſp.*16.*l.*ppp. in Corollar.

Dotis nomine fidejuſſor obligari, ac conveniri poteſt, ſi ultrò à marito ſit oblatus: nam ſolummodo prohibitum eſt cogere maritum ad dandum fidejuſſorem. Sic pignus à marito uxori pro dote datum tenet *vol.* 5. *d.* 35.*l.*Z.2.3.

Dotis nomine uxor, non ſolum fidejuſſorem accipere, & petere, ſed ipſam dotem repetere poteſt,ſi maritus ad notoriam vergat inopiam *vol* 5.*d.*35.*l* Z.3.

Dotare tenetur pater filias ſuas pro ratione facultatum,& dignitate mariti,officioque judicis ad hoc compelli poteſt *vol.*5.*d.*35.*l.*Z.3.

Dotalia pacta vel ante, vel poſt celebratas nuptias interponi poſſunt, quorum alia pertinent ad voluntatem, alia ad jus: illa generaliter, & omnino ſunt ſervanda, hæc verò ita demum,ſi cauſam

dotis

Digitized by Google

dotis reddant meliorem, non ſi deteriorem *vol.6.d.4.l.*Kk.2.

Do tibi, ut des, do tibi ut facias; Facio, ut des, facio, ut facias, ſunt contractus innominati, ex quibus omnibus actio præſcriptis verbis oritur *vol.2.d.21.l.*Z.2.4.

Do, ut des, contractus tum celebratur, ſi rem aliquam præter pecuniam numeratam (qua interveniente, emptio, venditio contrahitur (do, ut rem recipiam, unde civilis obligatio ad id, quanti intereſt, naſcitur, & periculum rei, quæ mihi contra danda eſt, ad me tranſit *volum.2.d.21.l.*Z.4.AA.1.

Do, ut facias, contractus eſt innominatus, cùm vel rem do, ut aliquid facias, vel pecuniam quidem do, tale autem factum ſit, quod locari non ſolet, ex quo naſcetur vel civilis actio in hoc quod mea intereſt, vel ad repetendum condictio *vol.2.d.21 l.*AA.1.

in Dubio id ſpectari ſolet, quod fieri ſolet, aut plerumque evenire *volum.1.d.15.l.*K.2.3.*vol.5.d.10.l.*xx.1.

in Dubio omne malè factum pravè, & injuſtè præſumitur actum *volum.2.d.24.l.*GG.1.

in Dubio actus geſtus præſumitur geſtus ab eo, qui eum gerere debuit *volum.5.d.4.l.*dd.2.

in Dubia re benigniorem ſequi interpretationem juſtum, & tutum eſt *volum.2.d.24.l.*GG.3.*volum.5.d.42.l.*BBB.2.*d.49.l.*EEEE.4.FFFF.1.HHHH.2.3.*vol.6.d.19.l.*Vuuu.1.

in Dubio favorabilior ſententia amplectenda eſt *vol.5.d.42.l.*BBB.2.

in Dubio ſemper pro libertate judicandum eſt: item pro dote: in pari item cauſa judicandum eſt pro poſſeſſore, pro ro, pro ea ſententia, quæ eſt humanior, & propter quam res valet, & non petit: hinc inferunt Dd. ſi ſit dubium an aliquis libellus, vel teſtamentum, vel inſtrumentum, vel matrimonium valeat, illa opinio ſuſtentari debet, quæ eſt pro libello, teſtamento &c. *vol.5.d.49.l.*EEEE.4.FFFF.1.

in Dubio deferendum eſt appellationi, & pronuntiandum appellationem non eſſe deſertam *vol.1.d.8.l.*ii.2.

in Dubio ſtandum eſt regulæ juris *vol.5.d.49.l.*FFFF.4.

in Dubio verba ſecundum tempus præſens intelligenda ſunt *vol.5 d.10.l.*xx.1.

in Dubio omnis lex, omniſque diſpoſitio intelligi debet benignius *vol.5.d.49.l.*GGGG.

in Dubio favor præponderat, & attendi à judice debet *vol.4.d.49.l.*HHHH.2.3.

in Dubio contra collectarum onera, pro immunitate pronuntiatur *vol.1.d.4.l.*z.3.

Dubitans, & ignorans in uſu juris æquali paſſu ambulant. *volum.6.dup.19.l.*Tttt.1.

Dubium ſi quid eſt, tunc id patum eſt aptum, ad tollendam ambiguitatem *vol.6.d.19.l.*Tttt.1.

Duellum inter Principes, quò ſummam rei definiant, & hoc modo pacem acquirant, licitum non eſt *vol.1.d.7.l.*B,1.*d.14.l.*G.3.*vol.4.d.1.l.*)( )(.4.*d.2.l.*g.3.*vol.5.d.2.l.*n.3. ubi hoc affirmatur.

Duellum dicitur quaſi duarum partium bellum. Eſt igitur duarum partium citra belli formam dimicantium pugna: non duorum hominum, tunc enim non duel-

duellum,ſed Monomachia dicitur. Hoc duellum licet in conſuetudinem, legem, aut ſtatutum alicubi venerit, omne tamen jus divinum, canonicum, gentium, & civile nigro idem notant lapillo. Et eſt judiciale, vel extrajudiciale. Judiciale eſt, quod in cauſis controverſis plenis deficientibus probationibus, litigatores eo pacto ineunt,ut victor illo in duello ſuam intentionem ea ipſa victoria probare dicatur, ſed illicitè ſuſcipitur ab injuriam paſſo,nec juſtè acceptatur à provocato, in tantum,ut hujuſmodi hominibus Eucharistiam denegandam dicat Lancellotus,imo in duello mortuos inſepultos relinquendos ſtatuat Alciatus. Itaque nec ſtatuto, nec conſuetudine introduci poteſt duellum: ſin conſuetudo, vel conſtitutio id concedat tanquam irrationabilis, & injuſta non erit attendenda. De facto tamen id à nobilibus, & militibus in defenſione honoris,& purgatione injuriæ,vel criminis committi ſolet: verum duellum exercentes inter homicidas voluntarios recenſentur *vol.1.d.14.l.G.3. vol.2.d. 21.l.AA.4 d.23.l.CC.3.d.24.l EE. 4. vol.4.d.2.l.g.2.3. d.9.l.ss.4. vol.5.d.19. l.zzzz.2.*

In Duello tres ſpectantur perſonæ: ut Perſona judicis indicentis duellum ex cauſa, provocantis, & provocati. Rejiciuntur igitur infames, aut ſcelere, vel turpitudine vitæ inquinati, Spurius,non vero legitimatus, & ii, quorum non intereſt,ſemel in duello victus,quod tamen non debet intelligi de armillato, devicto, pugnante gloriæ,& virium oſtentationis gratia: ætas autem legitima eſt ad pugnam ab anno 25 ad 60 *vol.1.d.14.l.G.3.* de Duello plura,& ſpecialia vide *vol.1. d.14.l.G.2.* per tot.

Duntaxat verbum eſt, quod omnem extenſionem prohibet, & omnia præter expreſſa excludit, atque negationem ad omnes alios caſus continet *volum.2. d.6. l.pp.3.*

Dux exercitus in bello,ut idoneus ſit, maximè omnium requiritur,cujus partes ibi vide *vol.5.d.19. l.aaaaa.2.*

Duces à ducendo exercitu dicti ſunt, ut etiam Germanicè Hertzogen *vol.5. d. 41.l.ZZ.4.*

E.

EBrietas eſt inſania voluntaria naturam debilitans, ingenii aciem tollens, animum libidinoſum reddens, & multifariam Remp.offendens *vol.4.d.22. l.zzzz.2.*

Ebrietatem tamen Germanis Carolus V.prohibere noluit *vol.7.d.10 l.uu.2.*

Ebrius, ſi talis,mentis non ſit compos, non obligatur in contractu, nec matrimonium contrahit,idem valet in verbalibus, & levioribus injuriis, modò poſt crapulam pœniteat *vol.4. d.22.l.zzzz.2.*

Ebrius furioſo comparatur: igitur ſi homicidium in profunda ebrietate committat,non punietur ordinaria pœna *vol. 4.d.22.l.zzzz.2.*

Ebrii in delictis non puniuntur pœna legitima gravi,ſed extra ordinem mitiori, gravius tamen, vel levius pro modo delicti, quod admiſſum eſt *vol.2. d.22.l. BB.4.d.25.l.II.1. vol.4.d.22.l.zzzz.2.d.27. l.M.1.vol.5.d.9.l.rr.2.*

Ebriorum pacta in ebrietate facta,ob conſenſus defectum non valent *vol.5. d.33. l.T.2.*

Eccleſiaſtica exemptio ex Jure Canonico eſt, ubi Sacerdotes juridicis Principum ſedibus, tributis, captura, regimine, muneribus eximuntur *vol.2.d.3.l.*h.5.

ad Eccleſiæ inſtaurationem tenetur populus, ſi conſuetudo eſt, ſed cum hæc non apparet, ea fieri debet de portione Eccleſiæ fabricæ deputata, ſi hæc non ſufficiat, tunc Rector, & beneficiati Eccleſiæ, ſecundum quod ibi percipiunt, conferre debent, quod ſi & hi non ſufficiant, tunc Parochiani, qui ibidem divina percipiunt, in ſubſidium tenentur *vol.1.d.4.l.*Y.2.

Eccleſiarum in Regnis ſuis ſitarum Reges, & Principes ſunt defenſores, & Patroni *vol.6.d.3.l.*S.4.T.1.2.3.

Eccleſiam, & Religionem quilibet Magiſtratus in ſuis Ditionibus ſummo ſtudio defendere tenetur *vol.6.d.3.l.*T.2.

Eccleſiæ extructio, & fundatio patronis non proprietatis tribuit dominium ſed ſolùm ſervitii; & protectionis imponit ſolicitudinem *vol.6.d.3.l.*Ff.4.

ſi Eccleſiæ cuipiam privilegium exemptionis detur, extenditur id ad omnes adjacentes, ſeu ſub ea comprehenſas Eccleſias *vol.2.d.3.l.*k.2.

Eccleſia profanorum bonorum emptione ditata, immunitatem non meretur *vol.2.d.3 l.*k.2.

Eccleſiæ res alienari nequeunt niſi certâ formâ ac modo, certiſque de cauſis jure expreſſis: quòd tàm ſtrictè ſervari voluit Paulus ſecundus, ut nec infeudationem, nec contractum emphyteuticum prætarquam in bonis, & rebus in feudum, vel Emphyteuſin ab antiquo concedi ſolitis, ac niſi cum evidenti Eccleſiarum utilitate permiſerit *vol.2.d.9.l.*sSs.1.*vol.4.d.2.l.*m 2.*vol.5.d.*30.*l.*H.2.3.

Eccleſiaſticæ res in feudum novum dari poſſunt, etſi aliàs inveſtiri non ſolitæ, debitis tamen adhibitis in his ſolennitatibus: excipiuntur res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, & decimæ *vol.2.15.l.*I.4.*d.*18.*l.*S.4.*d.*31.*l.*QQ.1.*vol.3.d.5.l.*dd.2.*vol.5.d.*42.*l.*FFF.1.*d.*44.*l.*QQQ.4.

Eccleſiarum Prælati conditionem Eccleſiæ deteriorem facere prohibentur, niſi Capituli conſenſus adſtet *vol.2.d.*18.*l.*S.3. *vol.5.d.*30.*l.*H.3.

Eccleſiaſtica res inveſtiri ſolita dicitur, quæ bis inveſtita eſt *volum.2. dup.*31.*l.*QQ.1.

Eccleſiæ, ſtatuæque Principum ſunt ſanctæ, quò qui confugiunt, inde trahi non poſſunt *vol.2.d.*28.*l.*NN.3.

in Eccleſia clamores, & conventicula ſunt capitalia *vol.2.d.*28.*l.*NN.4.

Eccleſia authoritati Epiſcopi, in cujus territorio ſita eſt, ſubjacet *vol.6.d.3.l.*Ff.3.

nec Epiſcopo præjudicatur, etſi talis Eccleſia ab ipſa ſtatim fundatione à Pontifice ſit in protectionem recepta *ibid.*

de Eccleſiis jura loquentia, ſi nihil ſpecialitatis continent, etiam in aliis locum habere poſſunt *vol.6.d.3.l.*Ff.4.

Eccleſia ob delictum Clericorum authoritate ſuperioris dirutâ, omnia ejus privilegia cenſentur amiſſa *vol.6.d.3.l.*Ii.2.

Eccleſiæ ſucceſſor mortuo Prælato, qui ſine nova apprehenſione poſſeſſionem nomine Eccleſiæ continuat, interdicto *uti poſſidetis* contra turbantes experiri poteſt *vol.3.d.3.l.*q.2.

Eccleſiæ nocivus Anteceſſoris contra[illegible] valet *vol.3.d.*[illegible] 3.

in Ec-

in Eccleſiaſticis quibuscunque alienationibus ſolennitates neceſſariæ requiruntur: ſcilicet habito prius tractatu diligenti, conſenſu totius Capituli, inſertis nominibus Capitularium, eorundemque ſubſcriptione, & authoritate interveniente, ſive confirmatione ſuperioris ſcilicet Epiſcopi loci, cujus ſolius authoritas ſufficit *vol.3.d.6.l.*tt.2.

in Eccleſiaſticarum rerum, aut jurium ſpiritualium controverſiis judex Eccleſiaſticus in petitorio competens eſt *vol.3.d.6.l.*tt.2.

Eccleſiaſticarum, aut piarum rerum favor major eſt, quàm fiſci *volum.7.d.1.l.*b.4.

Eccleſiaſticarum rerum tractatio, & alienatio Magiſtratui politico non niſi cum myſterio commiſſa eſt, *volum.7.d.1.l.*b.4.

Eccleſiaſticarum rerum alienatio ſingularia multa requirit. Itaque bona Eccleſiaſtica non niſi maximis cum ſolennitatibus, & quidem certis tantùm in caſibus alienari poſſunt *vol.4.d.5.l.y.4.*

Eccleſiæ res immobiles alienari poſſunt: primò propter debitum, quod ex fructibus diſſolvi nequit: ſecundò, propter redemptionem captivorum, vel ſuſtentationem pauperum tempore annonæ caræ: tertiò, propter utilitatem publicam, ubi aut venduntur res, quæ ſervando ſervari non poſſunt, aut quia magis oneri, quam emolumento ſunt Eccleſiæ *vol.4.d.5.l.*y.4.

Eccleſiaſticæ alienationes omnes in ſcriptis fieri debent *vol.7.d.3.l.*k.1.

Eccleſiæ res ob benemerita alienari poſſunt, id eſt, alicui remunerationis loco dari *vol.4 d.5.l.y.4.*

Eccleſiaſtica bona alienandi modus, pro bonorum qualitate varius eſt. Nam eorum, quæ ſervando ſervari non poſſunt, alienatio ſolennitatem nullam requirit: ea verò, quæ ſervando ſervari quidem poſſunt, ſed parùm quidem utiles Eccleſiæ, vel etiam exiguè ſunt, ſolus Epiſcopus diſtrahere poteſt: quæ autem ſervando ſervari queunt, & magni præjudicij ſunt; ſine Cleri conſenſu aliiſque ſolennitatibus diſtrahi ab Epiſcopo nequeunt, quaſdam ibi vide. *volum.*4. *dup.5.l.*y.4.z.1.

Eccleſiaſticæ cauſæ ad forum ſæculare trahi non poſſunt, ita ut Judex civilis ne quidem de incidenti Eccleſiaſtica cauſa cognoſcere poſſit: ergò ſemper à Judice Eccleſiaſtico terminari debent, adeò, ut nec conſentiente Epiſcopo Clericus Juriſdictionem ſæcularis Judicis prorogare poſſit *vol.* 4. *d.* 23. *l.* B.2.C.4. *vol.5.d.*15*l.*000.1. *d.* 30. *l.*C.3. vide in verbo Clerici.

Eccleſiæ etiam privatæ ſuum Fiſcum habent, ſuoſque Curatores *volum.6.d.6.l.*Rr.3.

Eccleſiæ miniſtro ſi ab auditoribus annuum ſalarium ſit numerandum, hoc ſecundùm proportionem Geometricam, non Arithmeticam eſt expediendum *vol.5.d.*10 *l.*uu.3.

Eccleſiaſtica Collegia plurima ſunt, igitur ſtatuta condere poſſunt, quæ ſine licentia Epiſcopi, quædam non. *vol.6.d.5.l.*Oo.2.

Eccleſiæ res ſpatio 40 annorum præſcribi poſſunt *vol.5.d.*30*.l.*H,3.

Digitized by Google

Eccleſia, & Reſpubl. comparantur, & jura Eccleſiarum dicuntur publica *vol.* 5. *d.* 39. *l.* NN. 3. 4.

Eccleſiaſtici à ſanguinis judicio arcentur *vol.* 1. *d.* 2. *l.* l. 2. *d.* 11. *l.* x. 3. vide in verbo Clerici.

Eccleſiaſtici partes Imperii optimè implent: hinc inter Principes Imperii jure numerantur, Regalia habent, ſed non conſiderantur ut purè Eccleſiaſtici, ſed ut Principes Imperii. Hinc onera Imperii portant, & Collectas ſolvunt, homagium, ut alii Imperatoris Vaſalli, præſtant, conveniunt, & conveniuntur in Camera, & ibidem ad pœnam ſanguinis, & vindictam agere poſſunt, appellaturque ab ipſis ad Cameram, non Romam, indicta aliquoties centum marcarum mulcta. *vol.* 2. *d.* 3. *l.* g. 1. 2. *d.* 4. *l.* t. 4. x. 4. z. 3. *d* 6. *l.* kk. 1. *d.* 9. *l.* tTt. 2. 3. *d.* 13. *l.* y. 4. *vol.* 4. *d.* 2. *l.* l. 2. *d.* 5 *l.* q. 4. *d.* 6. *l.* cc. 3. *d.* 8. *l.* ff. 4. *d.* 17. *l.* ffff. 1. 2. *d.* 19. *l.* pppp. 3. *vol.* 5. *d.* 2. *l.* g. 2. *d.* 17. *l.* yyy. 1. gggg. 4. *d.* 18. *l.* xxxx. 3. *d.* 21. *l.* eeeee. 4. ggggg. 1. *d.* 23. *l.* ppppp. 4. *d.* 24. *l.* ttttt. 4. *d.* 29. *l.* rrrrrr. 3. *d.* 30. *l.* B. 1. *vol.* 6. *d.* 2. *l.* G. 1. 2. *d.* 3. *l.* Z. 4. *vol.* 7. *d.* 9. *l.* nn. 3. à Ludovico primo regalibus primò donati dicuntur: inter eos recenſentur quoque Magiſter ordinis Teutonici, Joannitarum; Commendatarii quidam Provinciales, Collegia quædam Canonicorum libera *ibid.*

Eccleſiaſtici Principes immediatè Imperio ſubjecti, ſi deliquerint, privantur à Cæſare beneficiis, Regalibus, & Privilegiis: Nam ulteriorem pœnam illis Cæſar irrogare non poteſt *vol.* 2. *d.* 4. *l.* x. 4. z. 3. *d.* 18. *l.* R. 4. *volum.* 5. *d.* 30. *l.* A. 4. *vol.* 6. *d.* 1. *l.* B. 2. 3.

Eccleſiaſticis Principibus Primas inter Principes Imperii detulit Ottho Primus, ſeu Magnus *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Gg. 1.

Eccleſiaſtici Principes Regalium ſuorum inveſtituram à Cæſare petere, & accipere debent *vol.* 2. *d.* 6. *l.* pp. 3. 4. *d.* 9. *l.* rRr. 1. *d.* 13. *l.* y. 4. *vol.* 4. *d.* 17. *l.* eeee. 3. 4. *& ſeqq.* *vol.* 5. *d.* 23. *l.* qqqqq. 1.

Eccleſiaſtici prælati regias illas dignitates à Ludovico Pio acceperunt *volum.* 6. *d.* 3. *l.* Gg. 1.

Eccleſiaſtici, præſertim Sacerdotes, ſancti, & inviolabiles ſunt, plena ſecuritate gaudent, & in ſpeciali Salvaguardia, & protectione Principis eſſe ſolent *vol.* 2. *d.* 7. *l.* kKk. 2.

Eccleſiaſtici dum ſacra faciunt, in jus vocari non poſſunt, ſic nec arreſtari, nec capi à Laicis ſub pœna excõmunicationis, & qui illos violaverint, graviſſimè puniuntur: quæ omnia tamen procedunt, dummodò Eccleſiaſtici rebus divinis, uti par eſt, vacent; Vacantes enim à divinis officiis Eccleſiaſtici, eorum privilegiis non gaudent. Sic immunes ſunt à pignorationibus, ab actione pulſatorum beneficium competentiæ, à vectigalibus, & quidagiis *vol.* 2. *d.* 7. *l.* kKk. 2. 3.

Eccleſiaſtici ſe ſæcularibus negotiis immiſcere non debent, etſi eorum peritiam habere debeant, ut ſua tutela Eccleſias ſervent indemnes *vol.* 2. *d.* 7. *l.* kKk. 2. *d.* 22. *l.* BB. 1. *vol.* 6. *d.* 2. *l.* G. 1. *d.* 3. *l.* S. 3. X. 3. Z. 4. *d.* 16. *lit.* Eeee. 4. id de privatis intelligendum, qui regulariter nec territorium habere, nec ſæcularia negotia tractare poſſunt *vol.* 7. *d.* 9. *l.* nn. 3.

Eccleſiaſticis armorum uſus interdictus eſt *volum.* 6. *d.* 3. *l.* Dd. 3.

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiaſtici ſuos à vi etiam armis defendere tenentur *volum.6.d.3.l.*Dd.3.

Eccleſiaſticis alios opprimere volentibus armis reſiſti poteſt *vol.6.d.3.l.*Dd.3.

ſub Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum protectione dicuntur eſſe non Clerici ſolùm, ſed peregrini ii, qui voto concepto religionis ergò proficiſcuntur, iisdemq; privilegiis gaudent: imò litibus, dum votum peragunt, implicari non poſſunt, & jus domum revocandi habent, ipſorumque teſtamenta etſi non ſolennia, valent *vol.2.d.7.l.*kKk.3.

Eccleſiaſticis Principibus feuda ſua per annulum, & baculum, aut ſceptrum conferri conſueverunt *vol.2.d.15.l.*K,2.

Eccleſiaſtici, ſi immediati Status Imperii, & Principes ſint, ad pœnam banni ſuper turbata pace publica, accuſationem inſtituere poſſunt *vol.2.d.*18.*l.*S.1.

Eccleſiaſtica poteſtas à ſæculari ſeparata eſt, neque fas eſt Eccleſiæ in terris Imperium tenere, neq; Imperatori Thymiamatum, & ſacram poteſtatem habere *volum.3. diſp.5. lit.*bb.4. vide in verbo Poteſtas.

ad Eccleſiæ defenſionem qui ſe juramento obſtrinxit, ſi ob magnam difficultatem ei ſubvenire nequeat, reatum perjurii non incurrit *vol.6.d.3.l.*Dd.2.

Eccleſiæ incaſtellatio, id eſt, fortificatio laicis graviter interdicta, ſolo neceſſitatis caſu excepto *vol.6.d.3.l.*Gg.3.

ſi de Eccleſiæ libertate quoad jurisdictionem inter Eccleſiaſticum, & Sæcularem contentio ſit, tum judex Eccleſiaſticus cognoſcit *vol.3.d.5.l.*ff.2.

Eccleſiaſtici Principes, vires Germaniæ exhauſerunt *vol.4.d.1.l.*)()(.1.2.

Eccleſia eſt in Republica, non Reſp. in Eccleſia *vol.4.d.19.l.*oooo.4. *vol.6.d.3.l.*T.1.

Eccleſia ſi in limite Diæceſium duorum Epiſcoporum ſita ſit, utriuſque jurisdictioni ſubjecta eſt, ita ut vel pacificè altero alterum præoccupante eam adminiſtrent, vel alternis vicibus de illa diſponant *vol.5.d.11.l.*ddd.2.

Eccleſiaſticus Princeps ſi religionem mutet, dignitatem Eccleſiaſticam, & Principatum abdicare debet *vol.5. d.29. l.*rrrrrr.3.

Eccleſiaſtica jurisdictio defendenda eſt, nullatenus tamen injuſtè: etiamſi Eccleſię defenſio jurato eſſet promiſſa *vol.6. d.3.l.*Cc.4.

Eccleſiaſtica jurisdictio Catholicorum Epiſcoporum in Proteſtantes nunc ſuſpenſa eſt per pacem religionis, ita ut Epiſcopi nullam amplius ſacram jurisdictionem in Proteſtantes exercere poſſint *vol.5.d.30.l.*C.2.3.4.

Eccleſiaſtica jurisdictio præcipuè conſiſtit in cognitione cauſarum ſpiritualium, quæ ſunt præcipuæ cauſæ juramentorum, uſurarum, matrimonii, decimarum, juris patronatus &c. in quibus Clerici ſunt judices competentes, non laici: ſed contendunt Proteſtantes, has cauſas ad Principes ſæculares pertinere *volum.5. d.30.l.*C.2.3. vide in verbo Epiſcopus.

Eccleſiaſtica jurisdictio in ſubditos, qui privatim Auguſtanæ confeſſioni addicti ſunt, exerceri merito poteſt *volum.5. d.30.l.*C.4.

de Edicto invenies in materia Poſſeſſionum.

Effectus debet regulari ſecundum

ſuam cauſam *volum.5.d.32.l.*P.*3.vol.7.d.4.* *l.*r.2.

quæ ad Effectum unum inducta ſunt, non debent contrarium ejus operari *vol.* 4 *d.*31.*l.*AA.3.*volum.*6 *d.*18.*l.*Rrr.3.*vol.*7. *d* 4.s.2.

Effectui modus deſtinatus non curatur, ſi huic modo contrarius accedat, dummodò per contrarium modum habeamus effectum *vol.*4.*d.*31.*l.*AA.3 *vol.*5. *d.*10.*l.*tt.1.2.

Electio in loco conſueto, & per legem ad hoc determinato fieri debet, videlicet in cathedrali Eccleſia, aliâs nulla eſt *vol.*2. *d.*6.*l.*kk.3.*d.*9.*l.*rRr.1.

Electio communiter duarum, vel tertiarum præſentiam requirit, uti & omnis actus collegialis *vol.*2.*d.*6.*l.*kk.4.

in Electionis termino, & fine à lege ſtatuto nedum pauci, ſed unus de collegio eligere poteſt, cum jus collegii etiam penes unum maneat, ſi reliqui vel inhabiles, vel abſentes, vel mortui ſint *vol.*2. *d.*6.*l.*kk.4.

in Electione non minus pretii promiſſio, quam ſolutio prohibita eſt, tamque hæc, quàm illa eam nullam reddit, in tantum, ut ſi vel unus ſolus pecuniam acceperit, tota electio nulla reputetur *vol.*2. *d.*6.*l.*ll.3.

in Electione majoritas, ſeu pluralitas numeri, & votorum, non ſanioritas attenditur *vol.*2.*d.*6.*l.*ll.4.*d.*9.*l.*rRr.1.*vol.*4. *d.*1.*l.*)()(.4.*vol.*6.*d.*3.*l.*Y.3.

Electio, quando pertinet ad eligentes uti ſingulos, tunc non ſufficit majoris partis conſenſus, ſed omnium requiritur, quando verò ſpectat uti ad univerſos, tunc major pars rectè eligit *volum.*2.*d.*6. *l.*mm.1.

Eligentium ſi quis cœptæ electioni ſuperveniat, ita ad eam admittitur, quo in ſtatu eam invenit *vol.*2.*d.*6.*l.*mm.1.

Eligere ſeipſum nemo poteſt, præſertim ſi primus votum ferat *volum.*2.*diſp.*6. *l.*mm.2.

Electio eſt actus legitimus, qui non recipit diem, vel conditionem, & votorum ſcrutatores plures de ipſo collegio aſſumuntur, qui reliquorum vota requirant, & ſi unus ſaltem non requiratur, Electio nulla evadit *volum.*2.*diſp.*6.*l.*mm.4.*d.*9. *l.*rRr.1.

in Electione abſentes de Capitulo vota ſua per literas jure communi dare non poſſunt *vol.*2.*d.*6.*l.*mm.4.*volum.*6.*d.*16. *l.*Cccc.4.

in Electione Decanus Capituli primam vocem habere debet *volum.*2.*diſp.*3. *l.*nn.1.

Electio Epiſcoporum, & Presbyterorum nihil eſt aliud, quàm perſonæ idoneæ ad Eccleſię vacans munus ſolennis optio, vel vocatio, & hæc fuit olim penes ipſos Apoſtolos, deinde ad Conſenſum Populi, & Cleri fuit translata, ſed ita ut licèt ille ab hoc non cogi, doceri tamen, & perſuaderi poſſet, atque ille hunc potius ſequeretur, quàm præcederet, aut duceret. Poſtea Monarchia Romana ad Chriſtianos Principes devoluta Cæſaris etiam conſenſus adhibitus: tandem ad Collegia Presbyterorum, ſive Canonicorum Capitula, ut hodie vocamus, in Eccleſiis Cathedralibus jus illud eligendi Epiſcopos cujuscunque gradus in ſolidum tranſiit, à quibus ſolùm eligi debent, Laicis omni poteſta-

Digitized by Google

poteſtate eligendi, ſeu electioni ſe immiſcendi jure Canonico præciſa, adeò, ut ne conſuetudine quidem immemoriali induci velint Pontifices, ut Principis, vel patroni conſenſus in Electione requiratur, niſi poſt factam demum electionem, aut niſi ſpeciale Pontificis privilegium intercesſerit: quale prætendunt inprimis Rex Franciæ, cui nunc abſolutè nominatio perſonę idoneę intra ſex menſes à tempore vacationis Romano Pontifici adprovidendum facienda: Deinde Rex Hiſpaniæ à longiſſima conſuetudine, ſicut Duces Pomeraniæ in Epiſcopatu Caminenſi: quorum tamen exempla ad conſequentiam trahi non poſſunt *vol.* 2.*d.*9.*l.*qQq.3.4.

Electio ex facto Electoris, & conſenſu, vel præſentia eorum, quorum intereſt, perficitur, in tantùm, ut ſi ſic juridicè non ſit facta, electus pro reprobato habeatur *vol.*6.*d.*3.*l.*Y.1.

Eligi in Epiſcopum debet idoneus, & hoc intra tres menſes à vacatione Eccleſiæ, & fit vel per modum ſcrutinii, vel per compromiſſum, quod rariſſimum, vel per inſpirationem, quæ prorſus ferè in uſu eſſe deſiit *vol.*2.*d.*9.*l.*rRr.1.

Electiva Regna triplicia ſunt, vel erenim deligitur Princeps ex omnibus, quæ electio liberi voti vocatur, & de quacunque domo vocatur, non civis modò, ſed & peregrinus. Secundò, aut ex certa tantùm ſpecie hominum Rex eligitur: tertiò aut ex domo, & ſtirpe regia neceſſariò debet ſumi Princeps. Verùm ut prioribus duobus modis Regnum conſtituitur merè electivum, ita poſterior ſucceſſionis quid cum electione commixtum habet, electione tamen prævalente *vol.um.*4 *d.*12. *l.*iii.4.

Electio regia legitimè facta eſt, quæ fit ſecundum leges, & Inſtituta, moresque Reip. illius, ubi Electió celebratur *vol.*4. *d.*12.*l.*kkk.1.

Electio eſt Imperii, & Regni conſequendi modus *volum.*5.*d.*17.*l.*xxx.3.*d.*28. *l.*cccccc.3.

Electio regia eſt, cùm Magiſtratus ſupremus ab iis, quibus poteſtas illa lege, vel conſuetudine competit, vel ad hunc actum commiſſa eſt, eligitur *volum.*5 *d.*17. *l.*xxx.3.

Electionem in regno meliorem eſſe quovis alio Magiſtratus, & Principis conſtituendi modo, multi authores contendunt *vol.*5.*d.*17.*l* xxx.3.*d.*24.*l.*ttttt.4.*d.*28. *l.*dddddd.2.3.4.

Electio fit vel à ſuperiore jure Majeſtatis, aut regalium, aut ab inferiore, ut vel ab omni populo, vel à Proceribus, & Optimatibus *vol.*5.*d.*17.*l.*xxx.3.4.

Electio Principum, & ſupremorum Magiſtratuum olim penes populum fuit, & nunc eſt in multis regnis, vel tacitè, vel expreſsè: expreſsè cum omnes, & ſinguli cives ſunt in numero electorum, ſuisque ſuffragiis Magiſtratum deſignant. Tacitè cum Proceres, Optimates, & Seniores nomine totius populi eligunt, quibus vel lege Imperii fundamentali, vel conſuetudine, vel quadam delegatione hasce partes eligendi populus committit: ut hodiè ſunt Septemviri in Imperio *volum.*5.*d.*17. *l.*xxx.4.yyy.1.

Electionem regiam populus ſibi eripi ægerrimè patitur, ſi eam antea habuerit, & pacta, quæ inter Reges de mutuâ ſucceſſione

ceſſione fiunt, parum curat, armisque ſuam cauſam protegit ſæpè *volum.5.d.17. l.yyy.2.*exempla *ibid.*vide.

Electionis modus cuique Reip.certus eſſe ſolet: generaliter tamen fit, vel per ſuffragia, ac vota, vel per ſortes. Vota ſunt vel planè libera, vel ad certos homines, certamve proſapiam reſtricta, & determinata *vol.5.d.17.l.yyy 2.d.28 l.*llllll.2.

Electio voti liberi eſt, cum licita eſt ſuffragatio, in quemcunque, ſive is ſit ejusdem, patriæque, ſive diverſæ nationis, aut conditionis, id eſt, ſive ſit civis, ſive ſit peregrinus, ſive è principum, & optimatum ordine, ſive è plebe ortus, modo Reip. utilis: ubi vide exempla *volum.5. d.17.l.*yyy.2.*d.*28. *lit.*llllll.2. vide etiam ſuperius.

Electio reſtricta eſt, quæ ex conventione regni, & populi ad certum perſonarum genus eſt alligata, lege conſtituta, qua perſonis eligendi jus eſt quæſitum, quod invitis ipſis ſine injuria, & fidei violatione populus adimere, & in alium transferre non poteſt: & electio hæc vel eſt alligata ad certum ordinem civium, vel ad certam nationem, vel ad certam familiam, & domum, & præſertim defuncti heredes: ubi exempla vide *vol.5. d.17.l.yyy.2.d.28.l.*llllll.2.

Eligitur aliquando etiam Princeps, aut ſupremus Magiſtratus ſorte, vel caſu fortuito, quæ tamen vix admittenda ſunt, niſi primò, ubi nec ratio, nec conſilium adhiberi poteſt: vel ubi duo, vel plures concurrunt virtute pares: exempla Regum, qui per ſortes ad Imperium pervenerunt ibi vide *vol.5. d.17. l.yyy.*1.2.3. *d.* 28.*l.*llllll.4.

Electiones certis legibus definiri, ritibusq; debent *vol.5.d.28.l.*llllll.3 4.

in Electione Pontificis ſe ipſum quis eligere poteſt. *vol.5.d.*28.*l.*llllll.4.

Electionẽ Pontificis olim habuit Cæſar *vol.5 .d.28.l.*mmmmmm.1. vide in verbo Cæſar.

Electionem Pontificis nunc habent Cardinales ſoli, & modum Electionis ibi vide *vol.5. d.28. l.*mmmmmm.1 2.

Electores Imperii Cæſarem eligunt ſoli, & electum juſtis de cauſis degradare, & deponere poſſunt. Eorum autem ſunt ſeptem. *vol.1.d.2.l.*o.1. *vol.2.d.3.l.*i.3. *d.*4.*l.*z.2.*d.5.l* gg.4.*d.6.l.*ii.2.*d* 7.*l.*eEe.3. *vol.*4.*d.*1 *l.*)( )(3.4.*d.*6.*l* bb.3.*d.*1 2.*l.*kkk. 1.*d* 19.*l.*mmmm.2.3. pppp.2. *vol.5.d.*17.*l.* yyy.*d.*23. *l.*ooooo.2. ppppp.3.4. *d.*24. *l.* ttttt.4. uuuuu.3. *d.*28. *l.*mmmmmm.2.3. *d.*29.*l.*qqqqqq.4.*vol.6. d.3. l.*S.1. Igitur Cæſarem ſummus Pontifex deponere non poteſt *ibid.*

Electoribus privilegium datum absq; provocatione judicandi, ſed id non utendo in fumum abiit: itaque qui ita judicant, nunc aliis titulis nituntur *vol.1. d.* 8.*l.*pp.2. *vol.2.d.4. l.*z.2.*d.6.l.*tt. ubi vide de Prætorio Rotvvilenſi *ibid. vol.5. d.*10. *l.*uuuu.2.3. *vol.4.d.*17.*l.*gggg.4.*d.*23.*l.*c.3.

Electores ſunt regia dignitate, habent ſupremam jurisdictionem, jura Majeſtatis, & alia regalia, utuntur plenitudine poteſtatis, nec obligantur legibus in ſuis territoriis, poſſuntque jura communia, inconſulto Imperatore tollere: p̃cipua dignitate, & columnæ Imperii ſunt; nec ſub minorum Principũ nomine comprehenduntur *vol.2.d* 4.*l.y.*4.*z.*2.3.4.*d.6.l.*hh.2. *d.7.l.*fFf.2. *d.*13.*l.*β.3. *vol.4.d.2. lit.*l.1.*d.*3. *l.*n.2.

Digitized by Google

l.n.1. d.5 l.r.2.3. d.6 l.bb.3. d.10 l.bbb.4. d.17. l.gggg.4. vol.m.ſ.d.12. l.hhh.2 d.19. l.aaaaa.3.d.23. l.ppppp.3. d.24. lit.ttttt.4. uuuuu.1.d.29.lit.qqqqqq.4. ſunt membra capiti proxima, Nobilia Imperii fulcra, Proceres, ſacrum ædificium, circumſpectæ prudentiæ, pietate ſuſtentantes, quorumque præſidio dextera Imperialis potentiæ roboretur vol.7.d.9.l.nn.1.

Electores ſub Othone III. Cæſare inſtitutos ajunt plerique, & JCti, & Politici, & Hiſtorici: alii hoc ad Fridericum II. & Gregorium X. referunt, id diſputatur à multis, an Pontifex ſolus, an verò Cæſar hanc conſtitutionem fecerint? vol.2. d.4. l.z.1. d.6.l.ii.3.4. vol.4.d.1.l.)()(.3.4. d.2.l.l.1.d.5. l.r.3. d.10.l.bbb.4.d.12.l.kkk.1.d.16.l.xxx.1.d.19.lit.pppp.2.3.vol.5.d.23. l.ttttt.4 d.28 lit.mmmmmm.2.3.diſp.29. l.qqqqqq.4.

Electores Eccleſiaſtici à Cæſare nepotes, ſæculares cognati appellantur vol.2. d.4.l.z.2.

Electores habent jus Archivi, & creandi Notarios, qui in ipſorum territoriis valeant: in quos item crimen læſæ Majeſt. cōmittitur vol.2.d.4.l.z.2.vol.4.d.6.l.bb.3.

Electores Eccleſiaſtici decedentes Capitulo reſignant, à quo alius in vacantis locum eligitur. Hic ita electus promiſſa fidelitate Regalia à Cæſare accipere debet vol.2.d.4.l.z.3.

Electoribus hoc eligendi jus, non ut ſingulis, ſed ut toti Collegio competit, quod totius Imperii, & omnium Ordinum vices ſuſtinere perhibeantur: olim id ad totum populum pertinebat, nunc verò ad ſeptem ſolummodo Principes ſpectat volum.2.d.4.l.aa.4. volum.2.d.6.l.ii.3. vol.4. d.1.l.)()(.3.4. d.5.l.r.3.d.10.l.ccc.1. vol.5. d.23. l.rrrrr.3 d.24.l.uuuuu.1.d.28. l.llllll.3.4.d.29. l.qqqqqq.2.

Electores etiam tunc eligere Cæſarem debent, quando præceſſor, vel Monaſterium ingreditur, vel quovis modo imperialem dignitatē reſignat vol.2.d.6.l.ii.2.

Electores etiam tunc eligere debent, quando Cæſar ob juſtas cauſas removetur, abdicatur: ejus autem depoſitio non ad Pontificem ſummum, ſed Electores ſpectat volum.2.d.6.l.ii.2. volum.5.diſp.23. l.ooooo.2.

Electores vivo etiam Cæſare ad Regis Romanorū Electionem procedere poſſunt, modò ſubſit juſta cauſa, & Cæſaris adſit conſenſus: tamen ſocii Smalcaldici fœderis Electionem Ferdinandi Regis, Fratris Caroli V. diu impugnarunt vol.2. d.6.l.ii.3.d.18.l.S.4. vol.4.d.1.l.)()(.3.d.5. l.r.3.4.d.19.l.mmmm.3.

Electoribus non licet ſuas Ditiones herciſcere, ne minutim diſſectæ diſformentur vol.2.d.3.l.o.1.

Electores Pontifex ſummus libera eligendi poteſtate privare non poteſt, nec ullo modo eam illis adimere vol.2. d.6.l. ii.4. vol.4 d.6.l.bb.3.

in Electione Cæſaris, & convocatione ſeptemvirorum nullus Electorum omitti poteſt, ſin quis prætereatur, is ſolus, non alius factam electionem caſſare, & retractare. Itaque Moguntinus electionem faciendam omnibus intimare ritè debet, nec refert utrum Eccleſiaſtici Electores, ſeu Epiſcopi à Pontifice confirmati ſint, & is, qui prætermiſſus eſt, tamen ſi velit electionem factam ratificare poteſt volum.2.d.6.l.kk.1. volum.4.d.1.

l.)()()(.1.*volum.*5. *d.*23.*l.*rrrrr.2. *diſp.*24. *l.*uuuuu.1.2.

Electoribus omnibus ad intimandam ritè electionem patentes litteræ per nuntios à Moguntino mittendæ, nomen citantis, & citati inſerendum, tempus, quod eſt trium menſium, & locus, qui eſt Francofurtum, expreſsè aſſignandus, nec poteſt à Moguntino vel tempus reſtringi, vel locus mutari, niſi juſtiſſima ſubſit cauſa *vol.*2.*d.*6.*l.*kk.2.3. *vol.*5. *d.*23. *l.*rrrrr. 2.*d.*24.*l.*uuuuu.1.*d.*28.*l.*mmmmmm.4.

Electores ritè convocati vel in propria perſona, vel per procuratorem extraneum, qui non poteſt eſſe ex Collegis Principibus, comparere poteſt: nuncii tamen plenam, omnimodam, liberam, nec ad certam perſonam reſtrictam poteſtatem habere debent *vol.*2.*d.*6.*l.*kk.3. *vol.*4.*d.*1.*l.*)()()(.1. *vol.*5.*d.*23.*l.*rrrrr.2. & nullus Electorum votum ſuum per litteras transmittere poteſt *volum.* 6. *diſp.* 16. *l.*Cccc.4.

Electores, qui non comparent, pro pœna voce pro hac vice carebunt: quod ſi minor tantum pars compareat, ea tamen ad Electionem procedere poterit. Civibus autem Francofurtenſibus durante Electionis tempore duo injunguntur, ad quæ juramentum præſtant: primò, ſe omni ſtudio Electores protecturos, neminemq; præter taxatum Electorum comitatum in urbem admiſſuros, intromiſſosque abacturos, ſub pœna perjurii, amiſſionis omnium privilegiorum, & banni imperialis *vol.*2.*d.*6.*l.*ll.1. *vol.*5.*d.*23.*l.*rrrrr.2.

Electionis Cæſareæ initium, & juramentum, quod ab Electoribus præſtari debet: ejusque præſtandi formam vide *vol.*2.*d.*6.*l.*ll.1.2.3. nec hoc juramentum Electores ſibi invicem remittere poſſunt *vol.*4.*d.*1.*l.*)()()(.2.*vol.*5.*d.*23.*l.*rrrrr.3.

Electores ſe Cæſarem idoneum electuros jurant, id eſt, ratione qualitatum animi verum Chriſtianum, non paganum, non hæreticum, non tyrannum, non iniquum, ſed juſtitiæ obſervatorem, religioſiſſimum: non dementem, ſed prudentem, non abjectum, ſed magnanimum, paucis, omnibus in Principe requiſitis virtutibus decoratum. Secundò, idoneum ratione conditionis perſonæ, ut dignitatis ratione, ſtatus, ætatis, nationis nempe germanicæ, vide de hoc ultimo in verbo Cæſar *vol.*2.*d.*6.*l.*ll.2.3. *vol.* 4. *d.*1. *l.*)()()(.1.2. *d.*5.*l.*r.3. *vol.*5.*d.*23.*l.* rrrrr.3.4.*d.*28.*l.*llllll.3.4.

Electores ulterius jurant: vocemque meam dabo absque omni pacto, ſtipendio, precio, vel promiſſo, ſeu quocunque modo talia valeant appellari, ſicut me DEUS adjuvet. Hinc dans, vel promittens Imperio indignus eſt, accipiens verò & paciſcens, voce pro iſta vice carere debet *vol.*2.*d.*6. *l.*ll.3. *vol.*5.*d.*23.*l.*rrrrr.3.

Electores præſtito juramento ad Electionem ipſam procedunt, nec à modo ſeparantur, niſi prius major pars ipſorum Cæſarem elegerint: quod ſi infra 30 dies à die præſtiti juramenti, facere diſtulerint, ex tunc panem manducent, & aquam bibant. Electio autem collegialiter facienda eſt *vol.* 2. *d.*6. *l.*ll.4. *vol.*5.*d.*23.*l.* rrrrr.3.

Electores unum tantùm Cæſarem, non plures eligere poſſunt *vol.*2.*d.*6.*l.*ll.2. *d.*13.*l.*ß.2.

in Ele-

in Electione Cæſaris præferendus eſt potentior, ſi cætera paria ſint, aliàs ſapientior *vol.2. d.6. l.ll.3. vol.4.d.1.l.)()()(. 1.2.*

Eligendi jus ad Electores, non ut ſingulos, ſed ut totum Collegium ſpectat *vol.2 d.6 l mm.1. vol.4. d.1.l.)()(.4.*

ex Electoribus quis ſeipſum primo eligere non poteſt, ſed ſi alii eligant, tunc Electioni conſentire, & votum ſuum ſuperaddere poteſt *vol.2.d.6.l.mm.2.vol.5.d.23.l.rrrrr 4.d.28.l.lllll.4. volum.6.d.16.l. Cccc.4.*

Electorum ordo ſedendi *volum.2.d.6 l.mm.3. vol.4 d.1. l.)()(.3.4. vol.5.d.29. l. uuuuuu.4.*

Electorum forma, & ordo, vota, & ſuffragia ferendi: primum Treverenſis: 2. Colonienſis: 3.Bohemus: 4.Palatinus: 5.Saxo: 6.Brandenburgicus: 7.Moguntinus à reliquis requiſitus, ipſe enim ipſos inquirit, edit, *vol.2.d.6.l.nn.1.2.3. vol.4.d. 6 l.bb.3.d.19.l.pppp.2. volum.5. dup.28.l. mmmmmm.3.d.29.l xxxxxx.2.*

Electorum ſæcularium officia ſunt: Brandenburgenſis aquam, & Bohemiæ Rex potum Cæſari miniſtrat, Palatinus cibum adfert, Saxo Mareſchalli officium exercet, quibus abſentibus non Legati, ſed Vicarii hereditarii his officiis defunguntur *vol.2.d.6.l.nn.3.vol.4.d.19.l.pppp. 2. vol.5.d.29.l.rrrrrr.2.*

Electores in actibus omnibus ad ipſam Curiam ſpectantibus omnibus reliquis Principibus etiam Cardinalibus, & Rex Bohemiæ omnibus Regibus præferuntur *vol.2.d.6.l.rr.3. vol.4.d.2.l.l.1.*

Electoratus ſi vacet, tunc Cæſar de ipſo providere, & poterit, & debebit, tanquam de re ad ſe, & Imperium legitimè devoluta, ſalvis tamen Bohemorum privilegiis, per quæ in caſu vacationis jus Regis eligendi ipſis indultum eſt, nec prohibetur ea capitulatione Cæſar, qua Principibus promiſit ſe feuda Regalenſia Imperio aperta cum ipſo incorporaturum *volum.2.d.6.l.ss.2.d.8.l.oOo.4.d. 15.l.l.3.vol.5.d.23.l.rrrrr.1.d.31.l.L.3.*

Electores argentinarum, id eſt, minerarum omnis generis Regalia habent, quæ aliàs ſolius Cæſaris cenſentur *vol.2. d.6 l.ss.3.4. d.13.l.y.4.ε.1.*

Electores caſtra, & quævis alia bona Principibus, aliisve perſonis ſubjecta comparare, & in obligationem recipere poſſunt, ſic tamen, ut libera, ceu libera, feuda, ceu feuda teneant: ſed hoc tantum de feudis Imperialibus intelligi debet *vol. 2.d 6.l.tt.2.*

Electorum ſubditi conveniri alibi poterunt ratione rei alibi ſitæ, quod ſi etiam in alio loco delinquant, aut contrahant, ibique reperiantur, tunc quoque ibidem reſpondere tenebuntur *vol.2.d.6. l.tt.2.*

Electores abſque ſpecialis veniæ impetratione ſingulis annis pro ſalute, & incolumitate Imperii conventum agere poſſunt *vol.2.d.6 l.tt.4.*

Electores in partem curarum Imperatoriarum vocantur, adeo, ut ſine everſione legum Imperialium inconſulti præteriri non poſſint *vol.3.d.5. lit.cc.1. vol.4.d.2. l.l.1.d.15 l.uuu.2.*

inter Electores tres Archiepiſcopi ſunt, qui duplicem ſuſtinent perſonam, quâ autem Principes Imperii Electorum officio funguntur, unde Capitulum ſede

vacante non ſuccedit in his, quæ ipſis Electoribus competunt *volum.* 5. *diſp.* 23. *lit.* ppppp. 4.

Electores Eccleſiaſtici ſunt Moguntinus, Treverenſis, & Colonienſis: ille Germaniæ Archicancellarius, iſte Galliæ, hic Italiæ *volum.* 5. *d.* 23. *l.* ppppp. 4. *diſp.* 29. *lit.* rrrrrr. 1. 2.

Electores Eccleſiaſtici eligunt, & eliguntur, illud facere poſſunt, licèt nondum conſecrati ſint, vel infulati, uti ſimiliter, etſi à Cæſare nondum ſint inveſtiti *vol.* 5. *d.* 23. *l.* qqqqq. 1.

de Electoribus hæc movetur quæſtio, ſi in annum petendæ Inveſtituræ inciderit Electio Cæſarea, & Comitia ſint agenda, an neceſſe habeant indultum impetrare, ut admittantur: & negatur *volum.* 5. *d.* 23. *l.* qqqqq. 1.

Electores ſæculares ſunt Rex Bohemiæ, Comes Palatinus, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgicus *volum.* 5. *d.* 23. *l.* qqqqq. 1. 2.

Electorales dignitates ita Principibus, ac terris ſuis adhærent, ut ab iis ſeparari non poſſint *vol.* 5. *d.* 31 *l.* L. 3.

Electorum ſucceſſio ſic ſe habet, ut primogeniti ſoli in tanta dignitate ſuccedant, hocque deficiente ipſius filius excluſo patruo avi Electoris filio ſecundogenito, aut tertio genito &c. hi ſi defecerint, tunc ſenior frater, aut proximior ex agnatis ſucceſſionem arripiet, modò legitimi ſint. Primogeniti autem ſi pupilli, & minorennes ſint, tutela adminiſtrationis ad patruum proximum, aut agnatum defertur: nec hoc jus ſive ſucceſſionis, ſive tutelæ pater ullo modo, aut teſtamento invertere, aut annullare, aut in alium transferre poteſt *volum.* 2. *d.* 4. *l.* aa. 3. *d.* 6. *l.* rr. 3. 4. *d.* 8. *l.* nNn. 4. *per tot.* *d.* 20. *l.* X. 1. *vol.* 3. *d.* 14. *l.* P. 1. *vol.* 4. *d.* 1. *l.*)( )( )(. 2. *d.* 16. *l.* xxx. 1. 2. 3. 4. yyy. 1. 2. 3. 4. *& ſeqq.* *diſp.* 17. *lit.* gggg. 4. *d.* 19. *l.* pppp. 3. 4. qqqq. 1. *vol.* 5. *d.* 23. *l.* qqqqq. 3. 4. *d.* 28. *l.* hhhhhh. 1. oooooo. 2. *d.* 29. *l.* rrrrrr. 2. 3. *vol.* 6. *d.* 16. *l.* Bbb. 3.

in Electoratuum ſucceſſionibus magnæ ſemper turbæ, & confuſiones exortæ ſunt *vol.* 4. *d.* 16 *l.* xxx. 1.

Elector ad minus 18. annum habere debet, tunc enim plenè admittetur non tantùm ad Electionem, ſed etiam ad Principatus ſui adminiſtrationem: igitur ad eam ætatem habebit Curatorem ex agnatis proximiorem ſeniorem, nec huic Curatori alius teſtamento præferri poteſt *vol.* 4. *d* 19. *l.* qqqq. 1. rrrr. 1. *vol.* 5. *d.* 23. *l.* rrrrr. 1. 2. *d.* 28. *lit.* oooooo. 2. 3. 4. *diſp.* 29. *l.* rrrrrr. 2. 3.

Eloquentia eſt virtus clariſſima, & cuique ad utilitatem, & honorem aptiſſima *vol.* 4. *d.* 10. *l.* aaa. 4.

in Emancipati filii bonis parens nihil juris habet *vol.* 6. *d.* 18. *l.* Oooo. 4.

Emancipatio hodie adhuc ſubſiſtit in eo, ut vivo Patre filiis Curatores dari poſſint *volum.* 7. *d* 2. *l.* e. 4.

Emancipatio in facto conſiſtit, nec præſumitur, niſi probetur *vol* 5. *d.* 14. *l.* lll. 3. eſt partim juris partim facti *volum.* 6. *d.* 4. *l.* Ll 2. Nn. 1.

Emancipatio hodie non eſt penitus ſublata, ſed tantum quoad ſucceſſionem ab inteſtato *vol.* 6. *d.* 18. *l.* Oooo. 4.

Emergentia nova, novo indigent auxilio *vol.* 4. *d.* 27. *l.* P. 4.

ab Emphyteuſi ad feudum eſt probabile argumentum *vol.* 5. *d.* 42. *l.* CCC. 1.

Emphy-

Emphyteuta ſi Dominus voluerit emere rem emphyteuticam, non tenetur quicquam remittere de pretio, quod ab alio habere poſſit *vol.1.d.12.l.*B.4.

Emphyteuſis uni ex filiis prælegari poteſt *vol.7.d.3.l.*k.2.

in Emphyteuſin fundi dati dominium penes concedentem maner, hinc nec laudemia debentur *vol.1.d.12.l.*E.1.*vol.3.d.*8. *l.*zz.1.2.

Emphyteuſis hereditate repudiata retineri non poteſt *vol.7.d* 3.*l.*k.2.

Emphyteutæ heres canonem intra tempus legibus determinatum non ſolvens, eò, quod rem Emphyteuticam eſſe ignorabat, jure ſuo non cadit *vol.2.d.29. l.*OO.3.*vol.3.d* 8.*l.*zz.4.

Emphyteuſis ob venditionem nullam, aut ſimulatam non committitur *vol.3.d.1. l.*a.3.

Emphyteuſis Domino ſuo, vel etiam alteri ſive nolente, ſive volente Domino renunciari poteſt *volum.3. d.1. lit.*c.3. *d.*8. *l.*zz.3.4.

Emphyteuſin locans ad longum tempus alienare, & à jure ſuo cadere dicitur *vol.3 d.1.l.*d.1.

Emphyteuſis donari, legari, oppignerari, & in dotem dari poteſt *volum.7.d.3. l.*k.3. id tamen debet Domino ſignificari, ut à novo Empyteuta laudemium ſolvatur *ibid.*

Emphyteuta non verè, ſed naturaliter poſſidet, ei tamen interdictum uti poſſidetis contra turbatores competit *vol.3. d.3.l.*p.3.

Emphyteuta rei vendicationem habet adverſus quemcunq; poſſeſſorem etiam Dominum ſi penſio ſolvatur *volum.7.d.3. l.*i.4.

Emphyteuſis non niſi in rebus ſoli conſiſtit *vol.3 d.5 l.*ii.2 *d.*8.*l.*zz.1.

Emphyteuſis ſi ipſo jure committatur, emphyteuta tamen celeri ſatisfactione moram purgare poteſt: Nam caducitas non incurritur per ſolam moram, niſi Dominus animum ſuum declararit *vol.3. d.5. lit.*pp.3. id tamen negatur à pluribus *vol.7.d.3.l.*k.4.

Emphyteuſis à quibusdam locatio, à quibusdam venditio exiſtimatur *volum.6. d* 4.*l.*Mm.2.

Emphyteuſis hodie proprius, & à locatione, & conductione ſeparatus eſt contractus *volum.3.d.*8.*l.*yy.4. & in eo differt, quod in locatione merces præſtatur ob uſum rei: in illa magis dominii, quam fructuum ratio habetur *volum.7. diſp.*3. *l.*i.4.

Emphyteuſis initium à bellis ſumpſit, olim in eam dabantur ſolummodo agri ſteriles, poſt etiam fertiles, ſicut & hodie *vol.7. d.3.l.*i.3.

Emphyteuſis eſt contractus in ſcriptis celebratus, conſenſu conſtans, civilis non juris gentium, bonæ fidei nominatus: per quem transfertur utile dominium rei immobilis in Emphyteutam, id eſt, receptorem, retento tamen directo dominio, id eſt, proprietate apud eum qui concedit, ita ut ſingulis annis aliquid pendatur: & eſt alia perpetua, alia ad tempus, alia Eccleſiaſtica, alia civilis, ſive paganica, quæ & privata dicitur *vol.3.d.*8.*l.*zz.1.*volum.*7. *d.*3.*l.*i.3.4. ubi dicitur magis jus eſſe, quam contractus, & hanc, quæ diviſa eſt, utramque eſſe vel novam, vel antiquam *ibid.* in

quibus ſpeciebus pacta maxime attendenda, & ſervanda ſunt *ibid* k.1.

Emphyteuſis perpetua civilis ad quoscunque tranſit heredes, Eccleſiaſtica verò non ad omnes, ſed ſolos deſcendentes. At civilis ad certum tempus conſtituta Emphyteuta intra præſcriptum tempus mortuo ad quoscunque heredes, Eccleſiaſtica liberis deficientibus ad Eccleſiam revertitur *vol.3. d.*8. *l.*zz.1. *vol.7.d.3. l.*k.2.

de Emphyteuſi Eccleſiaſtica, & civili, ſex differentias juris civilis, & Canonici eſſe volunt plures eximii Jureconſulti, ſed falsò *vol.7.d.6.l.*bb.4.

Emphyteuſin jus civile, & voluntas contrahentium juxta formam à LL. præſcriptam in ejusmodi conventionem conſentiens, & non ſolùm hoc contractu, & longiſſimi temporis præſcriptione inducitur, ſed & teſtamento legari poteſt *vol.3.d.*8*.l.*zz.1.*vol.7.d.3.l.*i.4.k.1.

in Emphyteuſis contractu pœnitere non licet *vol.7.d* 3*.l.*i.4.

Emphyteuſin dare illi omnes poſſunt, & ècontra accipere, quibus locare, & vendere licet: ergò non pupillus ſine tutoris authoritate, & Magiſtratus decreto, vel teſtamento. Sic Oeconomi Eccleſiarum, aliique venerabilium locorum Adminiſtratores, eorum item vel parentes, vel liberi, aut etiam qui vel genere ipſis, vel jure affinitatis conjuncti ſunt, nullo modo ad Emphyteuſin, vel etiam Antichriſin Eccleſiæ accedere poſſunt *vol* 3*.d.*8*.l.*zz.1.

Emphyteuſis materiam conſtituunt res ſoli, ac olim deſertæ, ac ſqualidæ: publicæ quoq; civitatum: hodie etiam non deſertæ, atque privatæ ſingulorum, modò ut alienari poſſint: conſtitui autem Emphyteuſis in rebus mobilibus, quæ utendo pereunt, non poteſt *vol.3 d.*8*.l.*zz.1. *vol.7.d.3. l.*i.3.4.

in Emphyteuſin etiam ædificia dari poſſunt *vol.7. d.3.l.*i.3.

Emphyteuſis differt à contractu cenſitico: in illa utile dominium venit, & pleniſſimus uſusfructus: in hoc etiam plenum, directumque dominium transfertur, conſtituto tamen aliquo certo cenſu quotannis ſolvendo *vol.7. d.3.l.*i 4.

ad Emphyteuſis formam ſcriptura requiritur, unde quoque libellarius contractus aliquando appellatur, quanquam is propriè ab Emphyteuſi differat, ut & cenſualis, & id genus alii contractus *vol. 3. d.*8. *l.*zz.2. *vol.7. d.3. l.*k.1. ubi negatur ſcripturam requiri *ibid.*

Emphyteuſis eſt contractus juris gentium *vol.7.d* 3*.l.*i.4. & bonæ fidei *ibid.*

in Emphyteuſi an neceſſariò laudemia requirantur, dubitatur, alii negant, alii affirmant *vol.3.d.*8*. l.*zz.2.

Emphyteuta deteriorationem prædio ejici poteſt, maximè ſi ea magna ſit, ipſi autem competit utile prædii dominium, & omnis rei utilitas *vol.3.d.*8*.l.*zz.2. Eccleſiaſticus præſertim Emphyteuta facile expelli poteſt ob deteriorationem *vol.7. d.3.l.*i.4.

in Emphyteuſi alii aſſerunt actionem dari ex præſcriptis verbis, alii condictionem ex lege, alii propriam actionem emphyteuticam *volum.3. d.*8*.l.*zz.2. domino competit rei vindicatio adverſus quemcunq; poſſeſſorem *volum.7. d.3.l.*k.3.

Emphyteuta in prædio Emphyteutico ſine

ſine conſenſu Domini ſervitutem, imò & in re Emphyteuticaria pignus conſtituere poteſt, & hoc quantum ad ſui, non domini præjudicium: ſilvam autem exſcindere, ac eam in agros convertere non poteſt, præſertim ſi cædua non fuerit: ſic nec ullam aliam formam rei mutare valet *vol.* 3. *d.*8. *l.*zz.2. *vol.*7.*d.*3.*l* k.3.4.

Emphyteuta jus ſuum, ſive meliorationes extraneo non niſi cum conſenſu domini vendere poteſt, idque ſecundum formam LL. præſcriptam: donare tamen ea, in dotem filiæ dare, permutare, & dividere poteſt *vol.*3.*d.*8.*l.*zz.2. *d.*9.*l.*ccc.1. *vol.*7.*d.*3. *l.*k.3. ſi alteri vendiderit, probanda erit facta Domino oblatio *ibid.*

Emphyteuſis dominium domino licet alienare abſque Emphyteutæ conſenſu *volum.*3.*d.*8.*l.*zz.3. niſi aliter convenerint, utilitatem tamen alienare poteſt *vol.* 7.*d.*3.*l.*k.1.

Emphyteuticæ rei onera omnia ita in Emphyteutam una cum utili dominio, ac naturali poſſeſſione transeunt, ut propter ſterilitatem, aliamve calamitatem à canone regulariter, etſi nihil hac de re dictum ſit, non excuſetur, quoad rei ſubſtantia incolumis perdurat, ſi tamen propter vim hoſtium, aut potentiam latronum emphyteuta fundum Emphyteuticarium planè poſſidere non poſſit, ita ut toto anno eo, ne minima parte fruatur, certè juſtum, ac æquum eſt, ut ei penſio illius temporis remittatur, vel certè deſuper cum Domino quam leniter, & quoad poterit tranſigatur. Attamen ſtricto jure affirmatur, ſi per bellum prædia coli non poſſint, emphyteutam nihilominus penſionem Domino ſolvere debere, quia ſenſit commodum, ſentiat etiam incommodum: ſed hæc auſteritas temperanda eſt tamen *vol.*3. *d.*8. *l.*zz.3. *vol.*7.*d.*3 *l.*k.1.2.

in Emphyteutam Dominus hoc jus habet, ut ille ſibi quotannis canonem certum offerat. Quandoquidem ſi Eccleſiæ per biennium in ſolvendo canone ceſſaverit, triennium verò pagano, privari ſuo jure, atque re expelli propria etiam Domini authoritate poterit, meliorationes ſuas quoque amittit, & tamen penſionum non ſolutarum nomine à Domino ſi volet, convenietur, quin & ſi pœnam ſtipulatus ſit, ſi expellatur, ne eam quidem hoc caſu petet *vol.*3.*d.*8.*l.*zz.3. *volum.*7.*d.* 3. *l.*k.3.

in Emphyteuſin ſi fundus diverſis temporibus ſit duobus conceſſus: tunc is præfertur, qui prior in poſſeſſionem eſt inductus, non cui prius conceſſio eſt facta *vol.*6. *d.*4. *l.*Nn.3. *in Coroll.*

in Emphyteuſi quando dicta mora ſolutionis de canone re ipſa contrahitur, tunc ignorantia neque ipſum, neque heredem ejus de ſtricto jure excuſabit: ſic ſi partem canonis tantum præſter, vel ſi ipſe emphyteuta decedat relictis pluribus heredibus, quorum alter canonem ſolvit, alter non: imo ſi ceſſat in ſolvendo per trienniũ tota res etiã quoad alterius partem venit in commiſſum, quare poſtea ſolvendo moram triennii non purgabit, niſi id fiat antequam Dominus voluntatem ſuam declaret *vol.*3. *d.*8. *l.*zz.4. *vol.*7.*d.*3.*l.*k.4.

ſi Emphyteuta cupiat ſolvere, & Dominus nolit recipere, ſufficiet illud, nec opus erit depoſitione, dummodo res ſit, non

Digitized by Google

non verba *volum.7.d.3.l.k.3.* aliàs amittit Emphyteuſin per trienniun *ibid.*

Emphyteuta in ſolutione ceſſante, ſi alius quiſpiam etiam creditor, cui fundum oppigneraverat, penſionem offerat Domino volenti, non enim Dominus ab eo accipere cogitur, non incidit in commiſſum *vol.3.d.8.l.zz.4.*

Emphyteuta etiam elapſo biennio, vel triennio, ſi dein ſolvat, & Dominus recipiat, purgabitur commiſſum *volum.7.d.3. l.k.4.*

Emphyteuſis commiſſum ceſſat, ſi jaceat hereditas, & nemo ſit cui ſolvatur canon. Quia etiamſi Dominus canonem oblatum, & obſignatum accipere nolit, erit & tunc Emphyteuta à commiſſo tutus *vol.3.d.8.l.zz.4.*

Emphyteuta commiſſum attrahit ad ſe etiam tunc, ſi publicarum functionum apochas non exhibeat: item ſi irrequiſito Domino, nec non contra formam à LL. præſcriptam jus ſuum vendat, aut ſi non ſalva voluntate Domini rem Emphyteuticam, aliter, quam in l.fin. c.h.t. præſcriptum eſt, alienaverit *vol.3.d.8.l.zz. 4. vol.7.d.3.l.k.3.*

Emphyteuſis extinguitur rei totius interitu, iſque contingat caſu fortuito Dominus damnum ſuſtinet, ſin tantum partis ad Emphyteutam pertinet *vol.3.d.8.l. zz.4. vol.7.d.3.l.k 1.*

Emphyteuſis item extinguitur tempore, de quo ab initio conventum fuit, item finita generatione, & Emphyteutę voluntate, ſi cauſam modo habeat juſtã ſuæ deſertionis, & renuntiationis: ſed quæ huc uſq; dicta ſunt, ita vera ſunt, & obtinent, niſi aliter inter Dominũ, & Emphyteutã conventum fuerit *vol.3.d.8.l.zz.4. vol.7.d. 3.l.k.4.*

Emphyteuta dominium rei etiam non ſolvendo canonem præſcribere non poteſt, niſi cauſam mutet, & rem talem eſſe neget *vol.7.d.3.l.k.1.*

Emphyteuticæ rei canonem Prælato Eccleſiæ, vel Adminiſtratore Reip. non ſolvente, vel inveſtituram non petente, vel patronum Eccleſiæ abnegante, an Reip. vel Eccleſiæ præjudicetur quæſtio eſt? Et negamus *vol.4.d.5.l.z.1.*

Emphyteuta ſi ſciens rem Emphyteuticam eſſe negavit, eam amittit *vol.6.d.16. l.Ffff.3. vol.7.d.1.l.b.3.*

Emphyteuſis, quæ ex pacto ad primogenitũ tranſire debet, tunc tranſit ad primogenitum, qui reperitur tempore mortis Emphyteutæ *volum.4.d.16. l.xxx.4.*

Emphyteuta propria authoritate ſine judicio ex re utili expelli non poteſt *vol.7. d.3.l.k.4.*

Emphyteuta etiam invitus meliorationes Domino vendere cogitur *vol.4.d.27. l.Q.2.*

Emphyteutica bona ſine Domini conſenſu vendere non licet *vol.4.d.30.l.Z.3.*

Emphyteuſes Ruſticorum in Megapolenſi Regione hanc naturam habent, ut Domini, & Nobiles ruſticos ex illis quocunque tempore expellere poſſint, non obſtante longi temporis poſſeſſione, & præſtita ſemper, & diligenter ſolutione *volum.6.d.8.l.Bbb.2.*

inter Emptorem, & Venditorem ſi fiat pactum, quòd quandocunque res diſpliceat, redhibeatur, poteſt perpetuo redhiberi, & reſtitui *vol.1.d.12.l.B.1.* vide in verbo Præſcriptio.

Emptio

Emptio perficitur ſolo conſenſu etiam ante traditionem. Hinc etſi Emptor non ſit Dominus ante traditionem, tamen ei actio competit ad rem tradendam, & dominium in ſe transferendum, ſi venditor ſit Dominus: ita venditori, ut pretium accipiat, quod ſi non fiat, uterque adverſarium rei vel non ſolutæ, vel non traditæ exceptione removere poteſt *vol.* 1. *d.* 12. *l.* B. 1. *d.* 15. *l.* K. 3. *vol.* 3. *d.* 9. *l.* aaa. 2. *vol.* 6. *d.* 11. *l.* Rrr. 2.

Emptionis perfectio triplex *vol.* 1. *d.* 12. *l.* C. 4. *vol.* 3. *d.* 9. *l.* ddd. 4.

Emens ſcienter rem alienam, vel alteri obligatam non agit de evictione, imò nec repetit pretium *vol.* 1. *d.* 12. *l.* E. 1. *vol.* 3. *d.* 9. *l.* ccc. 4. eee. 2.

Emptio plus juris continet, quàm facti *vol.* 6. *d.* 4. *l.* Ll. 3.

Emptori, qui rem venditam ſibi per retractum perdit, venditor non tenetur de evictione *vol.* 1. *d.* 12. *l.* E. 1.

Emptione perfecta periculum rei venditæ nondum tamen traditæ, non ad venditorem, ſed ad emptorem pertinet, dummodo venditor nec in mora ſit, nec ejus culpa caſus contigerit *vol.* 1. *d.* 15. *l.* K. 3. *vol.* 3. *d.* 9. *l.* ddd. 1. 2. 3. 4.

Emptio reſcindi poteſt ex læſione ultra dimidium juſti pretii, etſi celebrata ſit cum judicis decreto *vol.* 3. *d.* 13. *l.* N. 1. *vol.* 1. *d.* 12. *l.* E. 4. *d.* 15. *l.* K. 3. *volum.* 4. *d.* 30. *l.* Z. 2.

in Emptionibus tamen, & venditionibus licet ſe mutuò circumſcribere *vol.* 7. *d.* 6. *l.* cc. 1. vide Deceptio.

Emptione reſciſſa etiam reſcinditur hypotheca interim per emptorem contracta, ſi videlicet rem emptam in hypothecam dederit *volum.* 1. *diſp.* 15. *l.* K. 3.

in Emptione res duobus vendita ille prævalet, cui eſt tradita, & ſi poſteriori tradita ſit, prævalebit, nec poterit res vendita per primum Emptorem arreſtari *vol.* 6. *d.* 11. *l.* Rrr. 2.

Emptor rei furtivæ ut ſecurus reddatur, tempore contractus publicum Proclama procurare debet *volum.* 2. *diſp.* 7. *l.* bBb. 2.

Emptor bonæ fidei, & id genus alii habent conditionem uſucapiendi, quæ civilem ſupponit poſſeſſionem *vol.* 2. *d.* 14. *l.* C. 3.

Emptoris, & venditoris plerunque eadem cauſa eſt *vol.* 5. *d.* 41. *l.* VV. 2.

Emptor fundi ſi heredem ſuum damnaverit, ut venditorem nexu venditi liberet, is verò ignorans rem tradiderit, propter facti alieni ignorantiam indebiti condictionem habebit *volum.* 2. *d.* 29. *l.* OO. 3.

ex Empto non tenetur, qui prædium vendens non prædixit de tributo, fortè quod hereditarium prædium erat, idque tributo oneratum venditor ignorabat *vol.* 2. *d.* 29. *l.* OO. 3. *vol.* 3. *d.* 9. *l.* eee. 3. 4.

Emptoris ignorantia diſſoluta non excuſatur, ſi intra tempus redhibitoriæ actioni præfinitum vitium rei non exploraverit *vol.* 2. *d.* 29. *l.* PP. 1. *vol.* 3. *d.* 9. *l.* eee. 4.

Emptori aliàs ignorantia prodeſt, quæ non cadit in ſupinum hominem: ut ſi quis hominem luminibus effoſſis emat, & de ſanitate ſtipuletur: cum enim res in promptu ſit, talis policitatio venditorem non obligat *vol.* 2. *d.* 29. *l.* PP. 1 *vol.* 3. *d.* 9 *l.* eee. 4.

Ementes, & vendentes in civitate aliena, le-

na, lege illius civitatis circa emptiones, & venditiones ligantur *vol.3.d.5.l.*cc.3.

Emptor commodum habet ex contractu, ex quo nemo niſi neceſſitate compulſus, intelligitur vendere: Igitur emptor plerumque oneribus hujus contractus illigatur *vol.3.d.5.l.*mm.2.

Emptio-venditio eſt contractus ſolo conſenſu initus, de re emptori tradenda, & pretio certo, venditori in pecunia numeratâ dando, ac ſtatim, ac de pretio convenit, promittens vendere rem eſt obligatus, licet ſtipulatori te adhuc integra pœnitere liceat. Hujus cauſa efficiens remota eſt, jus gentium, propinqua, contrahentium conſenſus *vol.3.d.9.l.*aaa.1.3. *vol.*4. *d.*30.*l.*Z.1. *vol.6.d.*11.*l.*Rrr.2. primò autem juris gentium fuit, poſtmodum verò legibus juris civilis confirmatus, & comprobatus eſt *vol.7.d.9.l.*pp.1.

Emptionis-venditionis contractum omnes celebrare poſſunt, qui non prohibentur. Prohibentur autem quidam natura, quidam lege: illâ furioſus, & infans, hâc ob conditionem ſuam ſervi; ob ætatem impuberes, & minores: ob malos mores prodigi: ob poteſtatem Dominus cum ſervo: ob affinitatem pater cum filio, frater cum fratre, qui adhuc ſint ſub eadem patris poteſtate: ob iniquæ extorſionis ſuſpicionem Advocatus cum Cliente, Medicus cum ægroto, & incarcerans cum incarcerato *volum.3 d 9.l.*aaa.3. 4.*vol.4.d.30.l.*Z.2.

Emptionem præterea celebrare non poſſunt ob ſimilem ſuſpicionem: nempe Præſides Provinciarum, & qui cum iis ſunt, quive alterius officii cauſa in Provincia agunt, vel in eadem militant, qui aliquid ex officio, quod adminiſtrant, diſtrahunt, item Palatini Principis, ſic nec alienarum rerum adminiſtratores rem Domini, cujus negotia gerunt, emere poſſunt *vol.3.d 9.l.*aaa.4.

in Emptione conſenſus primò debet eſſe circa cauſam contrahendi, ſive contractus in ſpeciem, deinde circa rem ipſam, ita ut, ſi in ipſo rei corpore, vel ejus ſubſtantia errent, aut diſſentiant contrahentes, emptio-venditio nulla ſit. Non æquè ſi in nomine, vel qualitate, aut circa acceſſiones à contrahentibus erratum ſit *vol.3.d.9.l.*bbb.1. *vol.*4.*d.*30.*l.*Z.2.

in Emptione conſenſus debet eſſe in pretium certum conſtitutus, adeò, ut incertitudine, & errore aliquo interveniente emptio non conſiſtat: denique debet eſſe liber, verus, in negotium præſens conceptus, & perſpicuus. Nam emere, aut vendere invitus nemo cogi poteſt, etſi caſus dentur, quibus hoc fiat, in quibus tamen juſtum pretium refundendum *vol.4.d.30.l.Z.2. vol 3.d.9.l.*bbb.1.

Emptionis materia ſunt res, & pretium. Igitur omnes res, quas quis habere, vel poſſidere, vel perſequi poteſt vendi rectè poſſunt. Prohibentur autem quædam res alienari, & vendi, primò natura, ut homo liber, & res quæ non ſunt, nec fore ſperantur: ſecundò, jure gentium, ut res divini juris, id eſt, ſacræ, religioſæ, ſanctæ, & publicæ: tertiò, jure civili, ut publicæ Univerſitatis: quartò, legibus, & pupillares, fundus dotalis, res immobiles donatæ propter nuptias, litigioſæ, furtivæ, vi poſſeſſæ, feudales, Emphyteuticæ, ſubjectæ reſtitutioni, tigna ædibus juncta, venena mala, ſervus qui

qui in fuga eſt, Eunuchi, Cupreſſi ex Luco Daphnenſi, vel Perſeæ arbores per Ægyptum, Annona militaris, & frumentum publici canonis: item quarum rerum venditio certis perſonis permiſſa, aliis interdicta eſt, ut ſal, purpura, ſericum: vel omnibus res aliqua non poteſt, ut res propria emptori, mancipium Chriſtianum Judæo, & res, quæ ad victum pertinent, aut quarum uſus ad bellum gerendum eſſe poteſt, Barbaris *vol.3.d.9.l.* bbb.2.3.4.ccc.1.*vol.3.d.*30.*l.*Z.2.3.

Emptor rem propriam emere non poteſt, quia emptione id agimus, ut rem nobis acquiramus: res verò noſtra, tanquam ſatis quæſita, nobis amplius quæri non poteſt, quam ob cauſam etiam neque ſtipulatio, neque legatum rei noſtræ in nos collatum valet *vol.3.d.9.l.*ccc.1.

Emptio igitur, & venditio cæterarum rerum valet, ſive corporales ſint, ſive incorporales, ut ſervitutes, nomina, ſive actiones, & hereditas: ſive res ſint venditoris, ſive alienæ, ſive exiſtentes, ſive futuræ, ſic redituum annuorum emptio valet *vol.3 d.9.l.*ccc.2.3.

Emptionis pretium in numerata pecunia conſiſtere debet *volum.3.d.9 l.*ccc.3. *vol 4.d.*30.*l.*Z.3.

Emptio uno nummo celebrata ſubſiſtit, ſi res non pluris valeat, res tamen magna uno nummo non rectè emitur *vol.3. d.9.l.*ccc.3.

Emptionis forma eſt, de merce à venditore tradenda, & pretio in pecunia numerata ab emptore dando facta conventio: ſola enim conventione perficitur hic cõtractus quãvis nec res tradita, nec pretium traditum ſit, aut numeratum, qui traditione rei, & pretii ſolutione accedente conſummatus dicitur. Si igitur contrariæ conventiones intervenerint, emptio non contrahitur. Ad formam etiam pertinet, quod tam inter præſentes, quam abſentes per nuncium, vel per epiſtolam, in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, cũ Arrha, vel ſine ea, purè, vel ſub conditione, aut in diẽ emptio venditio rectè contrahatur *vol.3.d.9.l.*ccc.3.4.*vol.6.d.*11.*l.*Rrr.2.

ab Emptione ſemel perfecta omninò recedere non licet, nec cum Arrharũ diſpendio alterutro invito *vol.3.d.9.l.*ccc.3.4.

in Emptione conditio, ſi ſub eã facta ſit, primò non debet eſſe impoſſibilis: 2, non turpis, & inhumana, uti, ſi ſervi, quamvis criminoſi vendantur, ut cum beſtiis depugnent: Tertiò non talis, ut per eam tota emptio in unius contrahentium voluntatem conferatur *vol.3.d.9.l.*ddd.1.

Emptionis effectus eſt mutua obligatio, ita ut alter contrahentium altero invito à contractu perfecto recedere non poſſit, ſed ad mutuas præſtationes teneatur: quæ aliæ ſunt Venditoris, alię Emptoris, illarũ nomine eſt actio Empti, harum Venditi: utraq; harum eſt civilis, bonæ fidei, perpetua, tranſitoria ad heredes, & directa *vol.3. d.9.l.*ddd.1. *vol.4.d.*30.*l.*Z.4.

Empti actio datur emptori adverſus venditorem, ut primo rei venditæ, vacuam poſſeſſionem, unà cum fructibus, & reliquis commodis tradat *volum.3.d.9. l.*ddd.1.2.3.4.eee.1.*volum.4.d.*30.*l.*Z.4.& venditor omninò tradere tenetur *vol.6. d.*11.*l.*Rrr.2.

Emptor, ut de evictione experiri poſſit, venditori denuntiare debet, litem ſibi de re vendita motam: & hæc denuntia-

Digitized by Google

tio (quæ ideo exigitur, ne emptor tanquam minus inſtructus de jure venditoris ſuccubuiſſe ideò videatur, qui lite denuntiata plenius inſtrui, & ſic evincere potuiſſet) debet fieri venditori, aut eo mortuo ejus heredi, ſiquidem venditor præſens eſt, & ſui copiam facit, etiamſi ſciat litem emptori de re vendita motam. Non ſufficit autem ut venditor de lite mota certioretur, ſed etiam, ſi non expreſsè, ſaltem tacitè, emptor petere debet, ut ad defendendum veniat, & cauſæ adſit: non verò denuntiare licet prope ipſam condemnationem, ſed ita denuntiari debet, ut adhuc integrum ſit venditori cauſam inſtruere. Denunciatione autem facta, ſiquidem author cauſæ defenſionem ſuſcipit, liberatur emptor omni moleſtia, & nihilominus re evicta actionem habebit de evictione Si verò venditor defenſionem negligit, ſecundo loco ab emptore exigitur, ut cauſam agat, & omni meliori modo defendat: quocirca ſive emptor judicio non adfuerit, ſive exceptionum aliquas prætermiſerit, ſive de poſſeſſore petitor factus, & ob id victus, ſive cum faciliore, & expeditiore judicio rem perſequi potuiſſet, difficiliore experiri maluerit, ſive denique exceptione aliqua ex ſua perſona remotus fuerit, his omnibus, & ſimilibus caſibus ſua culpa vinci intelligitur, & nulla evictio præſtatur *vol.3.d.9.l.ccc.1.*

Emptori tunc quando res evicta eſt adverſus venditorem de evictione eſt actio empti, & ſiquidem ſtipulatio ſit interpoſita, certi condictio, niſi quis ſciens rem alienam, vel pignori obligatam emerit, vel id actum ſit, ne evictio præſtetur *vol.3.d.9.l.ccc.1.2.*

Emptor pretii uſuras ſolvere debet, etſi nullos ex re vendida perceperit fructus *vol.3.d.9 l.fff.1.*

Empti, & venditi actio, utraque non tantum datur ad petendum id, quod naturaliter ineſt hujus judicii poteſtate, ſed etiam quod contrahentium pactione incontinenti adjecta venditioni acceſſit, neutra tamen prius competit, quam is, qui agere vult, contractum impleverit *vol.3.d.9.l.fff.1.*

Emptioni contraria ſunt, quæ eam vel contrahendam impediunt, vel contractam reſcindunt: ſunt autem vis, metus, dolus, error, mutuus diſſenſus, & læſio ultra dimidiũ *v.3.d.9.l.fff.3.v.4.d.30.l.Z.2.*

Emptionem deſtruit dolus, & error, ille in tantum, ut etiam ſi deceptio ſit intra dimidium juſti pretii, tamen contractum caſſet, & ipſum præterea decipientem obliget ad intereſſe decepto præſtandum, hic ſi erratum ſit in ſubſtantia, & in ipſa re, non in qualitate, vel acceſſione tamen, nec item ſi tantùm in æſtimatione rei venalis fuerit erratum, niſi error ſit ultra dimidium *vol.4.d.30.l.Z.2.*

Emere poteſt civitas per magiſtratus, ſyndicos, vel ſpeciales mandatarios, & obligatur, licet venditor probare non poſſit id, quod vendidit in rem civitatis verſum fuiſſe *vol.4 d.30.l.Z.2.*

Emere quis poteſt ſuo nomine etiam pecuniâ alienâ, quod ſecus eſt in re pecuniâ militis, pupilli, minoris, & Eccleſiæ empta: hiſce enim in caſibus acquiritur illis, quorum pecunia fuit: uti etiam res dotali pecunia emptas dotales fieri verius eſt *vol.4.d.30.l.Z.3.*

qui ..i Eme. [illegible] rem credidit, nulla alia

alia competit hypotheca, niſi quam ſibi per legem contractus caverunt *vol.* 7. *d.* 4. *l.* o. 4. *vol.* 1. *d.* 15. *l.* M. 3. *vol.* 2. *d.* 11. *l.* xXx. 4. *d.* 28. *l.* NN. 3. *vol.* 6. *d.* 11. *l.* Sss. 1.

in Emptione ſi quis rem, vel pretium tradere nolit amiſſione Arrhæ, & præſtatione ejus, quod adverſarii intereſt à contractu reſilire poteſt *vol.* 4. *d.* 30. *l.* Z. 4.

Emptione perfecta periculum, & commodum ſtatim eſt emptoris, nihilque præſtat venditor præter dolum, & culpam, niſi periculum in ſe receperit, vel per eum ſteterit, quò minus res traderetur *vol.* 4. *d.* 30. *l.* Z. 4.

Emptio variis conditionibus, & pactis fieri ſolet, quæ vocantur venditionis leges, eas interpretantur judices in dubio contra illum, pro quo ſunt adjectæ *vol.* 4. *d.* 30. *l.* Z. 4.

Emptionibus pacta adjecta in dubio putantur eſſe perſonalia, & ad ſucceſſores rei non tranſeunt *vol.* 4. *d.* 30. *l.* Z 4.

Emptori venditor regulariter pro evictione tenetur, cogiturque Reum in foro, ubi conventus eſt, defendere, quod & in Clerico obtinere non dubitatur *vol.* 4. *d.* 30. *l.* Z. 4.

in Emptione, & ſtipulatione ea eſt differentia etiam, quæ in hoc ſufficiat tempore traditionis exiſtimare rem tradentis, quamvis tempore contractus celebrati eam ſcivetim alienam. In emptione verò utroque tempore bona fides requiritur, aliàs emptor uſucapere non poterit *vol.* 7. *d.* 7. *l.* gg. 3.

Emptori non eſt actio quæſita ex empto, ſi pretii partem ſolùm adferat, ſed ita demum, ſi totum *vol.* 4. *d.* 31. *l.* BB. 2.

in Emptionis quolibet contractu, ut aliquid ad pias cauſas erogetur, ſtatutum in quadam Provincia eſt: quæritur nunc, an id ab emptore, vel venditore, creditore, vel debitore præſtandum ſit? reſpondetur ab emptore *vol.* 5. *d.* 10. *l.* xx. 1.

Epiſcopus ſubſidium charitativum exigere non poteſt, niſi in defectum ſuorum redituum *vol.* 1. *d.* 4. *l.* x. 3.

Epiſcopus niſi conſecratus ſit, nunc exercitio, aut adminiſtratione Ditionis ſuæ defungi non poteſt, conſecrari autem nequit, priusquam à Cæſare trabeam acceptaverit *vol.* 2. *d.* 3. *l.* o. 1. *d.* 9. *l.* rRt. 1.

non Entis nullæ ſunt qualitates *vol.* 2. *d.* 6. *l.* oo. 4. item nulli effectus *vol.* 4. *d.* 9. *l.* kk, 4. *volum.* 5. *d.* 17. *l.* pppp. 1. *d.* 31. *l* L. 1. nulla accidentia *volum.* 6. *diſp.* 10. *l.* Nnn 3. *volum.* 7. *d.* 4. *l.* o. 2.

Epiſcopale jus origine gloriatur antiquiſſima, non ſolùm inter Orthodoxos, ſed etiam inter Gentiles, & ſectarios: Chriſtianum verò ſub Conſtantino Magno maximè crevit *vol.* 2. *d.* 9. *l.* pPp. 2 3.

Epiſcopi in Eccleſia ordinis, ac diſcriminis gratia debent eſſe: atque inter eos ipſos ordinem, ac diſcrimen aliquod, hocque in ſchiſmatis remedium, ne unus quisque Eccleſiam Chriſti ad ſe trahens, rumpat *vol.* 2. *d.* 9. *l.* pPp. 4.

de Epiſcopi qualitate, officio, ejusdem electione, poſtulatione, inveſtitura, confirmatione, conſecratione, ordinatione, translatione, depoſitione, ceſſione, renunciatione, reſignatione *volum.* 2. *diſp.* 9. *l.* qQq. 1.

Epiſcopi nomine generali dicitur & Cardinalis, Archiepiſcopus, & quilibet in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus *vol.* 6. *d.* 3. *l.* T. 3.

Digitized by Google

Epiſcopi ſecundum gradus prærogativam in triplici ſunt differentia, ex qua etiam diverſitas quædam juris, & poteſtatis oritur. Quippe primò Epiſcopi, ſive Diœceſani ſimpliciter ita dicti, qui ſingulis majoribus diſtrictibus, ſive civitatibus quoque frequentioribus præſunt. Deinde Archiepiſcopi, qui univerſę alicui Provinciæ plures Civitates frequentiores cum earum Epiſcopis complectentis inſpectionem habent, qui etiam à Matrice civitate, ſive Metropoli, Metropolitani appellantur. Denique Patriarchæ, ſive Primates, qui integræ nationi, in qua plures Provinciæ, & Civitates unà cum earum Archiepiſcopis, & Epiſcopis continentur, præſident. Fuit autem antiquis alius inſuper ordo Epiſcoporum, qui Chorepiſcopi à χώρα, id eſt, pago, paganei, ſeu Vicanei Epiſcopi dicebantur, nunc caſſati. Sic ſunt Suffraganei, quos vulgo Germania **Weyhbiſchoffe** appellat, ideò, quia unicæ conſecrationi ſunt dediti, & in hac parte Epiſcoporum, qui licet omnes conſecrare poſſint, tamen circa alia officii ſui, ut plurimum occupati, diſtinentur, Suffraganeos agunt *vol.2.d.9.l.*qQq.2.3.

Epiſcopus ab iis, quibus id juſtæ facultatis competit legitimè, & canonicè electus, poſtulatusve, confirmatus item, & inveſtitus, conſecratus, denique & ordinatus jus, vim, ac poteſtatem Epiſcopalem conſequitur *vol.2.d.9.l.*qQq.3.4.

Epiſcopi poſtulati nihil differunt ab electis, niſi quod ſolummodò ea, quæ ſunt ex ſeveritate Canonum in electione Epiſcoporum præſcripta, neceſſitatis, & utilitatis gratia non obſerventur in Poſtulatis, qui etſi ęque eligantur, ut Epiſcopi, non tamen conſecrantur, quod intellige de poſtulatione ſolenni: duplex enim illa, ſolennis, & non ſolennis *volum.2.d.9.l.*rRr.1.

Epiſcopi conſecratio, ſive ordinatio eſt periodus electionis, quia per conſecrationem ſpirituale matrimonium inter Epiſcopum, & Eccleſiam ejus Electione inchoatum, & confirmatione contractum tandem perficitur, & conſumatur, adeò, ut de rigore Canonico Epiſcopus non dicatur, niſi ſit conſecratus, quod tamen in Germania non ſervatur. Cęterùm poſt conſecrationem, & inveſtituram conſecratio, vel ordinatio ultra tres menſes protrahi non debet, niſi; ob juſtiſſimum impedimentum. Conſecratus verò Epiſcopus à tribus ad minimum ejuſdem Provinciæ Epiſcopis juſſu Metropolitani, aut quod melius foret ab ipſo Metropolitano cum ejus ſuffraganeis. Ipſe autem Archiepiſcopus ab omnibus ſuis Suffraganeis, hac forma, ut duo Epiſcopi, pluresve ponant, & teneant Euangeliorum codicem ſuper caput, & verticem ejus, & uno ſuper eo fundante benedictionem, reliqui omnes caput ejus tangant *vol.2.d.9.l.*rRr.1.2.

Epiſcopus electus, ſeu poſtulatus ſi maximis cauſis impeditus ſit, aut per eum non ſtet, quin modis dictis confirmetur, inveſtiatur, conſectetur, & ordinetur, tamen in Germania (etſi aliàs jus ex electione ſibi quæſitum ipſo facto amittat) tàm ſpiritualia, quàm temporalia Eccleſiæ ſuæ adminiſtrat: nam juſtum titulum, ac bonam fidem adfert, atque inſuper è manibus Capituli, quod ſenatum Eccleſiæ per-

Digitized by Google

ſiæ perpetuum repræſentat, & ſede vacante adminiſtrationem Eccleſiæ, & diœceſeos tàm in temporalibus, quàm in ſpiritualibus ipſo jure habet, ſedem, & poſſeſſionem vacantem adipiſcitur *vol.2.d.9. l.*rRr.2.

Epiſcopale jus, vis, ac poteſtas conſiſtit in quatuor, in ordine, lege diœceſana, jurisdictione, ſtatu denique, & dignitate ipſa: multi duo tantum capita, alii tria numerant *vol.2.d.9.l.*rRr.3.

Epiſcopis ratione ordinis principaliter competit poteſtas publicè docendi, & prædicandi verbum Dei, adminiſtrandi Sacramenta, Peccatores in Eccleſia ligandi, & abſolvendi, quæ poteſtas clavium dicitur. Item ad Sanctæ prædicationis, & connexorum officium ſalubriter exequendum vice ſua, cùm per ſe illi nequiverint, alios ſive libera voluntate, ſive ad patronotum legitimam præſentationem, in ſubſidium tàm diffuſi gregis adſumendi: quales perſonæ cùm idoneæ, & dignæ eſſe debeant exinde adcreſcit Epiſcopo Jus Scrutinii, vel Examinis, ſive in Vitam, vel Doctrinam ejusmodi perſonarum ſecundùm rigorem Canonum inquirendi, tùm demum ſi probati fuerint, eosdem in clerum, & ad ſacrum Eccleſiæ miniſterium ordinandi: Item Miniſtris, & Clericis ad ſuſtentationem officiorum neceſſariam beneficia, titulos, præbendas, Canonias &c. conferendi, eosdem in talia officia, & beneficia introducendi, & inveſtiendi: Abbates inſuper, & Abbatiſſas, Sacrasq; Virgines benedicendi; Eccleſias, ſive loca ſacra propria authoritate erigendi, & ædificandi, utque alii erigant, & ædificent conſentiendi, & indulgendi, jam erecta, & ædificata conſecrandi, uti & loca religioſa faciendi, ſive facultatem, ut quis ſacro beneficio Aſyli in Eccleſiis, Monaſteriis, Xenodochiis, Cæmeteriis, Oratoriis, & ſimilibus locis ſacris, vel religioſis uti, frui poſſit (Daß ſich einer des Gottesfrieden / oder Kirchen / Clöſter / Kirchhöffe / Hoſpitäl / Capellen / vnd dergleichen Freyheiten ſicher gebrauchen möge) concedendi, denique Traditiones etiam Eccleſiaſticas ad fidem in Eccleſia conſervandam directas, nec verbo Dei repugnantes conſtituendi Kirchengnaden / vnd KirchenOrdnungen zu machen / vnd auffzurichten / & ſi quæ ſunt plura huc congruentia. Hæc ordinario, & regulari jure Epiſcopis competunt: Salva igitur manet aliis inferioribus Antiſtibus, Prælatis, & Clericis, nec non Laicis, & Sæcularibus, Principibus, Comitibus, Nobilibus, Civitatibus &c. exceptio, ſi quam ex conſuetudine, præſcriptione, privilegio, & gratia, pactis conventis, transactione, & ſimilibus in uno, alterove hujus capitis membro habili (cujus exercitium ſive ipſi per ſe immediatè, ſive aliis idoneis perſonis eorum mandato, vel cura mediantibus, & in ſumma, ut dici ſolet, paribus cæteris ſibi atrogant, & ad ſe pertinere contendunt) opponere, ac liquidò demonſtrare poſſint. Nam tunc, quicquid iſtorum conſtiterit, ſervandum, atque ſequendum, nec cuiquam jus ſuum hac in parte auferendum, ac ne poſſeſſio quidem vel quaſi turbanda, ſed ordinaria cognitione experiundum eſt. Quæ declaratio reliquis quoque Juris Epiſcopalis capitibus certo, atque congruenti mo-

Digitized by Google

ti modo applicari poterit *volum.* 1. *d.*9.*l.* rRr 3.4.

Epiſcopatum eſſe ordinem alii negant, alii affirmant *vol.*2.*d.*9.*l.*rRr.4.

Epiſcopis ratione legis diœceſanæ debentur hæc: puta Canonica Obedientia, Subjectio, & Reverentia, quam omnes de Diœceſi tàm Laici, quàm Clerici Epiſcopo tanquam Reverendiſſimo, præſtare tenentur; Adminiſtratio item, & Diſpoſitio rerum, & bonorum Eccleſiæ tum mobilium, tum ſe moventium, tum immobilium, & conſequenter eorum, quæ contra præſcripta Canonum alienata ſunt, Vindicatio: Oeconomorum quoque, & Proviſorum ſua vice ſuper bona, & res illas Conſtitutio, rationumque ab ipſis Repetitio, ſimiliter domuum religioſarum, & quoad adminiſtrationem, & quoad diſciplinam Inſpectio, & Proviſio: porro Decimarum perceptio, ac diſtributio: ex iis canonicæ portionis, ſive quartæ retentio, ejuſdemque quartæ, ſive interdum attentâ loci conſuetudine Tertiæ, Mediæve ex relictis, vel legatis Eccleſiæ, piove alio loco participatio, quin & hujusmodi piæ voluntatis, ſive nullus ſit datus executor, jure immediato, ſive datus eſſet, jure devolutionis competens executio, & legata, ſive relicta exigendi facultas; Præterea Viſitatio, ejusque gratia procurationis Eccleſiaſticæ, ſive ſumptuum ad utilitatem Collectio: Synodorum item in ſua Diœceſi convocatio, Synodaticique, ſeu Cathedratici exactio: imò nonnunquam in caſu honeſtæ neceſſitatis Clericorum moderata Collectatio, ſive Chariſterii, vel Charitativi Subſidii Indictio: Denique Cancellariatus in Academiis ſuę Diœceſi inſitis, vel vicinis honorificentiſſima functio, id eſt, Doctores, Magiſtros, & Baccalaureos in 4. Facultatibus cardinalibus creandi, & promovendi Licentia, & Poteſtas, hujusve licentiæ ſuâ Vice-Decanis Facultatum gratioſa Conceſſio, & Indulgentia *vol.*2.*d.*9.*l.*sSs.1.2.3.

Epiſcopus ſine venia in jus vocari non poteſt *vol.*2.*d.*9,*l.*sSs.1.

Epiſcopus populos ſibi commiſſos defendere tenetur, maximè Clericos peregrinantes *vol.*6.*d.*3.*l.*T.3.

Epiſcopo RATIONE JURISDICTIONIS competunt hæc, ut in tota Diœceſi, & in qualibet ejus parte Clericorum omnium tàm civiles, quàm ſpirituales cauſas: Laicorum verò ſpirituales potiſſimum audire, per ſententiam definire, pœnas decernere, Emendas, & Satisfactiones imponere: Clericos ob crimen, exceſſum, vel defectum cognitum ab officio, & dignitate ſuſpendere, imò prorſus removere, & deponere: eosdem ex cauſa reſtituere: inſuper Cenſuram Eccleſiaſticam in omnes Diœceſanos Clericos, & Laicos per excommunicationem majorem, & minorem: Itemque per interdictum generale, & ſpeciale ex juſtiſſima, & probatiſſima ratione exercere, iterumque ab excommunicatione, & interdicto reconciliatos abſolvere: ſicut etiam à juramento illicitè extorto, ſive aliâs præſtito ad effectum agendi, aut alium, nec non de gradibus in matrimonio prohibitis, pariterque de defectibus, & irregularitatibus diſpenſare: deniq; in cauſis Scholarium, ſeu Studioſorum ex debito civili, ſimul & delicto deſcendentibus judicare

Digitized by Google

dicare queat,& debeat *vol.2.d.9.l.*sSs.3.4. tTt.1.

Epiſcopalia tela,id eſt,Cenſuræ Eccleſiaſticæ non temerè, & ſine juſta cauſa proferenda,& ejaculanda ſunt,& contra ea remedia multa competunt *vol.2.d.9. l.*tTt.1.

Epiſcopalia tela, id eſt, Cenſuras nemo contemnat, id ſi quis faciat Epiſcopus brachium ſæculare invocare poteſt *vol.2. d.9.l.*tTt.1. & tenetur Judex ſæcularis opem ferre,ut & è contra *ibid.*

Epiſcopatus non eſt ſimpliciter dignitas, ſed dignitatis culmen *volum.2.d.9.l.* tTt.2.

Epiſcopus ſucceſſor prioris Epiſcopi æs alienum ſolvere non tenetur,niſi isid aut cum Capituli conſenſu mutuum ſumpſerit, aut id in Eccleſiæ utilitatem converſum creditor legitimè probaverit *vol.2. d.*18.*l.*S.2. *vol.3.d.5.l.*oo.3. *vol.5.d.35 l.*BB.1.

Epiſcopus,& quivis Prælatus nudum tantùm uſum in fructibus habet, quos nec per directum, vel indirectum obligare poteſt *vol.3.d.5.l.*oo 3.

in Epiſcopalis juris damnum ſi Canonici ante Electionem juramenta quædam fecerint, peccant, nec Electus ad juramenti obſervationem obligatur, quia non juramenta ſed perjuria potius ſunt dicenda, quæ contra libertatem Eccleſiaſticam attentantur *vol.3.d.*11 *l.*H.2.

Epiſcopo pio,& religioſo pro facinoroſis,& ſceleratis hominibus intercedere non licet *vol.5.d* 10.*l.*uu.5.

Epiſcopo moriente Capitulum ſuccedit in adminiſtratione,& juriſdictione, omniſque poteſtas Epiſcopalis recidit in Capitulum *volum.5.d.23.l.*ppppp.4.*d.29. l.*rrrrr.4.

Epiſcopi Proteſtantes pro Imperii Statibus non habentur,ad Comitia non vocantur, Principatu non inveſtiuntur, quod Proteſtantes ægerrimè ſemper tulere: tamen exemptio eorum, qui ante Paſſavicam pacem tales fuerunt, tenet *vol.2.d.3.l.*o.2.3. *vol.4.d.17.l.*eeee.4. *vol.5. d.23 l.*nnnnn.3.

Epiſcopale jus,& juriſdictio Eccleſiaſtica Statibus Imperii Lutheranis permittitur, adeò ut Cæſari ne preces quidem primariæ, quas vocant, relictæ ſint: & hoc permittitur iis per Paſſavicam transactionem, & illis ſolùm, qui tales ante illam pacem fuerunt *vol.2. d.3. l.*o. 3.*d.9 l.*tTt.3. *vol.4.d.8.l.*fff.4.*d.12.l.*hhh.3. *vol.5.d.11.l.*zz 1.fff.2.3.*d.15.l.*ooo.1.*d.21. l.*ffff.4 iiiii.3 4.*d.30.l.*C.2.4.D.1.

Epiſcopo, & Abbati facta injuria atrox æſtimatur *vol.2.d.9.l.*tTt.2.

Epiſcopi in Germania eliguntur *vol.4. d.*19 *l.*pppp.3.

Epiſcopus omnium criminum vindicationem ſibi ſoli arrogat,eo quod inferiores prælati territorio, id eſt, Diœceſi deſtituantur. Sic Epiſcopus concedendo cum conſenſu Capituli Prælato cuipiam ſuæ Diœceſeos etiam omnia ſua jura in aliqua Eccleſia,vel Parochia poſſeſſa, non tamen putatur abdicativè illa conceſſiſſe *vol.5. d.*11.*l.*bbb.3.

Epiſcopale jus etſi Proteſtantes occuparint, tamen Eccleſiaſtica Judicia, id eſt, conſueta Cleri Conſiſtoria conſtituerunt, in quibus cauſæ Eccleſiaſticæ,& Cleri ſui agitentur *vol.5.d.11.l.*fff.3.

Epiſcopo mortuo Capitulum ad Imperii

perii Comitia vocatur, & jus habet ſuffragii,quod tamen in Electione Cæſaris non obtinet *vol.5. d.*29.*l.*rrrrrr.4.

Epiſcopi magis conſuetudine, quàm Dominicæ diſpenſationis veritate Presbyteris ſunt majores *vol.6.d.*3.*l.*S.1.

Error cui non reſiſtitur approbari videtur *vol.2.d.*1.*l.*d.1.

Errores nobis cum lacte nutricis inſtillantur, & ſimul atque in lucem ſuſcepti ſumus, in omni continuò pravitate, & ſumma opinionum perverſitate ita verſamur,ut tandem extinctis bonis naturæ igniculis vanitati veritas,& opinionibus, natura ipſa cedat *vol* 7.*d.*10.*l.*tt.2.

Erroneæ confeſſiones nil in præjudicium aliorum, nec ipſius confitentis agunt *volum.*2 *d.*3.*l.*p 3.

Error communis jus facit *vol.*4.*d.*14.*l.* rrr.3. *vol.*7.10.*l.*uu.2.

non Eſſe,vel Eſſe equidem ſed incapacem paria ſunt *vol.*7.*d.*2.*l.*f.4.

Eslinga fuit Civitas olim Principi ſubdita,nunc Imperialis eſt *vol.*2. *d.*3. *l.*p.3.

Et, particula eſt, quæ diverſa conjungit,& ſtat ampliativè *vol.*2. *d.*6.*l.*pp.3.

Et, particula ſæpè ponitur inter eadem,& ſimilia, & reſolvitur in copulam expoſitivam,ac ſtat declarativè inter duo idem importantia *vol.*5.*d.*23.*l.*ppppp.1.

Ethica non ſolum Politico, ſed etiam JCto omninò neceſſaria,& utilis eſt *vol.* 4.*d.*26.*l.*H.3.

Ethica eſt comprehenſio Præceptorum,quæ viri prudentes per multifarium, & continuum diſcurſum collegerunt, igniculos,& ſcintillas illas Legis Naturæ, id eſt,rationis latentes excitando,ut carbones illi naturæ,& veræ in homine cineribus erroris, & malitiæ ſuffocati in altiſſimam erigantur flammam *volum.*7.*d.*10. *l.*tt.2.

Ethicam Philoſophus in Oeconomicis familiæ accommodare ſtudet,Politicus verò in civilem ſocietatem illam introducere,atque ex privatâ,quantum fieri poteſt, publicam facere laborat *vol.*7. *d.*10.*l.*tt.3.

Evectionem mercium ſuarum ex territorio ſuo, item invectionem peregrinarum Princeps prohibere poteſt *vol.* 3. *d.*5.*l.*kk.2.

Evincere rem Emptori nihil eſt aliud, quàm rem venditam jure,judicioque ei auferre,ſcilicet vincendo extorquere. Evictio igitur eſt rei noſtræ,quam adverſarius titulo legitimo adquiſierat, per Judicem facta recuperatio *vol.*3.*d.*9.*l.*ddd. 4. vide in verbis Venditio & Emptio.

Evictionis cauſa fiſcus non cavet, ut nec Auguſtus,nec Auguſta, quia qui à talibus emit, ſtatim ſecurus redditur *vol.*2. *d* 28.*l.*NN.3.

Eunuchi nec emi, nec vendi poſſunt *vol.*3. *d.*9.*l.*ccc.1.

Europæ pleraque Regna Cæſari noſtro de jure ſubjectionis vinculo obnoxia, & adſtricta ſunt, etſi pleraque nunc jugum excuſſerint *vol* 2.*d.*4. *lit.*t.4.u.1.2. 3.4 *d.*13,*l.*β.4.γ.1.2.3.

Exactio odioſa eſt, immunitas autem favorabilis *vol.*3. *d.*5.*l.*gg.2.

Exceptio confirmat regulam in caſibus non exceptis *vol.*2.*d.*1.*l.*c.4.*d.*3.*l.*pp. 4.qq.1.2.*d.*14.*l.*l.2. *vol.*5.*d.*32.*l.*P.1.2.

Exceptio ita intelligenda eſt, ut ſit de regula *vol.*2. *d.*6.*l.*oo.4.

Exceptio interpoſita de uno caſu trahitur

hitur ad alios caſus, ubi par ratio ſubeſt, etiamſi exceptio verbis taxativis ſit concepta *volum.2. d.6.l.pp.4.*

Exceptio eſt defenſio, quibus adverſarius in judicio, contra adverſarii ſui intentionem ſe ſe munit, atque tuetur, aut eſt excluſio quædam, quæ interponi actioni cujusque rei ſolet ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemve deductum eſt: aut eſt conditio, quæ modo eximit reum damnatione, modò minuit damnationem. Exceptio autem debet opponi, judex enim factum exceptionis ſupplere non ſolet, quid verò ſi actio nulla competat, vel quæ competierat ſolutione, novatione, compenſatione &c. ſublata ſit? Reſpondetur an competit ratione juris, an facti, an non: ſi juris ratione non competit, certum eſt Prætorem nullum actoris jus deprehendentem actionem denegaturum, ſin facti, & factum puta ſolutionis, novationis &c. actor fatetur vel inficiatur: ſi fatetur, & tum Prætor quoque actionem denegabit, cùm ex facto iſto conſtet, omne jus agendi ſublatum eſſe: ſin inficiatur, non ſufficit ſimpliciter, intentionem actoris negare, quippe quam per falſas probationes à Judice imperito, vel corrupto forſan obtinere poteſt, ſed ipſius facti, puta ſolutionis, novationis &c. probatio reo neceſſaria eſt, quæ fit poſt objectam exceptionem, quæ reum ipſo jure tuetur *volum.2.d.25.l.*KK.1.2. MM.3. *vol.3.d.15.l.*R.1.

Excipiendi jus tranſit in ſingularem ſucceſſorem *vol.3.d.1 l.*d.3.

Exceptionum plura ſunt genera. Primò à cauſa efficiente. Nam aliæ ſunt Civiles, aliæ Prætoriæ: Civiles ſunt, quæ ex legibus, vel iis quæ legis vim obtinent. Prætoriæ, quæ ex ipſius Prætoris jurisdictione ſubſtantiam capiunt: illius generis ſunt exceptiones SC. Macedoniani, Velleiani, Fori: hujus verò ſunt metus, doli, pacti conventi. Secundò à cauſa materiali, nam aliæ ſunt in perſonam, aliæ in rem: in perſonam quæ ſunt, vel reſpiciunt ſtatum, & qualitatem ejus qui excipit, vel illius, adverſus quem excipitur: Perſona excipientis obſervatur, cum legatus declinat judicium, vel alii, quibus revocandi domum jus datur, vel quando parens, patronus, maritus, donator, vel ſocius excipit ſe facere non poſſe. Perſona verò illius contra quem excipitur, conſideratur, ſi Judex, vel actor, vel procurator, vel teſtis evitetur, & qui leg. perſ. ſtandi in jud. habent, vel non. Exceptiones in rem ſunt, quæ ex ipſa repetitâ, vel qualilibet alia naſcuntur: quales ſunt exceptiones rei judicatæ, jurisjurandi, SC. Velleiani, Macedoniani, transactionis &c. Tertiò ab effectu vel dilatoriæ ſunt, vel peremptoriæ *vol.2. d.27.l.*KK.2.

Exceptionibus affinis eſt duplicatio, quadruplicatio, conteſtatio ſuper exceptionibus facta, ut judex eas competere declaret, officii præterea judicis imploratio, ut actori ad agendum certus præfigatur terminus: contraria ſunt replicatio, quæ exceptionem excludit, ut hanc rurſus duplicatio, duplicationem triplicatio &c. nullitas exceptionum, injuſtitia, obſcuritas *vol.2. d.27.l.*MM.3.

Exceptionibus aditum præcludunt Statutum, & Compromiſſum *vol.2.d.27. l.*MM.4.

Exceptionem non tollit temporis præſcriptio *vol.2.d.27.l.*MM.4.

Exceptiones itaq; perpetuantur *vol.7. d.7.l.*kk.2.

Exceptiones peremptorias, & allegationes prætermiſſas per errorem juris, milites poſt ſententiam, ante executionem, poſſunt proponere *vol.2.d.28.l.*NN.3.

Exceptionibus pluribus nemo uti prohibetur etiamſi diverſæ ſint *volum.6 d.15. l.*Zzz.4.

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis *vol.7.d.1.l.*a.3.

Exceptiones quædam ſunt rei, quædam perſonæ, hæ perſonam non egrediuntur: illæ, quia propter perſonam non competunt, perſonam comitantur *vol.4. d.25.l.*F.4.

Exceptiones contrarias Reus proponere non poteſt, niſi conditionaliter ſint contrariæ *vol.5.d.34.l.*X.2.

Excommunicati excommunicatione majori, quæ legitima ſit, & juſta communi ſecuritate non gaudent *volum.2.diſp.7. l.*cCc.2.

Excommunicatio illegitima, & ab iniquo, vel impio excommunicantis judicio, ac furore profecta, curanda non eſt, & in caput ipſiusmet excommunicantis redundat *vol.2.d.7.l.*cCc.2.

Excommunicatio Eccleſiaſtica deportationi, ſeu banno in Imperio, ac Politia civili, vel ſaltem exilio, & relegationi reſpondere videtur *vol.2.d.7.l.*cCc.2.

Excommunicatio Eccleſiaſtica etſi major, & legitima non exuit excommunicatum dominio rerum, nec contractus cum illo celebratos annihilat, multò minus juſtam in illorum vitas, & bona graſſandi licentiam, & cauſam præſtat *volum.2.d.7. l.*cCc.2.

Excommunicatio major eſt Chriſtiani hominis à toto Eccleſiæ corpore, & communione fidelium abſciſſio, & ſubmotio, quæ & idcirco anathema, id eſt, æternæ mortis damnatio dicitur, qua homo traditur Satanæ, & cum pœna atrociſſima ſit, exactiſſimam cognitionem requirit *vol.2.d.9.l.*tTt.1.

Excommunicatio minor ſeparat tantùm à cultu publico Miniſterii, & perceptione Sacramentorum, ſalvo hominum commercio, & ſicut excommunicatio in perſonas, ita interdictum in res, & loca præcipuè dirigitur *vol.2.d.9.l.*tTt 1.

ultra Excommunicationem Eccleſiaſticus judex nihil poteſt *volum.2. diſp.22. l.*BB.1.

Excommunicationis exceptio tàm Eccleſiaſticæ, quàm civilis actorem repellit, ſi vel Eccleſiaſticè, vel civiliter excommunicatus ſit *vol.2.d.27.l.*KK.4.

Excommunicati beneficiorum Eccleſiaſticorum aſſequendorum ſunt incapaces *vol.6.d.3.l.*Aa.3.

Excommunicati ab agendo, patrocinando, ac teſtificando, item ab actibus extrajudicialibus non arcentur *vol.6.d.3. l.*Aa.3.

Excommunicati in nullius patrocinium ſuſcipi debent, ſi ſint juſtè excommunicati *vol.6.d.3.l.*Bb.4.

Excommunicatus etſi ab agendi, non tamen ab excipiendi arcetur facultate *vol.2.d.27.l.*MM.3.*vol.7.d.7.l.*kk.2.

Excommunicatio executionem ſecum trahit *volum.1. diſp.8. l.*ii.2. *volum.5. d.39. l.*NN.3.4.

Excubia-

Excubiarum onus, eſt onus odioſum, miſerum, & moleſtiarum plenum *vol.6. d.*8.*l.*Eee.3.

ad Excubias nocturnas Ruſtici non tenentur, niſi vel pactis, vel conſuetudine aliud introductum ſit *vol.6.d.8.l.*Eee.3.

Excuſatio affectata non prodeſt *vol.6. d.16.l.*Eeee.3.

Excuſſionis exceptio eſt, ſi à creditoribus fidejuſſores ante conveniantur, quàm discuſſione bonorum facta compertum ſit, principalem debitorem non poſſe ſolvere in ſolidum, vel ſi res debitorum quoquo modo poſſidentes ante principalem, vel etiam fidejuſſores exigantur; ſed hoc beneficio locus non eſt, ſi fidejuſſores ei renunciarint, aut ſeſe ut principales obligarint, & quidem in ſolidum. Item ſi notoriè conſtet de inopia principalis, ſi debitor principalis latitet, ut citari non poſſit. Hac autem exceptione fidejuſſores ita ſe tuentur, ut creditores, qui in ſe agunt, remittant ad discutiendum principalem, id eſt, videndum, ſi ipſe, aut quantum ſolvendo ſit *vol.2.d.*27.*l.*LL.1 *d.*28. *l.*NN.3. *volum.*4.*d.*27.*l.*P.3.4. Q.1.*d.*34.*l.*II.4. hoc beneficium jus canonicum non probat, ſed malè *vol.7.d.6.l.*dd.4.

Executio in caſibus prohibitis appellare, mox effectui mandari, & ſine metu attentatorum fieri poteſt, licet de facto appellatio interponatur *vol.3.d.2.l* 1.2.

Executio nec durante decendio à lata ſententia, nec pendente appellatione ſeu à definitiva, ſeu ab interlocutoria fieri poteſt ullo modo, quæ ſi fiat attentatum erit *vol.3.d.2.l.*m.1.2.3.4.

Executionis ſpecies eſt Arreſtum *vol.5. d.4.l.*z.2.

Executio non poteſt fieri pendente lite ſuper nullitate ſententiæ definitivæ, ſive executio ſit irretractabilis, ſive retractabilis: idque, ſive per viam exceptionis, nullitas non ſolùm notoria, & ex inſpectione actorum apparens, vel incontinenti probanda, ſed etiam quæ altiorem indaginem deſiderat, opponatur: ſive per modum actionis unà cum appellatione (ſive expreſsè, ſive tacitè) cumuletur, vel principaliter, & ſola proponatur *volum.3. d.2.l.*n.1.

Executio aliquando citra Attentatum fieri poteſt, oppoſita nullitate poſt tres conformes ſententias, niſi nullitas ſit notoria, & ex actis prima facie apparens, vel etiam aliunde (præterquam ex actis) probatio ejusdem incontinenti offeratur: Imò ſi tertius quiſpiam litigantibus accedat, & de nullitate ſententiæ poſt tres conformes agat, executio ſententiæ fieri poteſt, modò poſt tres conformes latas certior ſit factus de lite anteacta: idemque dicendum ſi non omnium trium, ſed unius tantum, alteriusve ſententiæ ſcientiam habuit: quod ſi verò omnium habuit, tunc itidem executio citra attentatum fieri poteſt *vol.3.d.2.l.*n.2.

Executio item fieri non debet pendente reſtitutione in integrum, alioqui ante omnia revocanda eſt, niſi præſumptio calumniæ ſit contra petentem ſe reſtitui: hinc etiam adverſus tres conformes ſententias petita reſtitutione executio citra attentatum fieri poteſt *vol.3.d* 2. *l.*n.2.

Executio item fieri non poteſt citra attentatum pendente ſupplicatione, aut

reviſione à ſententia Cameræ Imperialis *vol.3.d.2.l.*n.3.

ab Executione non eſt proceſſus incipiendus, & judex ab executione incipiens ſpoliate dicitur *vol.2.d.1.l.*c.1. vide. in verbo judex *vol.5. d.4. l.*z.2. *vol.6.d.*8 *l.*iii 1.*vol.7.d.7.l.*hh.4.

Executio parata multis caſibus ſuſpendi debet, uti ſi quis habeat ſalvum conductum, vel gratiam ſingularem, vel ſi ſit retentus ab hoſtibus, vel morbo lecto affixus: quibus caſibus, ſi impoſſibilitatem ſe ſiſtendi probaverit, etiam lapſis fatalibus denuo admittitur *volum.6.d.1.l.*E.2.

Executio ſententiæ Cameræ Imperialis in cauſis de relaxanda captivo, & decretis alimentis non ſuſpenditur, etſi cautio ſit præſtita *vol.3.d.2 l.*n.3.

Executionem inhibitio juſtam ob cauſam decreta, & inſinuata ſuſpendit *vol.3. d.2.l.*n.3.

Executio ſententiæ in præjudicium tertii intervenientis pro ſuo intereſſe, pendente interventione an citra vitium attentorum fieri poſſit quæritur? diſtinguendum eſt hic, aut enim interventio ſit ante, vel poſt ſententiam: ante ſententiam ſi quis interveniat ad juvandum actorem, vel reum executio fieri nequit, ſin ad partem oppugnandam utramque, iterum diſtinguo: ſi enim vacans ſit poſſeſſio ejus rei, de qua lis eſt, executioni itidem mandari ſententia non debet: Sin à reo poſſideatur, iterum diſtinguo: aut enim ſententiam latam, ſuam cauſam plenè inſtruxit, & de jure ſuo docuit, tunc itidem executio in præjudicium tertii fieri non debet; aut ſerius liti intervenit, ita ut cauſam ſuam plenè non inſtruxerit, nec de jure ſuo docuerit, tunc executio fieri poteſt, præſtita tamen prius cautione à victore ipſi victo, de indemni ſervando victo, ſi victus denuò condemnaretur, & ſecundum tertium intervenientem pronuntiaretur. Poſt ſententiam verò ſi fiat interventio, iterum diſtinguo. Si enim interveniat tertius, cui ſententia aliquo modo præjudicat, appellando à ſententia, vel de nullitate, vel ſimili remedio (quo enim pars ipſa uti ſolet) agendo, tunc regulariter executio ſuſpendenda, vel non videtur eodem modo, ac ſi pars illo remedio experiretur, quod ſi verò alio modo interveniat poſt ſententiam, vel rem judicatam, is, cui ſententia nullo modo præjudicat, opponendo ſe executioni ſententiæ ratione ſui intereſſe, tunc quatuor caſus diſtinguendi videntur: 1. ſi executio ſit facienda in re vacante, tunc interventio impedit executionem, niſi præſumptio calumniæ contra intervenientem, & niſi tertius ſciverit quidem litiſpendentiam, non tamen ea pendente, ſed demum poſt ſententiam, & rem judicatam intervenerit: 2. ſi executio ſit facienda in re de qua litigabatur, ab ipſo victo poſſeſſa, tunc executio non ſuſpenditur, licet victor cautionem non præſtet: 3. ſi in re ab ipſo interveniente poſſeſſa tunc ſuſpenditur: 4. ſi in re alia, quam ſuper qua lis erat inter partes, itidem ſuſpenditur *volum.3. diſp.2. l.*n.3.4.

Executio effectus ſententiæ latæ eſt maximus, & ultimus, qua facta ſententiam effectum ſortiri nulla ratione negari poteſt *volum.3.diſp.3.l.*u.4. *volum.4.d.24. l.*F.1.

Execu-

Executionem quoties lex in delictis imperat, moræ purgatio non admittitur *vol.3.d.5.l.*pp.3.

Executio ſententiæ à nullo fit niſi à Principe *vol.4.d.23.l.*C.1.*d.24.l.*F.1.

Executio ſententiæ fieri debet poſt quadrimeſtre tempus à ſententia lapſum, vocatis ad hoc partibus, in rebus in condemnationem deductis præciſè, deinde in pignoribus fieri debet, ita quidem ut pignora primum in mobilibus, & denique in nominibus capiantur, poſtque duos menſes ſolutioni deſtinatos debito non ſoluto diſtrahantur, & ſi emptorem non invenerint, ea quantitate, quæ debetur, addicantur *vol.*4. *d.*24.*l.*F.1.

Executio ſententiæ, ſive etiam pignoris judicialis, ſive inſtrumenti Quarentigiati varia fuerunt tempora, & ſunt: in Camera Spirenſi ſpatium ſex menſium, & trium dierum conſtitutum eſt *vol.*7. *d.* 4.*l.*q.1.

in Executione quoque condemnatus citandus eſt *vol.*4.*d.*24.*l.*F.1.

Executio rei judicatæ non poteſt impediri ſatisdatione *vol.*4.*d* 24.*l.*F.1.

Exemptio Eccleſiaſtica ex Jure Canonico eſt, ubi ſacerdotes juridicis Principum ſedibus, tributis, captura, regimine, muneribus eximuntur *vol.*2. *d.*3.*l.*h.3.

Exemptio in Jure Civili eſt immunitas à muneribus, oneribus, operis, collectis *vol.*2.*d.*3.*l.*h.3.

Executio fiat in condemnatum ipſum, non in alium tertium: niſi forſan rem litigioſam poſſideat, ita ut primum mobiles, & ſi non ſuffecerint, immobiles, dein res incorporales, jura, nomina, feuda quoque capiantur, quoad Vaſallus vixerit deficientibus allodialibus: demum ſi nec illa ſuffecerint, deveniatur ad capturam perſonæ *vol.*3.*d.*15.*l.*S.3.

Exemptiones privilegiorum de non appellando eò uſque ſe extendunt, quo uſque Juſtitia à Principe non denegetur, aut protrahatur, promotoriales, ad excitandam ejus jurisdictionem: ſi neque his paritum ſit, absque nova requiſitione citationem partis ad cauſam in Camera agendum decerni ordinatio jubet, etſi hodie, ne nimium litibus obruatur Camera, & mandatum pœnale loco citationis, & promotorialium ad procedendum, & pronuntiandum emanare ſolent *vol.*1.*d.*8.*l.*pp.3.

Exemptiones de non appellando reliqui Principes, & quædam urbes conditionales, id eſt, quoad certam ſolummodò ſummam habent *vol.*1.*d.*8.*l.*pp.4. vide in verbo Appellatio.

Exemptiones hæ ita intelligendæ ſunt, ut tamen Principes inter ſe in Camera agere teneantur *volum.*1.*diſſ.*11. in Corollariis.

Exemptiones ab Imperio, quas Principes plerique, & Reges prætendunt, non ſubſiſtunt jure. Itaque omnes juſtis armis ad Imperii ſubjectionem cogi poſſunt *volum.*2.*d.*3.*l.*h.1.*d.*4.*l.*u.3. vide in verbo Majeſtas.

Exemptionibus crebris, quas plerique Status affectant, mirum in modum Imperium labefactatur, Cæſaribus matriculam reſtaurare fruſtra conantibus: ubi vide modos Reſtaurationis *volum.*2.*d.ſp.*4. *l.*h.2.

contra Exemptiones ab Imperii jurisdictione, & oneribus affectantes mandata ſine

ta ſine clauſula à Camera Spirenſi decernuntur *volum.2.diſp.3.l.h.3. volum.4.diſp.5. l.s.1.*

Exemptio nihil eſt aliud, quàm vindicatio ſtatus ab immediata Imperii ſubjectione *vol.2.d.3.l.h.3.*

Exemptionem tributorum, & onerum contra Imperium qui affectant, plerumque in aliorum Dominorum miſerrimam ſervitutem incidunt: quare exemptæ urbes, hoc eſt, ab immediata Imperii ſubjectione vindicatæ rarò privilegia libertatis apud eximentes eas Principes retinuerunt *vol.2.d.3.l.h.4.*

Eximi ab Imperio nemo poteſt ullo juris prætextu: & hoc concedendum ſi loquamur de univerſo Imperii jugo: Nam omnimoda libertas & ſuprema jurisdictio in æternum præſcribi (vide in verbo Majeſtas) non poteſt: tamen ſi de exemptione generaliter, & vulgariter loqui contingat, ea intelligitur quæ fit ſalva ſuprema Cæſaris authoritate, & jurisdictione, & cum provincia, vel urbs exempta manet pars eximentis ſtatus ſub Imperii fide *vol.2.d.3.l.i.1.d.4.l.u.2.3. vol. 4.d.5.l.u.3.*

Exemptionem hodie Cæſar ulli Statui indulgere non poteſt: Nam ita Cæſar cum Imperii Septemviris pepegit: quod olim in feudis ſalva ſuprema Cæſaris juriſdictione non obtinuit. Igitur feuda caduca à Cæſaribus concedi cuivis poterant, hodie non item, ſed Imperii prædio adſcribi debent *vol.2.d.3.l.i.1.2.*

Exemptiones Florentinorum, Venetorum, aliorumque aut nullæ ſunt, aut reſervata Imperii ſuperioritate factæ *vol. 2.d.3.l.i.2.*

Exemptiones ſub Cæſaribus tyrannicè imperantibus legitimo modo acquiſitæ valent, ſin libertatem, & privilegia Cæſares contra jus extorſerint, reſtitutionis beneficio pars læta lætabitur *vol.2.d. 3.l.i.4.*

Exemptionibus hujuſmodi cauſam dant ſæpe fatalis temporis caſus, & revolutio, inde merita Principum, & urbium, & provinciarum flagitia rebellionis, perfidiæ, & natæ inde proſcriptiones, tùm ſæpe præſcriptio immemorialis temporis *vol.2.d.3.l.k.1.*

Exemptionis privilegium, & jus, cum quis ita adeptus fuerit: quæritur, num reliqua bona, quæ poſt acquiſita fuerint, eandem naturam ſequantur? & negatur, niſi ita principatui unita fuerint, ut cum eo ita coaluerint, ut amplius nec ſeparari, nec ratione diſcerni poſſint *vol.2.d.3. l.k.3.*

Exemptionis jus quæſitum, aut privilegium indultum ad neceſſitatem ſe non extendunt, ſed eximenti ſtatui adcreſcunt *vol.2.d.3.l.k.3.4. vol.4 d 5.l.u.3.*

Exemptionibus hujuſmodi non gaudent nec ii, qui ſe in alterius Principis protectionem dederunt, nec qui fœdera cum aliis percuſſerunt, nec qui feuda ab aliis habent, quamvis ſæpe, & ubique effugiant, atque id tentent *volum.2.d.3.l.k. 4.l.1.2.3*

nec Exemptionem hujuſmodi acquirant ii, qui ſe alteri ſubjiciunt, bona ſua allodialia in feudum dant, aut vendunt; Nam etſi generalis obligatio interveniat, tamen perſona ſemper excepta cenſetur, tum verò talis ſubjectio in præjudicium Cæſaris, & Imperii non valet: nec etiam perſo-

perſona tunc ſubjicitur, etſi Cæſar allodia alicujus Comitis, & Nobilis, alicui Principi in feudum det, maximè ſi princeps tale feudum importunis precibus, & obreptitiè obtineat: item nec exemptio valet, etiamſi quis & feudum ab inferiori principe habeat, & diſtrictu ejus provinciali habitet, aut homagium reale præſtet pro bonis in alterius regione ſitis, aut penates in bonis municipialibus fixerit, nec horum reſpectu ab Imperio exemptus dicetur *volum.* 2. *d.* 3. *l.* L. 4. m. 1. 4. n. 1. 2 3. 4.

Exemptus ratione loci certi, non cenſetur loci alterius ratione exemptus *vol.* 2. *d.* 3. *l.* n. 4.

Exempti ſunt ab ordinaria Principum, apud quos degunt, jurisdictione, & ſuperioritate: primò Clerici, ſecundò Adſeſſores Cameræ, Nobiles immediati, Equites Rhodii, Gannerbii, Capitulares multi *vol.* 2. *d.* 3. *l.* n. 4.

nec Exemptus is Status ab Imperio cenſetur, etiamſi alius Princeps in eo regalia quædam, aut juriſdictionem exerceat *vol.* 2. *d.* 3. *l.* o. 3. 4.

Exemptæ ab Imperiali jurisdictione ſunt illæ urbes, quæ à Principibus, præſertim Electoribus tanquam pignus **als ein Pfandſchilling** poſſidentur *volum.* 2. *d.* 30. *lit.* o. 4.

Exemptio probatur per hæc præcipuè quando quis mandatis meis paret, & ad requiſitionem meam comparet, ſi Homagium ſubjectionis mihi præſtat, ſi onera, mulctam, & pœnas ſibi imponi patitur *volum.* 2. *d.* 3. *l.* p. 1. 2.

Exemptiones hæ, an tolli iterum à Cæſare, & aboleri poſſint, quæritur: qua in re ſic reſpondetur: aut hæ exemptiones ex ſola purâ, & purâ, gratia indultæ ſunt & tamdiu durabunt, quamdiu Cæſares gratiam ratam habebunt, aut illi gratiam iſtam dignis obſequiis penſabunt: Nam exempti à reverentia liberati haud ſunt, ſunt, ſin jactantia, & contumacia cervicem erexerint, & talem rebellem exemptionem proſequantur, in ordinem redigantur, velut ingrati liberi, & liberti. Si ex contractu, & transactione eam acceperint, idque unanimi ſtatuum conſenſu, tunc ſine offenſa Cæſar turbare exemptos non poteſt: idem ſtatue ſi donatione remuneratoria eam compararint. Cum enim hæc non ſit mera liberalitas, ſed ob merita, aliove titulo oneroſo quæſita penſatio tetractari nequit, dummodo merita ipſa non nimis enormiter excedat. Verùm ſi exemptio data ſit ſub, & cum conditione, aut cauſa, tùm ceſſante cauſa ceſſabit exemptio *volum.* 2. *diſp.* 3. *lit.* p. 3.

Exemptionis etiam privilegium tollitur ingratitudine, delicto, rebellione: & poſtremo Imperii præſcriptione, quando videlicet Status Imperii pependit aliquoties, Imperioque ad poſſeſſionem collectandi viam complanavit *vol.* 2. *d.* 3. *l* p. 4.

in Exemptionum cauſis fiſcus contra reos, & earum affectatores, procuratores inquirit, agit, procedit, cujus tribunal eſt Camera Spirenſis, & ſummo favore maximisque privilegiis fruitur. Igitur, qui exemptionem allegat, difficile probandi onus in ſe trahit. Ad colorandam quaſi poſſeſſionem Imperii ſufficit eximendum matriculæ inſcriptum, adeo-

Digitized by Google

que ſemel, & antiquitus inſcriptum, licet in poſterioribus matriculis nomen ejus non amplius reperiatur, quia id Imperio fraudi, & nocumento eſſe non debet, niſi legitimè probatum ſit, eum cum Cæſaris Statuumque conſenſu ex matricula expunctum. Quare ſi allegare fiſcus non poteſt eximendum in matricula reperiri, Collectas Imperio ſolviſſe, in comitiis comparuiſſe, ad conventus circulares tanquam epitomen comitiorum convocatum fuiſſe, regalia à Cæſare acquiſiviſſe, denique fideliter, & firmiter Imperio adhæſiſſe, vivat libertas, & reus condemnabitur *vol.2.d.3.l.*q.1.2.

Exemptæ perſonæ etſi in publicum aliquid conferre teneantur, per ſuum tamen Magiſtratum ad id cogendæ ſunt *vol.3.d.5.l* gg.1.

Excommunicatione Princeps Regno privari non poteſt, imò cùm res ſit ardua, non facilè in ſummum Principem eſt dirigenda *vol.4.d.2.l.*c.4.f.1. *volum.5.d.*30. *lit.*C.3.

Exheredatio in filiumfamiliâs ob neglectum in contrahendis nuptiis parentum conſenſum non cadit, niſi turpem, inhoneſtam, parentibus, & familiæ ignominioſam duxerit uxorem *volum.1.dup.5. lit.*m.4.

Exheredatio in filiam ob neglectum in contrahendis nuptiis parentum conſenſum hoc caſu non cadit, ſi parentes eam ultra 25 ætatis annum elocare diſtulerint *volum.1.disp* 3.*l.*q 1.

Exheredati pro mortuis reputantur, & debet fieri exheredatio ob ingratitudinem *vol 1.d.12.l* F.1.*vol.2.d.*20.*l.*X.3, *vol.3.d.1.l.*C.1.*vol.7.d.2.l.*f.4.

Exhereditatio debet fieri ritè, purè, & ab ipſa hereditate; non ex re certa, & ab omnibus gradibus *vol.3.d.*10 *l.*C.4.

Exhereditatio debet fieri juſtè, & cum cauſa legibus cognita, cujus cauſa an vera ſit, facti, ideoque ab herede, qui eam allegat, probari debet, an juſta, juris quæſtio eſt *vol.7.d.2.l.*f.4.

Exheredati propter commiſſum in parentes delictum, meritò omni ſucceſſionis jure in eorundem bonis exuuntur *vol.7.d.2.l.*f.4.

Exheredato filio uno reliqui ejus partem integram habebunt *volum.7. dup.2. lit.*f.4.

Exhereditati liberi probationem debent præſtare, quod obſequium debitum jugiter, prout ipſius naturæ religio flagitabat, parentibus adhibuerint: & immeritò adverſus ſe patrium fulmen veniſſe *vol.3.d.*10.*l.*D.1.

Exheredare nec licet liberis parentes, nec parentibus liberos aut præterire, niſi ob juſtas cauſas *vol.3.d.*10.*l.*D.1. *vol.6.d.16.l.*Aaaa.4.

Exheredatio collateralium pro non exheredatione habetur, nec illi conquæri poſſunt, niſi perſona infamis inſtituatur *vol.3.d.*10.*l.*D.1.

Exheredationis juſtæ, cauſæ variæ ſunt, quæ in ea omninò exprimi, & teſtamento inſeri, & ab herede probari debent: nec proficit prolis pœnitentia, niſi pater reconcilietur *vol.3.d.*10.*l.*D.1.2. *vol.6.d.16. l.*Aaaa.4.

Exheredatus cum inſtitutis nunquam fuit conjunctus nec re, nec verbis, nec lege: unde jus accreſcêdi inter inter hos locum non habet *volum.7.d,2.l.*f.4. ſecus ſi

cauſa.

Digitized by Google

cauſa exheredicationis nondum plenè probata ſit. Nam talis filius, intra quinquennium inofficioſi querela agere poſſet. Si verò ſuperſederit quinquennio elapſo excluditur, & tacitè patris hereditatem repudiaſſe, vel potius ea abſtinuiſſe cenſetur, & ſic quamvis non admittatur ad partem, eam tamen aliis facit, & portio ejus apud legitimam reliquorum manet, & quaſi accreſcit *ibid.l.*g 1.

Exheredatus filius neque jura ſacrorum, neque jus familiæ, aut agnationis, nec nomen ſui amittit *volum.2.diſp.*28. *lit.* S.3.

Exheredato juſtè filio, nepos ex ſua perſona ad querelam inofficioſi admittitur *vol.*4.*d.*31.*l.*BB.3.

Exilium, & deportatio capitalis pœna non eſt, eſt tamen morti proxima *volum.*3. *d.*13.*l.*F.4.

in Exilium ſi quis condemnatus ſit, aut in pœnam pecuniariam: poterit pro reo, etiam invito, quivis ex populo pecuniæ ſolutionem præſtare *vol.*5.*d.*18.*l.*rrrr.2.

pro Expenſis de jure civili datur actio, retentio, exceptio de dolo malo *vol.*3.*d.*1. *l* h.3.

Expenſarum taxatio appellatione etiam pendente fieri poteſt, nec hoc attentatum erit *vol.*3.*d.*2.*l.*k.2.

Exploratores communi ſecuritate non gaudent, & graviſſimis pœnis à Magiſtratu perſequendi ſunt, quod ſecreta hoſtibus renuntient *vol* 2.*d* 7.*l.*dDd 3.

Expromiſſor differt à fidejuſſore, nam ille alienam obligationem in ſe transferendo proprio nomine obligatur, non obligato eo, qui pecuniam accipit, adeoque ſeipſum reum, id eſt, principalem debitorem facit *vol.*4.*d.*27.*l.*K.3.*d.*34.*l.*Ll.1. vide Fidejuſſor.

qui in Expreſſum caſum ſibi, vel ſuis proſpexit, idem, ſi par vel major ſit ratio, in omiſſo proſpicere voluiſſe intelligitur *vol.*6.*d* 12.*l.*Ttt.1.

Expreſſum ſemper præfertur tacito, & hoc ceſſare facit *vol.*6.*d.*10.*l.*Qqq.1.

Expreſſa quæ in ſpecifica aliqua determinatione non fuerunt, pro excluſis cenſenda ſunt *vol.*6.*d.*8 *l.*Bbb.4.Ccc.1.

Expreſſio alicujus rei reſpicere ſolet ipſum genus, & referri ad verbum ſignificativum generis: quoties autem enumeratio ſpecierum illud reſpicit, facta cenſetur cauſa determinationis *volum.*6.*d.*8. *l.*Eee.1.

Extenſio in materia exorbitante, & favorabili non fit à principali ad acceſſorium *vol.*2.*d.*3.*l.*k.2.

Extrahens contra prohibitionem ſtatuti, ſi pœniteat, ſponteque revertatur, effugit pœnam *vol.*3.*d.*5.*l.*pp.3.

ad Extraordinarium remedium nunquam deveniendum eſt, ubi Ordinario alicui adhuc ſubveniri poteſt *volum.*7.*d.*2. *l.*h.1.

F.

FAbri lignarii, aurarii, argentarii, & vitrarii ſordidam, & vilem artem exercent *vol.*4.*d.*9.*l.*yy.1 2.*d.*10.*l.*eee.3.

Facti verbo dum agitur, nihil intereſt, ſive dicatur, aliquid eſſe facti, ſeu conſiſtere in facto, factum in aliquo contineri, verti, rem eſſe facti, in cauſa facti *volum.*6. *d.*4.*l.*Kk.2.

Factum unicuique ſuum, non aliis nocere debet *vol* 1.*d.*12.*l.*D.1.*vol.*3.*d.*6.*l.*ss.3.

*volum.6.d.*8.*l.*Fff.1.ſic facto alterius nemo gravari debet *vol.*7 *d.*8.*l.*p.1.

Facta ſunt: Ire, agere, agrum colere, foſſam fodere &c. ſtipulatio verò de iis conſtituta dicitur facti *vol.6.d.*4.*l.*Kk.2.3. ubi & alia, quæ Facta, & quæ Facti ſint vide.

in Factis antiquiſſimis nulla opus eſt probatione ſolennitatum, ſed propter antiquitatem temporis omnia ſolenniter acta præſumuntur *vol.*2.*d.*4.*l.*dd.3.

Facti eſt animus *vol.6.d.*4.*l.*Kk.4.

quæ Facti ſunt, certis juris regulis comprehendi nequeunt, ſed in arbitrio judicantis ſunt *vol* 2.*d.*24.*l.*FF.4.

in iis quæ Facti ſunt, ſingulæ rerum momenta ſpectamus *volum.6. diſp.*12.*lit.* Ttt.4.

Factum omne, quod malè factum eſt, præſumitur in dubio pravè, & injuſtè actum *vol.*2.*d.*24.*l.*GG.1.

Facta de facto, iterum poſſunt revocari de facto *vol.6. d.*1.*l.*C.2.

Factum non dicitur, quod non durat factum *vol.6.d.*3.*l.*Ee.1.

Facti diverſæ ſunt ſignificationes: opponitur autem nunc dationi, nunc patientiæ, nunc dicto, vel verbis, nunc animo, nunc naturæ, nunc juri *volum.6.d.*4. *l.*Kk.2.

Facti ſunt ſolutio, traditio, venditio &c.*vol* 6.*d.*4.*l.*Kk.2.

in Factum exceptio Reo opitulatur apud judicem factum ſolummodò narranti, rem ſcilicet aliter ſe habere, atque ab actore dictum ſit, & datur contra eum, qui petit id, quod quis per errorem vel facti, vel juris, quaſi deberet, promiſit, omnium hæc eſt generaliſſima, imò doli exceptione generalior *volum.*2.*diſp.*27. *l.*LL.2.

ſine Facto meo nihil mihi debet adimi *vol.*3.*d.*5.*l.*hh.4.

Facta, id eſt, quæ in Facto conſiſtunt, non ſtatim omnimodò acquiruntur Patri, vel Domino *vol.6.d.*4.*l.*Mm.2.

quod Facto ipſo demonſtratur, non debet verbis pronuntiari *volum.*3.*diſp.*9.*l.* eee.4.

Facti quæ ſunt, Princeps ignorare videtur, non quæ juris *vol.*7 *d.*5.*l.*y.2.

ſine Facto noſtro ad alium transferri non debet, quod noſtrum eſt *vol.*4.*d.*13. *l.*ppp.3. iniquum igitur eſt ſine facto noſtro rem ad alium transferri *volum.*7.*d.*10. *l.*uu.1.

Facti quæ ſunt, capitis diminutione, & non-utendo non perimuntur *vol.6.d.*4. *l.*Mm.2.

Factum individuum eſt, & pro parte præſtari nequit, niſi pro facto ſit æſtimatio, vel ſub certâ pecuniæ ſumma factum promiſſum ſit: quod intellige de facto proprio. Nam alienum factum inutiliter promittitur, etſi cum pœna promittatur, nam ſaltem ad pœnam tenetur, quia ejus reſpectu ſe tanquam principalem obſtringit *vol.*4 *d.*27.*l.*P.2.

Factum aliquando ipſum Reum condemnat, veluti ſi in flagranti crimine à judice deprehendatur, tunc enim judex ſine omni alia inquiſitione, aut pompa reum condemnare poteſt: & hodie banni ſententia in notorio mox fertur *vol.*4. *d* 33.*l.*GG.1.

Factum cuique proprium nocet non alterius *vol.*5.*d.*5.*l.*gg.3.

Facta hominum poſſunt locari, & etiam

iam in ſtipulationem deduci *volum.5.d.17.l.sss.3.*

Facta, id eſt, quæ in facto conſiſtunt, liquidè probanda ſunt *vol.5. d.17.l.yyy.3.* Nec præſumuntur *d.18.l.yyyy.1.*

Facta, præſertim antiquo tempore ſolenniter facta præſumuntur, cùm nemo cenſeatur illam eligere viam per quam judicium ſuum impugnetur *volum.5.d.30.l.G.4.*

ex Facto oritur jus *vol.5.d.30.l.K.2.*

ex Facto uno plures actiones emergere poſſunt *vol.5.d.30.l.K.2.*

Facto defuncti contravenire heredum nullus poteſt *vol.5.d.31.l.M.2.*

ſine Facto noſtro ad alium noſtra transire non poſſunt *vol.5.d.47.l.AAAA.2.*

Facio, ut des, contractus eſt innominatus locationi, & conductioni ſimilis, ſicut do ut facias: ex quo actio præſcriptis verbis competit, ſive dolus arguatur, ſive non, qui ſi arguatur, etiam actio de dolo competet *volum.2. d.18. l.Q.2.d.21. l.Z.2. AA.1.2.volum.3.d.13.l.N.1. volum.6.d.17. l.Iiii.1.*

Facio, & facias, contractus eſt innominatus, qui interdum mandato, nonnunquam commodato affinis eſt, ex quo actio præſcriptis verbis competit, qua agitur adverſus non facientem, ut conventioni ſatisfiat, aut id, quod intereſt, præſtetur *vol.2.d.21.l.AA.2.*

Facere aliquid cenſemur, ſi teneamur, cùm id petitum fuerit *vol.3.d.1.l.f.4.*

Facere quod ipſe non poſſum, id nec per ſubjectam, & tertiam perſonam *vol.3.d.1.l.ff.1.*

Facta non allegantur, ſed probantur *vol.5.d.46.l.ZZZ.2.*

Factionibus illis quas Princeps aliquis ob potentiam augendam inter vicinos alit, non ſolùm Reſp. multùm, ſed & fama ipſius dominantis læditur *volum.2.d.3.l.g.4.*

in Facultate unaquaque judicium ab eo peti debet, qui ejus peritus eſt *volum.7.d.4.l.o.3.*

Facultatis meræ actus præſcribi non poſſunt, vide Præſcriptio.

Falcidia ceſſat in teſtamento militis *vol.2.d.28.l.NN.3.*

Falcidiâ cautum eſt, ne plus, quàm dodrantem hereditatis legare liceat, ut non minus quàm quartam heredes accipiant, eamque ſemper liberam retineant. Quadranti autem ſemper ſua conſtare debet integritas, etiam contra voluntatem teſtatoris, adeò ut nec naturaliter obſtriſtrictus ſit heres præſtare ſolita legata, ſi ultra dodrantem hereditatis extendantur *vol.3.d.10. l.E.4.*

Falcidia ipſo jure minuit legata *vol.3.d.10.l.E.4.*

in Falcidiæ legis imponendæ ratione tempus mortis, & quanta tum fuerint bona diſpiciendum, & deducenda ſunt ea, quæ funeris cauſa exponuntur, & omne quoque æs alienum, nec non precia ſervorum manumittendorum: his ita conſtitutis locus datur Falcidiæ, quando videlicet plus dodrante bonorum legatum eſt, tum æſtimatione bonorum, quæ ſuperſunt, factâ, quartam deducet heres *vol.3 d.10.l F.1.*

in Falcidia quarta hereditatis, ſive rerum intelligitur, quas jure hereditario capit heres, non quas jure legati, vel fideicommiſſi, vel implendæ conditionis cauſa ac-

Digitized by Google

ſa accipit, niſi cohæredibus legata ſint relicta, quo caſu compenſari poſſe legata certiſſimi juris eſt: ſed nec in his permittitur deductio, quæ data ſunt vel inter vivos, vel pro mortis cauſa donationes, ſeu capiones: Cæterùm retentiones omnis temporis, & pretium rei hæreditariæ, nec non fructus prædiorum ſub conditione relicti, & ante conditionem ab herede percepti in quadrantem imputantur *vol.* 3.*d.*10.*l.*F.1.

in Falcidia teſtatore actiones relinquente eæ quoque imputantur, quid ſi nudum nomen, quod minus ſolvendo ſit? reſpondetur, ejus quod exigi poſſit pro rata fieri diſtributionem, reſidui verò venditionem faciendam eſſe tradit Vlpianus, ut id demum in hereditate computetur, quanti nomen diſtrahi poſſit *vol.* 3.*d.*10.*l.*F.1.

in Falcidia diſtractio olim tantum ex legatis fiebat, poſtea etiam extenſa eſt ad fideicommiſſa ſingularia ad donationes, & capiones mortis cauſa, imò etiam ad ſucceſſiones ab inteſtato, & ad legata ad pias cauſas, imò municipes, & Princeps falcidiam patiuntur, nec rei relictæ, nec tituli, quo relinquitur, ulla diſtinctio: Heredibus autem ſolis non legatariis, & fideicommiſſariis lege Falcidia uti licet, heredibus tamen heredum ipſorum ipſa competit *vol.* 3. *d.*10. *l.*F.1.*vol.*4.*d.*5.*l.*y.1.

Falcidiam heres ex tota hereditate, atque adeò ſingulis legatis pro rata, non autem invitis legatariis una aliqua ex re decerpit, licèt ex pluribus partibus quis fuerit heres inſtitutus, ex alia purè, ex alia ſub conditione, & quædam legatis oneratæ ſint, quædam non, nec filius ſimul Legitimam, & Falcidiam detrahere poteſt *vol.*3.*d.*10.*l.*F.1.2.

Falcidia etiam tum locum obtinet, & in quibuslibet, quando plures heredes inſtituti ſunt: uno verò tantùm ſupra modum legatis gravato, reliquis autem portionem ſuam ſalvam habentibus, is ſolus pro rata decerpet Falcidiam, ſi omnes extiterint heredes: quid ſi non omnes extiterint? advertendum tum diligenter, an portio non onerata adcreſcat oneratæ, vel vice verſa onerata acceſſerit non oneratæ: primo caſu ita fit contributio, ut ex tota hereditate detracta falcidia, incrementa capiant legata: altero caſu non augentur legata, ſed legatorum, & portionum ratio ſpernitur, & ſeparatur, nam hic non ex ſua perſona ad legata præſtanda obſtringitur, ſed ex parte deficientis *vol.*3.*d.*10.*l.*F.2.

Falcidia etiam in illis legatis obtinet, quæ pater in primis tabulis ab impubere, vel in ſecundis reliquit à ſubſtituto: heredibus verò, omiſſa retentione, cujus jure hanc quartam detrahunt, datur vel vindicatio, vel indebiti condictio *vol.*3. *d.*10.*l.*F.2.

Falcidia locum non habet, ſi legitima natura debita legata ſit, aut libertas, aut dos prælegata uxori à marito: item ceſſat jure novo, cum teſtator non ignarus quis modus ſit ſui patrimonii, hoc expreſſim prohibuit, vel vivus adhuc de non detrahenda cum herede convenit, non tamen ſi tacitè vetuerit: præterea ſi non fiat ab herede Inventarium, vel in præſtandis legatis ad pias cauſas moram traxerit, vel tacitè hereditatem repudiaverit *volum.*3. *d.*10.*l.*F.2.

Falci-

Falcidia quomodo à Trebellianica differat vide *vol.5. d.32. l.*R.4. S.1. *vol.6.d.*18. *l.*Ssss.2, vide etiam Trebellianica.

Falſi crimen perpetratur, cum animo doloſo, & ex certa ſcientia veritas immutatur, ut immutatio alteri noceat, vel nocere poſſit: poteſt tamen tranſigi de hoc crimine *vol.1.d.6.l.*dd.2.*d.*13.*l.*G.2. *vol.2.d.* 7.*l.*iIi.3.

Falſarii hodie arbitraria pœna puniuntur *vol.2. d.25. l.*ll.2. olim erat deportatio, & publicatio omnium bonorum, in ſervo ultimum ſupplicium, Jure Canonico pœna mitior eſt *vol.7.d.6.l.*ee.1.

Falſi pœna tunc locum habet, ubi hæc tria ſunt: primò, dolus, ſecundò, mutatio veritatis, tertiò, quod alteri exinde damnum inferatur *vol.3.d* 5.*l.*pp.2.

Falſarii ponderum, & menſurarum lucri cauſa, ſi criminaliter agatur, relegatione afficiuntur, ſin civiliter, ad duplum fraudati tenentur. Jure Canonico ad 30 dierum jejunium in pane, & aquam adiguntur *vol.7.d.6.l.*ee.1.

Falſitas, quæ potentia nocere poteſt, nec actu nocuit, extraordinariè non punitur *vol.3.d.5.l.*pp.2.

Famæ jactura gravior alicui debet eſſe, quàm vitæ *vol.2 d.1.l.*c.2. & cujuscunque rei *vol.4.d.9.l.*ſſ.1.

Fama autem amittitur vel ſolo delicto, vel delicto, & condemnatione ex eo ſequuta, vel pacto de remittenda pro pretio actione aliqua famoſa *vol.7. d.9. l.*oo.4.

Famam ſuam bonam unusquisque omnibus modis tueri tenetur *vol.2. d.23. l.*CC.3.

Fama, & vita à pari procedunt, & mortem magis quis perferre debet, quàm honorem perdere *vol.4.d.9.l.*ss.1.

Famæ & honori Cæſar delinquentes reſtituit, ſi velit, uti ſeditioſis ruſticis contigit *vol.4. d.*20. *l.*xxxx.1. cum quibus id à Carolo V. omnibus Principibus conceſſum *volum.7. d.9.l.*oo.4.

Fama probationem facit: vide in verbo Probatio, & paulò inferius.

Famæ reſtituendi Jus Regalibus adſcribitur *vol.4.d.*17.*l.*eeee.3.*d.*19. *l* ppp.1. *vol.5.d.1.l* d.3.*d.*12.*l.*ggg.1.*d.*21.*l.*kkkkk. 3. *vol.7. d.9. l.*oo.4. ſoli Cæſari competit *ibid.*

Famoſi libelli actio publica, & perpetua eſt: ex qua tùm is, qui famoſum libellum ſcripſit, diſtraxit, quàm qui eum ſcribi, vel diſtrahi curavit, imò & inventum legit, nec ſtatim corrupit, ſed vim ejus manifeſtavit, ſive nomen diffamati additum ſit, ſive non, inteſtabilis fit, & eadem pœna, qua objectum crimen, ſi verum eſſet puniri deberet, afficitur, & extenditur id ad carmen, cantilenam, hiſtoriam, picturam &c. qui tamen verum crimen addito nomine ſuo pro bono Reip. complectitur libello aliquo, impunis eſt, ſi autem illud patefieri Reip. nihil interſit, veritas non excuſat, ſed ratione circumſtantiarum extraordinariè punitur: de jure canonico famoſi libelli pœna eſt fuſtigatio *vol.1.d.19.l.*R.3.4. & ſic mitior, quàm ea, quæ de jure civili eſt capitalis *vol.7.d. 6.l.*dd.4.

Famoſo aliquo Judicio puta furti, injuriarum, vi bonorum raptorum, ſi quis conventus eſt, ſi pœnam pecuniariam ſententia irrogandam etiam poſt litem conteſtatam ante ſententiam condemnato-

Digitized by Google

mnatoriam tamen ſolverit, infamiæ notam effugit, niſi data pecunia tranſigat *vol.3. d.*18.*l.*Q.1.

qui ſuper Famoſa actione data pecunia tranſigit, & paciſcitur, infamiâ, ac ſi condemnatus eſſet, notabitur, niſi hoc fiat authoritate Magiſtratus, & Judicis, aut precibus reus impetraverit, ne ſecum ageretur *vol.2. d.*18.*l.*Q.1.

Famoſa actio inter ſervum, & Dominum, patrem, & filium, uxorem, & maritum inſtitui non poteſt *volum.2. diſp.*25.*l.* GG.4.

Fames eſt hoſtis acerrimus, & enſis acutiſſimus *vol.*7.*d.*1.*l.*c.1.

Fama ſemiplenam probationem efficit: teſtes autem deponere debent, ſe famam illam à majori parte populi audiviſſe, & nominant in ſpecie aliquos, & cauſam famæ exprimunt, & quando fama illa accuſationem præceſſit, ſæpe à fama cauſam habet, & ex ipſo facto, aut ex dicto, ſubſecutoque auditu, aut ex ſuſpicione, quæ levis eſt: ſufficit autem quandoque fama ad arreſtandum, incarcerandum, & torquendum infamatum *vol.*4, *d.*33.*l.*HH.3.*vol.5.d.*3.*l.*y.1.

Fama interdum plenè probat, præſertim, quando de factis antiquis quæſtio decidenda eſt: ſic fama probat matrimonium, & impedit contrahendum, probat filiationem, jus patronatus, malam fidem præſcribentis, & alia: ſic mulieri ex rumore probanti abſentem maritum mortuum eſſe, permittitur alium virum ducere: fama autem debet eſſe uniformis, & conſtans *vol.*4 *d.*33.*l.*HH.3.*vol.5.d.3.l.*y.1. *vol.6.d.*3.*l.*Z.2.

Familiaritas nullum jus alicui dat, nec in patrocinio, nec in poſſeſſione, nec in quovis alio jure; excepta juriſdictione; Ergò ſi quis alteri amicitiæ, aut familiaritatis cauſâ quicquam concedit, nihil abs ſe abdicare videtur *vol.6.diſp.*3.*l.*Z.1.*d.*8. *l.*Ggg.4.

Familiæ nobiles poſſunt condere ſtatutum, ne prædia extra familiam alienentur, ſed neceſſe videtur, ut hoc à Cæſare confirmetur *vol.1.d.*12.*l.*A.3.

Familiæ bona avita multis in locis ſine conſenſu Agnatorum extraneis alienare non licet, quod tamen odioſum, nec lege, aut ratione valere videtur *vol.*4.*d.*30 *l.*Z.3.

Familiæ appellatione comprehenduntur maſculi, fœminæ, imò non ſolùm deſcendentes omnes, verùm alii conjuncti, & ii etiam, qui neque cognatione, neque adgnatione juncti ſunt, ut gener, nurus, liberi. *volum.5.d.*32. *l.*Q.2. *volum.6.d.*18.*l.* Rrrr.1.

de Familia ſua teſtatore loquente non ſolùm intelligit deſcendentes ex ſe, ſed etiam ſuos collaterales, qui ex communi ſtipite ſecum deſcenderunt *vol.5. d.* 32.*l.* Q.3. qui plerumque ſtirps vocatur *vol.6. diſp.*18.*l.*Rrrr.1.

Familiarum Illuſtrium, & Nobilium conſervatio Remp. tangit, & ideò maximo, favore nititur *vol.5.d.*14.*l.*llll.2.

Familiarum ſplendor divitiis inveteratis, & avitis multum conſervatur *vol.5. d.*14. *lit* lll, 3.

Familiæ in Imperio, quæ Principes ſint, id eſt, cujus Proceres Principes ſint, viginti duæ ſunt *vol.5.d.*29.*l.*rrrrrr.4.

Favor, & odium ubi concurrunt in uno, & eodem ſtatuto, favor præponendus eſt

dus eſt *volum.*1. *d.*12 *l.*uu.3. *volum.*3. *diſp.*1. *lit.*a.2.

Favores ampliari, odia verò reſtringi debent *volum.*1. *diſp.*12.*l.*D.4.*vol.*5.*d.*49.*l.* HHHH.1. *vol.*6.*d.*18.*l.*Ssss 2.

Favor ſemper adeſſe debet in eo, in quo naturalis æquitas verſatur *vol.*6.*d.*13. *l.*Vuu.3.

quod in Favorem alicujus eſt introductum, in ipſius damnum retorqueri non debet *vol.*6.*d.*16.*l.*Cccc.1.

Favor in dubio præponderat, debetq; attendi *vol.*5.*d* 49.*l.*HHHH.2.3.

Favor legis, vel conſuetudinis recipit eam conditionem, ſi is, in cujus gratiam fuerit conceſſus, eo uti velit. Itaque unusquisque favori pro ſe à lege, vel conſuetudine introducto, jurique ſuo renunciare poteſt *vol.*1.*d.*12.*l.*E.3.*vol.*3.*d.*1.*l.*d.3.*d.*5. *l.*ee.4. *volum.*4.*d.*9.*l.*ss.1.xx.2.*d.*18.*l.*kkkk. 3.*d.*27.*l.*P.1.2.4. *volum.*5.*d.*3.*l.*s.3.*d.*5.*l.*ff 3. *d.*17.*l.*kkkk.4.*d* 27.*l.*cccccc.1.*d.*30.*l.*E.3. *d.*32.*l.*P.3.*d.*35.*l.*Y.4. *volum.*6.*d.*3.*l.*Ee.2. *d.*4.*l.*Mm.1 *vol.*7.*d.*1 *l.*b.4.*d.*4.*l.*o.3.

Favoris renuntiatione jura ſua quis perdit, & jura illius, cui facta eſt renuntiatio confirmantur, nec remittenti actiones ſuas dandus eſt ad eas regreſſus *vol.* 1.*d.*12.*l* E.3. *vol.*3 *d.*1.*l.*d.3. *vol.*4.*d.*9.*l.*ss.1. *d.*32 *l.*EE.1. *volum.*7.*d.*1 *l.*b.4.

Favor in aliqua diſpoſitione tunc præponderat, quando immediata intentio eſt directa in alicujus favorem: contra odium tunc præponderat, ſi intendatur principaliter id, quod odioſum eſt, & mens diſponentis contra aliquos directa eſt immediatè *vol.*5.*d.*.49.*l.*HHHH.2.

Favorabilis opinio apud Judicem ſemper obtinere debet. Hinc in dubio pro libertate judicandum, item pro dote: item in pari cauſa eſt judicandum pro poſſeſſore, pro reo, pro ea ſententia, quæ humanior eſt, & propter quam res valet, & non perit. Hinc inferunt Doctores, ſi ſit dubium an aliquis libellus, vel teſtamentum, vel inſtrumentum, vel matrimonium valeat, illam opinionem ſuſtentari debere, quæ eſt pro libello, teſtamento &c. *volum.*5. *d.*49. *l.*EEEE.4. FFFF.1. GGGG.3.

Favorabilis diſpoſitio ad perſonas odioſas non trahitur *vol.*6.*d.*3.*l.*Cc.3.

Favorabilem reddit cauſam liberorum numerus.

Favorabilis pars attrahit minus favorabilem, dignius, minus dignum: ſic ſi ex pluribus qualitatibus reſultare poteſt diverſus effectus, dignior, potiorque qualitas attendenda erit *vol.*2.*d.*3.*lit.*n.4.

Favor Eccleſiaſticus contra juſtitiam concedendus non eſt *volum.*4. *diſp.*14. *l.* sss.3.

Favor quando eſt ab hac parte, & favor à contraria parte, tunc favor publicus præfertur utilitatibus privatis, & in genere ejus cauſa potior eſt, cujus favor eſt potior *volum.*4. *diſp.*49.*l.*HHHH.3.

Felicitatis, ac beatitudinis æternæ participatio in Adamo amiſſa per meritum filii DEI reparata nobis eſt, quæ in piis hominibus in hac natura depravatione quodammodo inchoatur: peracta verò demum mortalitate in futura gloria omnibus ſuis numeris conſummabitur *vol.* 7.*d.*10.*l.*tt.1.

Felonia vide in verbo Feudum.

Feriarum exceptio valet, ſi quis ad diem feriatum ejus loci, in quo judicium

 agitur,

agitur, citatus ſit: diſtingui tamen poteſt inter ſolennes, repentinas, & indictas *vol.* 2.*d.* 27.*l.*KK.3. *volum.*4.*d.*27.*l.*N.4. *volum.* 7.*diſp.*8.*l.*ll.3. Canoniſtæ volunt hanc exceptionem non valere, quod intelligatur ſi termini dies ſit feriatus, altero agendum eſſe, ſed hoc à plerisque judicibus, ut & à Camera in citatione expreſsè adjungitur *ibid.*

S. Ferias diverſas Judex, & citatus habeat, illius non hujus attenduntur *vol.*7. *d.*8.*l.*ll.3.

Feneſtras etſi ſervitute nulla conſtituta, aperto pariete, naturali libertate habere licet, ex quibus quis invito Domino in alienum proſpicere poſſit *vol.*3.*d.*13.*L.* M.4.

Feriis ſæpè actiones impediuntur: Feriæ autem aliæ ſunt ſolennes, ſeu ordinariæ, inſtitutæ ſcilicet divini cultus gratia, vel cauſa neceſſitatis, meſſium, & vindemiarum: aliæ non ſolennes, ſeu repentinæ ob inſolens aliquod factum, & communem lætitiam à Principe indictæ *vol.* 3.*d.*15.*l.*R.1. *vol.*6.*d.*3.*l.*Ee.1.

Feriato tamen die & citatio decerni, quia actus extrajudicialis eſt, & inſinuari poteſt *volum.*7. *diſp.*8. *l.*ll.3. excipe ferias Dominicales, aut repentinas *ibid.*

Feriæ etiam iis proſunt, qui licet in meſſibus, & vindemiis occupati non ſunt *vol.*3.*d.*15.*l.*R.1.

Feriato die ſententia prolata, & actus juridici non valent, feriis tamen ob hominum utilitatem indictis, ut ſunt feriæ meſſium, & vindemiarum, renunciari poteſt, ſecus in feriis ſanctis *vol.*5 *d.*36. *l.*EE.2. *vol.*7.*d.*8.*l.*ll.3.

Feriæ in neceſſitate non ſunt attendendæ *vol.*6.*d.*3. *l.*Ee.1. item ubi pietatis officia contrarium ſuadent *ibid.*

Feriatis diebus fidejuſſio exigi non poteſt *vol.*4. *d.*27.*l.*N.4.

Ferarum furtum non fit, niſi vivario, & ſepe ita ſint concluſæ, ut exire non valeant *vol.*5. *d.*47.*l.*BBBB 4.

Ferrariæ Princeps non dicitur recognoſcere ſuperiorem *vol.*5. *d.*2. *l.*g.3.

Ferrariæ Dux, etſi Pontificis feudatarius ſit, tamen ſuperiorem non agnoſcit, & jus monetæ habet *vol.*2. *d.*13.*l.*y.1.

Feudis Clerici eodem jure, ac pari firmitate, quàm laici obligantur *vol.*1. *d* 3. *lit.*r.3.

Feudi fructus omnes ad Vaſallum ante petitam inveſtituram intra annum ſpectant *vol.*2. *d.*6.*l.*rr.4.

Feudum emptitium, & illud, quod conſtitutum eſt, ut inde quotannis certa aliqua penſio præſtetur Domino, feuda quidem ſunt, ſed impropria *vol.*1.*d.*3.*l.*r. 3.*vol.*5.*d.*42.*l.*CCC.4.

ex Feudis propriis non penſiones, ſed ſervitia regulariter præſtantur *vol.*1. *d.*3. *lit.*r.4.

Feudum huic non adimitur, licèt quis defuncti agnati hereditatem repudiet: ſic filius etiamſi à patris hereditate abſtineat, aut exheredatus ſit, tamen feudum obtinebit *vol.*1.*d.*3.*l.*r.4. *vol.*2.*d.*31.*l.* PP.4.*vol.*5.*d.*42.*l.*FFF.2.3.

Feudum ligium à Vaſallo Domino refutari poteſt: etſi hoc exactam contra omnes exigat fidelitatem: ſicut etiam à Vaſallo refutari poteſt Domino aliud quodvis feudum, & Emphyteuſis *vol.*1. *d.*3.*l.*r.4. *vol.*2.*d.*20. *l.*X.4. *vol.*3. *d.*1.*l.*e.3. *vol.*5.*d.*42.*l.*KKK.1.*d.*43.*l.*PPP 4.QQQ.1

ubi

ubi pulchrè *d.*44.*l.*SSS.4. ubi pulchrè de Refutatione.

Feudales res quantumvis lege alienari prohibitæ, rectè tamen à Vaſallo ex ratione ſingulari ſub infeudari poſſunt *vol.* 1. *d.*3.*l.*o.3.*d.*10 *l.*M.2.*vol.*5.*d.*42.*l.*HHH.3.4.

Feuda Ligia à diverſis Dominis quis habere poteſt *vol.*5.*d.*44.*l.*RRR.2.

Feudi à filiofam. acquiſiti, uti reliquorum bonorum adventitiorum patri uſuſfructus non cedit: Nam feudum filio optimè dari poteſt *vol* 1.*d.*3.*l.*s.1. *volum.*4. *d.*18.*l.*llll.4. *volum.* 5. *d* 28. *l.*ffffff.1. *d.*35. *l.*Z.3. *dup.*39.*l.*II.4. *dup.*42.*l.*EEE.1.*d.*48.*l.* CCCC.2.3.

Feudum ſi vel ex felonia, vel alia culpa amiſſum ſit, vel ſimpliciter Domino refutatum, & poſtea Vaſallus de eodem iterum inveſtiatur, manebit tamen antiquum, niſi in caſu, quo Domino apertum erat, lata jam ſit ſententia, vel aliud ſit expreſſum *vol.*5 *d.*44.*l.*RRR.2.

Feuda à Longobardis ſunt primò introducta *vol.*1.*d.*3.*pag. ult.* *vol.* 5 *d* 42.*l.*XX. 3.4.YY.1.

de Feudo eodem ſi Dominus duos Vaſallos inveſtierit, vel abuſivè utroſque ſimul, vel alterutrum propriè: tunc hoc caſu ille, qui prior in poſſeſſione fuerit, præferetur alteri, licèt prior etiam abuſivè inveſtitus ſit: ita tamen, ut eidem ad intereſſe teneatur, id eſt, vel pecuniam æquivalentem ſolvat, vel aliud feudum ejuſdem valoris præſtet *volmu.* 5. *dup.* 44. *l.*RRR.3.4.

Feudum, vel Emphyteuſis, ſi commiſſum ſit, & Dominus id ignoret, non præjudicat ſibi, etiamſi recipiat ſolutionem Canonis *vol.*1.*d.*12.*l.*A.4.

Feudum aliud eſt Ligium, aliud illigium, illud quo Vaſallus Cæſari, vel Regi ſuperiorem non recognoſcenti, pro dato beneficio fidem, operamque ligat, aut promittit, contra omnes nullo antepoſito: illigium eſt, quod ab eo conceſſum eſt, qui Cæſarem, vel ſuperiorem agnoſcit, quem Juramento Vaſallus ſemper excipere intelligitur *volum.*5. *dup.*44. *l.*RRR.2.

Feudales res alienari non poſſunt: & ſi quis feudum alienârit, mox cadit jure ſuo, & poteſt privari feudo *vol* 2.*d.*11. *l.*uVu. 4. *volum* 3.*d.*9.*l.*ccc.1. *vol.*5.*d.*5.*l.*gg.2.*d.*35. *l.*BB.4. *d* 42.HHH.4. III.4. ubi alienationis ſpecies enumerantur *d.*43.*l.*OOO. 1.2. ubi pulchrè *d.*44.*l.*SSS.3.4.

Feudum omne vel nobile eſt, vel ignobile *vol.*1.*d.*6.*l.*A.2.

Feudum nobile ſi quis ruſticus, homo obſcurus, & ignobilis emat, tamen ſit ideò ſolum nobilis *vol.*1. *d.*6.*l.*cc.1.

Feudum nobile dicitur, aut quod dignitatem habens annexam Vaſallum nobilitet, aut quod eum, qui prius erat Nobilis, Nobilem oſtendat, aut ſi feudi præſtatio ſit nobilis, puta, ſi Vaſallus annuatim præſtet unum accipitrem, vel unum canem, & ad alia non teneatur: ignobile eſt, ubi hæc deficiunt *vol.*1.*d.*6.*l.*cc.1, *vol.*5. *d.*42.*l.*BBB.3.

Feudum niſi conſentiente Domino dari in ſolutum creditori non poteſt, uti nec pignori *vol.*1 *d.*6.*l.*cc.1. *vol* 2.*d.*11.*l.*uVu.4. *vol.*5 *d.*5.*l* gg 2.3.

Feuda teſtamenti factionem neſciunt, id eſt, de feudis teſtamentum fieri non poteſt: tamen ſi feudum novum ſit, videtur Vaſallum cum conſenſu Domini de-

eo diſponere, & aut uni ex filiis prælegare, aut agnatis præjudicare poſſe, ſecus in antiquo *vol.1.d.16.l.*O.1.*vol.2.d.*8.*l.*oOo.2. *vol.5.d.*42.*l.*FFF.2.*d.*44.*l.*RRR.1.2.

Feudum ex pacto, & providentia ad ſolos deſcendentes pertingit, & pro ære alieno obligati non poteſt, nec ulla ratione de eo diſponi, unde etiam ad proximum agnatum ſi habilis ſit, ſtatim devolvitur, & ita quidem, ut nec chirographariis, nec hypothecariis creditoribus ex eo teneatur, niſi de fructibus ejus anni, quo prædeceſſor mortuus eſt, modo vel inventarium conficiat, vel hereditatem (niſi ſit filius, qui eam agnoſcere cogitur) non adeat: aliàs enim non tantum in unius, ſed multorum annorum reditus fieret executio *vol.5.d.*44.*l.*RRR.2.3.

Feudum in dubio an ſit hereditarium, an ex pacto, & providentia, ſemper hoc, non illud cenſeri debet *volum.5. diſp.*44. *l.*RRR.3.

ſubinFeudatio licitè fieri poteſt, ſed ad hanc tria requiruntur, primò, ut fiat ſyncerè, & ſine fraude, ne aliàs ſub hac ſpecie lateat venditio, aut alienatio quævis: 2.ut fiat iisdem pactis, quibus ipſe tenebat feudum, qui ſubinfeudat: 3.ut fiat pari, vel majori, ut ſervire poſſit *vol.1.d.*12. *l.*uu.4. *volum.*5.*d.*42. *l.*HHH.3.4.*diſp.*44. *l.*QQQ.3.*d.*11.*l.*bbb.2.

Feudum hereditarium obligationem, & diſpoſitionem æris alieni accipit in fideicommiſſum etiam, & in petitionem hereditatis venit, inque legitimam computatur, & abſque hereditate retinere non poteſt, & ſive antiquum ſit, ſive novum, heres defuncti æs alienum præſtare tenetur *vol.5.d.*44.*l.*RRR.3.

in Feudis regulare eſt, ut regulariter quævis jura, quibus aliud tempus non eſt præſtitum, non minori ſpatio, quam 30. annorum terminentur, itaque de feudo in extraneum, vel remotiorem agnatum alienato revocandi jus 30.annis durat, uti & jus ſuccedendi: quod autem vivente alienatore competit ex jure protimiſeos anno expirat. Itaque jus illud revocandi à morte incipit, & præſcriptio ſic currere incipit. Nec præſcriptio contra unum impleta, proximioribus è medio ſublatis ſequentibus in gradu obeſt *volum.1.d.*12. *l.*A.4.*vol.5.d.*44.*l.*SSS 3.4.

Feudi, & Emphyteuſis commiſſum non fit, etſi quis alienationem eorum abſque Domini conſenſu faciat, modò eorum non ſit traditio ſubſecuta, quæ ſola dominia transfert *vol.1.d.12.l.*B.1.2.

in Feudi alienatione præſentia agnatorum abſque conſenſu expreſſo non obeſt ipſis, adeò, ut etſi agnati tanquam teſtes ſubſcripſerint, non tamen inde conſenſus illorum colligatur: quamobrem feudum abſque conſenſu agnatorum alienari non poteſt *vol.1.d.*12.B.2.*vol.*4.*d.*30.*l.*Z.3.*vol.*3. *d.*42.*l.*HHH.4.

Feudum, & Emphyteuſin, ſi Vaſallus, & Emphyteuta non requiſito Domino alienarint, etiamſi poſt redimant, non tamen abſolvuntur à pœna legis. Nemo enim pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit, niſi tamen in continenti, vel etiam ex reſervatione, & pacto ab initio contractui appoſito rem taliter alienatam recuperarit *vol.1.d.*12.*l.*D.1. *vol.*3.*d.*1.*l.*b.4. *volum.*5. *d.*35.*l.*BB.4.

Feuda etſi alienari non poſſint, dividi tamen poſſunt *vol.1.d.*12.*l.*E.1.

à Feu-

à Feudorum à parentibus alienatorum revocatione repelluntur filii, etſi aliàs jure retractus gaudeant *volum.* 1. *diſp.* 12. *l.*E.4.

Feudum non facit ſubditum; nam ex feudo tantum eſt ſervitus perſonalis, & anonyma *vol.*2. *d.*3. *l.*l.2.3. n.1. *vol.*5. *d.*17. *l.*cccc.4. *d.*21 *l.*hhhhh.3.

Feuda Imperium, & juriſdictionem in capita non dant *vol.*2. *d.*3. *l.*l.3.m.4.n.1.

Feudatarius ultra fidelitatis formam aſtringi non poteſt, nec Principi aliud, quàm nexum feudalem acquirit *vol.*2. *d.*3. *l.*l.4.m.2.

in Feudali ſimplici recognitione res ſola, res autem, & perſona ſimul non niſi in feudo ligio obligantur *volum.*2. *d.*3. *l.*l.4.

Feudo Ligio res, & perſona ſimul obligantur *vol.*2. *d.*3 *l.*l.4.

Feudum uti Vaſallus, ita Dominus Vaſallum invitum alienare non poteſt *vol.*5. *d.*44. *l.*SSS.2.

Feudi alicujus Dominus quadruplicem fructum ex feudo percipit: primò habet ſpem conceſſionis in feudo caduco: ſecundò habet onus fidelitatis, & ſervitiorum: quæ præſtantur à Vaſallo: quartò habet laudemia, quibus ex perſonarum facto, & viciſſitudine gaudet *volum.*2. *d.*3. *l.*m.1.

Feudo Vaſallus, & beneficiarius privari poteſt, ſi feudum, aut aliquam ejus conditionem inficietur, aut alium pro Domino agnoſcat *vol.*2. *d.*3. *l.*m.3.

Feuda nullo modo absque Domini conſenſu ſub pœna amiſſionis alienari poſſunt, & alienata ſine ulla pretii refuſione ab emptore revocari poſſunt *vol.*2. *d.*6. *l.*tt.2. *vol.*4. *d.*27. *l.*L.2. *d.*30. *l.*Z.3. vide ſuperius.

Feuda, ut ſine conſenſu Domini alienentur, vel conſuetudine, vel ſtatuto introduci poteſt *vol.*2. *d.*6. *l.*tt.2.

Feudum etſi ſtatuto, vel conſuetudine absque conſenſu Domini alienari poſſit, proximi tamen adgnati mortuo venditore feudum hoc revocare poſſunt *vol.*2. *d.*6. *l.*tt.2. *d.*31 *l.*QQ.2.

in Feudalia bona creditorum immiſſio in defectum aliorum bonorum judicati exequendi gratia, rectè fieri poteſt *vol.*2. *d.*14 *l.*B.4. *vol.*5. *d.*34. *l.*V.3.

de Feudo ſi Princeps aliquem ex privilegio, & motu proprio, vel ex certa ſcientia, aut ex plenitudine poteſtatis, vel in vim legis verbaliter aliquem inveſtiat, quæſtionis eſt, an per hujusmodi abuſivam inveſtituram ſine corporali adprehenſione poſſeſſio in inveſtitum transeat? & negatur etiam in ipſo feudo antiquo, niſi tamen in rei feudalis præſentia, & conſpectu per enſem, haſtam, baculum &c. inveſtitura fiat: id quod & in collatione beneficii, vel præbendæ interveniente annulo, pileo, vel calamo &c. procedit *volum.*2. *d.*14. *l.* D.3. *volum.*5. *d.*21. *l.*fffff.2. *diſp.*42. *l.*HHH.2. *d.*44. *l.*RRR. 3.4.

Feudum acquiritur etiam ex inveſtitura abuſiva *vol.*5. *diſp.*42. *l.*HHH.2. vide in verbo Inveſtitura.

Feudum alteri concedi poteſt, quòd vivente adhuc priore Vaſallo, ex quavis cauſa Domino apertum eſt *volum.*2. *d.*15. *l.*K.1.

Feudum dari, aut promitti poteſt alteri, etiam vivente priore Vaſallo, ſi liberos

Digitized by Google

non habeat, ſed hoc ad caſum mortis *vol.2.d.15.l.I.4. d.18 l.S.3.4.volum.4 d.30. l.Z.2.volum 5.d.21.l.ffff.2.d.42.l.*HHH.1. *d.44.l.*RRR.4.

Feudum pluribus etiam ſimul conferri poteſt, ita ut unus alteri ſuccedat *volum.2. d.15 l.K.1.*

Feudum adquiri poteſt non ſolum inveſtitura, ſed & præſcriptione, & adjudicatione: præſcriptio autem debet eſſe 30. annorum *vol.2.d.15.l.K.2 d.31.l.QQ.1.vol.5. d.42.l.*GGG.3.HHH.2.*d.44.l.*RRR.3.4. SSS.3.4.

Feudi proprium adjunctum eſt fidelitas juranda à quovis, etiam Clerico, pro feudo quovis magno, & modico: impuberes tamen excipiuntur, vide in verbo Homagium *vol.2. d.15. l.K.3.d.20.l.X.4. vol.5.d 42.l.*GGG.4. IIL1.2.*d.44.l.*QQQ. 4.RRR.2.

Feudum ob culpam ipſo jure non amittitur, ſed amiſſum eſſe, ſententia declarari debet *vol.2.d.17.l.O.1.d.31.l.QQ.2. vol.3.d.5 l.ii.1.vol.5.d.5.l* hh.1.*d.42.l.*KKK.1. *d.44 l.*TTT 2.

Feudalium bonorum fructus ſolutioni creditoribus faciendæ deſerviunt inſtar bonorum allodialium: fructus enim bonorum feudalium, ſunt bona allodialia *vol 4 d.27.l.L.2. vol 5.d.5.l.*gg.2.3. ubi pulchrè, quomodo fructus feudi creditoribus in ſolutum dari poſſint *d.34 l.*V.3.

Feudum novum ſæculare etſi cauſa, & origine ſua novum eſſe non deſinat, ratione tamen juris, & effectus, ut antiquum alicui concedi poteſt: feuda verò Eccleſiaſtica jure feudorum antiquorum concedi nequeunt, quemadmodum nec contra feudum vetus jure feudi novi, niſi talis mutatio fiat cum agnatorum, quorum intereſt, conſenſu *volum.2.d.18.l.S.3. vol.3.d.1.l.*b 4.*vol.5.d.42.l.*BBB.2.

à Feudi ſucceſſione aſcendentes totaliter excluduntur, valetque in feudo hæc regula tàm antiquo, quàm novo, tàm ſæculari, quàm Eccleſiaſtico: conſuetudine tamen, pacto, ſtatutoque rigori huic derogari poſſe, ſed tamen patri filiis ex amore feudum refutanti, iis utique decedentibus ſine legitimâ prole regreſſio datur, item ſi filius ob benemerita de novo feudo fuerit inveſtitus eo moriente pater id obtinebit *vol 2.d.20.l.Y.2.volum.5.d.39. l.*II.4.*d.42.l.*EEE.1.FFF.3.*d.44.l.*SSS.3.

in Feudis non ſuccedunt legitimati per ſubſequens matrimonium *volum.5. d.35. l.*BB.3.*d.39 l.*KK.2.

in Feudali ſucceſſione collateralibus ex primo feudi acquirente, non minus ac deſcendentibus hereditas feudalis defertur in infinitum: atque inſtar ſucceſſionis civilis primò vocantur fratres defuncti Vaſalli in capita, quibus deficientibus agnati ulteriores ſecundum gradus proximitatem æque in capita, & fratris ex altero tantum latere conjuncti filius cum fratre utrinque conjuncto ſuccedit: nec agnati filios Vaſalli feudi acquiſiti tempore nondum natos excluduntur *vol. 2. d.20 l.*Y.3. *vol.5.d.39.l.*II 4 LL.3.MM.1. *d.42. l.*FFF.3.4.*d.44.l.*SSS.3. *vol.6.d.10. l.*Ooo.4.

Feudum conceſſum pro ſe, & cui dederit, poteſt liberè alienari *volum.5.d.49. l.*GGG.2.

in Feudali ſucceſſione quando collaterales ſucceſſionem prætendunt, originem à primo feudi acquirente ſe ducere omninò

Digitized by Google

omninò probare debent *vol.2. d.20.l.Y.3. vol.5.d.42.l.FFF.3. vol.6.d.10.l.Ooo.4.* neque jus capit ſuccedens à proximo defuncto,ſed à primo acquirente *ibid.*

in Feudis interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis ſuccurritur poſſeſſori *volum 2.d.20.l.Y.4.*

Feudum dare poſſunt etiam fœminæ, quæ liberam rerum ſuarum habent adminiſtrationem *vol.5.d 42 l.DDD.1.*

Feudum dare poteſt etiam ruſticus *vol.5.d.42.l.DDD.1.*

Feudum dare poteſt etiam filiusfam. in iis bonis, quorum proprietatem,& uſumfructum ſimul habet *volum.5.diſp.42.l.DDD.1.2.*

Feudum non amittit,qui ob juſtam ignorantiam inveſtituram legitimo tempore non petiit,vel quod obitum Domini, vel rem feudalem eſſe ignoravit *vol.2.d.29.l.OO.3.*

Feudum, qui Vaſallus vendit, ſi juraverit ſe ignoraſſe feudum, ſed proprium crediдiſſe,excuſatur *vol.2.d 29.l.OO.3.*

Feudum eſt beneficium, quod ex benevolentia ita datur alicui,ut proprietas quidem rei immobilis penes dantem remaneat,uſusfructus verò illius,ita ad accipientem transeat,ut ad eum heredesq; maſculos,& fœminas,ſi id actum,in perpetuum pertineat, ad hoc ut ille, & ſui heredes fideliter Domino ſerviant, ſive ſervitium ſit determinatum, ſive non *vol.2.d.31 l.PP.3. vol.5. d.42. l.AAA.3.4.* ubi & alias feudi varias definitiones vide *d.44.lit.QQQ.3.* eſt ſpecies contractus, qui inter Dominum concedentem, & Vaſallum recipientem celebratur *vol.6.d.10.l.Ooo.4.*

Feudum hereditarium eſt,in quo ſuccedere volens,regulariter heres eſſe debet, ideoque pro ſe, & heredibus receptum, dicendum eſt hereditarium: ſed non eſt ita intelligendum, quaſi hujusmodi feudum in ſua eſſentia hereditarii quidquam habeat,ſeu ut res alia hereditaria ſit:ſed vocabulo iſto (hereditarium) duntaxat utimur, ut ſignificemus in eo ſuccedere volentes,id aliter capere non poſſe, quam ſi defuncto Vaſallo in ejus hereditate ſint heredes,etſi plurimi defendant,deferri hoc feudum,ut rem aliquam hereditariam,ideoque ne agnatos quidem beneficio inventarii hereditate adita,id ab ea ſeparare,& præcipuum habere poſſe *volum.2. diſp.31.l.PP.4. vol.5. d.42.l.BBB.4. d.44.l RRR.3.*

Feudum ſimpliciter receptum,& conceſſum, dicendo, do tibi in feudum fundum Tuſculanum, aut ſi de nullis pactis conſtet, an hoc ſimile ſit feudo ex pacto, & providentia puta recepto pro ſe, & filiis: an verò hereditarium dubitatur, & eſſe hereditarium, id eſt, ſimile ei, quod pro ſe, & heredibus eſt receptum, dicitur, ſed & illud eſſe multi defendunt: nec deſunt alii, qui fortiter aſſerant feudum pro ſe, & heredibus receptum dici ex pacto,& providentia,non minus,quàm pro ſe,& filiis,ſeu liberis receptum:ſic alii volunt,quod agnati hujusmodi feudum capere poſſint hereditate repudiata,filii verò non, niſi fecerint inventarium. Igitur ſequitur ex illa filium ad hoc, ut feudum ex pacto, & providentia obtinere poſſit, debere patri eſſe heredem, aut certè cum inventario hereditatem ejus adire, quod falſum videtur in feudo dato pro ſe,& liberis,

beris, aut filiis *vol.2.d.31.l.*PP.4.*vol.5.d.42.* *l.*BBB.4. CCC.1.

Feudum frater fratri directò, & ſine verbis inflexis dicendo, promittis mihi, & fratri meo Titio feudum tàm ex jure civili, quàm ex feudali ſtipulari poteſt *vol.2.d.31.l.*PP.4.

Feudum conceſſum heredibus quibuscunque extenditur etiam ad heredes extraneos, & fœminas: alii tamen aſſerunt non extendi ad fœminas *vol.2.d.18.l.*S.3. *vol.5.d.39.l* KK.1.

Feudalia ſervitia vel ſunt determinata, ut illa, quæ certis inveſtiturarum pactionibus ſunt definita, puta, ut Vaſallus uno, duobus, aut tribus equis &c. ſervire cogatur, cujusmodi ſunt ex feudis conditionatis: alia indeterminata, qui nempe generaliter ſervitia debent, nec ad certa adſtricti ſunt *vol.2.d.18. l.*T.1.*vol.5.d.42.* *l.*CCC.3.

à Feudi ſucceſſione ordinariè excluduntur naturales, legitimati, adoptivi, ex matrimonio ad Morganaticam contracto nati, Clerici, furioſi, quilibet imperfecti, infames, exheredati, feloniam committentes *vol.2. d.20. l.*X.2.3. *vol.5.d.*28. *L.iiiii.*1.2.3.*d.*39.*l* KK.1.2.*d.*42. *l.*FF.3.4. GGG.3 *d.*44.*l.*SSS.2.

in Feudis per ſubſtitutum ſervire non licet *volum.2. diſp.*20.*l.*X.3.*volum.3.diſp.*42. *l.*III.2.

Feudalis felonia non ſolum in patre, ſed & in filio vindicatur, maximè in feudis, ita ut filius feudum patri ob feloniam ademptum recipere non poſſit, niſi Dominum ſibi reconciliarit, isque gratiam ſibi facere velit, feudum autem ob culpam in extraneum commiſſàm amiſſum ad agnatos devolvitur *vol.2. d.*20. *l.*X 3. *vol.5.d.*42.*l.*KKK.1.*d.*44 *l.*TTT.1.2.

Feuda tamen Bannitorum non revertuntur ad Dominum, ſed ad proximiores agnatos, ſi talis feudi ſit natura *vol.6.d.1.* *l.*D.4.

Feudalis rei dominium directum Vaſallus nunquam præſcribere poteſt *vol.5.* *d.*42.*l.*HHH.2.

in Feudis fœminæ regulariter non ſuccedunt, ſive id ſit ſęculare, ſive Eccleſiaſticum, ſive datum pro ſe, & filiis, pro ſe, & heredibus, etiam quibuscunque, ſive Ligium ſit, ſive emptitium, ſive pignoratitium: nec admittantur etſi bellicoſæ ſint mulieres, licet hoc quidem affirment *vol.* 2.*d.*20.*l.*X.3.4.Y.4. *vol* 5.*d.*39.*l.*II.4.LL. 3.*d.*42.*l.*FFF.4.*d.*44 *l.*SSS.2.

in Feudis fœminæ itaque regulariter non ſuccedunt, niſi hoc ſpecialiter ſit expreſſum: ſuccedunt ergò in ſpeciali feudo fœmineo, franco, conceſſoq; ad certum ſervitium, quod per fœminam decenter expediri poteſt. Mortuis ergò filiis, & filiabus pluribus ſuperſtitibus, quæ ex illis feudum conſequetur? reſpondetur, Dominum debere caſum decidere: quæritur iterum an relictus à filiarum una decedente filius materteram in feudo excludat? & negatur *vol. 2.d.*20. *l.*Y.1.4. *vol.5.d.*28. *l.*kkkkkk 1. *d.*35. *l.*BB.3.*d.*39. *l.*II.4 KK.1.*d.*42.*l.*GGG.1.2.

ad Feudum etiam fœmineum fœminæ non vocantur, ſi filii, id eſt, Maſculi ſuperſint, hoc eſt, filiæ viventibus filiis non ſuccedunt *volum.2.d.*20.*l.*Y.1.*d.*31.*l.* QQ.1. *vol.*4 *d.*18.*l.*llll.4.in Coroll. *vol.5.* *diſp.*28. *l.*kkkkkk 1. *d.*42. *l.*GGG.1.*d.*44. *lit.*SSS.2.

in Feu

in Feudo fœmina, cujus regulariter extantibus maſculis capax non eſt, ſemel à maſculo excluſa, quæritur an perpetuò maneat excluſa? & negatur, etſi contrarium communiter receptum ſit *vol.2. d.* 20.*l.*Y.1. *d.*31.*l.*QQ.1. *volum.5. diſp.*28.*lit.* kkkkkk 1.*d.*35.*l.*BB.3.*d.*39.*l.*II.4. KK.1. *d.*42.*l.*GGG.1.2. *d.*44.*l.*SSS 2.

in Feudalibus cauſis Pares Curiæ judicant *vol.5.d.34.l.*X.1.*d* 42.*l.*KKK.2.3. vide inferius.

in Feudali lite aut ad inveſtituræ legem recurrendum eſt, aut in defectum probationis Domino hæccc diſcuſſionis particula tribuenda eſt *vol.2. d.* 20. *l.*Y.1. *vol.5.d.*42.*l.*YY.4.

Feudum eſſe maſculinum ſemper præſumitur, adeò ut dicenti fœmininum incumbat probatio *vol.2.d.*31.*l.*QQ 1.

in Feudi illicitè alienati revocatione agnati domino, & agnatis filii præferuntur, niſi ſit novum etiam ex pacto, & providentia, id enim indiſtinctè ad Dominum redit *volum.2.d.*31. *l.*QQ 1.2.

Feudi Dominus, & agnati ſpatio 30. annorum à feudi licitè alienati revocatione excluduntur per bonæ fidei emptorem *vol.2. d.*31. *l.*QQ.2.

Feudum, quando ipſo jure perditur, Dominus verò in vita conqueſtus non ſit, quæritur, an heres ejus Vaſallum privare poſſit? & affirmatur *volum.2.d.*31. *l.* QQ.2. *vol.5.d.*44 *l.*TTT.2.

Feudum apertum, vel emphyteuſin, etſi linea, vel generatione finita Dominus in proximiores renovare non teneatur: tamen ſi iſtis caſibus in agnatos renovatio facta fuerit, ea res non de novo acquiſita, ſed antiqua, prout & feudum paternum refutatum, ſi renovetur, paternum cenſebitur *vol.3.d.*1.*l.*c.1.

Feudum pro conſanguineo, id eſt, agnato in dubio præſumitur eſſe antiquum, non novum *vol.3.d.*1.*l.*c.2.

Feudum donatum creditori, qui incontinenti debitum remiſit, præſumitur datum in ſolutum, quantum ad effectum retractus *vol.3.d.*1 *l.*c.2.

Feudum acquiri poteſt & per inveſtituram, & per præſcriptionem *volum.5.d.* 42.*l.*GGG.3.4.

à Feudi Domino jus dependentiæ feudalis emi, & ejus verus retractus adquiri poteſt *vol.3.d.*1.*l.*g.2.

Feudum, & Emphyteuſis ſi revertatur ad Dominum abſque omni onere, & obligatione ad eum revertitur, quam poſſeſſor ipſi impoſuit, aut permiſit *vol.3. d.*1. *l.*1.1. *vol.5.d.*42 *l.*HHH.4.

in Feudali lite ſi ea ſit inter Vaſallum, & Dominum, tunc ea coram paribus Curiæ, ſin verò inter convaſallos, tunc coram Domino feudi lis inſtituenda, & peragenda eſt: & hoc ſemper obtinet *vol.* 3.*d.*3.*l.*r.1.2. *vol.5.d.*11.*l.*aaa.2.*d.*15.*l.*000.1. *d.*42.*l.*KKK.2 3.*d.*44.*l.*TTT.2.3. & Vaſallus tribus edictis Dominum ad Curiam vocare poteſt, quæ Dominum horrabitur, vel ſalva reverentia competenter coget, ut verecundè Vaſallo poſſeſſionem reſtituat: non parentem ad Majorem curiam vocabit, & poſtremò in contumacia perſeverantem poterit deprædare *vol.7.d.*8.*l.*mm.1.

in Feudum dari res mobiles non poſſunt: ergò feudum in ſola re immobili conſtituitur *volum.3.diſp.*5.*l.*dd.2.*volum.*4. *d.*13.

*d.13.lit.*qqq.3.*volum.5. diſp.*42. *lit.*AAA.4. EEE.2.3.4.

in Feudum dari Vectigalia poſſunt, quòd immobilium loco habeantur *vol.3. d.5.l.*dd.2.ii.2.

in Feudum ſi ædes vectigali exigendo deſtinatæ dentur, Vectigalia tamen minimè transeunt; igitur ſi Dominus ædibus in feudum datis uti velit, Vaſallo juſtum pretium refundat *vol.3.d.5.l.*dd.2.

in Feudo ſi Dominus vectigalis colligendi jus non habeat, ſed id à Vaſallo præſcriptione, vel alio titulo acquiratur, dubitatur, num aperto feudo jus illud ad Dominum transeat? reſpondetur, ſi ratione feudi acquiſitum ſit, vectigal ad Dominum pervenit, ſi alio reſpectu, reſoluto jure Vaſalli evaneſcit *volum.3.d.5. l.*dd.2.

in Feudum dari etiam jura incorporalia poſſunt *vol.3 d.5.l.*ii 2.

Feudum acquiritur tribus modis, inveſtitura, ſucceſſione, & præſcriptione *volum.5.d.*44.*l.*RRR 3.4.SSS 1 2.3.

& in Feudo novo citat Dominus Vaſallum ad illud accipiendum, in antiquo Vaſallus ipſum Dominum requirere, ac ſeſe ultrò intra annum, & diem ad fidelitatem offerre debet *vol.7.d.*8 *l.*mm.1.

in Feudalibus cauſis appellari poteſt, & quidem ad proximum ſuperiorem, ſi quis ſit, vel ad ordinarium, cui res ſubjecta eſt *vol.5.d.*44.*l.*TTT.3.

Feudalis ſucceſſor non tenetur ad æs alienum defuncti *vol 3,d.5.l.*oo.2.

Feudum ſine cauſa Vaſallo Cæſar eripere non poteſt *vol* 4. *d.5.l.*x,3.*vol.*5.*d.*43. LLL 1.2.

Feudalem rem vendens emptori ignoranti evictionem præſtat, non ſcienti, nam hic ipſe ſibi imputet, quòd talem rem emerit *vol 3.d.9.l.*ccc.1.

Feudales cauſæ ad Auſtregas non pertinent, ſed expoſcunt forum ſpeciale Domini, vel parium Curiæ, prout caſus incidunt *volum.4 diſp.*8.*l* gg 4.*volum.5.d.*15.*l.* ooo.1.

Feuda, ſi immediatè ab Imperio dependeant, Dominus eorum erit Cæſar, & ſic eorum Judex: ſi mediatè, tunc ad mediatum Dominum feudi pertinet ejus, id eſt, litis feudalis deciſio: ſed quando feuda ſunt Imperii immediata, cognitio ſolùm ad Cæſarem ſpectat: an verò Cameram, graviſſima eſt quæſtio? item quæritur, an Cæſar in cauſis feudalibus absque paribus Curiæ cognoſcere poſſit *vol.4 d.* 8.*l.*gg.4.*vol.5. d.*15.*l.*ooo.1.

Feudum regulariter non tranſit in parentes, & collaterales, ſed ſolum in liberos, & deſcendentes *vol.4.d.9.l.*oo.3.

Feudum ſi antiquum ſit, invitis agnatis etiam cum conſenſu Domini alienari non poteſt *volum.4.diſp.*30.*l.*Z.3.*volum.5.d.*42. *l.*HHH.4.

de Feudo ſi ordinatio facta ſit etiam annuente Domino, tamen hæc filiis, vel agnatis non præjudicat *vol.4. d.*12. *l.*iii.2. *vol.5.d.*42.*l.*HHH.4.

Feudum ſi Vaſallus inſcio Domino ita vendat: SALVO JURE DOMINI hæc tamen clauſula vendentem de commiſſo, & pœna non relevat *vol.4.d.*17.*l.*cccc.4.

Feudum minor quidem ob non petitam juſto tempore inveſtituræ renovationem amittit, ſed reſtitutionis beneficio adverſus lapſum temporis juvari poteſt *vol.4 d.*18.*l.*llll.4.in Coroll.

Feudum

Feudum nec quidem improprium eſt, ſi ita concedatur, ut cum dominio directo etiam utile apud dantem remaneat: ſic nec feudum erit, ſi in inveſtitura conveniat, ut omne dominium tàm proprietatis, quàm juris à dante in accipientem transferatur *vol.4.d.18.l.*llll.4.in Coroll.

Feuda non minus filiisfam. quàm patribus famil. dari, & conſtitui poſſunt: & feudi filiofam. ab alio dati uſusfructus patri non adquiritur *vol.4.d.18.l.*llll.4.in Coroll.*vol.5.d.42.l.*EEE.1.

uti Feudi utile dominium contra Vaſallum Dominus præſcribere poteſt, ita Vaſallus contra Dominum dominium directum præſcribet *volum.4.d.18.l.*llll.4.in Coroll.

Feudalem rem ſi quis ſciens à Vaſallo emat, eaque evincatur, ad pretium recuperandum contra venditorem agere nequit *vol.4.d.30.l.*Z.4.

Feudum ex pacto, & providentia citra conſenſum Domini, & agnatorum venditum cum committitur ad agnatos alienantis Collaterales, ſi illi alienationis correi non ſint, non ad Dominum, nec ad filios vendentis redit *volum.4.diſp.30.l.*Z 4.

Feudum etiam pecunia, ſive pretio interveniente conſtitui, atq; adeò emi poteſt *vol.4.d.31.l.*BB.3.

Feudum dare ruſtico non licet *volum.5.d.10.l.*xx.1.

Feudum uti Vaſallus alienare non poteſt, ita nec Dominus Vaſallos invitos *vol.5.d.11.l.*xx.4.

ſubinFeudatio iisdem conditionibus, & pactis eſt facienda, quibus ipſa infeudatio proceſſit *vol.5.d.11.l.*bbb.2.

Feuda non jure hereditario, & ſanguinis, ſed ex pacto primi acquirentis, & providentia legis, liberis acquiruntur *vol.5.d.14.l.*lll.4.

Feudum ſi quis Status Imperii immediatus, ſit Princeps, Comes &c. ab alio Principe Imperii poſſideat, an erit hujus Principis ſubditus, & Homagium ſubjectionis præſtare tenebitur? & negatur *vol.5.d.17.l* ffff 3.4.ubi pulchrè.

Feudum Imperii ſi quis Comes, Baro &c. in diſtrictu, & territorio Principis, qui jus Landſaſſiæ, & territoriale in omnes introduxit, poſſideat, ibique habitet, erit ratione domicilii, etſi ipſum domicilium ſit feudum Imperii ſubditus illius Principis, & Landſaſſius *vol.5.d.17.l.*eeee.4.

Feudum, ejusque connexa, jurisdictiones, & regalia Princeps, & quivis Dominus non cumulativè, ſed privativè feudatario concedere ſolet, ita ut Dominus directus non habeat amplius facultatem exercendæ jurisdictionis in terra infeudata, nec vim diſponendi de rebus Vaſalli, aut Subvaſallos in jus vocandi, deque iis ſtatuendi *vol.5.d.17.l.*ffff.3.4.

Feudi exheredatio toties non nocet filio, quoties illud ſine hereditate patris aſſequi poteſt, filius verò exheredatus tum à feudo excluditur, ſi tale aliquid admiſit, propter quod indignus exiſtit, ut in Curia Domini ſtaret *volum.5.diſp.28.l.*eeeeee.4.

in Feudo tunc pater ſuccedit, ſi defunctus filius id à patre ſuo per refutationem, aut venditionem acquiſivit *volum.5.d.28.l* ffff.1.

in Feudo pater non ſuccedit, ſi ad fi-

agitur, citatus ſit: diſtingui tamen poteſt inter ſolennes, repentinas, & indictas *vol. 2.d.27.l.*KK.3. *volum.4.d.27.l.*N.4. *volum. 7.diſp.8.l.*ll.3. Canoniſtæ volunt hanc exceptionem non valere, quod intelligatur ſi termini dies ſit feriatus, altero agendum eſſe, ſed hoc à plerisque judicibus, ut & à Camera in citatione expreſsè adjungitur *ibid.*

S. Ferias diverſas Judex, & citatus habeat, illius non hujus attenduntur *vol.7. d.8.l.*ll.3.

Feneſtras etſi ſervitute nulla conſtituta, aperto pariete, naturali libertate habere licet, ex quibus quis invito Domino in alienum proſpicere poſſit *vol.3.d.13.l.* M.4.

Feriis ſæpè actiones impediuntur: Feriæ autem aliæ ſunt ſolennes, ſeu ordinariæ, inſtitutæ ſcilicet divini cultus gratia, vel cauſa neceſſitatis, meſſium, & vindemiarum: aliæ non ſolennes, ſeu repentinæ ob inſolens aliquod factum, & communem lætitiam à Principe indictæ *vol. 3.d.15.l.*R.1. *vol.6.d.3.l.*Ee.1.

Feriato tamen die & citatio decerni, quia actus extrajudicialis eſt, & inſinuari poteſt *volum.7. diſp.8. l.*ll.3. excipe ferias Dominicales, aut repentinas *ibid*

Feriæ etiam iis proſunt, qui licet in meſſibus, & vindemiis occupati non ſunt *vol.3.d.15.l.*R.1.

Feriato die ſententia prolata, & actus juridici non valent, feriis tamen ob hominum utilitatem indictis, ut ſunt feriæ meſſium, & vindemiarum, renunciari poteſt, ſecus in feriis ſanctis *vol.5 d.36. l.*EE.2. *vol.7.d.8.l.*ll.3.

Feriæ in neceſſitate non ſunt attendendæ *vol.6.d.3. l.*Ee.1. item ubi pietatis officia contrarium ſuadent *ibid.*

Feriatis diebus fidejuſſio exigi non poteſt *vol.4. d.27.l.*N.4.

Feratum furtum non fit, niſi vivario, & ſepe ita ſint concluſæ, ut exire non valeant *vol.5. d.47.l.*BBBB 4.

Ferrariæ Princeps non dicitur recognoſcere ſuperiorem *vol.5. d.2.l.*g.3.

Ferrariæ Dux, etſi Pontificis feudatarius ſit, tamen ſuperiorem non agnoſcit, & jus monetæ habet *vol.2.d.13.l.*y.1.

Feudis Clerici eodem jure, ac pari firmitate, quàm laici obligantur *vol.1.d 3. lit.*r.3.

Feudi fructus omnes ad Vaſallum ante petitam inveſtituram intra annum ſpectant *vol.2. d.6.l.*rr.4.

Feudum emptitium, & illud, quod conſtitutum eſt, ut inde quotannis certa aliqua penſio præſtetur Domino, feuda quidem ſunt, ſed impropria *vol.1.d.3.l.*r. 3. *vol.5.d.42.l.*CCC.4.

ex Feudis propriis non penſiones, ſed ſervitia regulariter præſtantur *vol.1. d.3. lit.*r.4.

Feudum huic non adimitur, licèt quis defuncti agnati hereditatem repudiet: ſic filius etiamſi à patris hereditate abſtineat, aut exheredatus ſit, tamen feudum obtinebit *vol.1.d.3.l.*r.4. *vol.2.d.31.l.* PP.4. *vol.5.d.42.l.*FFF.2.3.

Feudum ligium à Vaſallo Domino refutari poteſt: etſi hoc exactam contra omnes exigat fidelitatem: ſicut etiam à Vaſallo refutari poteſt Domino aliud quodvis feudum, & Emphyteuſis *vol.1. d.3.l.*r.4. *vol.2.d.20. l.*X.4. *vol.3. d.1.l.*e.3. *vol.5.d.42.l.*KKK.1.*d.*43.*l.*PPP.4.QQQ.2

ubi

Digitized by Google

ubi pulchrè *d.44.l.SSS.4.* ubi pulchrè de Refutatione.

Feudales res quantumvis lege alienati prohibitæ, rectè tamen à Vaſallo ex ratione ſingulari ſub infeudari poſſunt *vol.1. d.3.l.o.3.d.10 l.M.2.vol.5.d.42.l.HHH.3.4.*

Feuda Ligia à diverſis Dominis quis habere poteſt *vol.5.d.44.l.RRR.2.*

Feudi à filiofam. acquiſiti, uti reliquorum bonorum adventitiorum patri uſusfructus non cedit: Nam feudum filio optimè dari poteſt *vol 1.d.3.l.s.1. volum.4. d.18.l.llll.4. volum.5. d 28. l.ffff.1. d.35. l.Z.3. diſp.39.l.II.4. diſp.42.l.EEE.1.d.48.l. CCCC.2.3.*

Feudum ſi vel ex felonia, vel alia culpa amiſſum ſit, vel ſimpliciter Domino refutatum, & poſtea Vaſallus de eodem iterum inveſtiatur, manebit tamen antiquum, niſi in caſu, quo Domino apertum erat, lata jam ſit ſententia, vel aliud ſit expreſſum *vol.5 d.44.l.RRR.2.*

Feuda à Longobardis ſunt primò introducta *vol.1.d.3.pag.ult. vol 5 d 42.l.XX. 3.4.YY.1.*

de Feudo eodem ſi Dominus duos Vaſallos inveſtierit, vel abuſivè utroſque ſimul, vel alterutrum propriè: tunc hoc caſu ille, qui prior in poſſeſſione fuerit, præferetur alteri, licèt prior etiam abuſivè inveſtitus ſit: ita tamen, ut eidem ad intereſſe teneatur, id eſt, vel pecuniam æquivalentem ſolvat, vel aliud feudum ejusdem valoris præſtet *volmu.5. diſp.44. l.RRR.3.4.*

Feudum, vel Emphyteuſis, ſi commiſſum ſit, & Dominus id ignoret, non præjudicat ſibi, etiamſi recipiat ſolutionem Canonis *vol.1.d.12.l.A.4.*

Feudum aliud eſt Ligium, aliud illigium, illud quo Vaſallus Cæſari, vel Regi ſuperiorem non recognoſcenti, pro dato beneficio fidem, operamque ligat, aut promittit, contra omnes nullo antepoſito: illigium eſt, quod ab eo conceſſum eſt, qui Cæſarem, vel ſuperiorem agnoſcit, quem Juramento Vaſallus ſemper excipere intelligitur *volum.5. diſp.44. l.RRR.2.*

Feudales res alienari non poſſunt: & ſi quis feudum alienârit, mox cadit jure ſuo, & poteſt privari feudo *vol 2.d.11.l.uVu. 4. volum.3.d.9.l.ccc.1. vol.5.d.5.l.gg.2.d.35. l.BB.4.d 42.HHH.4.III.4.* ubi alienationis ſpecies enumerantur *d.43.l.OOO. 1.2.* ubi pulchrè *d.44.l.SSS.3.4.*

Feudum omne vel nobile eſt, vel ignobile *vol.1.d.6.l.A.2.*

Feudum nobile ſi quis ruſticus, homo obſcurus, & ignobilis emat, tamen fit ideò ſolum nobilis *vol.1.d.6.l.cc.1.*

Feudum nobile dicitur, aut quod dignitatem habens annexam Vaſallum nobilitet, aut quod eum, qui prius erat Nobilis, Nobilem oſtendat, aut ſi feudi præſtatio ſit nobilis, puta, ſi Vaſallus annuatim præſtet unum accipitrem, vel unum canem, & ad alia non teneatur: ignobile eſt, ubi hæc deficiunt *vol.1.d.6.l.cc.1. vol.5. d.42.l.BBB.3.*

Feudum niſi conſentiente Domino dari in ſolutum creditori non poteſt, uti nec pignori *vol.1 d.6.l.cc.1. vol 2.d.11.l.uVu.4. vol.5 d.5.l gg 2.3.*

Feuda teſtamenti factionem neſciunt, id eſt, de feudis teſtamentum fieri non poteſt: tamen ſi feudum novum ſit, videtur Vaſallum cum conſenſu Domini de-

Digitized by Google

eo diſponere, & aut uni ex filiis prælegare, aut agnatis præjudicare poſſe, ſecus in antiquo *vol.1.d.16.l.*O.1.*vol.2 d.*8.*l.*oOo.2. *vol.5.d.*42.*l.*FFF.2.*d.*44.*l.*RRR.1.2.

Feudum ex pacto, & providentia ad ſolos deſcendentes pertingit, & pro ære alieno obligari non poteſt, nec ulla ratione de eo diſponi, unde etiam ad proximum agnatum ſi habilis ſit, ſtatim devolvitur, & ita quidem, ut nec chirographariis, nec hypothecariis creditoribus ex eo teneatur, niſi de fructibus ejus anni, quo prædeceſſor mortuus eſt, modo vel inventarium conficiat, vel hereditatem (niſi ſit filius, qui eam agnoſcere cogitur) non adeat: aliàs enim non tantum in unius, ſed multorum annorum reditus fieret executio *vol.5.d.*44.*l.*RRR.2.3.

Feudum in dubio an ſit hereditarium, an ex pacto, & providentia, ſemper hoc, non illud cenſeri debet *volum.5. diſp.*44. *l.*RRR.3.

ſubinFeudatio licitè fieri poteſt, ſed ad hanc tria requiruntur, primò, ut fiat ſyncerè, & ſine fraude, ne aliàs ſub hac ſpecie lateat venditio, aut alienatio quævis: 2.ut fiat iisdem pactis, quibus ipſe tenebat feudum, qui ſubinfeudat: 3.ut fiat pari, vel majori, ut ſervire poſſit *vol.1.d.*12. *l.*uu.4. *volum.*5.*d.*42. *l.*HHH.3.4.*diſp.*44. *l.*QQQ.3.*d.*11.*l.*bbb.2.

Feudum hereditarium obligationem, & diſpoſitionem æris alieni accipit in fideicommiſſum etiam, & in petitionem hereditatis venit, inque legitimam computatur, & absque hereditate retinere non poteſt, & ſive antiquum ſit, ſive novum, heres defuncti æs alienum præſtare tenetur *vol.5.d.*44.*l.*RRR.3.

in Feudis regulare eſt, ut regulariter quævis jura, quibus aliud tempus non eſt præſtitum, non minori ſpatio, quam 30. annorum terminentur, itaque de feudo in extraneum, vel remotiorem agnatum alienato revocandi jus 30.annis durat, uti & jus ſuccedendi: quod autem vivente alienatore competit ex jure protimiſeos anno expirat. Itaque jus illud revocandi à morte incipit, & præſcriptio ſic currere incipit. Nec præſcriptio contra unum impleta, proximioribus è medio ſublatis ſequentibus in gradu obeſt *volum.1.d.*12. *l.*A.4.*vol.5.d.*44.*l.*SSS 3.4.

Feudi, & Emphyteuſis commiſſum non fit, etſi quis alienationem eorum absque Domini conſenſu faciat, modò eorum non ſit traditio ſubſecuta, quæ ſola dominia transfert *vol.1.d.*12.*l.*B.1.2.

in Feudi alienatione præſentia agnatorum absque conſenſu expreſſo non obeſt ipſis, adeò, ut etſi agnati tanquam teſtes ſubſcripſerint, non tamen inde conſenſus illorum colligatur: quamobrem feudum absque conſenſu agnatorum alienari non poteſt *vol.1.d.*12.B.2.*vol.*4.*d.*30.*l.*Z.3.*vol.*3. *d.*42.*l.*HHH.4.

Feudum, & Emphyteuſin, ſi Vaſallus, & Emphyteuta non requiſito Domino alienarint, etiamſi poſt redimant, non tamen abſolvuntur à pœna legis. Nemo enim pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit, niſi tamen in continenti, vel etiam ex reſervatione, & pacto ab initio contractui appoſito rem taliter alienatam recuperarit *vol.1.d.*12.*l.*D.1.*vol.3.d.*1.*l.*b.4.*volum.*5. *d.*35.*l.*BB.4.

Feuda etſi alienari non poſſint, dividi tamen poſſunt *vol.1.d.*12.*l.*E.1.

à Feu-

à Feudorum à parentibus alienatorum revocatione repelluntur filii, etſi aliàs jure retractus gaudeant *volum.* 1. *diſp.* 12. *l.*E.4.

Feudum non facit ſubditum; nam ex feudo tantum eſt ſervitus perſonalis, & anonyma *vol.*2. *d.*3. *l.*l.2.3. n.1. *vol.*5. *d.*17. *l.*eeee.4. *d.*21 *l.*hhhhh.3.

Feuda Imperium, & jurisdictionem in capita non dant *vol.*2. *d.*3. *l.*l.3.m.4.n.1.

Feudatarius ultra fidelitatis formam aſtringi non poteſt, nec Principi aliud, quàm nexum feudalem acquirit *vol.*2. *d.*3. *l.*l.4.m.2.

in Feudali ſimplici recognitione res ſola, res autem, & perſona ſimul non niſi in feudo ligio obligantur *volum.*2. *d.*3. *l.*l.4.

Feudo Ligio res, & perſona ſimul obligantur *vol.*2. *d.*3. *l.*l.4.

Feudum uti Vaſallus, ita Dominus Vaſallum invitum alienare non poteſt *vol.*5. *d.*44. *l.*SSS.2.

Feudi alicujus Dominus quadruplicem fructum ex feudo percipit: primò habet ſpem conceſſionis in feudo caduco: ſecundò habet onus fidelitatis, & ſervitiorum: quæ præſtantur à Vaſallo: quartò habet laudemia, quibus ex perſonarum facto, & viciſſitudine gaudet *volum.*2. *d.*3. *l.*m.1.

Feudo Vaſallus, & beneficiarius privari poteſt, ſi feudum, aut aliquam ejus conditionem inficietur, aut alium pro Domino agnoſcat *vol.*2. *d.*3. *l.*m.3.

Feuda nullo modo abſque Domini conſenſu ſub pœna amiſſionis alienari poſſunt, & alienata ſine ulla pretii refuſione ab emptore revocari poſſunt *vol.*2. *d.*6. *l.*tt.2. *vol.*4. *d.*27. *l.*L.2. *d.*30. *l.*Z.3. vide ſuperius.

Feuda, ut ſine conſenſu Domini alienentur, vel conſuetudine, vel ſtatuto introduci poteſt *vol.*2. *d.*6. *l.*tt.2.

Feudum etſi ſtatuto, vel conſuetudine abſque conſenſu Domini alienari poſſit, proximi tamen adgnati mortuo venditore feudum hoc revocare poſſunt *vol.*2. *d.*6. *l.*tt.2. *d.*31 *l.*QQ.2.

in Feudalia bona creditorum immiſſio in defectum aliorum bonorum judicati exequendi gratia, rectè fieri poteſt *vol.*2. *d.*14 *l.*B.4. *vol.*5. *d.*34. *l.*V.3.

de Feudo ſi Princeps aliquem ex privilegio, & motu proprio, vel ex certa ſcientia, aut ex plenitudine poteſtatis, vel in vim legis verbaliter aliquem inveſtiat, quæſtionis eſt, an per hujusmodi abuſivam inveſtituram ſine corporali adprehenſione poſſeſſio in inveſtitum tranſeat? & negatur etiam in ipſo feudo antiquo, niſi tamen in rei feudalis præſentia, & conſpectu per enſem, haſtam, baculum &c. inveſtitura fiat: id quod & in collatione beneficii, vel præbendæ interveniente annulo, pileo, vel calamo &c. procedit *volum.*2. *d.*14. *l.* D.3. *volum.*5. *d.*21. *l.*ffff.2. *diſp.*42. *l.*HHH.2. *d.*44. *l.*RRR. 3.4.

Feudum acquiritur etiam ex inveſtitura abuſiva *vol.*5. *diſp.*42. *l.*HHH.2. vide in verbo Inveſtitura.

Feudum alteri concedi poteſt, quòd vivente adhuc priore Vaſallo, ex quavis cauſa Domino apertum eſt *volum.*2. *d.*15. *l.*K.1.

Feudum dari, aut promitti poteſt alteri, etiam vivente priore Vaſallo, ſi liberos

non habeat, ſed hoc ad eaſum mortis *vol.*2.*d*.15.*l*.I.4. *d*.18 *l*.S.3.4.*volum*.4 *d*.30. *l*.Z.2.*volum* 5.*d*.21.*l*.IIII.2.*d*.42.*l*.HHH.1. *d*.44.*l*.RRR.4.

Feudum pluribus etiam ſimul conferri poteſt, ita ut unus alteri ſuccedat *volum*.2. *d*.15 *l*.K.1.

Feudum adquiri poteſt non ſolum inveſtitura, ſed & præſcriptione, & adjudicatione: præſcriptio autem debet eſſe 30. annorum *vol*.2.*d*.15.*l*.K.2 *d*.31.*l*.QQ.1.*vol*.5. *d*.42.*l*.GGG.3.HHH.2.*d*.44.*l*.RRR.3.4. SSS.3.4.

Feudi proprium adjunctum eſt fidelitas juranda à quovis, etiam Clerico, pro feudo quovis magno, & modico: impuberes tamen excipiuntur, vide in verbo Homagium *vol*.2. *d*.15. *l*.K.3.*d*.20.*l*.X.4. *vol*.5.*d* 42.*l*.GGG.4. III.1.2.*d*.44.*l*.QQQ. 4.RRR.2.

Feudum ob culpam ipſo jure non amittitur, ſed amiſſum eſſe, ſententia declarari debet *vol*.2.*d*.17.*l*.O.1.*d*.31.*l*.QQ.2. *vol*.3.*d*.5.*l*.ii.1.*vol*.5.*d*.5.*l* hh.1.*d*.42.*l*.KKK.1. *d*.44 *l*.TTT 2.

Feudalium bonorum fructus ſolutioni creditoribus faciendæ deſerviunt inſtar bonorum allodialium: fructus enim bonorum feudalium, ſunt bona allodialia *vol* 4 *d*.27.*l*.L.2.*vol* 5.*d*.5.*l*.gg.2.3. ubi pulchrè, quomodo fructus feudi creditoribus in ſolutum dari poſſint *d*.34 *l*.V.3.

Feudum novum ſæculare etſi cauſa, & origine ſua novum eſſe non deſinat, ratione tamen juris, & effectus, ut antiquum alicui concedi poteſt: feuda verò Eccleſiaſtica jure feudorum antiquorum concedi nequeunt, quemadmodum nec contra feudum vetus jure feudi novi, niſi talis mutatio fiat cum agnatorum, quorum intereſt, conſenſu *volum*.2.*d*.18.*l*.S.3. *vol*.3.*d*.1.*l*.b 4.*vol*.5.*d*.42.*l*.BBB.2.

à Feudi ſucceſſione aſcendentes totaliter excluduntur, valetque in feudo hæc regula tàm antiquo, quàm novo, tàm ſæculari, quàm Eccleſiaſtico: conſuetudine tamen, pacto, ſtatutoque rigori huic derogari poſſe, ſed tamen patri filiis ex amore feudum refutanti, iis utique decedentibus ſine legitimà prole regreſſio datur, item ſi filius ob benemerita de novo feudo fuerit inveſtitus eo moriente pater id obtinebit *vol* 2.*d*.20.*l*.Y.2.*volum*.5.*d*.39. *l*.II.4.*d*.42.*l*.EEE.1.FFF.3.*d*.44.*l*.SSS.3.

in Feudis non ſuccedunt legitimati per ſubſequens matrimonium *volum*.5. *d*.35. *l*.BB.3.*d*.39 *l*.KK.2.

in Feudali ſucceſſione collateralibus ex primo feudi acquirente, non minus ac deſcendentibus hereditas feudalis defertur in infinitum: atque inſtar ſucceſſionis civilis primò vocantur fratres defuncti Vaſalli in capita, quibus deficientibus agnati ulteriores ſecundum gradus proximitatem æque in capita, & fratris ex altero tantum latere conjuncti filius cum fratre utrinque conjuncto ſuccedit: nec agnati filios Vaſalli feudi acquiſiti tempore nondum natos excluduntur *vol*. 2. *d*.20.*l*.Y.3. *vol*.5.*d*.39.*l*.II 4 LL.3.MM.1. *d*.42. *l*.FFF.3.4.*d* 44.*l*.SSS.3. *vol*.6.*d*.10. *l*.Ooo.4.

Feudum conceſſum pro ſe, & cui dederit, poteſt liberè alienari *volum*.5.*d*.49. *l*.GGG.2.

in Feudali ſucceſſione quando collaterales ſucceſſionem prætendunt, originem à primo feudi acquirente ſe ducere omninò

omninò probare debent *vol.2. d.20.l.*Y.3.*vol.5.d.42.l.*FFF.3.*vol.6.d.*10.*l.*Ooo.4. neque jus capit ſuccedens à proximo defuncto,ſed à primo acquirente *ibid.*

in Feudis interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis ſuccurritur poſſeſſori *volum 2.d.*20.*l.*Y.4.

Feudum dare poſſunt etiam fœminæ, quæ liberam rerum ſuarum habent adminiſtrationem *vol.5. d* 42 *l.*DDD.1.

Feudum dare poteſt etiam ruſticus *vol.5.d.42. l.*DDD.1.

Feudum dare poteſt etiam filiusfam. in iis bonis, quorum proprietatem,& uſumfructum ſimul habet *volum.5.diſp.*42. *l.*DDD.1.2.

Feudum non amittit,qui ob juſtam ignorantiam inveſtituram legitimo tempore non petiit,vel quod obitum Domini, vel rem feudalem eſſe ignoravit *vol.*2.*d.*29.*l.*OO.3.

Feudum,qui Vaſallus vendit, ſi juraverit ſe ignoraſſe feudum, ſed proprium credidiſſe,excuſatur *vol.2. d* 29.*l.*OO.3.

Feudum eſt beneficium, quod ex benevolentia ita datur alicui,ut proprietas quidem rei immobilis penes dantem remaneat,uſusfructus verò illius,ita ad accipientem transeat,ut ad eum heredesq; maſculos,& fœminas,ſi id actum,in perpetuum pertineat, ad hoc ut ille, & ſui heredes fideliter Domino ſerviant, ſive ſervitium ſit determinatum, ſive non *vol.2.d.*31 *l.*PP.3. *vol.5. d.*42. *l.*AAA.3.4. ubi & alias feudi varias definitiones vide *d.*44.*lit.*QQQ.3. eſt ſpecies contractus, qui inter Dominum concedentem, & Vaſallum recipientem celebratur *vol.6.d.*10.*l.*Ooo.4.

Feudum hereditarium eſt,in quo ſuccedere volens,regulariter heres eſſe debet, ideoque pro ſe,& heredibus receptum, dicendum eſt hereditarium: ſed non eſt ita intelligendum, quaſi hujusmodi feudum in ſua eſſentia hereditarii quidquam habeat,ſeu ut res alia hereditaria ſit:ſed vocabulo iſto (hereditarium) duntaxat utimur, ut ſignificemus in eo ſuccedere volentes, id aliter capere non poſſe, quam ſi defuncto Vaſallo in ejus hereditate ſint heredes,etſi plurimi defendant,deferri hoc feudum,ut rem aliquam hereditariam,ideoque ne agnatos quidem beneficio inventarii hereditate adita,id ab ea ſeparare,& præcipuum habere poſſe *volum.2. diſp.*31.*l.*PP.4.*vol.5. d.* 42.*l.*BBB.4. *d.*44.*l* RRR.3.

Feudum ſimpliciter receptum,& conceſſum, dicendo, do tibi in feudum fundum Tuſculanum, aut ſi de nullis pactis conſtet, an hoc ſimile ſit feudo ex pacto, & providentia puta recepto pro ſe, & filiis: an verò hereditarium dubitatur, & eſſe hereditarium, id eſt, ſimile ei, quod pro ſe, & heredibus eſt receptum, dicitur, ſed & illud eſſe multi defendunt: nec deſunt alii, qui fortiter aſſerant feudum pro ſe, & heredibus receptum dici ex pacto,& providentia,non minus,quàm pro ſe,& filiis,ſeu liberis receptum: ſic alii volunt,quod agnati hujusmodi feudum capere poſſint hereditate repudiata,filii verò non, niſi fecerint inventarium. Igitur ſequitur ex illa filium ad hoc, ut feudum ex pacto, & providentia obtinere poſſit, debere patri eſſe heredem, aut certè cum inventario hereditatem ejus adire, quod falſum videtur in feudo dato pro ſe,& li-

beris,

beris, aut filiis *vol.2.d.31.l.*PP.4.*vol.5.d.42.* *l.*BBB.4. CCC.1.

Feudum frater fratri directò, & ſine verbis inflexis dicendo, promittis mihi, & fratri meo Titio feudum tàm ex jure civili, quàm ex feudali ſtipulari poteſt *vol.2.d.31.l.*PP.4.

Feudum conceſſum heredibus quibuscunque extenditur etiam ad heredes extraneos, & fœminas: alii tamen aſſerunt non extendi ad fœminas *vol.2.d.18.l.*S.3. *vol.5.d.39.l* KK.1.

Feudalia ſervitia vel ſunt determinata, ut illa, quæ certis inveſtiturarum pactionibus ſunt definita, puta, ut Vaſallus uno, duobus, aut tribus equis &c. ſervire cogatur, cujusmodi ſunt ex feudis conditionatis: alia indeterminata, qui nempe generaliter ſervitia debent, nec ad certa adſtricti ſunt *vol.2.d.18.l.*T.1. *vol.5.d.42.* *l.*CCC.3.

à Feudi ſucceſſione ordinariè excluduntur naturales, legitimati, adoptivi, ex matrimonio ad Morganaticam contracto nati, Clerici, furioſi, quilibet imperfecti, infames, exheredati, feloniam committentes *vol.2.d.20.l.*X.2.3. *vol.5.d.28.* *l.*iiiiii.1.2.3.*d.*39.*l* KK.1.2.*d.*42.*l.*FF.3.4. GGG.3 *d.44.l.*SSS.2.

in Feudis per ſubſtitutum ſervire non licet *volum.2.diſp.20.l.*X.3.*volum.3.diſp.*42. *l.*III.2.

Feudalis felonia non ſolum in patre, ſed & in filio vindicatur, maximè in feudis, ita ut filius feudum patri ob feloniam ademptum recipere non poſſit, niſi Dominum ſibi reconciliarit, isque gratiam ſibi facere velit, feudum autem ob culpam in extraneum commiſſam amiſſum ad agnatos devolvitur *vol.2.d.20.l.*X 3. *vol.5.d.42.l.*KKK.1.*d.*44 *l.*TTT.1.2.

Feuda tamen Bannitorum non revertuntur ad Dominum, ſed ad proximiores agnatos, ſi talis feudi ſit natura *vol.6.d.1.* *l.*D.4.

Feudalis rei dominium directum Vaſallus nunquam præſcribere poteſt *vol.5.* *d.42.l.*HHH.2.

in Feudis fœminæ regulariter non ſuccedunt, ſive id ſit ſeculare, ſive Eccleſiaſticum, ſive datum pro ſe, & filiis, pro ſe, & heredibus, etiam quibuscunque, ſive Ligium ſit, ſive emptitium, ſive pignoratitium: nec admittantur etſi bellicoſæ ſint mulieres, licet hoc quidem affirment *vol.* *2.d.20.l.*X.3.4.Y.4. *vol 5.d.39.l.*II.4.LL. 3.*d.42.l.*FFF.4.*d.44 l.*SSS.2.

in Feudis fœminæ itaque regulariter non ſuccedunt, niſi hoc ſpecialiter ſit expreſſum: ſuccedunt ergò in ſpeciali feudo fœmineo, franco, conceſſoq; ad certum ſervitium, quod per fœminam decenter expediri poteſt. Mortuis ergò filiis, & filiabus pluribus ſuperſtitibus, quæ ex illis feudum conſequetur? reſpondetur, Dominum debere caſum decidere: quæritur iterum an relictus à filiarum una decedente filius materteram in feudo excludat? & negatur *vol. 2.d.20. l.*Y.1.4. *vol.5.d.28. l.*kkkkkk 1. *d.35. l.*BB.3.*d.39.* *l.*II.4.KK.1.*d.42.l.*GGG.1.2.

ad Feudum etiam fœmineum fœminæ non vocantur, ſi filii, id eſt, Maſculi ſuperſint, hoc eſt, filiæ viventibus filiis non ſuccedunt *volum.2.d.20.l.*Y.1.*d.31.l.* QQ.1. *vol.4 d.18.l.*llll.4.in Coroll. *vol.5.* *diſp.28. l.*kkkkkk 1. *d.42. l.*GGG.1.*d.44.* *lit.*SSS.2.

in Feu

in Feudo fœmina, cujus regulariter extantibus maſculis capax non eſt, ſemel à maſculo excluſa, quæritur an perpetuò maneat excluſa? & negatur, etſi contrarium communiter receptum ſit *vol.2. d. 20.l.Y.1.d.31.l.QQ.1. volum.5. diſp.28. lit.* kkkkkk 1.*d.*35.*l.*BB.3.*d.*39.*l.*II.4.KK.1. *d.*42.*l.*GGG.1.2. *d.*44.*l.*SSS 2.

in Feudalibus cauſis Pares Curiæ judicant *vol.5.d.34.l.*X.1.*d* 42.*l.*KKK.2.3. vide inferius.

in Feudali lite aut ad inveſtituræ legem recurrendum eſt, aut in defectum probationis Domino hæcce diſcuſſionis particula tribuenda eſt *vol.2. d.* 20. *l.*Y.1. *vol.5.d.*42.*l.*YY.4.

Feudum eſſe maſculinum ſemper præſumitur, adeò ut dicenti fœmininum incumbat probatio *vol.2.d.*31.*l.*QQ 1.

in Feudi illicitè alienati revocatione agnati domino, & agnatis filii præferuntur, niſi ſit novum etiam ex pacto, & providentia, id enim indiſtinctè ad Dominum redit *volum.2.d.*31. *l.*QQ 1.2.

Feudi Dominus, & agnati ſpatio 30. annorum à feudi licitè alienati revocatione excluduntur per bonæ fidei emptorem *vol.2. d.*31. *l.*QQ.2.

Feudum, quando ipſo jure perditur, Dominus verò in vita conqueſtus non ſit, quæritur, an heres ejus Vaſallum privare poſſit? & affirmatur *volum.2, d.*31. *l.* QQ.2. *vol.5.d* 44 *l.*TTT.2.

Feudum apertum, vel emphyteuſin, etſi linea, vel generatione finita Dominus in proximiores renovare non teneatur: tamen ſi iſtis caſibus in agnatos renovatio facta fuerit, ea res non de novo acquiſita, ſed antiqua, prout & feudum paternum refutatum, ſi renovetur, paternum cenſebitur *vol.3.d.*1.*l.*c.1.

Feudum pro conſanguineo, id eſt, agnato in dubio præſumitur eſſe antiquum, non novum *vol.3.d.*1.*l.*c.2.

Feudum donatum creditori, qui incontinenti debitum remiſit, præſumitur datum in ſolutum, quantum ad effectum retractus *vol.3.d.*1 *l.*c.2.

Feudum acquiri poteſt & per inveſtituram, & per præſcriptionem *volum.5.d.* 42.*l.*GGG.3.4.

à Feudi Domino jus dependentiæ feudalis emi, & ejus verus retractus adquiri poteſt *vol.3.d.*1.*l.*g.2.

Feudum, & Emphyteuſis ſi revertatur ad Dominum abſque omni onere, & obligatione ad eum revertitur, quam poſſeſſor ipſi impoſuit, aut permiſit *vol.3. d.*1. *l.*i.1. *vol.5.d.*42 *l.*HHH.4.

in Feudali lite ſi ea ſit inter Vaſallum, & Dominum, tunc ea coram paribus Curiæ, ſin verò inter convaſallos, tunc coram Domino feudi lis inſtituenda, & peragenda eſt: & hoc ſemper obtinet *vol.* 3.*d.*3.*l.*r.1.2. *vol.5.d.*11.*l.*aaa.2.*d.*15.*l.*000.1. *d.*42.*l.*KKK.2 3.*d.*44.*l.*TTT.2.3. & Vaſallus tribus edictis Dominum ad Curiam vocare poteſt, quæ Dominum hortabitur, vel ſalva reverentia competenter coget, ut verecundè Vaſallo poſſeſſionem reſtituat: non parentem ad Majorem curiam vocabit, & poſtremò in contumacia perſeverantem poterit deprædare *vol.7.d.*8.*l.*mm.1.

in Feudum dari res mobiles non poſſunt: ergò feudum in ſola re immobili conſtituitur *volum.3.diſp.5.l.*dd.2.*volum.*4.

*d.13.lit.*qqq.3.*volum.ſ. diſp.*42. *lit.*AAA.4. EEE.2.3.4.

in Feudum dari Vectigalia poſſunt, quòd immobilium loco habeantur *vol.3. d.ſ.l.*dd.2.ii.2.

in Feudum ſi ædes vectigali exigendo deſtinatæ dentur, Vectigalia tamen minimè transeunt; igitur ſi Dominus ædibus in feudum datis uti velit, Vaſallo juſtum pretium refundat *vol.3.d.5.l.*dd.2.

in Feudo ſi Dominus vectigalis colligendi jus non habeat, ſed id à Vaſallo præſcriptione, vel alio titulo acquiratur, dubitatur, num aperto feudo jus illud ad Dominum rranseat? reſpondetur, ſi ratione feudi acquiſitum ſit, vectigal ad Dominum pervenit, ſi alio reſpectu, reſoluto jure Vaſalli evaneſcit *volum.3.d.5. l.*dd.2.

in Feudum dari etiam jura incorporalia poſſunt *vol.3 d.5.l.*ii 2.

Feudum acquiritur tribus modis, inveſtitura, ſucceſſione, & præſcriptione *volum.5.d.*44.*l.*RRR 3.4.SSS.1 2.3.

& in Feudo novo citat Dominus Vaſallum ad illud accipiendum, in antiquo Vaſallus ipſum Dominum requirere, ac ſeſe ultrò intra annum, & diem ad fidelitatem offerre debet *vol.7.d.*8.*l.*mm.1.

in Feudalibus cauſis appellari poteſt, & quidem ad proximum ſuperiorem, ſi quis ſit, vel ad ordinarium, cui res ſubjecta eſt *vol.5.d.*44.*l* TTT 3.

Feudalis ſucceſſor non tenetur ad æs alienum defuncti *vol 3,d.5.l.*oo.2.

Feudum ſine cauſa Vaſallo Cæſar eripere non poteſt *vol* 4. *d.5.l.*x,3.*vol.*5.*d.*43. *l.*LLL 1.2.

Feudalem rem vendens emptori ignoranti evictionem præſtat, non ſcienti, nam hic ipſe ſibi imputet, quòd talem rem emerit *vol 3.d.9.l.*ccc.1.

Feudales cauſæ ad Auſtregas non pertinent, ſed expoſcunt forum ſpeciale Domini, vel parium Curiæ, prout caſus incidunt *volum.*4 *diſp.*8. *l* gg 4. *volum.5.d.*15. *l.* ooo.1.

Feuda, ſi immediatè ab Imperio dependeant, Dominus eorum erit Cæſar, & ſic eorum Judex: ſi mediatè, tunc ad mediatum Dominum feudi pertinet ejus, id eſt, litis feudalis deciſio: ſed quando feuda ſunt Imperii immediata, cognitio ſolùm ad Cæſarem ſpectat: an verò Cameram, graviſſima eſt quæſtio? item quæritur, an Cæſar in cauſis feudalibus absque paribus Curiæ cognoſcere poſſit *vol.4 d.* 8.*l.*gg 4.*vol.5. d.*15.*l.*ooo.1.

Feudum regulariter non tranſit in parentes, & collaterales, ſed ſolum in liberos, & deſcendentes *vol.4.d.9.l.*oo.3.

Feudum ſi antiquum ſit, invitis agnatis etiam cum conſenſu Domini alienari non poteſt *volum.4.diſp.*30.*l.*Z.3.*volum.5.d.*42. *l.*HHH 4.

de Feudo ſi ordinatio facta ſit etiam annuente Domino, tamen hæc filiis, vel agnatis non præjudicat *vol.4. d.*12. *l.*iii.2. *vol.5.d.*42.*l.*HHH.4.

Feudum ſi Vaſallus inſcio Domino ita vendat: SALVO JURE DOMINI: hæc tamen clauſula vendentem de commiſſo, & pœna non relevat *vol.4.d.*17.*l.*cccc.4.

Feudum minor quidem ob non petitam juſto tempore inveſtituræ renovationem amittit, ſed reſtitutionis beneficio adverſus lapſum temporis juvari poteſt *vol.4.d.*18.*l.*llll.4.in Coroll.

Feudum

Feudum nec quidem improprium eſt, ſi ita concedatur, ut cum dominio directo etiam utile apud dantem remaneat: ſic nec feudum erit, ſi in inveſtitura conveniat, ut omne dominium tàm proprietatis, quàm juris à dante in accipientem transferatur *vol.4.d.18.l.*llll.4.in Coroll.

Feuda non minus filiisfam. quàm patribus famil.dari, & conſtitui poſſunt: & feudi filiofam. ab alio dati uſusfructus patri non adquiritur *vol.4.d.18.l.*llll.4.in Coroll.*vol.5.d.42.l.*EEE.1.

uti Feudi utile dominium contra Vaſallum Dominus præſcribere poteſt, ita Vaſallus contra Dominum dominium directum præſcribet *volum.4.d.*18.*l.*llll.4.in Coroll.

Feudalem rem ſi quis ſciens à Vaſallo emat, eaque evincatur, ad pretium recuperandum contra venditorem agere nequit *vol.4.d.*30.*l.*Z.4.

Feudum ex pacto, & providentia citra conſenſum Domini, & agnatorum venditum cum committitur ad agnatos alienantis Collaterales, ſi illi alienationis correi non ſint, non ad Dominum, nec ad filios vendentis redit *volum.4.diſp.*30. *l.*Z 4.

Feudum etiam pecunia, ſive pretio interveniente conſtitui, atq; adeò emi poteſt *vol.4.d.*31.*l.*BB.3.

Feudum dare ruſtico non licet *volum.5. d.*10.*l.*xx.1.

Feudum uti Vaſallus alienare non poteſt, ita nec Dominus Vaſallos invitos *vol.5.d.*11.*l.*xx.4.

ſubinFeudatio iisdem conditionibus, & pactis eſt facienda, quibus ipſa infeudatio proceſſit *vol.5.d.*11.*l.*bbb.2.

Feuda non jure hereditario, & ſanguinis, ſed ex pacto primi acquirentis, & providentia legis, liberis acquiruntur *vol.5. d.*14.*l.*lll.4.

Feudum ſi quis Status Imperii immediatus, ſit Princeps, Comes &c. ab alio Principe Imperii poſſideat, an erit hujus Principis ſubditus, & Homagium ſubjectionis præſtare tenebitur? & negatur *vol.5.d.*17.*l.*ffff 3.4.ubi pulchrè.

Feudum Imperii ſi quis Comes, Baro &c. in diſtrictu, & territorio Principis, qui jus Landſaſſiæ, & territoriale in omnes introduxit, poſſideat, ibique habitet, erit ratione domicilii, etſi ipſum domicilium ſit feudum Imperii ſubditus illius Principis, & Landſaſſius *vol.5. d.*17. *l.*eeee.4.

Feudum, ejusque connexa, jurisdictiones, & regalia Princeps, & quivis Dominus non cumulativè, ſed privativè feudatario concedere ſolet, ita ut Dominus directus non habeat amplius facultatem exercendæ jurisdictionis in terra infeudata, nec vim diſponendi de rebus Vaſalli, aut Subvaſallos in jus vocandi, deque iis ſtatuendi *vol.5.d.*17.*l.*ffff.3.4.

Feudi exhereditatio toties non nocet filio, quoties illud ſine hereditate patris aſſequi poteſt, filius verò exheredatus tum à feudo excluditur, ſi tale aliquid admiſit, propter quod indignus exiſtit, ut in Curia Domini ſtaret *volum.5. diſp.*28. *l.*eeeeee.4.

in Feudo tunc pater ſuccedit, ſi defunctus filius id à patre ſuo per refutationem, aut venditionem acquiſivit *volum.5. d.*28.*l* ffffff.1.

in Feudo pater non ſuccedit, ſi ad filium

lium à matre id pervenerit, ita ut nec habeat ejus uſumfructum *volum.* 5. *diſp.* 28. *l.* ffffff.1.

Feudi caduci promiſſionem ab anteceſſore factam Princeps ſucceſſor, vel Epiſcopus ſervare non tenetur, ſed qui hujusmodi promiſſiones impetrare volunt, hanc adhibeant cautelam, ut eę cum conſenſu Statuum Regni, aut capituli fiant, tunc enim obtinebunt *volum.* 5. *diſp.* 28. *lit.* nnnnnn.2.*d.*44.*l.*RRR.4.

Feudi fructus ad Vaſallum ſpectant etiam ante petitionem inveſtituræ *volum.* 5. *d.*29. *l.*ssssss.1.

Feudi ab alio filio dati uſusfructus patri non quæritur *vol.*5.*d.*25.*l.* BB.2 3.

Feudum in una ſui parte alteratum, in cæteris tamen ſuam naturam retinet *vol.*5. *d.*39.*l.*KK 1.

Feudum ſine conſenſu ſuo alienatum ſi Dominus revocare velit, non obſtabit ipſi 30. vel 40. annorum præſcriptio *vol.*5. *d.*35.*l* BB.3.*d.*44.*l* SSS.3.

Feudum ſi Vaſallus ſine conſenſu Domini alienarit, etiamſi id incontinenti recuperet, tamen pœnam caducitatis, & privationis non evadit *volum.*5. *diſp.*35. *l.*BB.4.

Feudi partem ſi Vaſallus alienarit, ea ſolummodo parte cadit, non toto *vol.*5. *d* 35.*l.*BB.4.*d.*42.*l.*III 4.*d.*43.*l.*OOO.2.*d.* 44 *l.*SSS.3.4.

Feudalia bona cenſentur allodialia, niſi ſtatim, & concludenter probentur feudalia, tunc enim nemini nec tacitè obligata ſunt *vol.*5.*d.*37.*l.*FF.4.

Feudum ſemel alicui ſtirpi quæſitum perſeverat in ea, quamdiu ſucceſſor in ea ſupereſt, nec de una ſtirpe in aliam tranſit *vol.*5.*d.*39.*l.*II.4.

in Feudo pater filio non ſuccedit, niſi aliud pacto, vel inveſtitura cautum ſit, vel niſi pater in gratiam liberorum feudum illis concedat, iidemque absque heredibus maſculis moriantur: hoc enim caſu feudum ad patrem revertitur *vol.*5. *d.*39.*l.*II.4. vide ſuperius.

à Feudis legitimati per reſcriptum Principis ſimpliciter excluduntur *vol.*5. *d.*39.*l* KK.3.

in Feudum etiam emptitium fœminæ non ſuccedunt *vol.*5.*d.*39.*l.* KK.1.

à Feudo etiam fœmineo excluduntur naturales, & ſpurii *volum.*5.*d.*39.*l.*LL.1.

in Feudis frater tantum ex uno latere conjunctus cum fratre ex utroque ſuccedit, quia in feudis attenditur ſolum vinculum, & jus agnationis *volum.*5.*diſp.*39. *l.*MM.1.

Feudum novum quoties duobus fratribus conceditur, ſi unus ſine liberis decedat, illud ſeniori apetitur, niſi per pactum ſuperveniens cautum fuerit, ut frater fratri ſuccedat *vol.*5.*d.*41.*l.*VV.1.

Feudalis juris ſcientia partim ſcriptis, partim ſine ſcriptis concepta eſt *volum.*5. *d.*42.*l.*XX.3.YY.2.

Feudalis juris cognitio utiliſſima, & neceſſaria videtur. Nam feuda maxime omnium ad Reip. & Imperii conſervationem & ſuſtentationem facere videntur *vol.*5.*d.*42.*l.*XX.3.

Feudalis juris originem alii ad primæ Monarchiæ tempora referunt, alii ad clientelas Romanorum, alii ad militias eorundem, alii ad eorundem fundos limitaneos, ſeu limitrophos; alii, & hi

omnium

omnium optimè referunt eam ad conſuetudinem, & mores Longobardorum, quæ poſtea aliorum populorum moribus, & Imperatorum Conſtitutionibus aucta, in ſcripturam redacta, & aliquot libris comprehenſa fuerunt: & ſic erit jus feudale à Cæſaribus noſtris formatum *vol.* 5. *d.* 42. *l.* XX. 3. 4. YY. 1.

de Feudalis juris compilatoribus variæ opiniones ſunt, quas ibi vide *volum.* 5. *d.* 42. *l.* YY. 1. 2.

Feudale jus etiam ad Clericos extenditur, & Pontifex ipſe Eccleſiaſticas perſonas ad Dominos feudi quantumvis Laicos remittit *vol.* 5. *d.* 42. *l.* YY. 3. 4.

Feudale jus etiam in cauſis civilibus locum habet, poteſtque allegari, ſi nihil contrarium juri civili ſtatuat, ſed ei conſentaneum reperiatur: ſic è contra ſi quis caſus feudalis è jure feudali decidi poteſt, non eſt recurrendum ad jus civile, quod ſi nihil decidi poteſt, tunc obtinebit diſpoſitio juris communis, & ſi jus canonicum, & civile inter ſe diſcrepent, tunc hoc prævalebit *volum.* 5. *diſp.* 42. *lit.* YY. 3. 4.

Feudum unde dicatur: cujus etymologiam authores deducunt variè, ſed omnium propriiſſima videtur, quæ id à fidelitate trahit *volum.* 5. *d.* 42. *l.* AAA. 2. *d.* 44. *l.* QQQ. 3.

Feudum primò omnium dividitur in maſculinum, & fœmininum: illud appellamus ſic, quod à maſculo primùm acquiſitum eſt, ſeu cujus primus acquirens fuit maſculus ein Manslehen: hoc verò ſic appellamus, quod à fœmina primò acquiſitum eſt, vel cujus primus acquirens fœmina fuit, ein Weiberlehen: alii ſic putant, ut omne feudum fœmineum ſit dicendum in quo fœmina ſuccedere poteſt; hæc opinio etſi vulgaris ſit, & in uſu obtineat, tamen vera non eſt; nam cum de juris feudalis mente quæritur, ſemper originem, & primum ejus ſtipitem inſpicere debemus *vol.* 5. *d.* 42. *l.* BBB. 1. *d.* 44. *l.* RRR. 1.

Feudum dividitur ſecundò in novum, & vetus: illud dicunt, cujus cauſam non habet aliunde acquirens, quàm à ſe ipſo, & Domino ſibi concedente: hoc autem cujus cauſam quis habet non à ſeipſo, ſed ab eo, qui primò feudum illud acquiſivit *vol.* 5. *d.* 42. *l.* BBB. 1. *d.* 44. *l.* RRR. 1.

inter Feudum novum, & vetus maxima differentia eſt: Nam in feudo novo ſuccedunt tantùm deſcendentes, neque his deficientibus collaterales admittuntur: in feudo autem antiquo non extantibus deſcendentibus etiam collaterales admittuntur *vol.* 5. *d.* 42. *l.* BBB. 1. 2.

Feudum novum ſi Dominus Vaſallo concedat jure feudi antiqui, tunc illud feudum aſſumit naturam, & qualitatem feudi antiqui, & hoc Dominus poteſt ſi velit *volum.* 5. *diſp.* 42. *lit.* BBB. 2. *diſp.* 44. *lit.* RRR. 1.

Feudum antiquum Dominus novum facere non poteſt, niſi conſentiant agnati *vol.* 5. *d.* 42. *l.* BBB. 2. *d.* 44. *l.* RRR. 1. 2.

Feudum in dubio potius antiquum, quàm novum dicendum eſt, & qui id novum aſſerit, probare debet *volum.* 5. *d.* 42. *l.* BBB 2. 3.

Feudum dividitur tertiò in nobile, & ignobile ſive plebeium *volum.* 1 *d.* 6. *l.* cc. 1. *vol.* 5. *d.* 42. *l.* BBB. 3. *d.* 44. *l.* RRR. 2.

Feudum nobile rurſus dividitur in regale,

gale, & non regale: illud (vulgò **Fahnen-lehen**) eſt, quod dignitatem aliquam annexam habet: hoc quod omnis dignitatis expers eſt *vol.* 5. *d.* 42. *l.* BBB. 3. *d.* 44. *l.* RRR. 2. *volum.* 1. *d.* 6. *l.* cc. 1.

Feudum regale ſi quis accipiat, non ilicò dignitatem regalem habet, niſi hoc expreſsè Cæſar inveſtiens aſſerat, & inveſtitura ſignificet *volum.* 5. *d.* 42. *l.* BBB. 3. 4.

Feudum dividitur quartò in Ligium, & non Ligium, quæ tamen diſtinctio ſupervacanea videtur: nam omnis Vaſallus Ligius eſt *vol.* 5. *d.* 42. *l.* BBB 4.

Feudum dividitur quintò in hereditarium, & ex pacto, & providentia: illud appellant, quod alicui pro ſe, & heredibus conceſſum eſt: hoc verò quod Vaſallo conceſſum eſt pro ſe, & filiis, vel pro ſe, & liberis nulla facta heredum mentione: verùm hæc diſtinctio improbanda videtur *vol.* 5. *d.* 42. *l.* BBB. 4. *d.* 44. *l.* RRR. 2. 3.

Feudum dividitur ſextò in Eccleſiaſticum, & ſæculare: illud eſt, quod conſtituit perſona Eccleſiaſtica in bonis Eccleſiæ, vel quod ſolum in bonis Eccleſiæ conſtituitur ſæculare, quod in Laicorum bonis, ſeu re prophana, ſæculari &c. *vol.* 5. *dup.* 42. *l.* CCC. 1. *d.* 44. *l.* RRR. 2.

Feudum dividitur ſeptimò in illud, quod in curte, & extra curtem dicitur, illud eſt, quod Vaſallus in Domini territorio poſſidet, hoc quod Vaſallus obtinet in prædiis, quæ Dominus habet, in territorio alieno: ſunt & aliæ multæ opiniones de hiſce feudis, ſed hæc propriiſſima eſt *vol.* 5. *d.* 42. *l.* CCC. 2.

Feuda dividuntur octavò in propria, & impropria, ſive recta, & conditionata: proprium eſt quod naturam propriam habet, ſeu quæ perpetuò propriam feudi naturam retinet. Improprium eſt, quod à propria, & jure feudorum conſtituta natura degenerat, & pactionibus illud conſtituentium mutatum, & alteratum eſt, unde etiam pactionatum, & conditionatum appellatur *vol.* 5. *d.* 42. *l.* CCC. 3. *d.* 44. *l.* RRR. 1.

Feudum in dubio ſemper proprium præſumitur *vol.* 5. *d.* 42. *l.* CCC. 3.

Feudum improprium ſtatutis, & pactionibus mutatum, in iis, in quibus alteratum non eſt, naturam feudi propriam retinet *vol.* 5. *d.* 42. *l.* CCC. 3.

Feudorum impropriorum variæ ſpecies ſunt, prima eſt feudum Francum, quod eſt liberum & exemptum ab omni ſervitio *vol.* 5. *d.* 42. *l.* CCC. 3, 4. *d.* 44. *l.* RRR 2.

Feudi improprii altera ſpecies eſt feudum hereditarium, quod ita datum eſt, ut in jure hereditario, atque ſecundum diſpoſitionem juris civilis, non verò ex providentia juris feudalis ſuccedatur *vol.* 5. *d.* 42. *l.* CCC. 4. uti & fœmineum *d.* 44. *l.* RRR. 1. 2. 3.

Feudi improprii tertia ſpecies eſt in feudo emptitio *vol.* 5. *d.* 42. *l.* CCC. 4. *d.* 44. *l.* RRR. 1.

Feudi improprii quarta ſpecies eſt feudum pignoratitium, de quo Dominus accepta certa pecuniæ ſumma, & reſervata ſibi reluendi poteſtate aliquem inveſtit *vol.* 5. *d.* 42. *l.* CCC. 4.

Feudi improprii quinta ſpecies eſt de Camera, & Cavena, quorum illud eſt beneficium, quod alicui ex ærario Domini

pro

pro ſuſtentatione, quamdiu vivit, aſſignatur: hoc verò, quod Dominus alicui è cella ſua, horreo, vel penuario conſtituit *volum.5.d.*42.*l.*CCC.4. EEE.4.*d.*44. *l.*RRR.1.

Feudi improprii ſexta ſpecies eſt feudum Guardiæ, & Caſtaldiæ: illud dicitur, quod Dominus alicujus caſtri, vel territorii, pro cuſtodiendo illo caſtro, vel territorio alicui concedit: hoc verò quod procuratori domus, aut aliarum rerum, pro gubernatione aſſignatur *vol.5. d.*42. *l.*CCC.4.*d* 44.*l.*RRR.4.

Feudum Guardię, & Caſtaldię plerumque annale eſt, nec ad heredes transmittitur *vol.6.d.*3.*l.*X.1.

Feuda dare, & conferre poſſunt omnes, qui liberam, & legitimam habent bonorum ſuorum adminiſtrationem *vol.* 5.*d.*42 *l.*DDD.1.2.3.4.*d.*44.*l.*QQQ.3. vide in verbo Inveſtitura feudi novi.

Feuda de bonis ſubditorum Princeps dare non poteſt, etiam ex plenitudine poteſtatis, niſi refundat pretium *volum.5. d.*42.*l.*DDD.2.

Feuda dare poſſunt Epiſcopus, Abbas &c. de iis rebus, quæ aliàs infeudari ſolebant. Pontifex verò quocunque modo feuda conſtituere poteſt, Monachi tamen non poſſunt *vol.5.d* 42.*l.*DDD.3.

Feuda dare poſſunt de bonis Domini procuratores, qui cum libera adminiſtrandi poteſtate conſtituti ſunt, ſecus ſi non habeant liberam *volum.5.diſp.*42.*lit.* DDD.3.

Feuda tutores, & curatores vetera renovare, nova dare non poſſunt etiam Magiſtratus decreto, niſi in caſu, quo pupilli oppreſſi hoc modo potentem clientem, & adjutorem contra adverſarium quærere poſſent: idem intelligitur de pupillis ipſis, & minoribus *volum.5.diſp.*42. *l.*DDD.3.4.

Feuda dare non poſſunt infantes, furioſi, mente capti, prodigi, ita ut nec vetus renovare poſſint exceptis infantibus: huc referunt etiam quidam ſurdos, & mutos, quod tamen negandum videtur, eò quòd poſſint donare *volum.5. diſp.*42. *l.*DDD.4. *d.*44.*l.*QQQ.3.

Feuda accipere poſſunt perſonę omnes nullâ ſexus, ætatis, ſtatus, ordinis, aut qualitatis ratione habita exceptis hæreticis, apoſtatis, & majori excommunicatione, excommunicatis *volum.5 d.*42. *l.*DDD.4. EEE.1.2.*d.*44.*l.*QQQ.4.

in Feudum dari poſſunt ſolummodò res immobiles: ex quibus tria feudi ſubjecta idoneo colliguntur, videlicet res immobiles, 2, res immobiles cohærentes, 3, res, quæ immobilibus annumerantur, ſic ſolus uſusfructus in feudum dari poteſt, uti & jura incorporalia, quæ rebus immobilibus adhærent, & molendina, exceptis, quæ natant in aquis, & ſilvæ: hiſce feudis etiam annumerantur feuda de Camera, & Cavena, & actiones rebus immobilibus competentes *vol. 5. d* 42 *l.* EEE.2.3.4.*d.*44.*l.*QQQ.4.

in Feudum dari non poſſunt res minoris: fundus dotalis, res ſtatuto, vel teſtamento alienari prohibitæ: item res alienæ, quæ tamen ſi ignoranti fuerint in feudum conceſſæ, & accipiens pacto ſibi proſpexerit, tenetur conferens efficere, ut Vaſallus aut feudum retineat, aut æquivalens aliud habeat: Denique res propriæ accipientis *vol 5.d* 42.*l.*FFF.1.

Feudi

Feudi conſtituendi, & acquirendi duplex modus eſt: primus per conventionem, quæ fit vel nuda, & ſimplici promiſſione, aut ſolenni ſtipulatione, id eſt, inveſtitura, qua celebrata feudum ſic legitimè conſtitutum omnino tradi debet, ita conſtituens ad illud præſtandum actione ex ſtipulatu compelli poſſit, qui præſtatione intereſſe non liberabitur: ſecundus eſt, per ſucceſſionem, ubi notandum eſt, quòd in feudis ſucceſſio teſtamentaria non detur: *vol.5.d.*42.*l.*FFF.1,2.3.4.GGG.1.2.3. ubi pulchrè de hac ſucceſſione ab Inteſtato *d* 44.*l.*RRR.3.4.SSS.1.2.3. vide ſuperius.

in Feudali ſucceſſione primò omnium vocantur deſcendentes (ita ut hic nulla patris diſpoſitio valeat) tàm liberi à patre heredes inſtituti, quàm exheredati, etſi juſta ſit exheredatio: & quatenus ad ſuccedendi normam, convenit hæc cum ſucceſſione civili *vol.*2.*d.*20.*l.*V. *volum.*5.*d.*39.*l.*II.4.*d.*42.*l.*FFF.2.*d.*43.*l.*QQQ 1.*d.*44.*l.*SSS.2.

in Feudum filia etſi regulariter ſuccedere nequeat, in pecuniam tamen ex feudo redactam, quia feudalis non eſt, ſuccedere poteſt. Et ſi aliundè dotari nequeat, alimenta, & dotem ex feudo illi decerni æquum eſt: Legitima tamen, quæ pars eſt hereditatis non niſi ex feudo merè hereditario filiæ debetur *volum.*5.*d.*42.*l.*GGG.2.

ad Feudorum ſucceſſionem quidam admittunt ordines ſacros Equitum, nempe Melitenſem, Teutonicum &c. quidam verò non *vol.*5.*d.*42.*l.*GGG.3.

Feudum amittitur, ſi Vaſallus in mutatione ſenioris, vel Vaſalli veterem inveſtituram, id eſt, renovationem inveſtituræ petere negligat, quam petere poteſt, vel per ſeipſum, vel per procuratorem. Petitionis tempus eſt annus, & dies, qui currere incipit à die, quo reſcivit Vaſallus talem mutationem contigiſſe, quod tempus nec à Domino coarctari, nec invito Vaſallo prorogari poteſt. Feudum igitur per hujusmodi negligentiam committitur, niſi quis fuerit minorennis *vol.*5.*d.*42.*l.*HHH.1 *d.*43.*l.*PPP.1.2.*d.*44.*l.*RRR.4.SSS.1.

Feudi primus effectus eſt, ut Vaſallus habeat utile dominium ipſius rei feudalis. Directum enim ſenior ſibi retinet, etiã in rebus ſingularibus feudo ſubjectis in tantum, ut nec pacto effici poſſit, ut hoc dominium in Vaſallum tranſeat *vol.*5.*d.*42.*l.*HHH.3.

Feudi ſecundus effectus eſt, ut Vaſallus habeat rei feudalis poſſeſſionem naturalem, non civilem; hæc enim poſſeſſio per ſolam propriam inveſtituram non abuſivam acquiritur: hæc autem poſſeſſio non continuatur in heredes, uti dominium, ſed apprehenſione illorum ipſis demum acquiritur *vol.*5.*d.*42.*l.*HHH.3 *vol.*7.*d.*7.*l.*ff.1.

Feudi effectus tertius eſt, jus, & facultas percipiendi, ac ſuos faciendi fructus tàm naturales, quàm induſtriales, tàm perceptos, quàm conſumptos, quorum Dominium plenum conſequitur, ut illos liberè alienare, & quovis modo conſumere poſſit: theſaurus verò in feudo inventus inter Dominum, & inventorem dividendus eſt *vol.*5.*d.*42.*l.*HHH.3.

Feudi effectus quartus eſt jus, & poteſtas percipiendi, & lucrandi incrementa rei

rei feudalis niſi fundus ſit limitatus, aut Dominus in illo fundo feudali, quid reſervârit, aut id, quod à Vaſallo adjectum eſt feudo feudali per ſe ſubſiſtere non poſſit, pro ea autem parte, quæ feudo acceſſit, Vaſallus non tenetur ſeniori ad plura ſervitia exhibenda *volum.5.dup.*42. *lit.*HHH.3.

Feudi effectus quintus eſt, jus meliorandi, ac mutandi rem feudalem, puta in melius, non in deterius, meliorem enim conditionem Vaſallus facere poteſt, deteriorem verò nunquam ſine Domini, & agnatorum, ad quos feudum per ſucceſſionem pertinet, voluntate *volum.5.d.*42. *l.*HHH.3.

Feudi effectus ſextus eſt, jus ſub infeudandi, Vaſallus enim absq; alterius conſenſu feudum ſuum alteri concedere poteſt, quibus conditionibus id debeat fieri, vide *ibid. vol.5. d.*42.*l.*HHH.3.4.*d.*44.*l.* SSS.4.

Feudi effectus ſeptimus eſt, feudum alii locandi, ſed ad modicum, ſeu longum tempus *volum.5.diſp.*42.*l.*HHH.4 *diſp* 44. *l.*SSS.4.

Feudi effectus octavus eſt, jus ſervitutis feudo acquirendi, & imponendi, ſed impoſitio ſervitutum nocet tantùm Vaſallo, quamdiu illud is poſſidet, non Domino, quando ei feudum apertum eſt. Feudi tamen uſusfructus alteri concedi nunquam poteſt *vol.5.d.*42.*l.*HHH.4.

Feudi effectus nonus eſt, ut Vaſallus Domino feudum refutare, ac cedere poſſit, ita tamen, ut ſi illud antiquum ſit, non ſolùm Domino, ſed & deſcendentibus, & agnatis refutatio fiat, ſolis autem deſcendentibus, ſi illud ſit novum *vol.5.d.*42. *l.*HHH.4.

Feudi effectus decimus eſt, ut Vaſallus habeat jus excipiendi actiones, & tranſigendi, ſic tamen, ut feudum tranſigendo retineat, non verò in alium transferat *vol.* 5.*d.*42.*l.*HHH.4.

Feudum amittitur à Vaſallo, vel propter Feloniam, id eſt, culpam ipſius propriam, vel citra culpam *vol.5.dup.*42.*l.*III. 3.4 *d.*43.*l.*LLL.2.3.4. *per tot. d.*44.*l.*SSS. 3.4.TTT.1.2.

Feudalis felonia, ob quam Vaſallus feudo privatur, conſiſtit, vel in committendo, vel in omittendo: illaque committitur vel in ipſum Dominum, idque aut directò, aut per conſequentiam: vel in extraneos *volum.5. diſp.*42.*l.*III.3. *diſp.*43. *l.*LLL.3.

Feudalis felonia directò in Dominum committitur, quando Dominus immediatè in propria perſona læditur: verbi gratia primò, ſi Vaſallus Dominum occidat, niſi id defenſionis ergò faciat, aut quia Dominum in adulterio cum propria ſua uxore deprehenderit: imò ſi Vaſallus inſidias ſaltem ſtruxerit, aut Dominum hoſtiliter aggreſſus fuerit. Secundò ſi Dominus gravem aliquam à Vaſallo patitur injuriam verbi gratia, pulſatur, aut vulneratur. Tertiò ſi inhoneſta aliqua verbali afficiatur injuria: quartò, ſi cum hoſtibus in perniciem Domini amicitiam contraxerit: quintò, ſi Dominum deferat, aut accuſet in capitali crimine, etiamſi id verum ſit *volum 5.d.*42.*l.*III.3.4. *d.*43.*l.*LLL.3.4.MMM.1.2.3.

Feudalis Felonia contra Dominum directò committitur ſeptimò, ſi Vaſal-

lus Dominum famoſa aliqua actione pulſaverit: Octavò ſi contra Dominum in cauſa criminali teſtimonium dixerit, vel civili modica, etiamſi à judice ad hoc compulſus ſit: Nonò, ſi contra Dominum in magna, & gravi cauſa per dolum malè judicârit: Decimò, ſi Domini arcana ſcienter dolo malo revelet: Undecimò, ſi feudum abneget ſeu totum, ſeu partem, tunc id perdet, quod abnegabit *volum.5.diſp.42.l.*III.4.*d.43.l.*MMM.3 4. NNN.1.

Feudum non amittitur etiamſi Vaſallus Dominum de aliquo crimine deferat, modò non agat calumnioſè *volum.6.d.2. lit.*H.3.

Feudalis felonia contra Dominum per conſequentiam committitur, quando perſonis poteſtati Domini, & affectui ſubjectis injuria aliqua infertur, aut res Domini læduntur: verbi gratia, ſi Vaſallus uxori Domini ſui concubuerit, aut ſponſam ejus ſtupraverit, ſecus in vidua, aut ſi Domini filiam, neptem, nurum, ſororem, aut matrem vitiârit, vel etiam pediſſequam ſubegerit, ſive iis volentibus, ſive inviris *vol.5.d.42.l.*III.4.*d 43.l.* NNN.3.4. OOO.1.2.3.4.

Feudalis felonia committitur per conſequentiam, ſi res Domini læduntur, ut ſi Vaſallus feudum alienet, vel inſigne aliquod detrimentum feudo inferat, aut Domini arcibus, caſtris, vicis, urbibus damnum faciat *vol.5.d 42.l.*III.4 *d.43.l.* NNN.3.4. OOO 1.2.3.4.

Feudum amittit Vaſallus ob culpam in extraneum commiſſam, nempe ſi patrem, filium, fratrem Domini ſui, aut Convaſallum ſuum occidat, aut crimen læſæ Majeſtatis, aut inceſtum committat, aut ſubditos, quos cum feudo accepit, peſſimè, & tyrannicè tractet *vol.5.d. 42.l* III.4.*d.43.l.*NNN.4.OOO.3.4.

Feudum amittit Vaſallus per culpam omiſſionis, verbi gratia cùm primò debita ſervitia Domino præſtare recuſat; ſecundò, cùm eum in acie deſerit: tertiò, ſi grave damnum Domino imminere videns, id non indicet, aut avertere ſtudeat: quartò, ſi Dominum in anguſtiis conſtitutum pro viribus non juvet: ſextò, ſi Domino juſtitiam facere noluérit: ſeptimò, ſi intra legitimum tempus inveſtituræ renovationem non petat *vol.5.d. 42.l.*KKK.1.*d.43.l.*PPP.1.2.3.4.

Feudum amittitur ſine Vaſalli culpa: primò, morte Vaſalli ſine Legitimis ſucceſſoribus: ſecundò, refutatione feudi: tertiò, præſcriptione libertatis, quæ incipit ab eo tempore, quo domino ſervitia ſunt denegata, & 30 annis abſolvitur: quartò, interitu feudi: quintò, Clericatu, & defectu corporis, quo quis ad ſervitia feudalia ineptus redditur *vol.5.d.42.l.* KKK.1.*d.43 l* PPP.4 QQQ.1.2.

Feudo ob feloniam amiſſo, eoque vel ad Dominum, vel ad agnatos reverſo, omnes fructus tàm induſtriales, quàm naturales fundo adhuc cohærentes ad eosdem tranſeunt, uti etiam ii, qui poſt culpam commiſſam percepti ſunt: perceptos verò ante feloniam licet nondum ſint reconditi retinet Vaſallus *vol.5 d.42. l.*KKK.1.

Feudo ſine culpa aperto, ſi Vaſallus inter Kalendas Martias, & Kalendas Septembreis ſit mortuus, tunc omnes ejus anni fructus ad heredes tranſmittuntur, ſi mo-

ſi moriatur ante Martium, vel poſt Auguſtum completum, fructus ad Dominum devolvuntur: meliorationes verò, & impenſas in feudum à Vaſallo factas omnes, cujuscunque ſint generis, Vaſallus amittit, ſi propter feloniam, vel culpam feudo privetur: ſine culpa verò Vaſalli feudo extincto omnes meliorationes ad heredes allodiales transeunt *vol. 5. d.* 42. *l.*KKK.1.

In Feudo notandum maximè, quod quibus ex cauſis Vaſallus feudum amittit, ex iisdem à Domino commiſſis, Dominus proprietate feudi privetur, eaque Vaſallo acquiratur, & uſufructui conſolidetur, ſive delictum in ipſum Vaſallum, ſive in extraneum commiſſum ſit *vol.5. d.* 42. *l.*KKK.1.2. *d.*44. *l.*TTT.1.

Feudi ratione Domino actiones competunt, tàm in rem, quàm in perſonam: illæ tàm contra tertium rem feudalem poſſidentem, quàm contra ipſum Vaſallum felonia commiſſa de re feudali reſtituenda: Hæ ſunt, primò condictio cauſa dati, cauſa non ſecuta, quæ ſanè utilis ad rem feudalem repetendam, ſi Vaſallus ſervitia ad feudum promiſſa ſeniori præſtare detrectet: 2, condictio ex lege, ſi Dominus malit exigere ſervitia ſibi debita, quàm feudum repetere: 3, actio ex ſtipulatu ad debita ſervitia exigenda, ſi ea ſint ſtipulatione promiſſa: 4, condictio ex lege, vel conſtitutione Friderici contra extraneum, per quam feudum ſine ſuo conſenſu alienatum, ſibi Dominus reſtitui poſtulat *volum.* 5. *d.* 42. *l* KKK.2.3. *diſſ.* 44. *l.*TTT.2.

Feudi ratione Vaſallo competunt actiones tàm in rem, quàm perſonam. Utilis enim rei vindicatio Vaſallo datur, qua rem feudalem ab alio poſſeſſam ſibi reſtitui poſtulat, ſive feudum ab extraneo poſſideatur, ſive à Domino ipſo, ſive Vaſallus ſit de feudo verè inveſtitus, ſive abuſivè. Item actio confeſſoria, ſeu negatoria: denique petitio hereditatis Vaſallo competit, ſi feudum eſt hereditarium, ſecus verò ſi ſit ex pacto, & providentia. In perſonam actio Vaſallo competit feudo nondum tradito ad illud tradendum ex conventione, quâ ipſi feudum promiſſum eſt; quod ſi illa conventio ſtipulatione confirmata ſit, dubium non eſt ex ſtipulatu actionem competere. Sin promiſſio feudi nuda eſt, actio deficit, quia ex nudo pacto non naſcitur. Deinde Vaſallo competit condictio ex moribus, qua agitur ad id, quod Dominus Vaſallo in contractu feudali promiſit: Denique, & Interdicta Vaſallo ratione feudi competunt, eaque tàm adipiſcendæ poſſeſſionis, quàm retinendæ, & recuperandæ, excepto tamen interdicto unde vi *vol.5. d.*42. *l* KKK.3. *d.*44 *l.*TTT.2.

Feudi ratione liberis, & agnatis Vaſalli defuncti competit actio in rem, & in perſonam. In rem quidem eadem actio, quæ Vaſallo: in perſonam condictio ex lege ad feudum à prædefuncto Vaſallo alienatum revocandum *vol.5. d.*42. *l.*KKK. 3 *d.*44. *l.*TTT.2.

Feudalis proceſſus idem eſt, ac civilis, excepto in quibusdam: primò, quia jure feudali Dominus ſine venia à Vaſallo citari non poteſt: ſecundò, jure civili judices jurare debent ſe juſtè judicaturos, ſecus hic: 3, jure civili à litigantibus juramentum calumniæ exigi ſolet, hoc à Do-

mino, ſi controverſia cum eo ſit, exigi non poteſt: 4, hic teſtes ſolummodò maſculi admittuntur: 5, teſtes hic non debent eſſe extranei, ſed Pares Curiæ: 6, quod in judicio probandæ feloniæ quinque, & quidem ſummæ, & integræ opinionis teſtes requiruntur: 7, in probatione per inſtrumentum requiritur, ut id ſit ſubſcriptum manu duorum parium Curiæ, non etiam extraneorum: 8, quod licet jure civili actore non probante, reus, etiamſi nihil præſtiterit, abſolvi debeat, jure tamen feudali quamvis actor in probatione ſuccumbat, defenſio tamen juratoria ipſi datur cum duodecim Sacramentalibus *vol.5. d.42. l.*KKK.3.4.*d.*44 *l.*TTT.3.

Feuda Vaſallis ſemel legitimè acquiſita rurſus eripi ſine cauſa legitima non poſſunt: cauſa autem quævis non ſufficit, ſed debet eſſe magna, & inſignis, & planè talis, ob quam Vaſallus amplius in Curia Domini ſalva honeſtate, & conſuetudine verſari non poſſit, & niſi appareat omninò de crimine judex promptior eſſe debet ad abſolvendum, quàm ad condemnandum *vol.5.d.*43.*l.*LLL.1.2.

in Feudum ſi fundus concedatur, cum omni jure, pertinentiis, & jurisdictione, quæritur, an ex inventis poſtea in illo feudo auri, aluminis, aliorumve metallorum fodinis, canonem metallicum Vaſallus Domino præſtare teneatur? & affirmatur, quatenus Dominus eo loci, ubi territorium eſt, Decimas metallicas, vel indictiones habet, aliàs negatur *volum.5 d.*44. *l.*RRR.1.

in Feudum ſi manſum, aut fundus datus ſit, & per alluvionem, ſeu acceſſionem aliquid ei accreverit, quæritur an Vaſallo, aut verò Domino incrementum cedat? reſp. ſi Dominus aliquid in manſo, nempe forſan aream, aut horreum, aut viridarium &c. ſibi reſervârit ad eam pertinere, ſi ſecus, ad Vaſallum *vol.5.d.*44. *l.*RRR.1.

Feudo ſi quid à Vaſallo adjectum ſit, id tunc Domino cedit, ſi id per ſe ſubſiſtere poteſt, aliàs ſecus *volum.5. diſp.*44. *l.*RRR.1.

Feudi renovationem, id eſt, inveſtituram veterem Dominus Vaſallo intra legitimum tempus petenti denegare non poteſt, nec eam ipſo invito novis, & inſolitis capitulis cumulare *volum.5.diſp.*44. *l.*SSS.1.

Feudum aliquod ſi communibus equis, & armis, vel communi pecunia duorum fratrum, vel agnatorum acquiſitum ſit, quæritur, an hi ſibi invicem ſuccedent? reſpondetur, vel enim utrisque Dominus, vel ſingulariter, vel commune conceſſit, & ſuam cuique portionem ceſſiſſe intelligitur, ita ut alterutro absque deſcendentibus mortuo, portio ejus non alteri adcreſcat, ſed ad Dominum redeat. Vel alter, licet communibus impenſis feudum acquiſitum eſſet, ſolus tamen inveſtituram accepit, & ſimiliter eodem absque filiis mortuo ad proprietatem uſuſtructus redibit nulla facienda (quidam tamen putant) differentia, ſciveritne Dominus, vel ignoraverit expenſas illas communes fuiſſe, cum ſufficiat id quod de communi expēſum probabitur, alteri, ſed ſuperſtiti, pro competente portione reſtitui *vol.5.d.*44. *l.*SSS.1.

Feudalem feloniam ſi quis filius, & agnatus impedire quovis modo conabitur,

tur, tunc is illud feudum habebit *volum*.5. *d*.44.*l*.TTT.1.

Feuda cum Clientelis maximam cognationem habent, non tamen identitatem *vol*.6.*d*.3.*l*.Ii.3.

Feuda regia, id eſt, feuda Principatus, vel Comitatus, quæ ſummâ, & regali juriſdictione prædita erant, olim cuivis à Cæſare concedi poterant, hodie non item, facta cum Septemviris capitulatione, quâ nunc bona Imperii caduca prædiis Imperii adſcribi debent: exempla conceſſorum feudorum ibi vide *vol*.2.*d*.3. *l*.i.2.*d*.6.*l*.ss.2.*d*.15. *l*.I.3.*vol*.5.*d*.2.*l*.p.3.4. *d*.11.*l*.aaa.1.*d*.21.*l*.ffff.1.2. Electoratus tamen excipiuntur, quos Cæſar omninò conferre debet *vol*.3.*d*.5.*l*.bb.2. *vol*.4.*d*.4. *l*.o.4.*d*.12.*l*.kkk.4.*d*.19.*l*.nnnn.3.4.*volum*.5. *d*.1.*l*.a.4.*d*.31.*l*.L.3.4.*d*.42.*l*.DDD.2.3.

Feuda Princeps confert viris fortibus, ut amore, & dilectione tutior ſit, ut iſto nexu ſibi devinciret homines, qui parati eſſent pro ipſo ſanguinem fundere *vol*.2. *d*.3.*l*.l.2.

in Feudum ſi Cæſar allodium Comitis, vel Baronis inferiori Principi dederit, tunc per hanc infeudationem iſtam Comiti jus exemptionis non infertur, nec Comes iſtius Principis ſubditus fit: Nam Cæſar nec cum Electoribus quidem formam pro ſtatu Imperii conſtitutam mutare poteſt *vol*.2.*d*.3.*l*.m.1.2.

ex Feudo, quod quis à Principe recognoſcit, ſubjectio non eſt ſed tantum nexus feudarius: igitur quis feudum à Principe inferiori habere poteſt, & tamen immediatè Imperio ſubjectus eſſe, etſi ſæpius tentarint Principes, hujusmodi feudarios ad omnimodam ſubjectionem adigere: & licet quis ultrò allodium ſuum, vel quod ab imperio accepit feudum, inferiori Principi in feudum offerat, manet tamen ſemper ipſe immediatè Imperio ſubjectus *volum*.2.*d*.3.*l*.m.4. n.1.2.

Feuda regalenſia nemo niſi Cæſar confert: olim Regna, & Provinciæ per gladium tradebantur *vol*.2.*d*.4.*l*.z 4.*d*.6. *l*.oo.4.pp.3.*d*.15.*l*.K.2.1.*vol*.5.*d*.23.*l* ooooo. 4.*vol*.7.*d*.9.*l*.oo.2.

in Feudis regalenſibus, & individuis ſenior juniori in ſucceſſione præfertur, etiamſi junior à primogenito ſtirpem duxerit *volum*.2.*d* 6.*l*.rr.4. vide in verbo Primogenitus.

in Feudalibus cauſis ſubditi quorumcunque Principum coram Paribus Curiæ Judicium ſuſcipere debent *vol*.2.*d*. 6.*l*.tt.3.

Feudum regalenſe, puta Principatus, Comitatus &c. ſi Cæſar alicui Principi concedat, non protinus majora regalia, quæ reſervata Cæſaris ſunt, ipſi conceſſiſſe videtur, quæ ſpecialem omnino conceſſionem requirunt, reliqua tamen conceſſa videntur, utputa ſuperioritas territorialis ordinaria, & juriſdictio *vol*.3.*d*.5. *l*.dd.1.2.*vol*.4.*d*.10.*l*.aaa 2. *volum*.5.*d*.21.*l*. eeeee.1.2. *vol*.7.*d*.9 *l*.nn 3.

Feuda regalenſia ſolis maſculis debentur *volum*.2 *d*.20.*l* Y.1.*vol*.4 *d*.12.*l*.iii.4.

Feuda Regalenſia, ut deficientibus maſculis ad fœminas tranſeant, nec conſuetudine, nec pacto alicujus familiæ ſpeciali effici poteſt, niſi Cæſar pactum confirmarit, & agnati conſenſerint: excipitur Juliacenſe, & Clivenſe *vol*.2.*d*.20.*l*.Y.1. *volum*.4,*dup*.12 *lit*.iii.4.

Feuda Imperii fulcra ſunt fortiſſima *vol.4.d.2.l.*m.3.

Feudum nobile verbi gratia Ducatus, Comitatus, & Baronatus alicui à Cæſare conceſſum aliquem nobilitat *vol.4.d.9.l.* mm.3.4.*d.*10.*l.*bbb.2.

Feudum nobile,ſi aliquis aut in id electione,ut Principes Eccleſiaſtici,aut ſucceſſione,ut Fridericus Dux Wirtembergiæ, perveniat, accipientem nobilitat *vol.4.d.9.l.*mm.4.*d.*10.*l.*bbb.2.

Feudum nobile alicui conceſſum tunc nobilitaſſe cenſetur, ſi conceſſum ſit ab eo,qui ſimul voluntatem,& poteſtatem nobilitandi habet, nam aliàs feuda ſine nobilitate, & nobilitas ſine feudis dari poteſt *vol.4.d.9.l.*mm.4.*d.*10.*l.*bbb.2.

Feudum nobile ſimplex accipientem aliquando nobilitat, aliquando non pro more Regionis *volum.4.diſp.9.l.*mm.4.nn.1.

Feudum nobile ſimplex, ſi ematur, non nobilitat ementem *vol.4 d.9.l.*nn.1.

in Feudorum regalenſium controverſiis ſolus Cæſar judicat, etiamſi de feudi ſolummodò poſſeſſione, aut ejus parte agatur *vol.4.d.17.l.*ffff 4.*d.*18.*l.*llll.3.*d.*19.*l.*nnnn.3. *vol.5.d.*1. *l.*b.1.*d.*11. *l.*zz.4.*d.*23. *l.*ooooo.4. ppppp.1.2.*d.*28.*l.*llllll.1. *vol.7. d.*9. *l.*oo.2. addunt autem quidam ea ad hoc requiri; primò ut hujusmodi feudum immediatè Imperio ſit ſubjectum: ſecundò ut agatur judicio petitorio, non poſſeſſorio *ibid.*

Feuda Imperii reguntur, & data eſſe intelliguntur ſecundùm conſuetudinem provinciæ, in qua ſita ſunt *vol.4.d.19.l.* qqqq.4.

in Feudis etiam minoribus, dummodò ea immediatè imperio ſint ſubjecta, ſolus Cæſar recognoſcit *volum.5.diſp.*11. *l.*aaa.2.

à Feudis regalenſibus fœminæ regulariter excluduntur, in Francia tamen, excepto regno ad ea, uti etiam in Germania in multis, admittuntur, in caſu autem excluſionis honeſtè, & non extantibus allodialibus ex ipſis feudis dotari debent *vol.5.d.*28. *l.*iiiiii.3.4. kkkkkk.1.

Fictio juris, eſt juris civilis adverſus veritatem in re certa, & poſſibili ex juſta cauſa diſpoſitio, aliàs fictionis vocabulum multas, & varias ſignificationes habet: dantur quidem fictiones etiam in jure Canonico, imò & publico: fictionum autem materia duplex eſt una generalis, altera ſpecialis: hæc explicat ſpecies fictionum, & quæ illis adjacent, illa conſiſtit in explicatione cauſarum, effectuum, & adjunctorum *vol.5.d.6.l.*ii.2.

Fictionum cauſa efficiens datur, eſtque vel principalis, vel minus principalis, ſeu impulſiva: illa eſt jus civile, hæc eſt æquitas, & neceſſitas, ubi pulchrè *vol.5. d.6.l.*ii.2.3.4.

Fictionum materia, vel objectum ſunt res omnes poſſibiles, & certæ, de quibus aliàs leges diſponunt, verſantur autem plerunque circa id, quod eſt facti, ubi exempla vide, ubi pulchrè *vol.5.d.6.l.*ii.4. kk.1.

Fictionum forma conſiſtit in hoc, ut id, quod revera non eſt, pro vero à jure aſſumatur *vol.5.d.6.l.*kk.1.2.

Fictionum finis eſt, ut civibus Romanis, & Reip. ob defectum veritatis facti ſuccurratur, & conſulatur *volum.5.diſp.6. l.*kk.2.

Digitized by Google

Fictionum adjuncta ſunt, ut ſint juris ſpecialis, ſtricti, & imitentur naturam *vol.5.d.6.l.*kk.3.

Fictionum effectus ſunt, ut eandem cum veritate obtineant vim, nec admittant contra ſe probationem: nam fictio idem operatur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero, ſed plus non debet eſſe in fictione, quàm in rei veritate *vol.5.diſp.6.l.*kk.2.

Fictiones duæ, aut plures concurrere non poſſunt, quia duo ſpecialia circa idem concurrere non poſſunt, ſic fictio extra terminos ſuos trahi non debet *vol.5.d.6 l.*kk.3.*vol.6.d.3.l.*Cc.2.

Fictio tantum operatur, quantum veritas in caſu vero *vol.5 d.31.l.*M.1.

Fictio nulla per ſe, ſed omnes in natura, tanquam ſubjecto conſiſtunt, & nihil aliud quàm naturæ, cujus imitatrices dicuntur, imagines ſunt, quibus veritas adumbretur, unde in iis, quæ per rerum naturam ita ſe habere poſſunt, locum duntaxat ſibi vendicant *vol.6 d.3.l.*Cc.2.

Fictio in iis, quæ juris ſunt, conſiſtit, non iis, quæ ſunt facti *vol.6.d.*4.*l.*Nn.3.

Fideicommiſſum ratione reſtituentis eſt onus *vol.6.d.*18.*l.*Ssss.2.

Fideicommitti hereditas poteſt, & rogari precariò, non verbis tantum expreſſis, quorum formula olim varia fuit, quamq; obſervare oportebat, ſed & nudu, & tacita voluntate: tamen heres ſi ex SCto Trebelliano hereditatem reſtituere juſſus ſit, quartam deducit, non ſecus, ac ex legatis L.Falcidia: ex reſcripto etiam fructus in quartam imputantur modò ante diem cedentem percepti ſint *vol.3.d.*10.*l.*G.2.*vol.5.d.*32.*l.*N.2.3 4.*vol.6.d* 18.*l.*Qqqq.2.3.Ssss.1.2.

in Fideicommiſſo filius paternam hereditatem reſtituens non deducit ſimul & legitimam, & Trebellanicam, ſed una debet eſſe contentus *vol.6. d.*18.*l.*Ssss.2.*vol.3. d.*13.*l.*N.3. contrarium habent canones, & obtinuit uſus *volum.7. diſp.6. l* dd.1.

in Fideicommiſſaria hereditate Trebellanica non ceſſat, etſi inventarium ab herede non ſit confectum *vol.3 d.*10.*l.*G.2.*vol.6.d.*18.*l.*Ssss.2.

in Fideicommiſſorum purorum, & perpetuorum ſucceſſione ſi plures gratiam habeant, & certo ordine à teſtatore vocentur, tunc tamen omnes jus plenum, & radicatum jam habent, licet interim ordinem ſucceſſionis expectare cogantur *vol.4.d.16, l.*xxx.3.aaaa 2 3.

Fideicommiſſa hinc dicta putantur, quod olim absque ulla juris neceſſitate ſolæ hæredum fidei committerentur, ut itaque à fide fideicommiſſum, ſic à fideicommiſſo is, cui illud relinquitur, fideicommiſſarius, à quo vero precario hereditas relinquitur, cujusque fidem teſtator ſequitur, fiduciarius, ut plurimum heres appellari ſolet: nec erat heres obligatus fideicommiſſum adimplere, & hereditatem reſtituere: & fideicommiſſorum origo antiquiſſima eſt, ita ut eam non ineptè quidam ad jus gentium referant: Nam teſtatores, quibus hereditatem, vel legatum relinquere non poterant, ſi aliquid ex his relinquebant, fidei committebant eorum, qui ex teſtamento capere poterant. Fideicommiſſa autem primò Auguſtus in ordinem redegit, quæ deinceps

ceps paulatim legatis per omnia adæquata ſunt & nunc heres fideicommiſſum ſtrictè adimplere tenetur *vol.5.d.32.l.*N.2.3.4 *vol.6. d.*18.*l.*Qqqq.3.

Fideicommiſſorum favor tantus eſt, ut quævis ſectatoris voluntas etiam minus ſolemnis, & quibuscunque ſignis, vel conjecturis expreſſa juris effectum ſortiatur *vol.5.d.*32.*l.*N.4.R.1. *vol.6.d.*18.*l.*Rrrr.2.

Fideicommiſſum definitur, ut ſit figura mortis cauſa capiendi rem precariò alicui relictam, quatenus ad rogatum judicio defuncti pervenit jure voluntatis tantùm ſubnixa *vol.5.d.*32.*l.*N.4.O.1.

Fideicommiſſa inter vivos non dantur, etſi multi Doctores contrarium ſentiant ubi pulchrè *vol.5.d 32.l.*O 1.2.

Fideicommiſſum aliud eſt univerſitatis, aliud rerum ſingularium: harum ſunt variæ ſpecies, quas ibi vide *volum.5.d.32. lit.*O.2.

Fideicommiſſum univerſale eſt ſubſtitutio in locum, & jus alterius obliquo modo per ultimam voluntatem facta, tum quod verbis non directis, vel imperativis, ſed obliquis, ſive precariis fieri ſolet, tum quod heredibus fideicommiſſaria, non rectâ via, ſed obliquâ, ſive mediante facto, & miniſterio heredis transeat *vol.5. d.32.l.O.2.3.*

in Fideicommiſſo univerſali ſubſtitutio obliqua differt à directa in genere, & in ſpecie. In genere tàm formâ, quàm effectu. Formâ, primò ſubſtitutio fideicommiſſaria verbis fit inflexis, ſive precariis: directa civilibus, vel imperativis, ſecundò illa tàm in teſtamento, quàm in codicillis, etiam ab inteſtato, hæc non niſi fit in teſtamento. Effectu, primò ſubſtitutus directus ſuo non tertii miniſterio fit heres: fideicommiſſarius heredis reſtituentis opera indiget: ſecundò, ille integram habet hereditatem, hic quadrantis diminutionem, quamvis ex aſſe vocatus, patitur: tertiò, illum jura ſepulchri ſequuntur, hunc non item: quartò, ſubſtitutio directa in precarium verti poteſt, precaria in directam non æquè: quintò, conditio, ſi heredi decem dederis, in fideicommiſſario impleri nequit, licet in ſubſtituto directo contrarium directum ſit *vol.5.d.32.l.*O.3.4. ubi pulchrè.

in Fideicommiſſo ſubſtitutio fideicommiſſaria differt à directa in ſpecie, & primum à vulgari, quod hæc adita hereditate expiret, illa confirmetur, deinde à pupillari, quia primo in hoc ſucceditur tàm pupillo, quàm patri, per fideicommiſſum ſolo patri, ſive teſtatori: Secundò pater arrogator in quarta ex reſcripto Divi Pii debita arrogato ſubſtituere poteſt, fideicommittere non poteſt: 3, fideicommiſſaria continet tacitam alienationis prohibitionem, pupillaris non æquè: 4, exheredato pupillariter ſubſtituitur, licet fideicommiſſum ab ipſo relinqui nequeat *vol 5.d.32.l* O.4 P.1.

Fideicommiſſo res ſubjectæ alienari nequeunt *vol.5.d 32.l.*P.1.

Fideicommiſſum univerſale ipſo jure tranſit in pia cauſa, nec indiget miniſterio heredis *vol.5.d.32.l.*O.4.

Fideicommiſſa particularia dicuntur, cum ſingulæ res relictæ ſunt, quæ ut maximè olim à legatis diſcreparint, hodie tamen in omnibus, & per omnia iisdem exæquata ſunt *vol.5.d.32.l.*P.1.

Fidei-

Digitized by Google

Fideicommiſſa univerſalia legatis univerſalibus exæquata non ſunt *vol.5.d.32.l.P.2.*

Fideicommiſſa univerſalia à particularibus differunt primò, quia fideicommiſſarius univerſalis eſt loco heredis, particularis vice legatarii: 2, ille cogit heredem, hic minimè: 3, ille detrahit quartam ex SCto Trebellanico, hic ex L. Falcidia: 4, in hunc tranſit dominium rei relictæ ſtatim à morte teſtatoris, in illum non niſi facta reſtitutione: 5, hereditate non ſolvendo exiſtente fideicommiſſum ſingulare evaneſcit, univerſale ſuſtinetur: 6, illud cedi poteſt, hoc non item *vol.5.d.32.l.P.2.*

Fideicommittere poſſunt omnes, qui & teſtandi jus habent, eorumque voluntas quoque, modo ſignificata ſit, rata, ac firma eſt *vol.5. d.32. l.P.2.3. volum.6.d.18. l,Qqqq.3.4.*

Fideicommiſſum relinquitur ab his, ad quos aliquid perventurum eſt morte defuncti, vel dum eis datur, vel dum non adimitur: ab his igitur qui nihil acceperunt, nihil relinqui poteſt. Itaque tàm ab herede ſcripto, legatariis, fideicommiſſariis, & mortis cauſa donatariis, quàm ab his, qui ab inteſtato veniunt, fideicommiſſa relinqui poterunt, in quibus omnibus ea comprobata eſt regula, ut quantum quisque honoratur, in tantùm, & onerari queat *vol.5.d.32.l.P.3. vol.6.d.18.l. Qqqq.4.*

Fideicommiſſum in dubio ab herede ſcripto relictum intelligitur, idq; in tantum verum eſt, ut fideicommiſſum poſt mortem impuberis relictum, non ab heredibus ejusdem legitimis, ſed ab ipſo impubere relictum credatur. In perſona denique eorum, quibus relinquuntur fideicommiſſa, eodem occurrit inſpectio, ut nempe teſtamenti factionem habeant: in puris quidem conditi teſtamenti, & mortis, in conditionalibus verò exiſtentis conditionis tempore: nam illis omnibus, qui heredes inſtitui poſſunt, per fideicommiſſum etiam relinqui poteſt *vol. 5.d.32.l.P.4. volum.6.d.18.l.Qqqq.3.4. Rrrr.2.3.*

Fideicommiſſum perſonæ ad mortem teſtatoris necdum natæ, ſi ſub conditione, aut in diem incertum relictum ſit, optimè relinqui poteſt *vol.5.d.32.l.P.4.*

ad Fideicommiſſi ſucceſſionem ſi teſtator vocet aut familiam, aut genus, aut agnationem, aut domum in dubio de ſuâ ſenſiſſe creditur, non de aliena, vel heredis *volum.5.d.32.l.Q.2.3.* & ſubſtituens familiam, ſeu genus tàm maſculos, quàm fœminas: ſubſtituens ſtirpem, vel lineam deſcendentes tantum: ſubſtituens domum ſeu conſortes omnes agnatos: ſubſtituens deſcendentes omnes in infinitum deſcendentes vocaſſe cenſetur *vol. 6.d.18.l.Rrrr.1.*

in Fideicommiſſo itaque, quod familiæ relinquitur, hi ad petitionem ejus admitti debent, qui nominati ſunt, poſt eos verò extinctos, hi, qui ex nomine defuncti eo tempore, cum moreretur, fuerunt, & qui ex his primo gradu procreati ſunt, niſi ſpecialiter defunctus ad ulteriores voluntatem ſuam extenderit, aut omnes ſimul vocaverit, quòd ſi pares gradu fuerint, omnes ſimul admittendi erunt, ſin diſpares proximior: proximiorem autem in uſu juris eum intelligimus, qui gravanti,

Digitized by Google

vanti, non qui gravato proximior eſt *vol.* 5. *d.* 32. *l.* Q. 3. *vol.* 6. *d.* 18. *l.* Qqqq. 4. Rrrr. 1. ubi pulchrè.

per Fideicommiſſum non ſolùm hereditas, eaque vel tota, vel pro parte, ſed & certa quantitas, & res omnes tàm propriæ, quàm alienæ, tàm corporales, quàm incorporales, quin & facta, & libertates relinqui poſſunt: Et nihil omninò refert, in teſtamento quis, an extra teſtamentum verbis, an nutu voluntatem ſuam exprimat vel expreſsè, vel tacitè, vel purè, vel in diem certum, vel ſub conditione *vol.* 5. *d.* 32. *l.* Q. 4. R. 1. *vol.* 6. *d.* 18. *l.* Rrrr. 1. 2.

Fideicommiſſaria epiſtola eſt ultimæ voluntatis ſpecies differens à Codicillis in hoc, quod hæc non niſi in ſcriptura, codicilli verò per nuncupationem quoque confici poſſint: quamvis revera, & effectu inſpecto nihil invicem differre videantur, cùm epiſtola fideicommiſſaria non minus, ac codicillus ſubſcriptionem quinque teſtium hodie requirat, & ſi fides epiſtolæ conſtet, Fideicommiſſum non ſecus, quàm è codicillo peti queat, quamvis litteræ, quibus hereditas promittitur, vel animi effectus exprimitur, effectum eundem non habeant *vol.* 5. *d.* 32. *l.* R. 1.

ad Fideicommiſſum directa quandoque verba trahi poſſunt, præſertim ubi clauſula codicillaris, aut alia ſimilis teſtamento adſcripta reperitur, quæ teſtamentum invalidum in vim fideicommiſſi convertere creditur *vol.* 5. *d.* 32. *l.* R. 2.

Fideicommiſſum per alienationis quoque prohibitionem inducitur, modò cauſa exprimatur, aut perſona inveniatur, cujus reſpectu hoc à teſtatore diſpoſitum ſit, quo caſu non ſimplex fideicommiſſum, ſed in caſum contraventionis inducitur, ubi horum fideicommiſſorum differentiam vide *volum.* 5. *dup.* 32 *l.* R. 3.

Fideicommiſſa relinquuntur aut purè, aut in diem, aut ſub modo, aut ſub conditione, eaque vel expreſſa, vel à legibus ſubintellecta, ubi differentias horum vide *volum.* 5. *d.* 32. *l.* R. 3. *vol.* 6. *d.* 18. *l.* Rrrr. 2. 3.

Fideicommiſſo conditio illa adjecta, ſi fidecommiſſarius ſine liberis decedat, quidnam importet, & quàm variè poſſit? *vol.* 6. *d.* 18. *l.* Rrrr. 2. & 3. ubi pulchrè.

Fideicommiſſorum omnis vis, ac poteſtas in reſtitutione conſiſtit, quæ vel legis eſt, vel hominis, hæc rurſus fit vel re, vel verbis à gravato, eoque vel volente, vel invito, ei cui reſtituere rogatus fuit *vol.* 5. *diſp.* 32. *l.* R. 3. 4.

in Fideicommiſſaria reſtitutione veniunt non ſolùm res omnes, & jura hereditaria, quæ mortis tempore in hereditate reperta fuere, ſed & quæ poſtea eidem obvenêre, non tamen ea, quæ aliunde, quam ex judicio, & voluntate defuncti heres percepit. Sic nec veniunt jura ſepulchrorum, nec patronatus: ſic nec dos, nec hereditas, nec aliud quid per ſervum hereditarium aditione, & ſtipulatione quæſitum, nec pignus pro pecunia hereditaria ab herede alteri credita acceptum, nec id, quod ex ſententia erronea conſecutus eſt heres, nec feudum fideicommiſſo hereditatis continebitur, licet ſit novum, aut fideicommiſſarius aliàs inveſtitura comprehenſus, niſi tamen acceptum ſit pro ſe, & quibuscunque heredibus: idem de Emphyteuſi dicendum

cendum eſt *vol.5. d.32. l.*R.4. *vol.6.d.18.l.* Rrrr.4.Ssss.1.

Fideicommiſſi onus, quando filius impubes inſtitutus eſt, cui impoſitum cenſebitur, an filio impuberi, an verò ejus heredibus? *vol.6.d.18.l.*Qqqq.4. ubi vide varias Diſtinctiones.

in Fideicommiſſo univerſali ne heres pro minimo, aut nullo lucro hereditatem adire recuſaret, quartam ad inſtar L. Falcidiæ, ex univerſalibus fideicommiſſis detrahere SCto permiſſum eſt, niſi vel teſtantis privilegium, vel integri exſolutio ſcienter, vel per juris errorem facta aliud ſuaſerit, aut fideicommiſſarius coactus reſtituerit, aut fideicommiſſum ſit relictum ad pias cauſas, quæ quartæ detractio Trebellianica vocatur: quomodo autem hæc à Falcidia differat *ibid.* vide, ubi pulchrè *vol.5.d.32.l.*R.4. S.1. *vol..6 d.* 18.*l.*Ssss.1.2.

Fideicommiſſaria reſtitutio petitur, aut officio judicis, aut actione perſonali; vel etiam hypothecaria, ejusque is effectus eſt, ut fideicommiſſarius heredis loco conſtituatur, & tàm rerum corporalium dominia, quàm actiones in eum utiles tranſeant, directis apud heredem manentibus: Nam hæc reſtitutio idem operatur, quam aditio *vol.5.d.32.l.*S.1.2. *vol.6.d.*18.*l.*Ssss.1.

Fideicommiſſi denique effectus notiſſimus eſt, quod res ipſi ſubjectæ alienari, vel obligari nequeant excepta cauſa dotis, & donationis propter nuptias, cauſa legitimæ, Trebellianicæ, expenſarum funebrium, æri alieni à defuncto relicti, aut pro redemptione captivorum, aut niſi gravatus non habeat, unde ſe alere queat: ſic non interdicta eſt alienatio: quæ vetuſtiorem cauſam, & originem juris neceſſariam habet: ſic ſi fideicommiſſum in diem, vel ſub conditione relictum ſit, alienationem interim patitur, die tamen adveniente, vel conditione exiſtente fideicommiſſarius alienatum revocat, quod tamen heredi alienantis non æque licet: ubi pulchrè de dote *vol.5.d.32.l.*S.2. *volum.6.d.18.l.*Rrrr.3.4.

Fideicommiſſum ante condemnati mortem naturalem non debetur ſubſtituto, ſed interim fiſcus gaudet *vol.7.d.2. lit.*h.1.

Fideicommiſſa extinguuntur aut teſtatoris voluntate, aut fideicommiſſarii conſenſu, aut rei peremptione, aut præſcriptione, aut non impleta conditione, aut lege, tunc quando alienatio lege permittitur, ut dictum ſuperius *vol.5. d.32.l.* S.2. *vol.6.d.*18.*l.*Ssss.3.

Fidejuſſores idoneos dando, ſolvere tamen condemnatus non putatur *vol.1. d.*12.*l.*B.3.

Fidejuſſor videtur conſentire contractui, pro quo fidejubet, ergò etiam ad evictionem *volum.1.d.12.l.*F.1.

Fidejuſſionis pro aliquo ſpecies quædam eſt, ſi quis dicat eum eſſe divitem *volum.3.diſp.5.l.*ii.3. *vol.4.d.27.l.*N.3.

Fidejuſſor in ſolidum ſemper conveniri poteſt *vol.4.d.24.l* F.1.

Fidejubere dicimur, cùm pro alio perſonaliter intercedimus, aut ejus obligatione reos, aut debitores nos conſtituimus, largiter tamen ſumpto hoc vocabulo, multis enim modis hoc fieri poteſt: propriè autem fidejuſſor eſt, qui ſolenni ſtipulatione interpoſita, ad majorem cre-

Digitized by Google

diti ſecuritatem pro principali debitore ita ſe obſtringit, ut obligatio principalis nihilominus duret: eſt contractus antiquiſſimus, pius, & adeò licitus, ut ſi quis juramentum de non fidejubendo interponat, ad id ſervandum non teneatur *vol.* 4. *disp.* 27. *l* K. 1. 2. 3. *d.* 34. *l.* II. 2.

Fidejuſſio inter præſentes duntaxat, non etiam abſentes contrahitur *volum.* 4. *d.* 27. *l.* K. 2.

Fidejuſſio nudo pacto contractibus appoſita nullum fomentum accipit, nec quidem de jure Canonico: ſemper autem ſtipulatio interveniſſe cenſetur, ſi ſcriptum reperiatur, fidejuſſum eſſe, ut ne teſtis quidem contra hanc ſcripturam audiatur *vol.* 4 *d.* 27. *l.* K. 2.

inter Fidejuſſorem, & expromiſſorem notabilis emergit differentia: hic enim tacita quaſi facta novatione reum principalem interventu ſuo liberat: fidejuſſore verò interveniente, ſalva manet nihilominus obligatio principalis, cum ſit ejus acceſſio *volum.* 4. *diſp.* 27. *l* K. 3. *diſp.* 34. *l.* II. 2.

Fidejuſſio eſt contractus nominatus ſtricti juris, quo quis pro debitore aliquo fidem ſuam citra novationem interponendo ad debiti ſolutionem, in ſubſidium obligatur. Ejus, ut & fidejuſſorum, varia ſunt genera, quandoque enim ab obligationis forma, quandoque ex diverſo reſpectu debitorum, diverſitate locorum, cauſarum à Dd. diſtinguuntur, quas differentias ibi vide *vol.* 4. *d.* 27. *l.* K. 3.

Fidejuſſio alia eſt ſuccedanea, ſive ſubalterna, alia indemnitatis: quarum hæc eſt ſubſidiaria, hoc eſt, in id, quanto minus à debitore exigi poteſt, aliquem obſtringit, vel in reliquum non exſolutæ quantitatis, vocaturque vulgò **ein ſchadloß Bürgſchafft**: illa ſuccedanea, quæ fit pro alio fidejuſſore **ein Rückbürgſchafft**: quamvis hanc diſtributionem nonnulli reprobent, confundentes fidejuſſorem indemnitatis **den ſchadloß Bürgen**/ cum fidejuſſore ſuccedaneo, ſeu ſubalterno **dem Rückbürgen**: id tamen malè fieri videtur: hic enim revera fidejuſſor eſſe reputatur, & ab initio in ſolidum teneri poteſt: fidejuſſor verò indemnitatis ſemper tantum in id, quanto minùs à debitore conſequi poteſt *vol.* 4. *d.* 27. *l.* K 3, P. 3. 4.

Fidejuſſorem dantis voluntas magis eſt coarctata, quàm fidejubentis: nam etſi nolit ille, tamen quandoque per decretum, & juſſum magiſtratus cogi poteſt, ſive ejus facultates ſint exiguæ, ſive magnæ, & ſit dives, ac benè ſolvendo, ſive in magna, vel parva dignitate conſtitutus, niſi commodè fidejuſſores inveniri nequeat, maximè qui de futura inopia, dolo, vel culpa eſt ſuſpectus, modo id creditor exigat *vol.* 4. *d.* 27. *l.* K. 4.

Fidejuſſorem dando non ideò ſtatim quis ſe fatetur debitorem *volum.* 4. *d.* 27. *l.* K. 4.

Fidejubentis voluntas non eſt minus neceſſaria ad conſtituendam fidejuſſionem, quàm dantis: & debet eſſe diſcretis verbis explicata, à perſonis idoneis, quales ſunt omnes, quæ obligari, & conveniri poſſunt, tàm patres, quàm filiifam. peculio tenus, ſi ſint majores 25. annis *vol.* 4. *d.* 27. *l.* L. 1.

Fidejuſſorem accipere poſſunt creditores omnes, ex quocunque contractu ſive in diem, ſive ſub conditione ſit, uti pater à

Digitized by Google

ter à filio, Dominus à ſervo, non autem viciſſim rectè fidejuſſorem exigit,& accipit: maritus quoque ab uxore,& ècontra, niſi fiat in contractibus inter eos prohibitis, fidejuſſorem accipiat, legibus prohibitum non eſt, nec fidejuſſor alium fidejuſſorem recipiat: non tamen coguntur creditores alios, quàm quos vel ipſi, vel judex approbat, recipere, unde nec teſtator heredem condemnare poteſt, ut paupere fidejuſſore ſit contentus *vol.*4. *d.*27.*l.*L.1.*d.*34.*l.* II.2.3.

Fidejuſſio uxoris pro marito non valet *vol.*4.*d.*27.*l.*L.1.

Fidejuſſores eſſe poſſunt omnes, qui non prohibentur, vel legis diſpoſitione, vel ex naturali cauſa, vel cvili, puta bonorum,& facultatum carentiâ,& cõveniendi difficultate: primæ claſſis ſunt: Milites, Clerici, Monachi, Prodigi, poſſeſſores bonorum fideicommiſſis ſubjectorum, poſſeſſores feudalium deſtituti allodialibus, item qui poſſident litigioſas, & Banniti *vol.*4.*d.*27.*l.*L.2.3.*d.*34 *l.*II.2.

Fidejuſſores in ſecunda claſſe eſſe prohibentur, qui naturali defectu laborant: uti infantes, pupilli, mulieres, furioſi, ebrii, muti, ſurdique *volum.*4.*d.*27.*l.*L.3.4. *d.*34.*l.*II.2.

Fidejuſſorum minus idoneorum ſub 3 claſſe numerantur, qui deſtituti ſunt facultatibus competentibus, & difficiles ſunt conventu, ut ſunt pauperes, potentiores, minores, item qui bona ſterilia, & tenuia poſſident, vel ſita in alieno territorio, vel aliis oppignerata: item ſervi, & forenſes *vol.*4.*d.*27.*l.*M.1.

Fideſſor idoneus ſtudioſus item non eſt, niſi privilegio fori renunciet, inprimis quia ad liberationem agere poteſt, antequam ſolutio fiat, ſi ſcilicet ab una Academia ad aliam migrare velit *vol.*4.*d.*27. *l.*M.1.2.

Fidejuſſorem minus idoneum ſi creditor admiſerit, & receperit, cogitur eo contentus eſſe, niſi juſta aliqua ignorantia ſubſit, vel dolo ſit inductus ad capiendum talem fidejuſſorem *vol.*4.*d.*27. *l.*M.2.3.

Fidejuſſor non poteſt renovari invito creditore *vol.*4.*d.*27.*l.*M.2.

de Fidejuſſoris qualitate, & idoneitate debitor creditorem reddere certiorem non tenetur, ſi debitor fidejuſſorem perſonaliter exhibeat *vol.*4.*d.*27.*l.*M.3.

Fidejuſſioni materiam præbent obligationes aliæque cauſæ, ſive eæ ſint naturales tantum, ſive civiles, ſive naturales, & civiles ſimul, ſive principales, ſive acceſſoriæ, ſive perfectæ, ſive perficiendæ, ſive denique ex contractu, ſive delicto deſcendant; quoties ergò obligatio principalis non procedit, nec fidejuſſio ſtabit *vol.*4.*d.*27.*l.*M.3.4.*d.*34 *l.*II.2.3.

Fidejuſſor pro pupillo, furioſo, prodigo in ſolidum tenetur, nec mandati actionem contra hos habet, imò etſi pupillus reſtituatur, ipſe tamen non juvatur, modò non ſit adverſarii dolo deceptus *vol.*4.*d.*27.*l.*M.3.4.

Fidejuſſor obligationi criminali benè accedit, ſi inde ſolum pœna pecuniaria reſultet, ſecus ſi pœna corporalis ſit infligenda, niſi dignitas, aut aliæ accuſati circumſtantiæ aliud ſuadeant *volum.*4.*d.*27. *l.*M.4.N.1.

Fidejuſſionum cauſæ, quibus rectè accedit fidejuſſor, enumerantur vulgò: uſusfru-

uſusfructus, tutela, vel curatela, accuſatio, arrogatio impuberis, promiſſio, qua libertus operas ſe præſtaturum jurat, ſupplicatio, qua altera pars ſupplicationem petit, aſſumptio præſidii provinciarum, hereditas, aliæque plures, ut qui vectigalia conducit, fidejuſſorem ultra bona ſua obligata dare debet *volum*.4. *diſp*.27. *lit*. N.1.2.

à Fidejuſſionum cauſis excipiuntur primò cauſa dotis, deinde obligatio facta contra bonos mores, aut de facto impoſſibili, aut cui jam præſcriptum eſt, ac denique actio popularis *vol*.4.*d*.27.*l*.N.2.3. *d*.34.*l*.II.2.3.

Fidejuſſionis forma conſiſtit in ſolenni ſtipulatione, deinde in qualitate pura, vel conditionali, directa, vel indirecta, vel ut fiat unà cum pignore, aut ſub certa pœna, & modo obligandi: poteſt autem fieri in quacunque lingua *vol*.4.*d*.27.*l*.N. 3.4.*d*.34 *l*.II.3.4.

inter Fidejuſſorem, & debitorem etiam lex commiſſoria locum habet, ponique poteſt *vol*.4 *d*.27.*l*.N.4.*d*.34.*l*.II.3.4.

Fidejuſſoriæ obligationis modus conſiſtit in tempore, numero, loco; utque fiat ad eandem ſpeciem, & rem definitam, & tandem in quantitate, ut vel in diem, vel in plus, aut efficacius, vel in minus obligetur fidejuſſor, ejusque heres *vol*.4.*d*.27.*l*.O.1.2.3.*d*.34.*l*.II.3.4.

in Fidejuſſionis inſtrumento Notarii tempus ejus contractæ, & locum, ubi contracta eſt, omninò omittere non debent *vol*.4.*d*.27.*l*.O.1.

Fidejuſſio omnino ad eandem ſpeciem, & rem definitam fieri debet. Igitur ſi principalis in pecunia ſit obligatus, fidejuſſor ſe in tritico obligare nequit *vol*. 4.*d*.27.*l*.O.1.*d*.34.*l*.II.3.

Fidejuſſoria obligatio tranſit ad heredes etſi eorum nulla ſit facta mentio: hæcque tranſmiſſio fit tàm activè in heredes creditorum, quàm paſſivè in hæredes fidejuſſorum *volum*.4.*diſp*.27.*l*.O.3.*diſp*.34. *l*.II.4.

Fidejuſſionis ſunt & alii effectus, videlicet ut ſuccedat in locum arreſtationis, ut cogat vocatum fidejuſſorem ire, & ſequi, ut res ipſius ſint obligatæ, ut duobus de aliqua re contendentibus, ea uni eorum tradatur, modò caveat tradenti de indemnitate, ſi tertius fortè interveniat, & actio perpetuetur, ut creditor ſibi præjudicet, & conſenſum inducat, ut ſit inſtar ſolutionis, ut ſit remedium moratorium in cauſa reviſionis in Camera Imperiali, & alii plurimi: verbi gratia, ut obligatio amplius non ſit ſolitaria, ut fidejuſſor pupilli non poſſit eſſe ejus tutor, ut fidejuſſor pro debitore principali teſtimonium ferre non poſſit in cauſa, pro qua intervenit *volum*.4 *d*.27.*lit*.O.3.4.*diſp*.34. *l*.II.4.

Fidejuſſoribus primò competit beneficium diviſionis ex Epiſtola D. Hadriani: ex quo fidejuſſio nunc ſcinditur par partibus virilibus, ſi ſint omnes, & ſinguli tempore litis conteſtatæ ſolvendo: niſi vel omiſerint exceptionem, & totum ſolverint, vel ſit efficaciter renunciatum, vel factum promiſſum, aut falsò negatum ſit, fidejuſſum eſſe, aut ſit fidejuſſor tutoris, aut confidejuſſor mulieris, vel minoris: Is tamen, qui ſe ut principalem obligat als ſelbſt Schuldner/habebit adhuc hoc beneficium, non qui ſe in ſolidum: hæc autem

autem exceptio uſque ad ſententiam rectè opponitur. Beneficium hoc obtinet etiam in confidejuſſoribus ex intervallo accedentibus: qui autem ſolidum ſolvit, non repetit, niſi titulum à creditore per actionem cedendarum actionum contra reliquos confidejuſſores extorſerit. Renunciari autem huic beneficio ſpecialiter poteſt, etſi generalis renunciatio ſufficiat *vol.2.d* 27.*l.*MM.1. *vol.4.d.*27.*l.*O.4. *l.*P.1.2.Q.1.2.*d.*34.*l.*KK.1.

Fidejuſſoribus ſecundò Excuſſionis, ſive ordinis beneficium competit, quod eſt rigoroſa inquiſitio in bona debitoris, qua petit fidejuſſor, ut bona principalis debitoris priùs excutiantur, indeque ſolutio fiat: & datur omnibus omninò fidejuſſoribus in modum dilatoriæ exceptionis: niſi vel ſpecialiter ei renuntiaverint, vel tanquam principales **als ſelbſt Schuldner / vnd Bezahler** ſe obligaverint, vel interpoſito juramento fidejuſſerint, vel ſint perſonæ digniores, vel pater pro filio fidejuſſerit, vel principalis manifeſtò non ſit ſolvendo, vel ſit pro naturaliter obligato fidejuſſum, vel denique ſi principalis ſit abſens. Sic ſi quis ſit fidejuſſor unà cum pignore, poteſt item hanc exceptionem opponere, ut prius ad pignora agatur, & ex eorum diſtractione, tanquam ex re debitoris principalis ſatisfiat, antequam ipſe excutiatur, modò illa ſint ſufficientia. Huic autem beneficio renunciari poteſt, adeò, ut illa renunciatio etiam heredibus noceat, quæ tamen in dubio non præſumitur facta, quare Notarius hujuſmodi renunciationem in Inſtrumento exprimere debet. Demum beneficiũ hoc mercatoribus competit, & in cauſa criminali locum ſibi vendicat, ſicut & de judiciali excuſſione, & conventione exaudiendum eſt *vol.* 2. *d.*27.*l.*LL.1.*d.*19.*l.*V.2. *vol.*1.*d.*15.*l* L.3.4. *vol.*4.*d.*27.*l.*P.3.4.Q.1.*d.*34.*l.*II.4. *vol.*2.*d.* 28.*l.*NN.3. *vol.*5.*d.*35.*l.*AA.1. *vol.*7.*d* 1.*l.* d.1. & 2. ubi aſſeritur, fidejuſſorem beneficio Induciarum Moratoriarum debitori conceſſarum etiam gaudere.

Fidejuſſor, qui ſe obligat ut principalem **als ſelbſt Schuldner** / & ille, qui ſe obligat in ſolidum, eo ipſo ille beneficio diſcuſſionis, hic diviſionis renuntiat, nec uti amplius poſſunt hoc beneficio *vol.*1.*d.* 15.*l.*L.4. *volum.*2.*d.*19.*l.*V.2. *d.*28.*l.*NN.3. *vol.*5. *disp.*8.*l.*qq.4. *vol.*7.*d.*4.*l.*r.3.

ſi quis Fidejuſſores acceperit, quibus ut fidejuberent, mulierem mandaſſe ignoret, ipſam poſtea SCti Velleiani exceptionem obtendentem doli replicatione vincet *vol.*2.*d.*29.*l.*OO.3.

Fidejuſſor ſe ut principalem obligans, **als ſelbſt Schuldner** / non gaudet beneficio ordinis ſive excuſſionis *vol.*3. *d.*13.*l.* N.4. *vol.*5. *d.*35. *l.*AA. vide etiam ſupra *vol.*7.*d.*1. *l.*d.2. quo caſu nec moratoriarum Induciarum beneficio gaudet, ſicut, quando ordinis juri renuntiavit *ibid.*

Fidejuſſor, qui ſe negat talem, amittit beneficium ordinis *volum.* 7. *diſp.*1. *l.*b.3.

Si quis Fidejuſſerit una cum muliere ignarus, tunc ipſe in ſolidum tenebitur, muliere propter SCtum Velleianum tuta *vol.*2.*d.*29.*l.*OO.4. *vol.*4.*d.*27. *l.*P.2.

Fidejuſſoribus tertiò competit beneficium cedendarum actionum: quo fidejuſſor ſolvens, aut etiam ſolvere paratus, vel etiam ſolutione facta à creditore petit, ut

rit, ut ſibi actiones, quæ ipſi contra principalem competebant, cedat, ad hoc, ut habeat regreſſum ad ſuos confidejuſſores, quoad portiones reſiduas ſolutas: nam abſque ceſſione hac facta, nulla fidejuſſori ſolidum ſolventi adverſus ſuos confidejuſſores competit actio: ubi tenendum, quòd ex neceſſitate exigatur hæc ceſſio, adeò, ut ſi non poſſit cedere actiones creditor, non poſſit etiam agere contra fidejuſſorem: nec hoc beneficium generalis renunciatio excludit, ſed ſolum nominata *vol.4.d.*27.*l.*Q.1.2.*d.*34.*l.*KK 1.2. *vol.2.d.*27.*l.*LL.1.

Fidejuſſoribus quartò beneficii loco competit: quod omnes exceptiones reales, quæ competunt reo principali, etiam fidejuſſori utiles ſint, in tantum, ut etiam invito principali eas objicere poſſit, etſi ab initio renunciatum ſit: ſecus verò in perſonalibus. Unde natæ hæ regulæ, prima, quædam nocent reo, quæ nocent etiam fidejuſſori: ſecunda, quædam nocent reo, quæ tamen fidejuſſori nnon nocent, & vice verſa: omnes illas exceptiones *ibid.* vide *vol.4.d.*27.*l.*Q.2.3.4.

Fidejuſſor non plus debet, quàm ipſe principalis *vol.1.d.*15.*l.*L.3.*vol.4.d.*27.*l.*O.2.*vol.5.d.*35.*l.*AA.1.

Fidejuſſor dotis nomine datus obligari, ac conveniri poteſt, ſi ultrò à marito oblatus ſit, quia ſolummodò prohibitum eſt cogere maritum, ad dandum fidejuſſorem *vol.5.d.*35.*l.*Z.2.3.

Fidejuſſio valet, etſi quis in majorem ſummam, quam principalis debet, fidejuſſerit: nam valebit, quoad ſummam, quam debet principalis, quod ſi fidejuſſor juramentum addat, tunc obligabitur, quoad ulteriorem ut principalis, alii tamen ajunt hanc fidejuſſionem non valere *vol.1.d.*15. *l.*L.4.*volum.2.d* 28. *l.*NN.3. *vol.4.d.*27.*l.*O.1.2.*d.*31.*l.*BB.2.*d.*34.*l.*II.3. 4.*vol.5.d.*8.*l.*qq.4.*d.*35.*l.*AA.1.

Fidejuſſor efficacius quidem, quàm principalis, ſeu ut Dd. loquuntur, intenſivè, puta ſub juramento, Guarentigiato inſtrumento, ſub pœna: in plus tamen, ſeu extenſivè verbi gratia, ratione rei, loci, temporis, conditionis non poteſt obligari *volum.5. diſp.*8.*lit.*qq.4. *vol.6.d.*13. *l.*Xxx.4. in minus tamen obligari poteſt *ibid.*

Fidejuſſores tenentur de eo, quod ipſe principalis debet ex culpa tamen, & mora principalis uſuras perſolvere non tenetur, niſi appareat fidejuſſorem etiam obligaſſe ſe, nomine ejus, quod intereſt: eo enim caſu, & in obligatione fidejuſſoris pœna ineſt, poſt moram rei principalis: igitur ſecuritas principali data non magis ipſi, quàm ejus fidejuſſori prodeſt *vol.1.d.*15.*l.*L.3.*vol.4.d.*27.*l.*O.2.*d.*31.*l.*BB. 2.*d.*34.*l.*II.4.*vol.5.d.*35.*l.*AA.1. *vol.6.d.*13. *l.*Xxx.4.

in Fidejuſſione renuntiationes generales nullius ſunt valoris, niſi beneficia, quibus renunciatur, ſpecialiter ſint expreſſa *volum.5.diſp.*8.*l.*qq.4.

Fidejuſſores etſi renuntiarint omni legum auxilio, exceptionibus tamen ex perſona rei competentibus, renunciaſſe non videntur *vol.2.d.*27.*l.*MM.3. *vol.4. d.*27.*l.*Q.3.4.

Fidejuſſor non appellans ob paupertatem denunciatione facta principali, excuſatur *volum.2.diſp.*28.*l.*NN.3.

Fidejuſſor inutiliter obligatus cùm ex juris

jùris ignorantia ſolvit, amittit mandati actionem *vol.2.d.29.l.OO.4.*

Fidejuſſori mora principalis nocet quantum ad ſortem, non quantum ad uſuras, pœnam, aliasque acceſſiones: mora autem ſine interpellatione non conſtituitur *vol.3.d.7.l.*xx.4. *volum.4. diſp.27. l.*O.3.4. niſi fidejuſſor ſe obligaverit in omnem cauſam *vol.5.d.35.l.*AA.2.*vol.6.d.13.l* Xxx.4.

Fidejuſſor quamvis pro non obligato intercedere nequeat, ſi tamen interponatur juramentum, obligabitur fidejubens ut expromiſſor *vol.3.d.11.l.*P.1.

Fidejuſſor, qui ſe jurejurando in plus, vel aliud, quàm principalis obligat, dupliciter tenetur, in quantitate ſcilicet à principali debita, ut fidejuſſor, in reliqua ut principalis *vol.3.d.11.l.*I.1. *vol.4.d.27. l.*O.1.2.*volum.5 d.35.l.*AA.1.

Fidejuſſor omni obligationi accedere poteſt *volum.5 d.35.l.*Z.2.3.

Fidejuſſor locationis tenetur de prima, non etiam propter ſecundam: Item fidejuſſor de compromiſſis, non tenetur de compromiſſo prorogato *volum.5.diſp.49 l* HHHH.2.

Fidejuſſores officialium, & magiſtratuum in his, quæ ad Reip. adminiſtrationem pertinent, tenentur: non in his, quæ ob culpam, vel delictum eis pœnæ nomine irrogantur. Eos enim damnum Reip. præſtare ſatis eſt, idque etiam tantùm promitti videtur: ſicut etiam in damnum ſortis ſolùm ſubſtitui ſolent, non etiam in uſuras, nec in damnum, quod poſt tempus, quo magiſtratus honor deponitur, contingit. Tunc enim ii, qui cum nomine publico principales ipſorum convenire potuiſſent, id autem ſi facere ſuperſederunt, ſuæ ceſſationi id imputare, damnaque Reip. ſi quæ ob culpam eorum paſſa eſt, ſarcire debent *vol.2.d.1.l* d.1.

Fidejuſſoribus actiones competunt: quarum prima eſt creditorum ex ſtipulatione adverſus fidejuſſorem, in foro non creditoris, ſed ipſius fidejuſſoris inſtituenda: altera fidejuſſorum, ſolutione factâ, adverſus principalem debitorem, ejuſque heredes, vocaturque contraria mandati, ſi pro reo mandànte, præſente, & contradicente fidejuſſit. Tertia negotiorum geſtorum, itidem fidejuſſorum, ſi pro abſente ſine mandato intervenerunt: utraque hac actione tàm id, quod ſolutum eſt, quàm intereſſe, & damnum perſequitur *volum.4. diſp.27.l.*Q.4.*d.34.l.*KK.2.*vol.6.d.17.l.*Iiii.1.

Fidejuſſores Fiſcales de Judicio ſiſti, ſi requiſitus Principalis, ut ſe ſiſtat non ſteterit, toties, quoties is neglexerit, Fiſco ad pœnam tenentur *vol.6.d.2.l.*K.2.

Fidejuſſioni finis eſt, ut homines ſibi ſatis proſpiciant, & debitum ſit in tuto: Adjacentia ſunt, inſtrumentum fidejuſſionis, clauſulæ inſtrumentales adjici ſolitæ, renunciationes, obſtagii promiſſio, creditoris probatio: Affinia ſunt, juſſus parentis, cautio ſecuritatis, ſeu ſalvi conductus, cautio juratoria, tutela judiciaria, ſponſio quæ fit pro infante in SS. Baptiſmo: contraria ſunt error, dolus, vis, metus, abnegatio, & fallacia *volum.4. d.27. l.*R.1.*d.34.l.*II.4.

Fidejuſsoria obligatio tollitur iisdem modis, quibus ſtipulatio, vel principalis contractus, veluti Solutione, Acceptilatione, & Novatione, Confuſione, Præ-

ſcriptione, ſententia definitiva, jurejurando, repræſentatione rei principalis ſemel facta, pacto de non petendo, & denique prorogatione termini inſcio, vel invito fidejuſsore à creditore facta *vol.*4. *d.*27.*lit.*R.2.*d.*34.*l.*KK.2.

Fidejuſsor etiam liberatur, ſi debitum ſine ipſius ſcientia, & conſenſu inter principalem, & creditorem mutetur, aut novetur, niſi ipſe ſimpliciter ſe obligaverit *volum.*1.*d.*15.*l.*L.4.

Fides inter nundinantes cùm mox receſsuri ſint, non præſumitur *vol.*1.*d.*15.*l.* K.2.*vol.*6.*d.*11.*l.*Rrr.2.

Fides illi, qui eam non ſervavit, licitè etiam ſervari non poteſt *vol.*1.*d.*6.*l.*dd.1.2.*vol.*3.*d.*11.*l.*L.1.*vol.*6.*d.*3 *l.*Hh.1.

Fides bona, vel mala ſunt Facti *vol.*6. *d.*4.*l.*Kk.3.4.

Fides bona tantundem præſtat poſſidenti, quantum veritas *volum.*2. *diſp.*14. *lit.*G.1.

Fides, & fidelitatis juramentum de ſubſtantia feudi eſt, quæ ut abſit, nec pacto effici unquam poterit. Itaque inter Dominum, & Vaſallum nulla fraus, nec ullum malum ingenium intervenire debet *vol.*2.*d.*20.*l.*X.4. *vol.*5.*d.*42.*l.*GGG. 4.III.1.2.*d.*44 *l.*QQQ.4.RRR.2.

Fides adeò ſervanda eſt, ut Doctores velint eum etiam, qui injuſtè vinculis detentus, & ſub jurisjurandi religione de redeundo dimiſsus eſt, ad evitandum perjurium redire debere, niſi periculum mortis ei immineat *vol.*3.*d.*11.*l.*I.1.

Fides publica quamdiu ſit danda ad defenſionem in judicio, tempus illud judicis relinquitur arbitrio *volum.*7. *diſp.*1. *lit.*C.3.

Fidelitas requiritur tàm à parte Domini, quàm Vaſalli *vol.*4.*d.*2.*l.*m.3.

Fidelitas eſt vel ſubjectionis, vel officii, vel homagii *vol.*4. *d.*2.*l.*m.3.

Fides ſervanda hoſti, & cuivis, etiam hæretico *vol.*3.*d.*11.*l.*I.1.*vol.*4.*d.*2.*l.*i.2.3.4. k.1.*d.*13.*l.*ppp.4. *vol.*5.*d.*2.*l.*c.4.i.3.*d.*17. *l.*mmmm.2.3.4.*vol.*6.*d.*3.*l.*Dd.1.2.ubi pulchrè *diſp.*17.*l.*Hhhh.2.3.

Fides ſervanda hoſti, quatenus id non vergit in perniciem publicam *volum.*6.*d.* 17.*l.*Hhhh.3.

Fides, quæ in Deum eſt, ſuadenda, non autem imperanda eſt, id eſt, homines ad religionem non ſunt vi cogendi *volum.*2. *d.*3.*l.*o.3. *vol.*4. *d.*2.*l.*c.4.c.1.*d.*12.*l.*hhh.4. *d.*15.*l.*ttt.3.4.*d.*19.*l.*rrrr.4. *vol.*5.*d.*2.*l.*l.3. *d.*12.*l.*hhh.4.in Coroll.*d.*17.*l.*zzz.2.*l.*llll. 4.mmmm.1.2.*d.*19.*l.*zzzz.3.*d.*30.*l.*D.3.

Fides eſt juſtitiæ noſtræ fundamentum. Itaque ſummum, ac maximum bonum, quod in hac vita hominibus contingere poteſt, eſt veræ, ac intemeratæ fidei confeſſio *vol.*7.*d.*10 *l.*tt.1.

Fides autem deſcendit ex auditu, nec rationis ſcriniis doceri poteſt *vol.*7. *d.*10. *l.*tt.2.

Fides ſervanda hæreticis etiam & paganis *vol.*2.*d.*28.*l.*NN.2. *vol.*5.*d.*2.*l.*m.1.2. 3.4. vide ſupra.

Fides recta omnium maximè in Principe præfulget: igitur ipſe eam omnium maximè ſervare debet *vol.*3. *d.*5. *l.*hh.4. *volum.*4.*d.*2.*l.*i.3.4.k.1.*d.*13.*l.*ppp.4.

Fides totius Juſtitiæ fundamentum eſt, nec ſine illa inter homines ulla ſocietas ſubſiſtere poteſt *volum.*4. *diſp.*13. *lit.* ppp.4.

Fides major habetur dignioribus, unde cre-

de creditur Doctori aſſerenti de peritia diſcipuli, & præſumitur pro Nobilibus *vol.2.d.28.l.*NN.4.

Fides in conventionibus, imò in omni negotio ſervanda eſt *vol.6.d.3.l.*Hh.1.*d.*18. *l.*Qqqq.3.

Fides ſive bona ſit, ſive mala, eſt facti *vol.6.dep.4.l.*Nn.1.

Fieri omninò non, & minus ritè fieri, paria ſunt *vol.5.d.39.l.*II.2.

Filiæ dotatæ renunciatio juramento firmata valet per jus Canonicum *in c. quamvis de pactis in 6.* etſi contra jus civile; & huic aſſertioni authores quidam tantum deferunt, ut talem renunciationem etiam dote non accepta valere dicant: renunciatio autem valet, quamvis etiam liberos gignat *vol.1. d.7. l.*ee.4. *vol.2.d.*20. *l.*V.4. *vol.3.d.*11.*l.*H.2. *volum.4.d.29.l.*Y.3. *d.*31.*l.*EE.1. *vol.5.d.*14.*l.*lll.1. per tot.*d.*33. *l.*S.3.4.T.1. per tot.*d.*35.*l.*AA.4.*vol.7.d.*2. *l.*f.2.*d.6.l.*bb.3.

Filiam, quæ renunciavit, ſi pater in teſtamento heredem inſtituat, ea non obſtante juramento patri rectè ſuccedit *vol. 7.d.2.l.*f.3.

Filiæ renunciatio tum demum valida eſt, ſi pater conſenſum præbuerit, & in eo perſeveret *vol.7.d.2.l.*f 3.

Filia quæ renunciavit bonis paternis, non maternis, aut fraternis, ideò dicetur renunciaſſe; quia hæ renunciationes ſunt ſtricti juris, nec extra caſum renunciationis extenduntur *vol.7.d.2.l.*f.3.

Filiæ renuntiatio de paterna hereditate in fratres facta, non valet, tamen ſi dotata conſentiente patre promittat fratribus, quicquid ad eam ſucceſſione de bonis paternis pervenerit, ſe reſtituram, promiſſio valebit *vol.1.d.7.l.*ee.4.

Filia renuncians coram patre, hereditati paternæ juſto metu renunciaſſe non cenſetur, niſi enormiter læſa eſſet *vol.6. d.*17.*l.*Hhhh.2.

Filiæ hodie æquè ſuccedunt, ac mares, ſublatâ ſexus, agnationis, & cognationis differentiâ *volum.1.d.12.l* zz.1. *vol.2.d.*20. *l.*V.4.

Filias Italiæ conſuetudo favore maſculorum, per quos familia, & opes conſervantur, à ſucceſſione parentum excludit, eaſque dote contentas eſſe jubet *vol. 7.d.2.l.*e.3. idem fit in pleriſque Galliæ locis *ibid.*

Filii fratrum, ſi ſoli fuerint, in capita ſuccedunt patruo *vol.1.d.12.l.*zz.1.

Filius dignitate patritiatus Imperialibus codicillis ornatus, ilicò patria poteſtate liberatur *vol.2.d.1.l.*d.4.

Filius patri vim inferenti reſiſtere, & illatam injuriam propulſare poteſt *vol.2. d.5.l.*ff.3.*d.7.l.*mMm.3.*d.*24.*l.*DD.4.

Filius ſi metu patris reverentiali ductus, Monaſterium ingreſſus, & religioſus factus ſit, tunc metus id quod geſtum eſt, vitiat, ita ut ſine prævaricatione ordinem deſerere poſſit *volum.6. diſp.*17. *l.*Hhhh 2.

Filius patrem ſine veniâ Prætoris in jus vocare non poteſt *vol.2.d.7.l.*mMm.3. *vol.7.d.6.l.*bb.2.

Filius, & pater natura eadem perſona intelliguntur *vol.2.d.8.l* nNn.4.*vol.3.d.*12. *l.*K.3. *vol.5.d.*17.*l* rrr.3. *vol.4.d.*10.*l.*ccc.4. *vol.5.d.4.l.*aa.1.

ex Filiis nepotes non debent eſſe de-

terioris conditionis, quàm ipſi filii *vol.2. d.8.l.*nNn.4.

quem Filio heredi quis heredem eſſe voluit, eundem etiam illo deficiente, & non herede facto ſibi elegit *volum.2.d.8. l.*oOo.1.

Filiifamiliâs olim non ſibi, ſed patri omnia acquirebant, ita ut de rebus acquiſitis nihil omnino diſponere poſſent *volum.2.d.14.l.*F.2. hodie non proprietatem, ſed uſumfructum acquirunt *vol.7. d.7.l.*gg.2.

Filii ratione bonorum adventitiorum à Patre adminiſtratorum, tacitam hypothecam in bonis parentum habent *vol.7. d.4.l.*q.2.vide Hypotheca.

Filii patris, non matris ſtatum, & conditionem ſequuntur: igitur etſi quis ex matre plebeia natus in legitimo matrimonio, paternis tamen privilegiis, & ſuccedendi jure in feudis gaudebit *volum.2. d.*18.*l.*T.2. *vol.4. d.*8.*l.*gg 1.*d.9.l.*oo.1.2.3. & yy.4.*d.*10.*l.*ccc.3.

Filius multum debet patri *vol.2. d.*23. *l.*CC.4.

Filiorum appellatione veniunt etiam nepotes *volum.5. diſp.*39.*l.*MM.2.*diſp.*49. *l.*GGGG.2.

Filiorum appellatione præcisâ, vix nepotes, & alii deſcendentes intelliguntur: ubi pulchrè. Uti nec filiæ, quamvis utrumq; ut comprehendat, juſta interpretatione aliquando recipiendum ſit *vol.5. d.*32. *l.*Q.1.*volum.6. diſp.*12.*l.*Ttt.1.*diſp.*18. *l.*Oooo 3.

Filii propriiſſimè ſunt illi, qui nati ſunt ex juſtis nuptiis *vol.6.d.*18.*l.*Oooo.3.

Filiorum appellatione naturales non continentur, ſecus eſt in adoptivis, ubi de adoptantis ſucceſſione quæritur, quod & in legitimatis verum eſt *volum.5. d.*32. *l.*Q.2.*vol.6.d.*18.*l.*Oooo.4.

Filiorum appellatione naturales non continentur, nec in poteſtate patris ſunt, nec filiorum jura habent *volum. 6. d.*18. *l.*Oooo.4. vide Naturales.

Filius quicquid acquirit, id patri acquirit *vol.5.d.*42.*l.*EEE.1.

Filius feudum accipere poteſt, nec id patri acquirit *vol.5.d.*42.*l.*EEE.1. vide in verbo Feudum.

Filius emens nomine patris poteſt imponere pactum redimendi validum *vol.3. d.*1.*l.*i.3.

Filiusfam. in publicis cauſis loco Patrisfamiliâs habetur, unde & filiusfam. ſi tutor ſit, patrem ſuum in cauſa pupilli ſui in jus vocare poteſt, & filius, uti Magiſtratus patrem cogere poteſt hereditatem vel adire, vel reſtituere. Nam quoad jus publicum non ſequitur jus poteſtatis. *vol.6.d.*16.*l.*Bbbb.1.

ſic Filiusfam. eſi de jure civili ſine venia Patris non habeat legitimam in judicio ſtandi perſonam exceptis caſibus, quibus ei dantur utiles actiones, & de quibus agitur *in l. ſi longius* 18. *ff de judic.* tamen jure Canonico in cauſis beneficialibus, ſpiritualibus, matrimonialibus id facere poteſt, modò ætatis annum 14.excegerit *vol* 7.*d*.6.*l.*bb.2.

Filii, & ſimiles propinqui pauperes, ſi pro conſequenda hereditate egerint, & conſequenter etiam pro alimentis futuris, & in prima inſtantia obtinuerint, tunc appellatione à reo condemnato interpoſita, & pendente, alimenta nihilominus appellatis præſtanda ſunt, etſi judex detulerit

ſulerit appellationi, ſecus autem dicendum eſt, ſi heredes extranei agant, item ſi illi divites ſint, & aliunde habeant alimenta: item ſi pro alimentis præteritis actum fuerit: item, ſi in prima inſtantia actores illi ſuccubuiſſent, & appellaſſent *vol.3.d.2.l.*m.1.2.

Filiusfam. in peculio Caſtrenſi, & vel quaſi jus patrisfam. habet, cum teſtandi privilegio, aliàs teſtari non poteſt, ejusque teſtamentum inutile eſt, licet ſuæ poteſtatis factus deceſſerit: in eodem etiam vim contrahendi, & obligandi habet *vol.3.d.*12.*l.*A.4.*d* 12.*l.*K.3.

Filiifam. præteritio teſtamentum paternum afficit, & corrumpit in tantum, ut inde relicta non debeantur, neque virtute clauſulæ codicillaris annexæ ſtabiliatur *vol.3.d.*10.*l.*F.2.3.

Filiusfam. ſi donatione ob nuptias acceptâ, cum juramento hereditati renunciârit, valet renunciatio, nec ipſe ad hereditatem amplius habebit regreſſum *vol.3.d.*11.*l.*H.2.

Filiusfam. patri acquirit, eundemque obligat, non minus, ac ſeipſum, adeò ut qui à filiofam. ſtipulatur, duos reos habere dicatur *vol.3.d.*12.*l* K.3.

Filius regulariter ex contractu patris non convenitur *vol.*7.*d.*4.*l.*n.2.

inter Filium, & patrem nulla civilis obligatio eſſe poteſt *vol.3.d.*12.*l.*K.3.

ſi Filiusfam. ſub conditione ſtipulatus poſtea emancipatus fuerit, deinde exſtiterit conditio, patri actio competit *vol.6.d.*4.*l.*Ll.3.

ſi Filiofamil. legatum ſub conditione relinquatur, & filius ante conditionem emancipetur, legatum non patri, ut in ſtipulatione, ſed filio acquiritur *vol.6.d.*4.*l.*Ll.3.

Filius heres fideicommiſſo gravatus, duas quartas, legitimam nempe, & Trebellanicam de jure Canonico, imò etiam de jure civili, etſi hoc multi negent, detrahere poteſt *vol.3.d.*13.*l.*N.3.*vol.6.d.*18.*l.*Ssss.2. id verò tunc ſolum, ſi fideicommiſſum in diem relictum, ſecus ſi ſtatim à morte reſtituendum ſit, tunc enim ſolam legitimam detrahet *volum* 7.*d.*2 *l.*h.2.3.

Filius feudum proprium à patre alienatum vindicare poteſt: etſi heres ſit, modo inventarium confecerit, & ſibi titulo hereditario nihil lucri retinuerit *vol.3.d.*16.*l.*X.1.

Filii vincula omnia, quibus aliàs adeundo hereditatem ligaretur, disſolvuntur, ſi inventarium rei paternæ conficiat *volum.3.diſp.*16.*l.*X.2.

Filium in poſſeſſione filiationis ſola nominatio non conſtituit *volum* 4.*diſp.*9.*lit.*nn.1.

Filius ſolis juſtis nuptiis acquiritur, aliàs aut erit naturalis, aut ſpurius *volum.6.diſp.*16.*l.*Bbbb.1.

Filius lite etſi nondum mota, rectè flagitat ſe pronunciari legitimum *volum.4.diſp.*9.*lit.*ss.2.

Filius cum patre eadem perſona cenſetur *volum.*4.*d.*10.*l.*ccc.4.*vol.*5.*d.*4.*l.*aa.1. *vol* 6.*d.*4.*l.*Kk.4.

Filiusfam. repudiando hereditatem ſine patre, ei non nocet *volum.6.diſp.*4.*lit.*Kk.4.

Filius melioris conditionis eſſe non poteſt, quàm pater *vol.*4.*d.*16.*l.*cccc.1.

Filius patri in adeunda hereditate, quando ſubſtitutum habet, non adquirit,

rit, niſi de facto adierit *volum.6.diſp.*4 *lit.* Kk.4.

Filiusfam. poteſt eſſe judex in cauſa patris *vol.*4.*d.*23.*l.*B.1.

Filiusfam. eſt capax acquiſitionum, & Juris *vol.6.d.*4.*l.*Mm.2.

Filiusfam. in jus vocari non poteſt *vol.* 4 *d.*24.*l.*E.1.

Filiusfam. ex omni cauſa tanquam paterfam. obligari poteſt *volum.6, diſp.*4. *lit.* Mm.2.

Filiofam. rectè ſtipulatur habere licere *vol.6.d.*4.*l.*Mm.2.

Filiofam. uſusfructus rectè legatur *vol.* 6.*d.*4.*l.*Mm.2.

Filiusfam. in bonis adventitiis, quorum uſusfructus patri non adquiritur, teſtari tamen non poteſt *volum.*4. *d.*31. *lit.*AA.2.

Filii ſpirituales, ac myſtici jus ſuitatis, aut ſucceſſionis non habent, ac ne legitimam quidem in bonis patrum ſpiritualium, aut in univerſum jura liberorum omnia, aut ulla ſanguinis, unde eſt, quòd & à jure prothomiſeos excludantur, non ſecus, atque adoptati, aut alii fictitii liberi, ut monaſterium *vol.*4.*d.*32.*l.*DD.3.

Filiæ in multis locis, quandam ſolummodò partem bonorum paternorum ſortiuntur, & à reliquorum ſucceſſione ſtatutis excluduntur: quæritur nunc, num hoc etiam ad bona extra loca, ubi hæc ſtatuta vigent, ſita extendantur? & negatur, cùm ſtatuta localia ad loca conſtringantur *vol.*4.*d.*32.*l.*EE.1.

Filiusfamiliâs ex omnibus cauſis efficaciter obligatur, cum eoque in omnibus etiam actionibus judicium conſiſtere, in quo & in ſolidum condemnari poteſt *vol.* 5.*d.*5.*l.*ff.1.*d.*4.*l.*aa.1.

pro Filia cautelam ne ejus renunciatio valeat, hanc quidam adducunt, ut inprimis coram quibusdam conteſtatione factâ juret ſe propterea volũtate, & ſponte nunquam renunciaturam ſucceſſioni paternæ, & ſi contingat eam in poſterum renunciare, id ſe in vitâ fieri, quo caſu ſubſecutam renunciationem non valere docent: ſed hanc cautelam alii improbant, quod eſſet abuti juramento, & nominis divini invocatione *vol.*5 *d.*14.*l.*mmm.3.

Filiæ renunciatio non valet, ſi juramentum vi extortum ſit, dolus, enormiſſima læſio, aut ſimilia intervenerint *vol.* 7.*d.*2 *l* f.3.

Filius ſequitur non domicilium, ſed originem patris *vol.*5.*d* 17.*l.*cccc.1.

Filio per emancipationem remiſſa eſt neceſſitas patrem inſtituendi heredem, ita ut non neceſſe habeat patrem vel inſtituere, vel nominatim exheredare: pater tamen hoc adhuc habet, ut præteritus quærela inofficioſi teſtamenti experiri poſſit: quod ſi filius in ipſum vivus tantum contulit, quantum ſatis fuit ad excludendum jus antiquum, id eſt, quærelam repellendam, quæ tum ceſſat, cùm jam data, vel relicta legitima fuit, ideo JCtus ait patrem non exceptione pacti conventi, ſed exceptione doli repelli *volum.*5 *d.*33. *l.*S.3.

Filias ſuas pater dotare tenetur pro ratione facultatum, & dignitate mariti, officioque judicis ad hoc compelli poteſt: obligatur enim parens ad duo, ut filiæ conditionem quęrat, & dotem illi tribuat *vol.*5.*d.*35.*l.*Z.3.

Filius-

Filius am. in bonis adventitiis, quamvis parens in illis nihil juris habeat, teſtamentum condere non poteſt *vol.5. d.35. l.*Z.3.4.

Filia etſi regulariter in feudum ſuccedere nequeat, in pecuniam tamen ex feudo redactam, quia feudalis non eſt, ſuccedere poteſt. Et ſi aliunde dotari nequear, alimenta, & dotem ex feudo illi decerni æquum eſt. Legitima tamen, quia pars eſt hereditatis, non niſi ex feudo merè hæreditario filio debetur *volum.5.d.*42. *l.*GGG.2.

Filia, etſi renunciaverit, tamen fratribus ſuperſtite patre mortuis huic rectè ſuccedet *vol.7.d.2.l.*f.3.

Filius patrem, ut etiam pater filium, ſi ad patriam delendam venit, occidere ſine ſcelere poteſt *volum.2.d.1. l.*a.2.*diſp.*24. *l.*DD.4.*d.*28.*l.*NN.4.

Filium Regis ſpurium in præjudicium fratris legitimè nati Cæſar, aut Pontifex legitimare non poteſt *volum. 2. diſp. 6. lit.* rr.4.

Filiæ non continentur filiis bannitorum expulſis *vol.2.d.*28 *l.*NN.4.

Filius mitius punitur, qui damnato parenti tectum, aut victum præbuit *vol.2. d.*28.*l.*NN.4.

Filiæ, ſi aliquo in loco per ſtatutum à ſucceſſione Patris exiſtentibus fratribus excludatur, tunc ea nec querelam inofficioſi habebit *vol.6.d 5.l.*Pp.1.

in Finem unum, quæ inducta ſunt, contrarium operari non debent *volum.2.d.6. l.*kk.2.

Finis, quando habet neceſſariam conſequentiam ad principium, reſpiciendum eſt id ipſum, non finis *vol.3.d.5.l.*ii.4.

Fine alicujus diſpoſitionis ceſſante (qui omnium actionum eſt terminus, & ad perfectionem rei requiritur) ceſſabit & quoque diſpoſitio *vol.4.d.2.l.*m.2.

Fiſcus deducitur quibusdam à ferendo: quidam à firmo: quidam à Græco φίσκος &c. Eſt autem jus, ſive privilegium regale, ſummo Magiſtratui, id eſt, primò Cæſari, & aliis ſuperiorem non recognoſcentibus, ſecundò reliquis Principibus vi Regaliorum ad tuendam dignitatem, & potentiam ſuam competens *vol.6.d.2. l.*F.2.3.4.

Fiſcus itaque eſt rerum publicè gerendarum nervus, quos Reſp. ab hoſtium injuria illæſa ſervatur, & à finitimorum incurſu defenditur *vol.*8.*d.9.l.*nn.1. vide Ærarium.

in Fiſcalibus locis, aut religioſis ſi theſauri reperti fuerint Divi fratres conſtituerunt, ut dimidia pars Fiſco vindicaretur, quod ita intelligo, ut alteram dimidiam inventor habeat *vol.4.d.*31. *l* AA.4. *vol.6. d.2.l.*I.4. niſi theſaurus datâ opera, aut Magicis artibus ſit inveſtigatus, tunc enim totus ad Fiſcum devolveretur *ibid.*

Fiſci tabe nil pernicioſius, cùm neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque hæc ſine tributis, ex quibus fiſcus conſtat, haberi queant *vol.2. d.3.l.*h.1. *vol.5.d.*13. *l.*kkk.3. vide in verbo Ærarium *volum 6.d.2.l.*F.2.*d.6.l.*Ppp.3. *d.*16.*l.*Eece.2.

Fiſcus autem per varias impoſitiones acquirit: ut ſunt Decimæ, Collectæ, Cenſus, Vectigalia, Telonia omnis generis *vol.6.d.2.l.*K.2.

Fiſcus inquirere debet in eos, qui eximunt Imperii membra, ſegetemque ex publico

publico exirio ſibi metunt, & ibi fiſcus actor erit: reus verò uterq; tàm eximens, quàm exemptus: ſin exemptus non conſpiret, ſed reſtitet, in ſolos eximentes judicium dabitur *vol.2.d.3.l.*p.4.

Fiſcalis judex à judicatione criminalium omninò abſtinere debet. hic judex à Dd. plerumque vocatur ſceleratiſſimus *vol.6.d.2.l.*H.1.

Fiſcus ubi heres eſt, tunc omnia jura activè, & paſſivè in ipſum rranseunt *vol.6.d.2.l.* K.1.

Fiſcalis juris forma privatorum pactis convelli non poteſt *vol.2.d.3.l.*p.4.

Fiſci tribunal eſt Camera: nam etſi Principes ordinatione Imperii ſuas habeant inſtantias, in fiſcalibus tamen cauſis reus coram fiſci judice vadimonium ſubire cogitur *vol.2.d.3.l.*q.1. olim procurator Cæſaris in fiſcalibus cauſis judex erat, qui etiam invitus procuratorium ſuscipere debet. Sed calumnioſè agere non debet aliàs ad damna tenerur, & pœnæ ſubjicitur, quamvis in praxi hoc non obſervetur *vol.6.d.2.l.*G.4.N.1.

Fiſci rribunal ſpreta præventione, aut interventione judicat, velut in ſpecie de exemptionum cauſis Imperii lege promulgatum eſt *vol.2.d.3.l.*q.1.

in Fiſci cauſis procedendum, ac judicandum eſt modo ſummario, ſimplici, ac plano, in petitorio, ac poſſeſſorio ſimul, omnibus modis accelerando. Igitur fiſci cauſæ exemptionum maximè favore imperii mirificè promovendæ ſunt: tamen tueri ſe licet, partim quia res iſta pleniorem quandoque requirit indaginem, audirique debet, ſi quis immunitate quadam ſe prætendat defendere: partim quia licitum diſputare de jurisdictione cum Cæſare, qui errare poteſt ut homo *vol.2.d.3.l.*q.1. *vol.6.d.2.l.*M.4.N.1.2.3.

Fiſcus Cæſareus in judiciis, & proceduris, litibusque ſua privilegia habet. Primò juramentum calumniæ non præſtat, quia quicquid facit, juſſu ordinum vel deputatorum facit. Secundò, nec ſatisdatò cavet, utpote legum opinione prædives: Tertiò, ipſe vindiciis abdictis, non tamen (niſi ob evidentem calumniam) condemnatur in expenſas: Quartò, reum adigere poteſt, ut ipſi edat propria inſtrumenta, in ſui ipſius peſtem *vol.2.d.3.l.*q.1.*d.28.l.*NN.4. *vol.4.d.18.l.*iiii 4.

in Fiſcum poſtquam bona redacta ſunt, attribuuntur ipſi cuſtodes, qui plerumque ex magnatibus ſumi deberent: Varii olim fuerunt ærarii præfecti, ſæpius mutati *vol.6.d.2.l.*H.4.

Fiſci Præfectus, ſi ærarii crediti pecuniam in proprios uſus convertat, criminaliter cum ipſo poteſt agi *volum.6.diſp.2.l.*H.4.

Fiſci actio eſt, ut ordinariæ ex jure communi ſileantur, condictio ex lege in Comitiis Auguſtanis lata anno 48. *vol.2.d.3.l.*q.1. ſunt & aliæ actiones, pro ſuæ ſucceſſionis modo *vol.6.d.2.l.*N.1.2.

Fiſci Præfectus ſi pauper fuerit, & repentè diteſcat, an ex ærarii pecunia id acquiſiviſſe dicetur *vol.6.d.2.l.*H 4.

Fiſci Cæſarei probationes quod attinet, intentionem habet fundatam ubique *vol.2.d.3.l.*q.1. ex ſola Matricula in materia collectarum Imperii ſtatim probat *vol.2.d.6.l.* M.4.N.1.

contra Fiſcum reviſioni, aut ulteriori provocationi non eſt locus, nec per ſacrum

crum judicium in his cauſis diſpoſita, & deciſa, aliorum examine, retractatione, & cenſura egent *vol.2.d.3.l.*q.2. *vol.6. d.2. l.*N.3.4.

Fiſcus nullum jus habet niſi ſententia condemnatoria præceſſerit *volum.6. d.2. l.*N.2.

Fiſcalis à quovis actore in cauſis pœnalibus **in allen Peenfällen** interpellari poteſt, ut ſe ipſi conjungat pro intereſſe fiſci, ubi pars pœnæ fiſco applicanda venit *vol.2.d.7.l.*hHh.3.

Fiſco ſingularia privilegia conceſſa ſunt, quę huc tendunt, ut & uberior ipſius ſit acquiſitio, & procedendi modus facilior: conſiſtunt autem in hoc, ſi vel in jure communi aliquam habent prærogativam, uti in concurſu creditorum in pignoribus, & hypothecis: vel prorſus novum jus ipſi conceſſum eſt, ut quando in bonis vacantibus, vel in indignorum locum ſuccedit *vol.6.d.2.l.*F.3.

Fiſcus jure communi utitur, quando ejus prærogativæ in jure ſpecificè expreſſæ non ſunt: id eſt, ſi privato ab inteſtato ſuccedit ut privatus *vol.6.d.2.l.*F.3.L 2.

Fiſcus in delicto, ut expenſas, & mulctam recipiat, contra delinquentem jure communi utitur, nec tunc ullum jus hypothecæ habet, aliàs ex cauſa adminiſtrationis, aut cujuslibet alius muneris contra regentem jus tacitæ hypothecæ habet *vol.2.d.11.l.*uVu.3.*d.*28.*l.*NN.3. *vol.5. d.7.l.*mm.2.*d.12.l.*hhh.2.*d.13.l.*kkk.3. *vol. 6. d.2. l.*K.1.2. *vol.7.d.4.l.*p.1. item tacitæ hypothecæ, & prælationis jus ex cauſa collectæ, & tributi habet *ibid.*

Fiſcus in emptione, & venditione rem indiviſibilem, & communem invito ſocio vendere, vel alienare poteſt *vol.6.d. 2.l.*I.4.K.1.

Fiſcus in bonis poſt contractum (quem cum eo, quem ad adminiſtrationem alicujus muneris recepit, iniit) acquiſitis præfertur omnibus creditoribus: in cæteris verò bonis ante contractum acquiſitis excluditur ab omnibus hypothecariis, ſive tacitam, ſive expreſſam hypothecam habentibus *vol.2.d.11.l.*xXx.3.*vol. 5.d.7.l.*ll.2. mm.2. nn.4. *vol.6.d.2.l.*K 1,2. *vol.7.d.4.l.*p.1.

Fiſco debet adeſſe ſuus Advocatus: conſtituitur ab ipſo Cæſare, vel ejus ad id ſpecialiter deputato Commiſſario: conſtituitur ex diſertioribus. Quod ſi Judex Advocatum eligat, proceſſus ejus nullus erit. Hic Advocatus honorarium accipit, non ſalarium *vol.6.d.2.l.*G.4.

Fiſco adſunt etiam Notarii, qui fiſcalia deſcribit, annotat & ſignat: Quæ bonorum deſcriptio omnino eſt neceſſaria: & dein bona deſcripta lite pendente debent tertio cuidam commendari *vol. 6.d.2.l.*H.2.

Fiſci ſucceſſio hereditaria etiam datur, quæ eſt loco extranei heredis in bonis vacantibus, cujus admiſſio etſi ſit perquam odioſa ita tamen comparata eſt, ut omnibus etiam lege ſpecialiter non vocatis præferatur ſæpiusque excludat propiores hereditatis incapaces: à conditionalibus tamen, & non devolutis, ut & feudis, Emphyteuſi, jure patronatus &c. arcetur regulariter *vol.2.d.20.l.*Y.4. *vol. 4.d.17.l.*gggg.2. *vol.5.d.39.l.*MM.4. *vol. 6.d.2.l.*H.4.I.1.2.3. eadem de Duce, Marchione &c. quod idem jus in ſuo territo-

rio habeant intelligenda *ibid.* K.3.4.L.1.2.3.4.M.1.2.3.

Fiſci rebus præſcribi non poteſt *vol.2. d.*28.*l.*NN.2.

in Fiſcalibus emptionibus redhibitio locum non obtinet *vol.6.d.2.l.*I 4.

Fiſcus convenire poteſt debitoris debitorem *volum.2. d.* 28.*l.*NN.3. *vol.6.d.2. l.*K.2.

Fiſco adſunt etiam delatores,qui bona vacantia,& quæcunq; ad fiſcum pertinentia denunciant *vol.6.d.2.l.*H.2.imò in hoc officio conſtitutus ſeipſum, ubi deliquerit deferre debet *vol.6.d.2.l.*H.2.

Fiſcus etiam ex teſtamento ſuccedit: verùm in hac ſucceſſione,non utitur alio jure,quàm privati hæredis: & ſi oriatur contentio, in dubio eſt contra fiſcum pronunciandum *vol.* 2. *d.* 6. *l.* I.1. debet præſtare legata & fideicommiſſa *vol.5.d.* 12.*l.*ggg.4. *volum.6.d.2.* l.I.2.L.2.*d.*10.*l.* Nnn.3.

Fiſcus in ſucceſſione excluditur à conjugibus *vol.6.d.2.l.*I.2.

in Fiſci fraudem, qui ſciens aliquid ſuſcepit, condemnatur in duplum *vol.2. d.*28.*l.*NN,3.

Fiſcus in ſucceſſione ultimus eſt: *vol.6. d.*2.*l.*I.2.

Fiſci debitor id incommodi patitur, ut occurrente neceſſitate Fiſci,poſſit ab eodem flagitari *volum.3.d.5.l.*kk.1. *vol.6. d.2.l.*K.2.

Fiſcus in Clerici bona vacantia non ſuccedit,ſed Eccleſia *vol.6. d.2.l.*I.2.

Fiſcus aliàs Camera dictus eſt,locus, quo pecunia, & inſtrumenta omnia patrimonii, quod Cæſari ad ejus dignitatem tuendam, & uſus Imperii publicos tributum eſt, conduntur: qui locus interdum etiam ærarium appellatur: licet olim fiſcus pecuniam Cæſaris privatam, ærarium verò pecuniam publicam ſignificaret *volum.5.d.*39.*l.*MM.4. *vol.6.d.2.l.* F.2.3.

Fiſcus non excludit vulgarem ſubſtitutum in ſucceſſione, ubi verus per delictum,vel aliàs hæres eſſe non poteſt *vol. 6.d.2.l.*I.2.*d.*18.*l.*Nnnn.4.

Fiſcus ſi heres eſſe vult, ſe talem probare debet *vol.6.d.2.l.*I.3.

Fiſcus adire debet in iis,quæ hereditario jure deferuntur, aliàs non *vol.6.d.2. l.*I.4.

Fiſcus acquirit Dominium ipſo jure absque ullo hominis facto *vol.6.d.2.l.*I.3. ſed non poſſeſſionem, quam ipſo facto apprehendere debet *ibid.*

Fiſci debitores eousque in carcere detineri poſſunt, quoad bona vendantur, ut ne quidem ſub fidejuſſoribus relaxentur, nec immunitate Eccleſiarum gaudere poſſint, ſed huic rigori jus canonicum derogavit *vol.3.d.5.l.*rr.2.

Fiſcus & alia habet compendia,ob delicta minora, quibus certæ mulctæ imponuntur, quas ibi vide *vol 6. d.2.l.*L.3.4.

Fiſci debitor ex delicto vel quaſi non admittitur ad bonorum ceſſionem, ſed pecuniaria pœna mutatur in corporalem *vol.3.d.5.l.*rr.2.

Fiſci debitor nullo aſylo tutus eſſe poteſt, imò,qui eum recipit pro debitore Fiſco ſatisfacere debet *vol.6.d.2.l.*K.2.

Fiſcus hoc privilegium habet, ut quilibet, contra quem agit, teneatur edere ſuarum rationum libros, ſi civiliter,non criminaliter agat *vol.3 d.5.l.*rr.3. ipſe autem

tem non tenetur edere ſua Inſtrumenta *vol.6.d.2.l.*N.1.2.

Fiſci jus tunc conceſſum videtur, quando merum, & mixtum Imperium alicui conceſſum eſt *vol.6.d.2.l.*G.3.

Fiſci jus temporis immemorialis poſſeſſione præſcribi poteſt *vol.6.d.2.l.*G.3.

Fiſci judex pœnam ſententia adjudicatam remittere non poteſt: reum ramen reſtituere poteſt, ubi tunc omnia in priſtinum ſtatum revocantur *volum.6. d.2.l.* N.2.

Fiſcus rapit id, quod non rapit Chriſtus *vol.7.d.2.l.*g.4.

Fiſci patronus in bonis proſcriptorum diligens inventarium conficere debet, ne quid rei per gratiam, ſeu colludium furro ſubducatur *vol.3.d.16.l.*X.3. *vol.6.d.2.l.*H.2.L.2.

ut Fiſcalia debita quam citiſſimè exigantur, expedit Reip. imò utile, ac neceſſarium eſt *vol.7.d.1.l.*c.1.

Fiſcalia ei conceduntur, cui conceduntur regalia: itaque qui hæc habet, & illa habet, imò fiſcalia referantur ad regalia *vol 4.d.5.l.*t.2. *d.*17. *l* gggg.2. *d.*19. *l.* pppp.1. *vol.5.d.*1. *l.*d.2. *d.*7. *l.*mm.2. *d.*21. *l.* kkkkk.1.2. *vol.6.d.*2. *l.*G.2.3. *vol.7.d.*4. *l.*p.2.

Fiſcus in bonis extra territorium ſuum ſitis non ſuccedit, ſed illa externa bona filiis relinquenda ſunt: ubi pulchrè *vol.6. d.2.l.*N.3.

Fiſcus ſuccedit in bonis vacantibus, in caſu non exiſtentis, vel repudiantis heredis, ſuccedit tamen cum onere: ſuccedit item in bonis damnatorum, & proſcriptorum, inceſtas, & damnatas nuptias contrahentium, crimen læſæ Majeſtatis, repetundarum, & peculatus committentium, hoc tamen, niſi juſti liberi, parentes uſque ad ſecundum gradum, item frater, ſoror, patruus, aut amita adſint, collaterales ergò fiſcum non excludunt: uxor item dotem, & donationem propter nuptias ſalvam habet *vol.* 4. *d.* 17. *l.* gggg.2. *d.*5. *l.*t.2. *vol.5. d.*12. *l* ggg.4. *d.*13. *l.* kkk.3. *vol.6.d.*2. *l.*H.4.I 1.2.3.4.K.1.2.3.4. L 1.2.3.M.3. *d.*16. *l.*Dddd.1.

Fiſcus privato ſuccedens non utitur privilegiis Fiſci *vol.7.d.4.l.*r.2.

Fiſcum propriè habet Cæſar, aut Princeps ſuperiorem non recognoſcens: tamen ii qui regalia habent, eodem frui cenſentur *vol.* 5. *d.*39. *l.*MM.4. *vol.6.d.2. l.*F 3.4.G.1. *vol.7.d.4.l.*p.2. ita Principes, & urbes Imperii *ibid.*

Fiſcus in pœnis nullum habet jus Hypothecæ ante ſententiam latam *vol.5.d.*12. *l.*hhh.2. *vol.7.d.4.l.*p.1.

Fiſcus in dubio prioritatis cum privato concurrens, aliquando à quibusdam ipſi præfertur, aliquando non, tùm verò maximè præfertur, ſi de damno vitando certet *vol.5.d* 12 *l.*hhh.2.

Fiſco lucrum captandi minus favendum *vol.7.d.2.l.*g.4.

Fiſcus in Peculia ſive ſint adventitia, ſive Caſtrenſia, & vel quaſi, ſive talia in quibus parens uſumfructum habere non poteſt, nullum jus habet, nec hæc ob filii delictum confiſcantur *vol.6.d* 2. *l.*M.1.2.

Fiſcus in jus Patronatus nullum jus habet *vol.6.d.2.l.*M.1.

ex Fletu aliorum riſus conciliandus non eſt *vol.7.d.4.l.*n.1.

Florentini à Rodolpho Primo Cæſare libertatem 6000. aureorum comparârunt,

Digitized by Google

runt, Imperio tamen adhuc Florentia ſubjacet volum.2.d.3. l.g.1.d.4.l.ii.4.d.13. l.y.1.2.vol.4.d.17.l.ffff.3.vol.5 d.2.l.g.2.

Flumina nunc regalibus annumerantur, & ſic jus piſcandi: itaque ſine conceſſione Principis in flumine piſcari non licet, ob quam Principi vectigal pendi ſolet vol.3.d.5.l.aa.4.mm.4. vol.4 d.5.l.t.1 2. d.17.l.gggg.1.2.vol.5.d.1 l.d.4.d.12.l.ggg.2. d.21.l.kkkkk.1.vol.7.d.9.l.pp.4.

Fluminum uſus liberrimus eſſe debet, ita contra Principem eum impedientem, mandata ſine clauſula impetrari poſſint vol.3.d.5.l.mm.4.vol.4.d.5.l.t.1.

Flumen ſi majori vi decurrat, & ſic ex hac violentiâ alveum mutet, tunc per hanc violentam decurſionem fines territorii non mutat vol.4.d.20.l.ddddd.1. vide in verbo Alluvio: & Piſcatio.

Flumen publicum dicitur, quod perenne eſt, unde torrentia, quæ hyeme tantùm fluunt, privata ſunt vol.7.d.9.l.pp.4.

Fluminorum publicorum alia ſunt navigabilia, alia non: & hæc iterum alia faciunt navigabilia, alia non. Flumina autem vel per ſe navigabilia, vel quæ alia faciunt navigabilia regalibus annumerantur, ita ut, qui habet jurisdictionem in territorio, habeat & in adjacenri mari, vel flumine, ac navigationem ex juſta cauſa impedire poſſit vol.7.d.9.l.pp.4.

Flumina etſi ſibi vendicaverint Principes, in iis tamen ne illorum uſus impediri poſſit, hæc conſiderantur, proprietas, jurisdictio, & uſus, duo priora Principis, & populi ſunt, uſus verò communis vol.3. d.5.l.mm.4. vol.7.d.9.l.rr.2.

Fluviorum, & riparum uſus liber, & tutus cuivis eſſe debet, qui tamen non parum coarctatur, per ripatica, id eſt, portoria, quæ ſolvuntur à ripam tranſeuntibus, & vectigalia fluviatica: item per ſtapulas, quæ loca ea ſunt, quibus merces exponi debent, vulgò das Recht der Niederlag/oder Staffelgerechtigkeit vol.2. d.7.l.aAa.1.vol.3.d.5.l.aa.3.

Fluvius publicus ſi per hortum, & agrum alicujus perrupit, & fecit alveum: quæritur, utrum ille hortus, vel ager jam fluminis alveus factus ſit publicus, inque eo jus piſcandi commune? & affirmatur in tantum, uti ſi fluvius alveum hunc à ſe factum, & locum iterum derelinquat, tunc eorum ſit futurus, qui propè ripam illius alvei prædia poſſident, non autem prioris Domini vol.5.d.47.l.BBBB.4.

Fodinarum Regalia ad ſolum Cæſarem ſpectabant olim, nunc ea, & reliqui Principes, præcipuè verò Electores habent: hæc Regalia mineræ vocantur vol.2. d.6.l.ss.3.4.d.13.l.e.1. vol.4.d.17.l.gggg.2. 3.vol.5.d.12.l.hhh.2. vol.6.d 2.l.K.3.vol.7. d.9.l.qq.4.

Fodinarum canon, id eſt, Decimæ, quæ ex erutis metallis Principi debentur, inter Regalia numerantur: igitur privatus, ſi in ſuo prædio fodinas inveniat, penſis Principi Decimis juſtè fodinis frui poteſt vol.2.d.6.l.ss.3.d.13.l e.1.volum.3 d.5 l.aa.3. vol.4.d.5.l.t.2.d 17.l gggg.2.3.volum.6.d.2. l.K 3.vol.7.d.9.l.qq 4.

Fodere metalla etiam in alieno territorio licet, nec Dominus fundi prohibere poteſt, ergò multò magis in ſuo vol.3. d.5.l.aa.3.

Fodrum eſt collatio, ſeu contributio quæ datur annonæ militaris, puta frumenti, hordei &c. quæ extra ordinem indicitur

ob ali-

Digitized by Google

ob aliquam Imperatoris expeditionem: Dd. vulgò vocant SUPERINDICTUM, quod pro hujus utilitate, & neceſſitate ſupra ordinarias, ac ſtatas præſtationes indicitur, cujusmodi hodi videntur eſſe Collectæ Imperii *vol* 7.*d*.9.*l*.qq.4.

Fœdus Principibus Chriſtianis cum Ethnicis, ac infidelibus auxilii ferendi, & ab ipſis accipiendi cauſa, inire non licet *vol*.1. *d*.7.*l*.ee.2. *d*.16. *l*.O.4. *volum*.4.*diſſ*.2. *l*.k.2. *d*.19. *l*.rrrr.3.4. *vol*.5. *d*.2. *l*.i.2.3. *d*.23. *l*.ttttt.1. *vol*.9. *d*.3.*l*.Aa.2.

Fœdera cum infidelibus à Chriſtianis percuti poſſunt ratione commerciorum, & ad pacem conſervandam, ineundam, aut confirmandam *vol*.6.*d*.3.*l*.Aa.2.

Fœderationes inter Principes vel ab initio fiunt, vel factæ renovantur, & harum genera conſtituunt quidam duo, quidam tria: earum verò icendarum leges, & conditiones poſſunt eſſe variæ. Sin autem inter icentes convenerit, ne pax cum hoſtibus, niſi omnium ſociorum conſenſu ineatur: an non aliquo caſu licebit ſociis ab armis diſcedere, vel cum hoſte ex cauſa paciſci, etſi alter diutius velit bellum producere? & dicitur quod liceat *vol*.1. *d*.7. *l*.ee.1.2. *vol*.6. *d*.3.*l*.V.4.

Fœdera fiunt vel pari, vel impari jure. Pari ubi communio eſt, & æquatio dignitatis. Impari ubi pars altera, alterius majeſtatem comiter obſervat, reverentia ſcilicet, non obſequio *vol*.2. *d*.3.*l*.l.1. vide in verbo Patrocinium.

Fœderibus nemo ab ordinaria jurisdictione eximitur, nec ulla jurisdictio confertur, ſed gens libera manet, privilegia, regimenq; priſtinum retinet, ita ut confœderatus Princeps in alterius orbe nil cenſeatur *vol*.2. *d*.3.*l*.l.2.

Fœdera pacis ſervanda ſunt, nec regnis poſthabenda fides *volum*.2. *d*.3. *l*.o.3. vide Fides.

Fœdus eſt publica populorum, Principumve inter ipſos conventio, in perpetuum concepta, definiente Bodino, ſed malè videtur addita vox perpetuum, ſunt enim nonnulla fœdera temporanea: fœdera tamen perpetua præferenda ſunt: eſt autem pactio de mutuis auxiliis præſtandis, amicitia, ac pace ineunda, vel conſervandâ, aut alia commoditate communicandâ ſolenniter conventa *vol*.5.*d*.2. *l*.e.4. *vol*.6.*d*.3.*l*.V.4.

Fœdus perpetuum inter Regnum Bohemiæ, & domum Saxonicam eſt *vol*.2. *d*.5.*l*.gg.3. *vol*.4.*d*.19.*l*.rrrr.3.

Fœdus non violatur, ſi ab eo diſcedatur per rationem juſtam *vol*.2.*d*.5.*l*.gg.3.

Fœdera Principes Imperii, Statusque publicæ pacis, & ſecuritatis cauſa ferire poſſunt, eaque percutiunt ſemper *vol*.2. *d*.6.*l*.uu.2.tt.4. *d*.17.*l*.eeee.3. *d* 19.*l*.rrrr.3.4. *vol*.5 *d*.1.*l*.d.2. *d*.2.*l*.g.1,2.3.4.

Fœdera quæ ad bonum, & licitum finem fiunt, licita, & permiſſa ſunt *vol*.2. *d*.6.*l*.uu.2. *vol*.5.*d*.2. *l*.l.3. *vol*.6.*d*.3.*l*.Ee.4. quæ vero ad malum finem tendunt non ſunt valida *ibid*.

Fœdera pariunt ſecuritatem *vol*.2.*d*.7. *l*.yy.1.

Fœdera Pontifex ſolvere non poteſt *vol*.4.*d*.2.*l*.k.2. *vol*.5.*d*.2.*l*.i 3.m.1.2.3.4.

Fœdera Princeps etiam cum paganis, hæreticis, & hoſtibus inita omninò fide bona ſervare debet *vol*.4. *d*.5.*l*. q.3. *vol*.5. *d*.2,*l*.m,1.2.3.

Digitized by Google

Fœdera Princeps etiam iniquiſſimis conditionibus inita reſcindere non debet *vol.4.d.5.l.*q.3.

Fœdus Hanſeaticum licitum cenſetur, cepit anno 1200. *vol.4.d.5.l.*s.2.

Fœdera urbes Hanſeaticæ rarò cum Principibus extra Imperium ineunt, aut eorum patrocinio ſe ſubmittunt *vol.6.d.3.l.*Y.2.

Fœdera percutere, & ſancire inter regalia refertur, imò jus majeſtatis habetur: itaq; Cæſar ſolus ea propriè pangit *vol.4.d.12.l.*hhh.2.*d.17.l.*eeee.3.*d.19.l.*oooo.1. *vol.5.d.1.l.*d.2.f.2.*d.30.l.*zzzzzz.3.

Fœdera, Principes ſi defenſionis ergò percutiant, nam aliter illis non licet, valebunt, ſemper tamen excipi debet Cæſar *vol.4.d.17.l.*eeee.3. *vol.5.d.1.l.*d.2. vide ſuperius.

Fœdera unionis, id eſt, fœdus perpetuum **Erbvereinigung** multi Imperii Principes inter ſe percuſſerunt, quos ibi vide *vol.4.d.19.l.*rrrr.3. *vol.5.d.2.l.*l.2. vide in verbo Pacta ſucceſſoria.

Fœdera in cauſa religionis etiam contra Cæſarem Imperii Principes, & Status inire & ſancire poſſunt, ſed ſolùm defenſivè *vol.4.d.19.l.*rrrr.3.4. ssss.1.2.3. *vol.5.d.2.l.*l.3.

Fœdus Smalkaldicum à Proteſtantibus juſtum cenſetur *volum.4.d.19 l.*rrrr.4. ssss.1.2.3. *vol.5.d.2.l.*i.3.4.

Fœdus res tanti momenti eſt, ut Principibus, & Urbibus omninò neceſſarium ſit: augent enim potentiam, & gloriam Magiſtratus *vol.5.d.2.l.*e.2.

Fœdus, cujus origo ad prima generis humani initia non ineptè refertur, dictum eſt, quaſi fidus à fide *vol.5.d.2.l.*e.3.

Fœdus præcipuè defenſivum, ad jus gentium ſuam originem refert *vol.6.d.3.l.*X.2.

Fœdus Smalkaldicum ejusque ſocii *vol.5.d.2.l.*i.3.

Fœdus Principum, & Urbium Proteſtantium, quod vulgò unionem vocant, ejusq; ſocii id fœdus probant Proteſtantes *vol.5.d.2.l.*i.4.

Fœdus eſt proprium, vel improprium: illud eſt, quo citra Majeſtatis prærogativam ad mutua auxilia, hosteſque communes habendos fit conventio; cujus conſideratur, vel conſtitutio, vel diſſolutio; conſtitutio autem optimè cognoſcitur per cauſas, efficientem, materialem, formalem, & finalem *vol.5.d.2.l.*f.1.

in Fœderibus ſi quis ſit cum duobus colligatus, iique bellum gerant, tunc illi ſe conjunget, qui prior ipſi fœderatus fuit, aut qui ſe ſolum defendit, nunquam autem utriq; fœderatorum erit aſſiſtendum *vol.5.d.2.l.*f.1.

Fœdus cum pluribus aliquis facere poteſt *vol.6.d.3.l.*Y.2.

circa Fœderis cauſam efficientem conſiderantur perſonæ, quæ, & cum quibus fœdus percutitur *vol.5.d.2.l.*f.1. *uſque ad lit.*i.3.

Fœdera omni jure licita ſunt *vol.5.d.2.l.*f.1.

Fœdera rectè percutit Rex Romanorum *vol.5.d.2.l.*f.2.

Fœdera rectè percutiunt Vicarii Imperii, dum durat Vicariatus *volum.5.d.2.lit.*f.3.

Fœdera rectè percutit Papa *vol.5.d.2.l.*f.3.*vol.6.d.3.l.*Aa.1.

Fœdera rectè percutiunt Reges, qua-

tenus habent plenitudinem poteſtatis *vol. 5.d.2.l.*f.3.4.

Fœdera ſubditi regulatiter abſq; Dominorum authoritate, contrahere non poſſunt, quæ ſi fiant, omninò illicita ſunt, & pœnis digna *vol.5.d.2.l.*g.1.h.4. vide Subditus.

Fœdera tria, quæ perpetua videntur, nempe Urbium Helveticarum, item Hanſeaticarum, demum Hollandicarum Stadenſium, omnibus Principibus ſunt pertimeſcenda *vol.5.d.2.l.*h.2.5.

Fœdera regulariter contrahi poſſunt cum omnibus; etiam cum Proteſtantibus, ſtante maximè in Imperio Romano hodie religionis pace; uti & cum infidelibus, ſi juſta ſubſit fœderis cauſa, nec ullum in eo fidei Chriſtianæ verſetur præjudicium *vol.5.d.2.l.*h.4 i.1.

Fœdus, ſi Vaſallus contrahat cum hoſtibus Domini, regulariter amittit feudum, & ſubditus cum hoſtibus Principis ſe uniens, reus fit Majeſtatis *vol.5.d.2.l.*i.1.

Fœdera non ſemper expedit inire, cum quibus & licet, ſingulari proin prudentia ſeligendi ſunt fœderis ſocii: circa quos ſequentia notanda ſunt capita: primò potentia: 2.probitas: 3.anteacta: 4.vicinitas: 5.ſimilitudo politiæ, religionis, & morum: 6.animorum conjunctio *vol.5.d.2.l.*i.2.3 *vol.6.d.3.l.*Y.1.2.

Fœderis alicujus, ſi firmum, & validum eſſe velit, non debent eſſe multi ſocii *vol.5.d.2.l.*i.3.

Fœderum materia conſiſtit in rebus, pro quarum defenſione fœdera ſuſcipiuntur, quæ ſunt vel ſacræ, puta religio: vel profanæ, ut jurisdictiones, & territoria *vol.5.d.2 l.*1.3.4.

Fœderum pangendorum antiquitus varia forma fuit: hodie in capita certa apud Chriſtianos rediguntur, ſcriptura conſignantur, ſubſcribuntur, & juramentum de ſervando interponitur *vol.5.d.2.l.*k.2.3.

Fœderum capita minus principalia ſunt. Primò, diligenter percontari mandata, & inſtructiones legatorum: 2, cavere, ne conditiones fœderum ſint obſcuræ, aut ambiguæ: 3, ut ſcriptura ſit perſpicua, formalis, & ſufficiens: 4, ut arbitros conſtituant contrahentes potentia, & authoritate illuſtres, qui pacta in omnem eventum interpretari poſſint: 5, non infrequens eſt inter Principes, connubiis, obſidibus, mutuisque arrhis quaſi obſignare fœdera: quibus nonnunquam accedit ſolennis publicatio *vol.5.d.2.l.*k.3.4.*d.*17.*l.*rrr.2.

Fœdera etſi ſæpe publicentur, tamen præſtat ea occulta ſervari *vol.5.d.2.l.*l.1.

Fœderum forma interna potiſſimum conſiſtit in pactis, & conditionibus ſingularibus fœderibus adjici ſolitis: quæ ſunt vel æquales, vel inæquales: illæ ſunt, cum unus ab alio tantum expectat, quantum promiſit ipſe: hæ, cum non tantum, quantum ab una parte promiſſum eſt viciſſim expectatur ab altera: inſuper tamen obſervandum eſt, ut in univerſum conditiones illæ ſint licitæ, honeſtæ, æquæ, quibus etiam durationis tempus inſerere expedit, vel definitum, vel perpetuum, prout viſum fuerit *vol.5.d.2.l.*i.2.

Fœderum finis ſummus eſt gloria Dei, ſubalternus autem ſalus Reip. & in ſpecie ut

Digitized by Google

cie ut confœderati mutuis auxiliis juventur: vel ad profligandam ſubditorum rebellionem, aut barbariem exterorum bella inferentium extirpandam, vel ad religionem, libertatem, bona &c. defendenda, vel ad juſtè ſibi debita occupanda, aut ablata injuſtè recuperanda *vol.* 5. *d.* 2. *l.* l. 2. 3. 4. *d.* 17. *l.* rrr. 2. igitur fœderatus colligato ſuo injuſtam cauſam foventi auxilia denegare poteſt *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Cc. 4.

Fœdus non frangit, qui arma contra fœderati patrem, filium, aut fratrem arma ſumit, niſi expreſsè fuerint excepti *vol.* 5. *d.* 2. *l.* m. 1.

Fœdera etſi ſanctiſſimè ſervati debeant, ſunt tamen juſtæ, ac probatæ quædam fœderis ſolvendi cauſæ: nempe ſi ceſſet conditio, ſi tempus ſit elapſum, ſi finitum negotium, ſi pecunia conferenda deficiat, ſi ab alterutra parte fœdus fuerit violatum, aut alteruter fœderatorum in Imperii bannum fuerit declaratus &c. *vol.* 5. *d.* 2. *l.* m. 3. 4.

Fœderum tria principaliora capita eſſe videntur: primum cum populi paciſcuntur, ut unus in alterius ditione ſit: ſecundum quando ad comem alicujus obſervantiam confœderatum ligat: tertiò fit de auxiliis mutuo ferendis, & ſub aliis conditionibus *vol.* 5. *d.* 13. *l.* kkk. 2.

Fœdus cum externis Principibus de Imperii rebus hodie percutere Cæſar abſq; Septemvirorum conſenſu non poteſt *vol.* 5. *d.* 30. *l.* zzzzzz. 3.

Fœderati, confœderatis minores ſæpe ſub dulciſſimo amicitiæ nomine opprimuntur, ac in ſervitutem rediguntur *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Bb 4.

Fœderum ea natura eſt, ut per confœderationem unus confœderatorum ſub alterius incipiat eſſe protectione *vol.* 6. *d.* 3. *lit.* Ii. 2.

Fœmina medicinam exercere non poteſt, ad ſanitatem tamen familiæ ſi attendat, optimè facit *vol.* 1. *d.* 5. *l.* aa. 1.

Fœmina artem obſtetriciam agere poteſt, ſed ob ſexus levitatem id cum delectu permittendum: nam olim ideò fœminæ ab hac arte excludebantur *vol.* 1. *d.* 5. *l.* aa. 1.

Fœminæ multis ſtatutis repelluntur à ſucceſſionibus, & hoc ideò ut bona maneant in familia, & agnatione *vol.* 1. *d.* 12. *l.* zz. 2. vide in verbo Filia.

Fœmina etſi ab argentarii officio remota ſit, mercaturam tamen exercere poteſt *vol.* 1. *d.* 15. *l.* l. 3.

Fœminæ in feudis regulariter non ſuccedunt: ſive id ſit ſæculare, ſive Eccleſiaſticum, ſeu datum pro ſe, & filiis, ſeu pro ſe, & heredibus, etiam quibuscunque: ſive Ligium ſit, ſive emptitium, ſive pignoratitium: nec admittuntur, etiamſi bellicoſæ ſint mulieres, licet hoc quidam affirment *vol.* 2. *d.* 20. *l.* X. 3. 4. Y. 4. *vol.* 5. *d.* 39. *l.* II. 4. LL. 3. *d.* 42. *l.* FFF. 4. *d.* 44. *l.* SSS. 2. vide in verbo Feudum.

Fœmina ſemel à ſucceſſione excluſa, an perpetuò excluſa cenſeatur, difficillima eſt quæſtio? tantò magis, quia aliter ſucceditur in materia feudali, aliter in materia ſtatutorum, aliter in materia renuntiationis *vol.* 7. *d.* 2. *l.* f. 3.

Fœmineus ſexus circa colum, & fuſum verſetur, & lanificariam exercere debet diſciplinam *vol.* 2. *d.* 20. *l.* X. 3. & 4. *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Z. 3.

Fœmi-

Digitized by Google

Fœmineus ſexus ſæpe intelligitur per ſermonem maſculinum *volum*, 5. *d*.49. *l*. GGGG.2.

Fœminæ teſtari citius poſſunt quàm maſculi *vol*.2.*d*.28.*l*.NN.2.

Fœminæ honeſtè viventes ob debitum incarcerari non poſſunt *volum*.5.*d*.5. *l*.ff.3.

Fœminarum divitias ex feudi proventibus,& mariti patrimonio proveniſſe,& accumulatas eſſe exiſtimandum eſt *vol*.5. *d*.14.*l*.lll.3.

Fœminæ ab omnibus officiis civilibus remotæ ſunt, & in judicio, non niſi in propria cauſa admitti ſolent: ut & in criminalibus,niſi ſuam ſuorumque injuriam perſequantur, niſi item pro libertate, & in captivitate mariti agant: item quando cauſa ſpectat ad ægrotos parentes,nec alium quemquam qui agant,habeant *vol*. 5.*d*.18.*l*.qqqq.4.*vol*.6.*d* 3.*l*.Z.3.

Fœminæ tamen inter homines recenſendæ ſunt, non in medio hominum, & brutorum collocandæ *vol*.7.*d*.4. *l*.n.2.*d*. 10.*l*.ss.4.

à Fœmina prognati ab eo jure,graduque repelluntur,à quo fœmina ipſa ſubmovetur *vol*.5.*d*.28.*l*.kkkkkk.1.

Fœmina aliquando ad regnum admitti poteſt: aſt non niſi apud eos, qui *γυναικοκρατίαν* ferre didicerunt, & maſculina linea deficiente, aut rebus alioquin ad regni interitum vergentibus. Aliàs enim Imperium muliebre repugnat juri divino,naturali,& rationi: multi tamen fœminarum Imperium laudant *vol*. 1. *d*.22.*l*.V.3.*vol*.2.*d*.3.*l* g.2.*d*.13.*l*.β.4. vide Mulier.

Fœmineus ſexus, ubi Antiſtites, & Principiſſæ juriſdictionem exercent,Imperii ordinibus accenſetur:quem ſexum ut Imperii capacem multi decorè laudant *vol*.2.*d*.3.*l*.g.2.

Fœminæ incarcerari non poſſunt *vol*. 2.*d*.28.*l*.NN.4.

Fœminæ melioris ſunt conditionis quàm maſculi in crimine Majeſtatis à patre commiſſo *vol*.2.*d*.28. *l*.NN.4. vide Mulier,& Uxor.

Fœnus nomen habet à fœtu *vol*.3.*d*.7. *lit*.tt.4.

Fœnus eſt acceſſio ad ſortem numeratam mutuo datam ex ſola ſtipulatione, vel eſt lucrum propter cauſam mutui, quod certis temporibus exigitur: & hoc in tantùm in contractu mutui locum habet,etiam tum, cum creditoris nihil intereſt quidquam, hinc pecunia gratuita opponitur fœnori: fœnus verò in lucro duntaxat,& quæſtu eſt poſitum,neque ex natura, vel pacto mutui,ſed ex conventione duntaxat provenit *volum*. 3. *d*.7. *l*. uu.1.2.

Fœnus duplex eſt nauticum,& terreſtre: illudque rurſus proprium, aut improprium. Nauticum proprium eſt lucrum creditoris,quod habet ex pecunia navigaturo creditâ,propter pecuniæ periculum,quod in ſe recipit,quæ ob id dicitur pecunia nautica,trajectitia, item uſura maritima, quæ trans mare vehuntur, ſub qua etiam merces ex illa pecunia comparatæ continentur, nec eſt diſtinctio inter periculum,ſive ex naufragio, incurſione pyratarum, & latrocinio quoq; contigerit *vol*.3.*d*.7.*l*.uu.2. vide in verbo Pecunia.

Fœnoris nautici nullus olim fuit mo-

Digitized by Google

dus,cùm liceret id ſtipulari in infinitum *vol.3. d.*7.*l.*uu.2.

Fœnus improprium conſiſtit in illis caſibus, quibus citra navigationem pecunia datur periculo creditoris. Itaque ex pacto idem poteſt eſſe fœnoris,terreſtris,quod eſt trajectitii,quòd ſi id ſpecialiter non convenerit,periculum pecuniæ mutuatæ omninò ad debitorem pertinet *vol.3.d.* 7. *l.*uu.2.

Fœnera hæc tunc valent,ubi ſubeſt & honeſta cauſa, & materia taliter contrahendi: puta juſtæ negotiationis, vel virtutis exercendæ, ſecus ſi non ſubſit, niſi ludicra vanitatis cauſa, utpote cum vergit ad aleam,vel ſponſionem,unde etiam ex his cauſis ſponſiones non naſcuntur *vol.3. d.*7.*l.*uu.2.

Fœnus terreſtre eſt, quando ob aliam extra navigationis, & periculi ſuſcepti cauſam pecunia debitoris periculo creditur, hinc fœnerari pecuniam dicimus *vol.*3. *d.*7.*l.*uu.3.

Fœtus in utero animatus,& heres inſtitui,& in bonorum poſſeſſionem mitti, nihilque in ejus præjudicium fieri poteſt *vol.1.d.5.l.*aa.1.

Fœtus in utero latens pars matris adhuc, & ejus viſcerum eſt *volum.5.d.*47.*l.* CCCC.1.

Fœtus ſubmittere,eſt diſpertire,& diviſionem quandam facere capitum gregis,ut intelligatur, quæ capita ſint proprietarii, quæ fructuarii: quæ diviſio eſt facti,non juris *vol.6.d.*4.*l.*Mm.1.

Forenſem cum libro meo, aut equo tranſeuntem arreſtare poſſum, non ut jus aliquod novum in eâ re acquiram, ſed ut præparem viam ad vindicationem, ad quam ſcrupoſus jaceretur aditus re mea aliò translata *vol.5.d.*4. *l.*aa.1.

Forenſis vocatur,qui non eſt civis,aut ſubditus,nec domicilium in loco ibi permanendi, aut habitandi perpetuo fixit: ſic Syndici, Conſiliarii, Studioſi, advenæ hoſpites vocantur forenſes: aliàs etiã impropriè vocatur forenſis,qui in loco non habet originem,quamvis ibi habitet:ſed propriiſſimè vocatur forenſis,qui nec origine, nec domicilio, nec incolatu de corpore civitatis eſt *vol.5.d.*17.*l.*eeee.2.

Foreſti jus à banno ferino, multum differt *vol.5. d.*46. *l.*YYY.1. *vol.1.d.2.l.*h. 3.4.

Foreſti jus regalibus annumeratur *vol.* 4.*d.*19 *l.*pppp.1.*vol.1..*2.*l.*h.3.4. *vol.5. d.*11. *l.*ccc.2. *d.* 21. *l.*kkkkk. 3. lllll. 1. *d.* 46. *l.* YYY.1.

Foreſti jus qui habet, etiam habet bannum ferinum, ſed non è contra *vol.5.d.*46. *l.*YYY.1.

Foreſti jus, ſive foreſtalis jurisdictio, die Forſtliche Obrigkeit/die Forſtliche Gerechtigkeit/ nullam importat jurisdictionem ſive merum imperium, niſi in iis, quę in foreſta, & ratione foreſtæ fiunt *vol* 5. *d.*46 *l.*YYY.1.*d.*11.*l.*ccc.2.*d.*21 *l.*kkkkk.3. lllll.1.

in Foreſtis jurisdictio ad Dominum regalia habentem pertinet. *volum.5. d.*11. *l.*ccc 2.*d.*21.kkkkk.3.lllll.1.

Foreſtæ jura ſunt: ut quis delicta, & malefacta ratione foreſtæ, & non ulterius, punire: ordinationes foreſti Forſtordnung/ & mandata publicare, contra transgreſſores eorum exequi, & pignora capere (quod tamen ei quoque, qui jus tantùm venandi, ſive bannum ferinum habet

habet

habet concedi aliâs ſolet) quæ pignora per pecuniam luitione recuperantur, & ab exercitio ſuperioris, & inferioris venationis alios arcere poſſit *volum.5.d.*46. *l.*YYY.1.*diſp.*11.*l.*ccc.2.*diſp.*21.*l.*kkkkk.3. lllll.1.

Foreſtæ prætérea jura ſunt ut quis excíſiones arborum immodicas **das vnziemliche Baumabhawen** / quo officiat ſervituti venandi proprietario, prohibere, omneque id, quo venandi exercitium præpeditur, inhibere, item ne fructiferæ arbores excidantur, item ne ſubditi palos nimis acutos in ſepibus ponant, cavere: aliquando ſubditos ad expenſas adigere, **zu der Jägerzährung** / & operas **zu der Jägerfrohn** poſſit *vol.5.d.*46.*l.*YYY.1. 2.*d.*21.*l.*kkkkk.3.lllll.1.

ad Foreſti Dominum tertiò ſpectant: **der Schnit/oder Nunnenmacherey**: item **die Schüz/vnd Wildzughäuſer**: item arbores vel vento, vel ætate corruptæ, **die Windfäll: Otter/vnd Biberfang**/quorum tamen animalium capturam quidam ad piſcationis jus referunt: fructus in foreſta nati. Denique foreſtam ſuccíſis lignis cingere poteſt Dominus. Et in genere Domino Foreſti competit omne id, ſine quo venandi ſervitute commodè uti non poteſt: & removere id, quod ei in venatione impedimento eſt *vol.5.d.46.l.*YYY.2.

Foreſtæ Domini, **die Forſtherren** ſolent nonnunquam à ſubditis, & incolis ejus loci aliquot modios avenæ accipere, in recognitionem, & ſymbolum illius juriſdictionis, quæ avena vulgò dicitur **Jagthabern / oder Forſthabern** *volum.5.d.*46. *l.*YYY.1.

Foreſtæ Dominus excíſiones arborum immodicas inhibere poteſt: Quamvis enim proprietatis Dominus ligna cædere ex foreſta, & arbores in uſum ædificiorum, vel ob aliam neceſſitatem, aut commodi, & lucri gratia aliis vendere poſſit, tamen foreſtæ Dominus hoc interdicere poteſt, ſi Dominus proprietatis immoderatè hoc faciat. Item eradicare arbores, & penitus devaſtare ſylvam, ſive ad culturam redigere, & frumenta ibi ſerere, vel quæ alia, vitesve plantare Dominus foreſtæ prohibere poteſt. Quod ſi ejuſmodi eradicatio fieret inſcio fortè foreſti Domino, tunc Decimas ex illo agro habebit, aut jacturam pretio æſtimabit *vol.5.d.46.l.*YYY.1.2.

ad Foreſti Dominum ſpectat etiam jus paſculandi, ſive paſcendi, ſues immittendi tempore glandium, glandes legendi, depaſcendi: niſi ſcilicet ſylva ad paſcua deſtinata ſit, ubi tunc jus illud erit penes proprietarium: item habebit jus lignandi, & ſeparandi ligna arida, & defalcandi graminis: quæ poſteriora tamen proprietariis, ac ſubditis ferè concedi, & certis modis, atque temporibus permitti plerumque ſolent *vol.5.d.46.l.*YYY.2. vide in verbo Venatio.

Foreſtæ jus docetur per exercitium juris foreſtalis, hujusque juris fructus *vol.5. d.*21.*l.*kkkkk.3.

per Formam res eſt id, quod eſt, & à cæteris diſtinguitur; uſque adeò, ut neglectis ſubſtantialibus etiam in minimis totum negotium peſſum eat, niſi lex forſan ulterius progrediatur, defectui aliam pœnam apponens *vol.3.d.*16.*l.*V.1.*vol.5.d.*17. *l.*kkkk.3.*d.*29.*l.*qqqqq.1.

Formæ diminutionem, ſeu diviſionem

Digitized by Google

res nullam patitur, eaque neglecta præſumitur agi negotium otioſum, inane, vel ſaltem infirmum *vol.3.d.16.l.*V.1.

Forma rei & alicujus actus ad unguem ſervanda eſt, nec ſufficit eam ſervaſſe per æquipollēs, quippe cùm aliud ſit, quid eſſe tale, vel loco talis haberi *volum.4.d.9. l.*pp.1.2. *vol.5.d.*10. *l.*tt.2. ita ut forma non ſervata, ſi quam actui præſcribat Lex, totus actus plerumque corruat *vol.6.d.16. l.*Cccc.4.

Forma legali non obſervata nihil agitur *vol.6.d.19.l.*Tttt.4.

Formam appetit materia, quam ſi non habet eſt imperfecta *vol.4.d.*10.*l.*bbb.1.

Forma dat eſſe rei *vol.4.d.*10.*l.*bbb.1. dat perfectionem, omnia conſervat *vol.6. d.19.l.*Vuuu.1.2. eſt ipſiſſima rei conſummatio, & exædificatio *ibid.*

Forma denominat actum non materia *vol* 4.*d.*10.*l.*bbb.1.

Formæ omiſſio vitiat actum in foro conſcientiæ, ita ut teſtantis voluntas ex teſtamento imperfecto, minusque ſolenni ab heredibus impunè ſperni, & contemni poſſit, heres tamen ad præſtanda legata, cæteraque, quæ teſtamento minus ſolenni exequenda, implendaque continentur, obligatur *vol.5.d.*10.*l.*tt.2.

Fortibus nil timendum, nil etiam contemnendum *vol.6.d.3.l.*Bb.2.

Fortuna eſt maximè anceps, ita, ut idem ſæpe nunc ſit dives, nunc pauper *vol.6.d.*19.*l.*Tttt.4.

Fortunæ Dux Deus, imò Dei beneficium eſt *vol.6.d.6.l.*Rr.3.

Fortalitiorum extruendorum jus, regalibus adſcribitur, quæ etiam extrui debent in Regnis, ſed pauca *volum.4.d.19. l.*nnnn.4. *volum.5.d.19. l.*bbbbb.1.*diſp.*21. *l.*kkkkk.4.*vol.6.d.3.l.*Gg.3.

Forum in judiciis, quis ſortitur, ubi Rei vel domicilium, vel major fortunarum pars eſt. Nam forum Rei ſequitur Actor *vol.1.d.*12.*l.*zz.4.*vol.2.d.*1.*l.*c.4.*d.*28. *l.*NN.4.*vol.3.d.15.l.*Q.2. *vol* 4.*d.*8.*l.*gg.2. *d.25.l.*F.3.*vol.5.d.*15.*l.*mmm.4.nnn.1.

Forum ſortitur quis, & ratione delicti, & contractus, & poſſeſſionis in eo loco, ubi hæc peracta ſunt *vol* 2. *d.*1.*l.*c.4. *d.*7. *l.*gGg.3.iIi.1.*vol.3.d.*15.*l.*Q.2.*volum.5.d.*15. *l.*nnn.1.2.3.4.per tot.

Forum aliàs non competens conſenſu litigantium prorogatione competens fieri poteſt ſcilicet de perſona ad perſonam. ſed jure Canonico excepti ſunt Clerici, quibus non eſt permiſſum in judicem non ſuum conſentire, niſi fortè ſit perſona Eccleſiaſtica, in quam volunt prorogare, & Epiſcopi Diœceſani voluntas accedat *vol.7.d.6.l.*bb.2.

ad Forum aſſignandum non tàm rei ſitæ ratio (actiones purè in rem excipe) quàm perſonæ qualitas attendi debet *vol. 2.d.3.l.*n.3.

Forum quilibet ſortitur ratione contractus, & conſuetudinibus loci obligatur *vol.3.d.5.l.*cc.3.mm.1.*vol.5.d.*15.*l.*nnn. 2.forum tribuit locus contractus, ſed ita, ſi quis ibi reperiatur *vol.7.d.6.l.*bb.2.

Forum nemo ſortitur in alieno territorio, niſi ibi contrahat, aut delinquat *vol.3.d.5.l.*nn.4.*vol.5 d.*15.*l.*nnn.2.3.

in Foro quovis actor ejus fori ſtatutis, conſuetudinibus, & legibus tenetur, & ſecundùm hæc procedere, & judicium excipere debet *vol.4.d.8.l* gg.2.

de Foro juris, & judicii querelæ omnium au-

um audiuntur, tanquam de juris interverſione *vol.4.d.23.l.*A.3.

in Foro Eccleſiaſtico læſus venditor citra dimidium, ſuæ indemnitati per cenſuras Eccleſiaſticas proſpicere poteſt *vol. 5.d.*10.*l.*uu 3.

Forum ſortitur reus ratione domicilii: cùm autem hoc duplex ſit, originis, & habitationis, in hoc conveniri poteſt reus, ſive ibi reperiatur, ſive non, in priori ſecus eſt, quod ſi plura domicilia reus habuerit, actoris erit electio, quo in loco agere velit *vol.5.d.*15.*l.*nnn.1.2.

Forum ſortitur reus ex contractu ratione loci in quo contraxit, licet ibi incola non ſit, vel domicilium non habeat, nec reſpicitur, qualis contractus ſit: locus autem contractus intelligitur, ubi quid dari promiſſum eſt, ſeu in quo, ut quis ſolveret, ſe obligavit, licet alibi contractus celebratus ſit; aut ſi de eo expreſsè nihil dictum eſt, ubi negotium geſtum eſt *vol.5.d.*15.*l.*nnn.2.

Forum ſortitur reus non aliter ex contractu in contractus loco, quam ſi ibidem deprehendatur, niſi ſit advena, qui confeſtim de illo loco receſſurus ſit: quòd ſi reus, vel debitor in loco contractus non reperiatur, ſi tamen bona eo loci poſſideat, niſi ſe ibidem defendat, immiſſionem bonorum patietur, licet quoad effectus perſonam concernentes ſecus ſit. Cùm autem locus contractus ſit, in quo quid dari promiſſum eſt, quæritur, quis judex ſit competens, ſi quis ubique locorum, aut ubicunque inventus fuerit ſe ſoluturum obligaverit: Et puto coram quocunque conveniri poſſe: alii verò ajunt Cameram *vol.5.d.*15.*l.*nnn.2.*d.*34.*l.*V.2.3.

Forum ſortitur reus ex delicto publico in loco commiſſi criminis, vel ubi deliquit *vol.5.d.*15.*l.*nnn.2.*d.*34.*l.*V.3.

Forum ſortiuntur Clerici coram Epiſcopo ſuo etiamſi in Laici territorio deliquerint *vol.5.d.*15.*l.*nnn.2. vide in verbo Clerici.

Forum ſortitur etiam Clericus ratione loci, in quo res, de qua agitur, ſita eſt, ſive ad ipſam proprietatem, ſive poſſeſſionem agatur: porrò in actoris arbitrio ſitum eſt, reum aut in loco ubi res ſita eſt, aut domicilium habet convenire *vol.5.d.*15.*l.*nnn.3.*d.*34 *l.*V.3.

Fori juriſdictio quintò fundatur per continentiam cauſæ, & ubi hæc eſt, ibi forum ſortitur reus *vol.5.d.*15.*l.*nnn.3.*d.* 34. *l.*V.2.3. vide in verbis Continentia cauſæ, & Litiſpendentia.

Fori juriſdictio ſextò fundatur ratione reconventionis, quando quis ab adverſario in eodem judicio de cauſis, in quibus leges reconventionem admittunt, reconvenitur *vol.5.d.*15. *l.*nnn.4.*d.* 34.*l.*V.4.X.1.

Fori juriſdictio ſeptimò fundatur ratione privilegii certis ex cauſis certis perſonis conceſſi, ut militibus propter cingulum militiæ, & miſerabilibus perſonis, ut viduis, & pupillis, &c. quæ in ſuo tantùm foro conveniuntur, nec evocari, ipſæ autem evocare poſſunt: ſimiliter Principes, Prælati, Comites, Nobiléſve Imperio immediatè ſubjecti privilegium primæ inſtantiæ habent der Außträg/ vide in hoc verbo *vol.5.d.*15.*l.*nnn.4.000.1.

Foris juriſdictio octavò fundatur ratione cauſarum. Cauſæ enim feudales, ſi lis inter Dominum, & Vaſallum coram

Digitized by Google

paribus Curiæ examinantur: ſi verò inter Vaſallos, Dominus feudi eſt judex competens etiam ratione poſſeſſionis, non ordinarius *vol.5.d.15.l.*ooo.1. vide in verbo Feudum.

Forum judicis incompetentis, per litis conteſtationem competens fit: item ſi partes aliquem judicem eligant, in ipſum conſentiant, ejuſque juriſdictioni ſe ſubjiciant, à qua tamen conventione ante aditionem reſilire poſſunt, niſi juramento fuerit firmata *vol.5.d.15.l.*ooo.1.

Forum, aut juriſdictio ſuperioris fundatur decimò ratione privilegii à ſe conceſſi, quotiescunque ad pœnam privilegio inſertam agitur: undecimò, quando reus actoris eſt ſubditus: duodecimò, ob denegatam ab inferiore juſtitiam *vol.5.d.15.l.*ooo.1.2.

Forum eduliorum, aut rerum venalium impediri non debet *vol.7.d.1.l.*c.1.

Franciæ Pares les Paîrs, ex Eccleſiaſticis, & ſæcularibus conſtant *vol 2.d.3.l.*g.2.

Franciæ Pares, non niſi coram Franciæ Paribus conveniri poſſunt *volum.*4. *d.*17. *l* ſſſf.4.

Franciæ Regnum per feudorum Regalenſium regno apertorum ipſi regno factam incorporationem ad hanc, qua nunc eſt, potentiam crevit *vol.2.d.6.l.*ss.2. *d.*15.*l* I.3.

Franciæ Regnum Imperio olim ſubfuit, nunc autem exemptionem prætendit, nec ſuperiorem agnoſcit *volum.2.d.3.l.*f.4 *d.*4.*l.*t.4.*d.*13.*l.β.*4.

Frangenti fidem fides frangatur & ipſi *vol.1.d.*16.*l.*p.1.*vol.3.d.*11.*l.*l.1.*volum.5.d.2.l.*m.3.*d.*17.*l.*sss.1.*vol.6.d.3.l.*Hh.1.

Fratres adoptivi ſibi invicem non ſuccedunt, niſi forſan ab aſcendentibus utriuſque tàm paternæ, quàm maternæ lineæ facta ſit adoptio *vol.2.d* 20 *l.*Y.3.

Fratres naturales, id eſt, nothi ſibi invicem ſuccedunt, ſi ex linea materna utrinque conjuncti ſint *vol.2.d* 20.*l.*Y 3.

Fratrum duorum pluriumve liberi, in capita ſuccedunt, non in ſtirpes *vol.2.d.*20. *l.*Y.3.*vol.5.d.*35.*l.*Z 4.

Fratrum filii ſi ſoli fuerint, in capita ſuccedunt pattuo *vol.1.d.12.l.*zz.1.

Fratri jure civili non permittitur de gravi, & capitali crimine accuſare fratrem, in levioribus autem delictis permittitur. Jure autem Canonico frater de graviſſimo crimine hæreſeos poteſt fratrem accuſare *vol.7.d.6.l.*dd.4.

Frater cum fratre in ejusdem patris poteſtate conſtituti, invicem contrahere non valent, nam pro una, eademque perſona reſpectu patriæ poteſtatis habentur: quare inter illos, ut ſic, ſtipulatio, & obligatio eſſe non poteſt *vol.3.d.9.l.*aaa.4.*d.*12. *l.*K.3.

Fratrem eſſe, & ut fratrem diligi, paria ſunt *vol.5.d.4.l.*z.3.

Frater fratrem in teſtamento præterire, ac extraneum inſtituere heredem, illæſa, & bona conſcientia non poteſt *vol.5. d.*10.*l.*tt 2.

Frater fratri fiduciarius eſt tutor, ſuorumque numero continetur *volum.2.d.*23. *l.*CC.4.

Fratrum nomine ſæpe etiam ſorores intelliguntur *vol.6. d.*18. *l.*Qqqq.1. *vol.*7. *d.2.l.*g.2.

Fratri integrum eſt, quemlibet extraneum præterito fratre inſtituere, ſi integræ, & honeſtæ exiſtimationis perſonam inſtituat

Digitized by Google

inſtituat, ſecus ſi turpem, & famoſam. ajunt aliqui adjecta clauſula codicillari fratrem ad ſalvandum ſupremum elogium hereditatem etiam infami, uſurario, & concubinæ reſtituere debere *vol.*7. *d.*2.*l.*g.2.

Frater item tum fratris teſtamentum ob inſtitutam turpem perſonam impugnare non poteſt, ſi hæc perſona aliàs teſtatori ab inteſtato ſucceſſura eſſet *vol.*7. *d.*2.*l.*g.2.

Frater uterinus, aut ex fratre nepos, aut frater ſocialis, nequaquam ad querelam inofficioſi admittuntur *volum.*7.*d.*2. *l.*g.2.

Fraus in omni diſpoſitione intelligitur excepta, & ſi quid in fraudem, non valet *vol.*1.*d.*12.*l.*E.1.

Fraudis interpretatio in jure non ex eventu duntaxat, ſed ex conſilio quoque conſideratur *vol.*5.*d.*43.*l.*MMM.4.

Fraus, & dolus non præſumuntur, niſi doceantur. Probantur autem teſtibus, inſtrumentis, conjecturis, præſumptionibus, & confeſſione partis *volum.*1. *diſp.*12. *l.*E.2.

Fraus cùm difficilis probationis ſit, illa probatio ſufficit, quæ haberi poteſt *vol.*1.*d.*12.*l.*E.2.

Fraus purgatur juramento, probatio tamen in contrarium admittitur, etſi id contineat exceptionem litis finitæ *vol.*1. *d.*12.*l.*E.2.3. *vol.*3.*d.*5.*l.*oo.4.

Fraus, & dolus quibus indiciis, & conjecturis præſumatur, & probetur *vol.*3.*d.*1. *l.*c.4 *vol.*1.*d* 12.*l.*E.2.3.

Fraudem fraude repellere licet *vol.*3. *d.*5.*l.*oo.4.

Fraus non eſt facilis præſumptionis, ita ut præſumptivè eam probaſſe ſufficiat *vol.*3.*d.*5.*l.*pp.2.

Fraus in rebus, & negotiis multipliciter committitur: primò, fit fraus de re ad rem: 2. de perſona ad perſonam: 3. de contractu ad contractum: 4. de nomine ad nomen, verbi gratia, quando Presbyteri ſolent vocare concubinas ſorores: 5. per additionem, quando uſurarii aliquid retinent ſiliquarum nomine: 6. de modo, ad modum: nam prohibita diſponi non poſſunt ſub conditione, & pœna: 7. de quantitate, ad quantitatem, verbi gratia, ſtatuto cavetur, quod pœnæ non poſſint exigi, jam verò quis promiſit centum, cum hoc pacto, quod ſi inter annum 60. ſolverit, intelligatur abſolutus à reliquo, quia reſiduum pœna eſt, non ſors *vol.*5. *d* 49.*l.*HHHH.4. de fraude plura vide in verbo Dolus.

Fraude, dolo, & mendacio omninò Princeps non utatur etiamſi id fieri poſſet in Reip. utilitatem. Itaque nec Principem hoſtem vel veneno, vel quovis medio fraudulento tollere debet *vol.* 4. *d.*2.*l.*i.4.

ad Fraudem excludendam frivolæ, temerariæ, & beſtiales cauſæ ſufficiunt *vol.* 6.*d.*3.*l.*Hh.1.

Fraudibus domeſticis facilè quidvis pro negotii oportunitate confingi, vel id, quod verè geſtum eſt, aboleri poteſt *vol.*7. *d.*4.*l.*p 4.

Fructus fundi oppignerati, quo utitur creditor, in uſuras crediti imputandi ſunt *vol.*5. *d.*47.*l.*BBBB.3.

Fructus rei alicujus ad eum pertinent, ad quem rei dominium ſpectat *vol.*3 *d.*1. *l.*h 2.

à Fru-

à Fructuum perceptorum reſtitutione generaliter titulus excuſat, etſi contractus reſcindatur ex enormiſſima læſione *vol.3.d.*1.*l.*h.2.

Fructus,qui reſtitui debent, ii regulariter intelliguntur,qui deductis omnibus impenſis,ac ſumptibus ſuperſunt *vol.3.d.* 1.*l.*h.2.3.

ſi Fructus integros emptor ſine expenſarum deductione reſtituerit, eas poſtmodum repetere non prohibetur *vol.3.d.* 1.*l.*h.3.

in Fructuum reſtitutione computantur expenſæ, & meliorationes in re factæ: imò fructus etiam poſt moram percepti ſortem ipſam,ac pretium extenuabunt, ac minuent. ob expenſas verò & melioramenta, non cauſa fructuum, ſed in rem utiliter factas, emptori retentio tantiſper, donec ſolvantur, conceditur *vol.3.d.*1.*l.*h.3.

Fructuum, vel alterius intereſſe, & quantitatis incertæ liquidatio appellatione etiam pendente fieri poteſt,nec hoc attentatum erit *vol.3.d.*2.*l.*k.2.

Fructuum perceptio ſeu per nos fiat, ſeu per alium noſtro nomine modus acquirendæ poſſeſſionis certiſſimus eſt *vol.* 3.*d.*3.*l.*s.4.*vol.6.d.*3.*l.*Gg.1.

ex Fructuum perceptione non neceſſariò fundi poſſeſſio infertur. Nam contingere poteſt, ut unus Fundum, alter fructus habeat *vol.6.d.*3.*l.*Gg.1.

Fructus in reſtitutione continentur, ideoque actionis jure petuntur, non diverſo, ſed eodem, quo ipſa res, ſeu ipſum corpus petitur *vol.3.d.*7.*l.*H.4.

Fructus tàm naturales,quàm induſtriales poſſeſſor bonæ fidei ſuos facit, ſed hoc de conſumptis intelligendum,non extantibus *vol.3.d.*13.*l.*M.3.*vol.4.d.*31.*l.*BB,3. *vol.5.d.16.l.*ppp.1.2.3.*vol.6.d.*4.*l.*Kk.3.adeò, ut quamvis ſæpe poſſeſſor rem non uſucapit propter poſſeſſionis initium ipſo ignorante vitioſum, tamen fructus ob bonam fidem ſuos faciat *ibid.volum.7.d.*7. *l.*hh.4.

Fructuarius omnium bonorum diligens inventarium conficere debet, ne res ipſas diſſipet, ſed ſciri poſſit, quid illarum remanſerit *vol.3.d.16.l.*X.3.

Fructibus annuis legatis, legatus erit uſusfructus *vol.4.d.*31.*l.*BB.1.

Fructus ſuos non facit,qui poſſeſſor ab initio eſt bonæ fidei, deinde verò incipit eſſe malæ fidei *vol.4.d.*31.*l.*BB.3.*vol.6 d.*4. *l.*Kk.3.

Fructus vocabulum in jure variis ſignificationibus accipitur, quas ibi vide. Propriè autem, & magis communiter ſic definitur, quod ſit acceſſio rei, vel ex ipſo corpore,cujus fructus eſſe poteſt,vel ejus occaſione ad utilitatem hominis percepta *vol.5.d.*16.*l.*000.3.

Fructus ſunt aut naturales, aut induſtriales, aut civiles: naturales ſunt, qui ex ipſo corpore, cujus fructus eſt, proveniunt: induſtriales, qui cultum hominis, ſaltem aliquem ad minus requirunt: civiles, quos occaſione rei, non ex ipſa re jus producit *vol.5.d.*16.*l.*000.3.4.*volum.6.d.*4. *l.*Kk.2.*vol.7.d.*7.*l.*hh.4.

ad Fructus naturales in ſpecie ſic dictos referuntur, pomum, fœnum, arundo cædua, nuces, glandes, & alii fructus ſylveſtres: item fructus omnium lapidis, & metalli fodinarum, ut & arena *vol.5.d.*16. *l.*000.4.

Fructus

Digitized by Google

Fructus induſtriales ſunt in vino, frumento, leguminibus, fœtubus pecudum *vol.5.d.16.l.*000.4.

Fructus civiles ſunt penſiones ædium, vecturæ jumentorum, uſuræ &c. *volum.5. d.16 l.*000.4.

Fructus etiam refertur ad eas res, quibus aliquo modo uti poſſumus, ſed tamen uſumfructum earum rerum potius habere dicimur *vol.5.d.16 l.*000.4.

Fructus etiam dividuntur in maturos, & immaturos *vol.5.d.16.l.*000.4.

Fructus etiam dividuntur in extantes, & conſumptos *vol.7.d.7.l* hh.4.

Fructus finis eſt utilitas hominum: idcircò partus ancillæ in fructu non eſt *vol. 5.d.16.l.*000.4.

Fructus propriè in perceptione debent eſſe, ita ut à terra teneri deſierint, vel potius à corpore, ex quo provenerunt, ſeparati ſint, ſi enim terræ adhuc, vel corpori cohærent, non fructuum rationem obtinent, ſed pars fundi eſſe videntur: aliàs dividuntur in fructus pendentes, & jam perceptos *volum.5.d.16.l.* 000.4.

Fructus percepti, tunc percepti dicuntur in Domini, coloni, & bonæ fidei poſſeſſoris perſona, ſimul atque à ſolo ſeparati ſunt: ſed in fructuarii perſona tum demum percepti dicuntur ſi expreſſi ſunt, id eſt, cum excuſſum frumentum, coacta vindemia, oleum factum eſt: quidam jure finguntur etiam percepti, ideò quia percipi debuerunt, vocanturque percipiendi: hinc quæritur ah fructus, qui percipi potuerunt, intelligendi, ac æſtimandi ſint ex conditione petitoris, an verò poſſeſſoris? & Papinianus reſpondit, generaliter in hoc caſu animadverti debere, non, an malæ fidei poſſeſſor fruiturus ſit, ſed an petitor frui potuerit, ſi ei poſſidere licuiſſet *vol.5.d.16.l.*000.4.

in Fructibus perceptio eſt modus acquirendi dominii, eſt tamen revocabilis, conſumptio verò irrevocabilis *vol.7.d.7. l.*hh.4.

Fructus præterea diſtinguuntur in conſumptos, & non conſumptos, ſive adhuc extantes: ſic etiam dicuntur vel actu exiſtentes, vel futuri: item in veteres, & recentes: item in atidos, ut legumina, & liquidos, ut vinum, oleum &c. *vol.5.d.16. l.*ppp.1.

Fructus percipiendi jus, qui vel revera habuit, vel ſibi arrogavit, aut acquirit eos, aut non acquirit, ideoque Domino vindicanti extantes, & condicenti conſumptos reſtituere neceſſe habet *vol.5.d.16. l.*ppp.1.

Fructus percipere, & domum convehere eſt factum: ſed uſusfructus, quo & ipſo fructuum percipiendorum jus continetur, eatenus in facto conſiſtere dicitur *vol.6.d.4.l.*Kk.2.3.

Fructus qui acquirere poſſunt, vel ſunt eorum Domini, vel non Domini: Domini vel ſunt verè tales, ut proprietarii quilibet, iique vel in ſolidum, vel pro parte: vel tales habentur, ut bonæ fidei poſſeſſores. Non Domini ſunt malæ fidei poſſeſſores. Proprietarius, ſi in ſolidum talis eſt, jure ſoli fructus in, vel è re ſua natos omnes, ſin pro parte, fructuum etiam partem acquirit *vol.5.d.16.l.*ppp.1.

Fructus conſumptos bonæ fidei poſſeſſor ſuos facit non extantes, hoc tamen in ali-

in aliquo caſu etiam non obtinet *vol.5. d.16.l.*ppp.2.3. *vol.7.d.7.l.*hh.4.

Fructus etiam conſumptos bonæ fidei poſſeſſor reſtituere tenetur, ſi ex iis locupletior factus ſit. Nam tunc adhuc extare creduntur *vol.5.d.16.l.*ppp.2.3. *vol.7.d.7. l.*hh.4.

in Fructibus civilibus bonæ fidei poſſeſſor idem jus obtinet, quod in naturalibus, & induſtrialibus: ſed quæ de bonæ fidei poſſeſſore dicuntur, ea de eo ante litis conteſtationem intelligenda ſunt: nam poſt eam omnes cujusve ſpeciei etiam conſumptos reſtituere tenetur, ſi litem perdat, cùm à litis conteſtatione ſemper in mala fide fuiſſe præſumatur *vol.5.d.16.l.*ppp.3. *vol.7.d.7.l.*hh.4.

Fructus omnes malæ fidei poſſeſſor reſtituit, cujuscunque ſint ſpeciei: & perceptos: & percipiendos: & extantes: & conſumptos, & ſive locupletior factus ſit ſive non *vol.5.d.16.l.*ppp.3. *vol.7.d.7.l.*hh.4. expenſas tamen in iis factas conſequitur *ibid.*

à Fructibus percipiendis malæ fidei poſſeſſorem titulus non excuſat *vol.5.d.16. l.*ppp.3.

Fructus ſequuntur ipſum principale, id eſt, fundum, ſunt enim ejus pars *vol.5. d.34.l.*X.4.

Frumenti evectio ex provincia, ſi prohibita ſit, quæritur, an repertus in via puniri poſſit, ac ſi jam conſumaſſet, alii affirmant, alii negant, alii diſtinguunt *vol.3. d.5.l.*pp.2.

ad Fugam capiendam ab alio adorſus, ſeu invaſus non tenetur, nec ad expectandum primum ictum, nec ad paritatem armorum, ſed ipſi, quicquid neceſſitas miniſtrat, permittitur *vol.1.d.19.l.*Q.4. *vol.2. d.23.l.*CC.2. *vol.4. d.9.l.*ss.4. *vol.5.d.35. l.*Y.2.3.

Fugam, ſi quis ab alio invadatur, nemo arripere tenetur, ſed hoſtem expectare poteſt, & ſe defendere *vol.2.d.23.l.*CC.2. *d.24.l.*FF.2.

Fuga illius, qui hominem interemit, ſufficiens ad torturam ſignum non eſt, nec perpetrati injuſtè homicidii indicium, ſi vir bonæ vitæ, ac famæ fuerit, nec ante ulla ſuſpicione prægravatus *vol.2. d.24.l.*GG.2.

Fuga alicujus plerumq; probationem aliquam efficit, præſertim ſi abſens poſt inchoatam, aut comminatam litem abiit, ultrò non redeat, nullam juſtam cauſam ſuæ abſentiæ prætendat, atque ſuſpecta, & inhoneſta perſona ſit: & ſufficit fuga ad arreſtandum, incarcerandũ, & quandoque fugientem, torquendum. Idem etiam de fugæ ſuſpecto dicendum, imò hic per incompetentem judicem, aut aliam quamvis privatam perſonam capi, & detineri poteſt *vol.4.d.33.l.*HH.2.

de Fuga ſuſpectus dicitur, qui immobilia ſufficientia non poſſidet: ſecundò, qui opponit exceptionem compenſationis, & ſpoliatæ fidei, negotiationisque, & beneficii de nõ conveniendo, ultra quàm facere poſſit, eo enim ipſo apertè fatetur ſuam inopiam: tertiò, qui negotiationis exercitio valere juſſo, more ſolito in nundinis merces non coëmit, quas revendat, ſed conſequenter præter morem officinam ſuam clauſam habet: quartò, qui ſub gravibus uſuris pecunias accipit: quintò, qui multis fidejuſſoribus ſe implicat: ſextò, qui ludos ludicros, & prohibitos

hibitos exercet: ſeptimò, qui bona ſua mobilia loco ſecreto tenet, unde facilè poſſunt auferri: octavò, qui ſarcinulas componit, inducta in domicilium abducit, illata tollit, & aufert *vol.5.d.4.l.*bb.3.

Fuga aliquando delictum eſt, plenèq; probat, nam ex carcere, aut de militia fugiens, capitali ſupplicio afficitur *vol.4. d.33.l.*HH.3.

Fugientem ex meo territorio malefactorem in alterius territorium unico actu inſequi, & apprehendere poſſum *vol.5.d.20.l.*ddddd.2.

Fullones ſordidam, & vilem artem exercent *vol.4.d.9.l.*yy.2.

Fundos habere præſtat, quàm pecunias *vol.6.d.16.l.*Cccc.2.

Fundum, qui familiaritatis cauſâ ingreditur, non videtur poſſidere *vol.7.d.7. l.*ff.1.

Fundus ſi ſit alicui legatus, in dubio ita videtur legatus, ut heres, ſicut teſtator, per eum tranſire poſſit *volum.5.d.11. l.*yy.1.

Fundos confines interdum etiam ſupra juſtam æſtimationem emimus *vol.6. d.16.l.*Cccc.2.

Funeratitium debitum omnibus creditoribus præfertur; ad quod ſpectant etiam impenſæ pro medicina ægroti expoſitæ *vol.2.d.11. l.*xXx.4. *d.28. l.*NN.3. *vol.5.d.7.l.*ll.1.2.*vol.7.d.4.l.*n.2.3. non verò in monumentum *ibid.*

Funeratitia actio nata eſt ex æquo, & bono ad recuperandum illud, quod propter funus impenſum eſt *vol.7.d.4.l.*n.2.

Funus quiq; curant, quiq; proſequuntur in jus vocari non poſſunt *vol.7. d.8. l.*mm.2.

Furioſus nec lege Cornelia de ſicariis, nec L. Aquilia de damno dato, neque extra ordinem, neq; Conſtitutionibus Eccleſiaſticis tenetur: item pro mortuo habetur, ejusq; voluntas nulla eſt *vol.2.d.22. l.*B.3. *vol.4.d.27.l.*M.1. *vol.5. d.14. l.*lll.3. *vol.6. d.1. l.*B.3.*d.16. l.*Bbbb.1. *vol.7.d.7. l.*ff.4. nec authore curatore poſſeſſionem acquirere poteſt *ibid.* de effectu furoris quoad jura vide in omnibus fermè materiis, in quibus agi aliquid debet.

Furioſus teſtari nequit *vol.3.d.10.l.*A.2. ejus nec eſt conſenſus, nec ſenſus, nec voluntas, nullum negotium rectè contrahit, per omnia, & in omnibus abſentis, & quieſcentis loco habetur, affectu caret: unde ſive ſtipuletur, ſive promittat, nihil eum agere natura manifeſtum eſt, quare nec in jus vocari poteſt *vol.7.d.8.l.*mm.3.

Furioſus nec pro delicto ante furorem commiſſo, in ipſo furore præſertim pœna corporis afflictiva puniri poteſt *vol.1. d.19.l.*Q.2.

Furioſus adire hereditatem nequit nec curatore authore, niſi quando furor remiſerit, ipſeque mentis, & voluntatis ſuæ compos ſit *vol.6.d.4.l.*Ll.1.

Furor ſuperveniens in jure noſtro ſæpè aut nullius, & parvi eſt momenti *vol.7. d.7.l.*hh.1.

Furtum pœnitentia non tollit *volum.1. d.12.l.*D.1.

Furta domeſtica à ſervis, & mercenariis commiſſa, ſi viliora ſint, publicè vindicanda non ſunt *vol.2 d.1.l.*e.3.

Furtum ſine animo, affectuque furandi non committitur *vol.2.d.7.l.*ili.3. imò necdum fur eſt jure civili, qui furti faciendi cauſa conclave ingreditur, niſi rem

contrectet, etſi jure Canonico aliter ſit *vol.7.d.6.l.*dd.4.

Furtum, ſimiliterque falſi crimen ſine dolo non committitur *vol.2.d.7.l.*ili.3.

Fur nocturnus, ſi ex vulnere moriatur, percuſſor non erit reus homicidii *vol.2. d.24. l.*DD.2.

Fur quinque ſolidorum ſuſpendi poteſt, præſertim ſi id ſæpius factitârit *vol.5. d.46. l.*AAAA.2.3. *vol.6.d.5.l.*Oo.3. quod tamen durum eſt, præſertim ſi tale furtum à pluribus factum ſit *ibid.*

Fur non aliter, niſi mortis adſit periculum jure occidi poteſt *volum.2. diſp.24. l.*EE.3.

Fur ſi equo meo inſideat, & res mihi abripiat, etſi eum aliter punire non poſſim, tamen eum fugientem globo trajicere non poſſum *vol.2. d.24. l.*EE.3. *vol.5. d.10. l.*uu.2.

Furtum eſt contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, vel poſſeſſionis, quod lege naturali prohibitum eſt admittere: & eſt manifeſtum, & Nec-manifeſtum: illud eſt, quando in ipſo furto, aut cum re furtiva deprehenſus, vel viſus fuerit, antequam eo loci, quo deſtinarat, pertulerit: hoc, quando tum demum deprehenditur, cum perlatum eſt furtum ad locum deſtinatum *vol.2.d.35.l.*GG.4.

Furem nocturnum occidere licet, quia neſcitur, an ad furandum, an verò occidendum venerit *vol.1.d.19.l* Q.4.

Furtum utrumque, variè diſtinguitur in Oblatum, & Conceptum, Diurnum, & Nocturnum, Domeſticum, & Non domeſticum, Tumultuarium, Balneariuin, Arborum furtim cæſarum, Abigeatus: quarum diſtinctionum uſus hodie in pœna mitiganda, vel exaſperanda ſervatur, etſi aliàs obſoleverit *volum.2.diſp.25. l.*GG.4.

Furtivam rem ſuſcipiens, eamque celans, actione furti tenetur, ac non manifeſti obnoxius eſt *vol.2.d.25.l.*GG.4.

Furem celans ſimpliciter tenetur pœna de receptatoribus *vol.2.d.25.l.*GG.4.

Furtiva res inventa apud furem eo ad mortem condemnato Domino rei cedit, non fiſco *vol.2.d.25 l.*GG.4. & ſtatuta, quæ contrarium inducunt, & Fiſco rem furtivam approprianr planè ſunt irrationabilia *vol.6.d.5.l.*Oo.3 *vol.7.d.4.l.*n.1.

Furtiva res à quolibet poſſeſſore vindicatur, non refuſo pretio, ſi quis à fure emerit *vol.2. d.25.l.*GG.4. *vol.3.d.5.l.*pp.3. *d.9.l.*bbb.4. *vol.7.d.4.l.*m.4. agi etiam poteſt vel condictione furtiva contra furem, aut heredes, aut rei vindicatione contra quemcunque alium poſſeſſorem *ibid.*

Furti actio contra ſervum, filium, & uxorem non datur, etſi his ſurripiant, & hoc verè furtum ſit *vol.2.d.25.l.*GG.4.

Furti actiones competunt, vel in perſonam, vel in rem. In perſonam, vel ad pœnam, vel ad rei perſecutionem, danturque omnibus, quorum ex honeſta cauſa intereſt furtum non fieri, adverſus eum, qui rem alienam intercipiendo animo ſurripuit, opem, conſilium præſtitit, aut qui hoc egit, ut alii commoditas, & occaſio res alterius ſubtrahendi offerretur *vol.2.d.25.l.*GG.4.

Furtiva condictio ad rei perſecutionem adverſus furem, ejusque heredes datur in ſolidum: pœnalis autem actio ex

hoc delicto contra heredes non datur *vol.2.d.25.l.*GG.4.*vol.3.d.13.l.*M.4.

Furti pœna apud gentes varia fuit: hodie laqueus introductus eſt apud omnes fermè, quod & æquitati ob furtorum frequentiam conſentaneum eſt *vol.2.d.25.l* HH.1.

Für ſuſpenſus, ſi fracto laqueo in terram adhuc vivus ceciderit, tamen non liberabitur *volum.2.d.25.l.*HH.1.*vol.5.d.35.l.*AA.2.

Fur in loco delicti puniri debet, maximè ſi hoc petatur *vol.2.d.25.l.*HH.1.

de Furtis *vol.2.d.26.l.*II.4 per tot.

Furem cum rebus noſtris aufugientem perſequi, remque ab eo recuperare poſſumus *vol.3.d.5.l.*pp.4.

Furti pœna, quæ eſt laqueus, nimis atrox videtur *vol.4.d.13.l.*ppp.3. præcipuè ſi furta parva ſint, & ſtatuta in contrarium ſunt valde irrationabilia *vol.6.d.5.l.*Oo.3.*d.9.l.*Mmm.4. ſed fures potius ad operas publicas damnandi ſunt *ibid.*

Furtum natura eſt prohibitum,& pœnis coërcendum *vol.4.d.13.l.*ppp.3.

Furum pœna capitalis, quæ mortis eſt, juſtiſſimis rationibus nititur, etſi quidam contrarium aſſerant *vol.5.d.35.l.*AA.2.

Fuſtigatio capitalis pœna non eſt *vol.1.d.13.l.*F.4.*d.2.l.*k.4.

quod Futurum confeſtim eſt, pro facto habetur,& de proximo complendum pro completo *vol.6.d.6.l.*ss.1.

Futuræ res quoque emi, & vendi poſſunt,ut, verbi gratia, fructus, & partus: & eædem obligantur, ſtipulando promittuntur, & teſtamento legantur: fructibus tamen non natis,aut partu non edito nulla eſt emptio *vol.3.d.9.l.*ccc.3.

Futurarum rerum emptio, ubi quaſi alea emitur, etiam valet,id eſt,ubi captus piſcium,vel jactus miſſilium emitur *vol.3.d.9.l.*ccc.3.

quæ à Futuro, ut incerto eventu dependent,non habetur ratio *volum.5.d.14.l.*mmm.3.

Futuro juri non poteſt renuntiari ſimpliciter, ſed ſolum per pactum *vol.7.d.5.l.*x.3.

Futurus dolus per pactum remitti nequit *vol.7.d.5.l.*x.3.

G.

GAlliam Imperio Franci rapuerunt, & Caroli nepotes deinde tenuerunt: itaque ſe liberam magnificè dicit *vol.2.d.3.l.*f.4.*d.4.l.*t.4.*vol.4.d.1.l.*)( )(.2.*d.17.l.*ffff.3.*vol.5.d.2.l.*f.4 *d.17.l.*dddd.3.

Ganerbii dicuntur præcipuè ii, qui etſi diverſarum familiarum ſint, unam tamen arcem, aut oppidum ſimul, unà, & communiter poſſident: aut in mutuam ſucceſſionem pacta familiæ inierunt, in hunc finem, ut caſtrum ſuum communibus viribus defendant: ubi pulchrè: quæ pacta plerumq; eò tendunt, ut uno mortuo ſuccedat alius ex eàdem familia, aut ſi non extet aut nolit, portio deficientis adcreſcat cæteris *vol.2.d.4.l.*dd.1,2.*vol.5.d.2.l.*q.2.3.4.*d.39.l.*MM.3. Ganerbii itaque dicuntur, quaſi gemeine Erben/communes heredes *vol.7.d.9.l.*nn.2.

Ganerbiorum arces ſunt Rotenberg/ tribus milliaribus Noribergâ diſtans, Fridberg in Veteravia, Salsburg ad Salam in Franconia *vol.7.d.9.l.*nn.2.

Gemellis primo partu ex Principe natis, quis primogenitus dicetur, idque jus

in ſucceſſione conſequetur? Reſpondetur, qui primus rupit uretum, quod ſi non appareat, in allodio patris electioni, in feudo Domini electioni res permittenda eſt *vol.* 2. *d.* 20. *l.* X. 1. *volum.* 3. *d.* 1. *l.* c. 2. *vol.* 5. *d.* 28. *l.* ffff. 3.

de Genere ad ſpeciem optimè progredimur, & cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis *volum.* 7. *d.* 5. *l.* u. 3.

Generi per ſpeciem derogatur *vol.* 5. *d.* 23. *l.* qqqqq. 2. rrrrr. 1. *vol.* 6 *d.* 10. *l.* Ppp. 3. *vol.* 7. *d.* 4. *l.* s. 4.

Generis nomen deſignat omnes deſcendentes maſculos, & fœminas, & ex his progenitos, atque adeò omnes cognatos *vol.* 5. *d.* 32 *l.* Q. 3.

Genus ipſum expreſſio rei certæ plerunque reſpicere ſolet, & referri ad verbum ſignificativum generis. Quoties autem enumeratio ſpecierum illud reſpicit, facta cenſetur cauſa determinationis *vol* 6. *d.* 8. *l.* Eee. 1.

Generaliter prolata generaliter ſunt intelligenda *vol.* 7. *d.* 4. *l.* n. 4.

in Genere quod dicitur, ad omnes ſpecies extendirur *vol.* 5. *d.* 46. *l.* YYY. 1. *d.* 49. *l.* HHHH. 1. *vol.* 7. *d.* 4. *l.* n. 4. s. 4.

Generaliter qui pactus eſt, ſi dein neget ſe de aliqua cauſa, aut ſpecie cenſuiſſe non eſt ferendus *vol.* 7. *d.* 4 *l.* n. 4.

in Generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis in ſpecie non fuiſſet conceſſurus *vol.* 5. *d.* 46. *l.* ZZZ. 2. 3. *volum.* 7. *d.* 9. *l.* nn. 2. nec ea, quæ in ſignum privilegii ſingularis Cæſari reſervata ſunt, atque adeò ſpeciali nota egent, nec ea, in quibus concedendis Princeps ſe ſolet reddere difficilem *vol.* 7. *d.* 9. *l.* nn. 3.

ſic in Generali obligatione rerum non continentur ea, quæ veriſimile eſt quenquam ſpecialiter, & expreſsè obligaturum non fuiſſe *vol.* 7. *d.* 4. *l.* q. 4.

Generale verbum non importat ſpecificam expreſſionem, ſecus tamen videtur in verbo univerſali *volum.* 5. *diſp.* 49. *l.* HHHH. 2.

Generale univocum verbum de proprietate includit omnes ſpecies: & verba generalia generaliter ſunt intelligenda, & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus: & idem operatur generalis diſpoſitio, quoad omnes, quod operatur ſpecialis, quoad ſpeciales: amplia, ut hoc etiam procedat in diſpoſitione ſtricta, fortius igitur in favorabili: Amplia: 2, etſi in una ſpecie ſit major ratio, quàm in altera. Limita primò, ſi ſit diverſa ratio, hinc diſpoſitio favorabilis non comprehendit odioſam ſpeciem: Limita, 2, ſi natura rei repugnat, ut quando expreſſio ſpecialis omnino requiritur, nec ſufficit generalis, vel abſurdum, vel impoſſibile ſequitur: Limita 3, ſi repugnet veriſimilis mens diſponentium: Limita 4, ſi in aliqua ſpecie diverſum ſtatutum ſit expreſsè: Limita 5, ſi genus declaretur per ſpecies *vol.* 5. *d.* 49. *l.* HHHH. 3.

Gentilitas, id eſt, infidelitas ſola, non privat quem jure naturali, divino, dominiove rerum, & provinciarum *vol.* 2. *d.* 7. *l.* bBb. 1.

Gentiles ſi inter Chriſtianos quietè degant, nec quicquam, turbulentum tentat, aut legibus contrarium, tolerati debent, nec impunè quis ipſos offendet, & ſi quid ipſis auferat, duplum reſtituet: exercitium autem ethnicæ ſuperſtitionis

ipſis

ipſis permitti non debet, imò, ſi quietè vivant, nec expelli poſſunt: idem ſtatuendum de Saracenis, Barbaris &c. *vol.2.d.7. l.*bBb.1.

Gentiles ex ſola gentilitatis, id eſt, infidelitatis cauſa propriis ipſorum in terris ſecuritate publica deſtitui, bello implicari, hoſtiliter invadi, vita, bonisque privari ſalva, & illæſa conſcientia non poſſunt *vol.2. d.7.l.*bBb.1.

Geneva Helvetiis contermina jus monetandi à Conrado 2. Cæſare accepit: Imperio ſubeſt *vol.2.d.13.l.γ.3. vol.5.d.2. l.*h.2.

Geneva Imperio ſubeſt, etſi libertatem magnificè jactet: jus monetæ à Conrado 2. accepit *vol.2.d.4.l.*u.4.*d* 13.*l.γ.3. vol.4.d.17.l.*ffff.3.*vol.5 d.2.l.*h.2.

Germanorum Imperium non temperatus ex Monarchia, & Ariſtocratia ſtatus, nec Ariſtocratia, ut Bodinus acerrimè contendit, ſed Monarchia eſt, & Cæſar noſter Monarcha Optimus Maximus. *vol.1.d.22.l.*Y.1. *vol.2.d.3.l.*g 1.*d.4.l.*r.2. x.1.2.*d.5.l.*ff.4.*d.7.l.*eEe.4.*vol.4.d.1.l.*)()(.1. *d.2. l.*a.3.4. *d.4. l.*o.2.*d.12.l.*kkk.3.4.*d.15. l.*ttt.1.*d.19.l.*oooo.1.2.*vol.5.d.30.l.*zzzzzz.2. 3.4.*d.42.l.*ZZ.2.3.4.

Germaniæ Principibus competit jus patronatus in Epiſcopatus ſuæ civitatis *vol.2.d.3.l* o.2.

Germaniæ Regnum, ceu Romanum Imperium omnes triumphos; & titulos ſola in ſe excepit, omniaque reliqua Regna poſt ſe relinquit, & ſuperat *vol.2.d.4. l.*r.2.

Germani Principes etiam cenſentur, qui vivo avo paterno etiam extra Germaniam nati ſunt *vol.2.d.6.l.*ll.3.*vol.4.d.1.* *l.*)()()(.2.*d.*19.*l.*oooo.4. *volum.5 diſp.*28. *l.*llllll.2.

Germaniæ cum Pontifice concordata *vol.2. d.9. l.*rRr.1.2. *vol.5. d.17. l.*gggg.4. *d.23.l.*nnnnn.3.

Germanici Imperii tranquillitas, & diuturnitas in quadruplici Imperii ordine conſiſtit, & harmonica iſta adminiſtratio Germaniæ ſalutaris eſt *vol.4. d.1. l.*)()(.1.*d.2.l.*a.4.

Germano-Romanum Imperium non eſt Pontificis feudum *vol.4. d.2. l.*b.2.3. *vol.5.d.23.l.*nnnnn.4.sssss.1.*d.24.l.*uuuuu. 3.4.*d.28.l.*mmmmmm.1.*d.30.l.*A.3.4. vide in verbo Cæſar.

Germani absq; Cæſaris licentia ſuam operam exteris Principibus in bello addicere poſſunt *vol.4.d.4 l.*o.3.4.

ad Germanici Imperii Majeſtatem requiritur ſummoperè, ut omnes ejus lingua, id eſt, teutonica utantur *vol.4 d.5. l.*r.1.

Germanicum Imperium conſtat ex capite, & membris, id eſt, Cæſare, & Principibus Imperii, ac Statibus *vo.4.d.6.l.*bb.2. *d.19. l.*mmmm.1. *vol.5. d.1. l.*a.2.3.*d.28. l.*pppppp.4.fundatur etiam ſuper urbibus Imperialibus tanquam nobiliſſimis ſuis membris *vol.6.d.9.l.*Iii.3.

Germani Principes, Germani ſunt origine *vol.5.d.1.l.*a.2.

Germanorum ingens dignitas, & magna ſemper virtus fuit *volum.5 d.1.l.*a. 2.3. *vol.6.d* 8. *l.*Bbb.1.

Germanorum, ceu Romanum Imperium finem uſque ad mundi finem non videbit *vol.5.d.23.l.*ttttt.3.

Germano-Romanum Imperium eſt electivum *vol.5.d.28.l.*llllll.1.

Germa-

Germani ſemper à Romanorum jugo ſe acerrimè defenderunt: tamen Germanorum conterranei Franci aliquos ex Germanis ſervitute preſſerunt, inter quos Alemanni à Clodoveo, & Succeſſoribus, & Dein Saxones à Carolo Magno veræ quaſi ſervituti fuere ſubjecti: reliqui tamen manſerunt liberi *vol.6. d.*8.*l.*Aaa.4. Bbb.1.

Germaniæ fines: intra quos aliqui Bohemiam meritò recenſent, alii non *vol.*5. *d.*29.*l.*qqqqqq.3.

Gloria dulciſſimum, & vehementiſſimum virtutis calcar, & incitamentum eſt *vol.*4.*d.*9.*l.*00.1.*d.*10.*l.*ccc.3.

Graduum computationem, quam in contrahendo matrimonio jus Canonicum excogitavit, & obſervari vult, multi JCti juris civilis explodunt *volum.*1.*d.*3. *l.*r.1.

Gratia Principis pura, & puta, quæque ex mera liberalitate promanavit, tamdiu durabit, quamdiu Princeps eam ratam habebit; aut gratiam iſtam ii, qui eam receperunt, dignis obſequiis penſabunt; nam gratia donati à reverentia donantis non ſunt liberati *vol.*2.*d.*3. *l.*p.3. vide in verbo Privilegium.

Gratia ex contractu, & transactione cum Principe facta ab ipſo alicui indulta, ſemper rata manet, nec Princeps tales ſine offenſa turbare poteſt *vol.*2.*d.*3.*l.*p.3.

Gratia donatione remuneratoria à Principe acquiſita ſemper rata manet. Cùm enim hæc non ſit mera liberalitas, ſed ob merita, alióve titulo oneroſo quæſita penſatio, retractari à Principe nequit, dummodo merita ipſa non nimis enormiter excedat *vol.*2.*d.*3.*l.*p.3. vide in verbo Privilegium.

Gratiæ Principum latiſſimè interpretandæ ſunt *vol.*6.*d.*1 *l.*E 4.

Gratia data ſub, & cum conditione, ac cauſa, ceſſante cauſa, ceſſabit & gratia, ſublatoque fundamento ipſa collabeſcet *vol.*2.*d* 3.*l.*p.3.

Gratiæ non eripiuntur, ſed conceduntur ſanguini, maximè verò propter benemerita *vol.*2.*d.*20.*l.*Y.3.

Gratiæ delinquentibus, & ob delicta damnatis concedendæ jus inter regalia refertur, eoque Principes noſtri gaudent *vol.*5.*d.*1 *l.*d.2.3 *vol.*6.*d.*1.*l.*C.3.

ad Gratitudinem obligamur *volum.*7. *d.*10.*l.*tt.1.

Gratis nemo militare, aut onus ſuſcipere cogitur *vol.*5.*d.*6.*l.*F.4.

qui Gravatur in uno, relevandus eſt in alio *vol.*6.*d.*8.*l.*Eee.1.

Guelforum, & Gibellinorum origo *vol.*4.*d.*2.*l.*h.3.*d.*17.*l.*ffff.3.

Griſones fœdere percuſſo ſe ipſos in libertatem aſſeruerunt, quorum tres uniones ſunt *vol.*5.*d.*2.*l.*h,1.

H.

HAbitatio eſt facultas gratis per ſe habitandi in alieno conceſſa ad certum tempus, & plerunque quamdiu habitator vivet *vol.*6.*d.*4.*l.*Mm.2.

Habitatio ad uſum refertur, ac quaſi cum uſu idem eſt *vol.*6.*d.*4.*l.*Mm.2.

inter Habitationem, & uſum communia ſunt, quod tùm is, cui uſus ædium, tùm is cui habitatio conceſſa eſt, per ſe habitare debent, non per alium: quod jus ſuum nec ad heredem transmittere, nec

alii

alii cedere poſſunt: quod perſonas, quas uni licet recipere, eaſdem etiam alteri liceat *vol.6.d.4.l.*Mm,2.

Habitatio perimitur morte, conſolidatione, & rei interitu: in hoc differt ab uſu, qui ultra capitis diminutione, & non utendo perditur *vol.6.d.4.l.*Mm.2.

Habitatio eſt facti *vol.6.d.4.l.*Mm.2.

Habitatio aliquando plus juris continet, quàm uſus: Nam habitationem habens, eam alii locare poteſt: qui uſum non poteſt *vol.6.d.4.l.*Mm.2.

Habitatio iterum aliquando minus juris habet, quàm uſus: nam illa tantum habitandi jus, hic & habitandi jus, & alimenta neceſſaria continet *volum.6. d.4. l.*Mm 2.

Heresis eſt delictum execrandum *vol.* 7. *d* 4.*l*.o.3.

de Hæreſis crimine tranſigi non poteſt *vol.*1.*d.*13.*l.*G.1.

Hæreticus ipſis elementis injuriam facere dicitur *vol.*7.*d.*4.*l.*o.3.

Hæretici communi ſecuritate gaudere non debent: imò hæreticis legitimè agnitis, ac condemnatis liberum falſæ, atque erroneæ ſuæ religionis exercitium permitti non debet, ita ut nec quidem paciſci cum eis Princeps aliquis poſſit, ut liberè in damnata ſua Secta vivant *vol.*2. *d.*7. *l.*bBb.3.4. *volum.*4. *d.*2. *l.*c.3.4. *d.*21. *l.*yyyy.1. *vol.*5.*d.*17.*l.*mmmmm.1.

Hæreticæ perſonæ ſunt, quæ in Eccleſiæ gremio conſtitutæ (ut diſtinguantur à Gentilibus, & Judæis) doctrinam falſam fundamento fidei contrariam, perverſam, & magno Eccleſiæ (cujus unitatem, quantum in ipſis eſt, ſcindunt) ſcandalo pertinaciter tuentur. Illos autem dignoſcendos eſſe ex ſola ſcriptura, utpotè quæ eſt fidei menſura, errorum cenſura, ad cœlos cynoſura, Proteſtantes acerrimè contendunt. Sed vide de hac materia noſtros Theologos. Sed ne innocens huic numero accenſeatur, de hæreſi certò, & liquidè conſtare debet, iſque de hæreſi eſſe condemnatus *vol.*2.*d.*7.*l.*bBb.4.*vol.*5. *d.*17. *l.*mmmm.1. *vol.*7.*d.*4.*l* o.3.

Hæreticum itaque non ſolus nominis ſonus conſtituit, ſed indiciorum, argumentorumque, quibus ſuſpectus convincitur, gravitas, & pondus requiritur *vol.*7. *d.*4.*l.*o.3.

Hæretici ſic legitimè agniti, & condemnati, non modo ab honoribus, officiisque publicis arceantur, ſed & aliàs impunes non abeant: præterquam enim quod pœnam incurrunt excommunicationis, quæ tamen ſententiam declaratoriam requirit, inſuper politicam quoque merentur pœnam, pro qualitate facinoris arbitrariè infligendam, putà pecuniariam, exilii: aut deportationis perpetuæ, perpetuive carceris, bonorum publicationis, & confiſcationis, ac perpetuæ etiam poſt mortem infamiæ: rariſſimè tamen leges civiles ex cauſa hæreſeos pœnam ad ultimum uſque ſupplicium, & naturalis vitæ ademptionem extendunt *vol.*2.*d.*7. *l.*cCc.1. *vol.*5.*d.*2.*l.*K.3.4 M.3.*d.*3.*l* Aa.3.

Hæreticos ab omni liberalitate, & ſucceſſione ex quovis etiam titulo removet conſtitutio, adeò, ut excluſis filiis hæreticis, cognati orthodoxi ſuccedant, & his non exiſtentibus fiſcus, niſi fiat fœderatus, vel aliter prout viſum fuerit Imperatori honoretur *vol.*7.*d.*2.*l.f.*3.*d.*3.*l.k.*2.

Hæreticos pœnam pro qualitate fa-

cinoris mereri dictum eſt. Nam diſtinguuntur primò à corrigibilibus, & reſipiſcentibus (quibus Eccleſia gremium ſuum non claudit, ſed delicti veniam dat) in errore perſeverantes, pertinaces, impœnitentes refractarii. ſecundò, docentes, ſeu ſeductores à diſcentibus, & ab iis, qui ſimplicitate, ſeu ruſticitate, errore, ignorantia, veſania, deceptione perſonæ ducuntur, ſeu hæretici ab iis, qui hæreticis credunt, ſive turbones ab erronibus. tertiò, disputaces, veritati contradicentes, & errorem palàm mordicùs defendentes: quartò, qui pernicioſiores, & deteſtabiliores errores defendunt, ab iis, qui leviori aliquo argumento à judicio Catholicæ religionis deviare noſcuntur: quintò, ab hæreticis ſimplicibus hæretici alio inſuper crimine ſeveriùs coërcendo affecti, veluti ſi aperta concurrat blasphemia, vel etiam ſeditio *volum.2. diſp.7. l.*cCc.1.

Hæreticis, quod tales ſint, ex jure civili capitalem pœnam non inferri dictum eſt, verum Doctores pœnam illam regularem fecerunt, imò multi eos ad ignem condemnant, quorum opinio pleriſque nimis dura videtur *vol.2. d.7. l.*cCc.1.2. *vol.6.d.2.l.*K.4.

Hæreticis conventicula ſeditionis evitandæ cauſa in jure prohibentur *vol.2. d.7.l.*cCc.1.

Hæreticorum libri comburendi ſunt *vol.2.d.7.l.*cCc.1.

Hæretici ad inſtar Gentilium, & Judæorum potiùs, tolerandi, ſi pacificè vivant, quàm occidendi ſunt *vol. 2. d.7. l.*cCc.2.

Hæreticis ſepultura non eſt deneganda *vol.4.d.2.l.*e.1.2.

Hæretici à nemine in Patrocinium ſuſcipi debent *vol.6.d.3.l.*Bb.3.

Hæreticos ſe eſſe negant Proteſtantes *vol.4.d.2.l.*e.1.2.

Hanſeaticarum urbium fœdus, etſi nobile ſit, & multum Reip. Saxonicæ in propulſandis Suecis, & Danis contulerit: tamen ſpeciem quandam conſpirationis refert, eſt tamen à Cæſaribus confirmatum *vol.1.d.10.l.*N.1, *vol.5.d.2.l.*h.2.3.

Hanſeaticæ urbes exemptiones, & immunitates partim receperunt, partim retinuerunt, quod ferarum gentium incurſiones ſtrenua manu ſtitiſſent *vol.2. d.3. l.*k.1.

Hanſeatici fœderis etymologia, tum urbium in eo comprehenſarum numerus, ejusque origo *vol.5.d.2.l.*h.2.3. *vol.6. d.3.l.*Y.3.

Hanſeatici fœderis protectionem plurimi Principes affectârunt *volum.6. d.3. l.*Y.2.3.

Hanſeatici fœderis protectionem habuerunt Equites Teutonici *volum.6. d.3. l.*Y.2.3.

Henrici 7. ſententiam in Robertum Siciliæ Regem latam, revocavit Clemens 5. *vol 7.d.5.l.*y.2.

Hereditatis aditio eſt facti *vol.6. d.4. l.*Kk.4, Nn.1.

in Heredes tranſeunt actiones tàm activæ, quam paſſivæ, & heres debet uti jure defuncti, etſi ipſe ſit privilegiatus *vol.1.d.12.l.*yy.4.A.1. *vol.3.d.5.l.*oo.2. *vol.5. d.8.l.*pp.1. *vol.6.d.2.l* K.1.*d.4.l.*Ll.2. *vol.7. d.4.l.*o.2.

ex Heredibus unus poteſt alterum cogere

gere

ſere, ut pignus pro parte ſua luat, niſi tamen is, qui non vult luere, coheredi jus ſuum cedat *vol.1.d.12.l.*A.2.

Hereditas pactis conferri non poteſt: & hoc de jure civili, nec id per jus canonicum correctum eſt *volum.1.d.16.l.*N.4. *vol.5.d* 33.*l.*BB.1.2.

Hereditatis poſſeſſio in defuncti heredem ſine hereditatis adprehenſione nullo modo continuatur *vol.2.d.14.l.*D.4. *vol.3. d 5. l.*ll.5. vide Poſſeſſio *vol.7. d.4. l.*m.3.

Hereditas repudiari poteſt vel verbis, vel re *vol 6.d.4 l* Kk.2.

Hereditas per procuratorem adiri non poteſt *vol.6.d.4.l.*Ll.1.

Hereditatem adire nemo poteſt, niſi is cui eſt delata *vol.6.d.4.l.*Ll.1.

Hereditatis aditio, & bonorum poſſeſſio inter ſe differunt, nam illa eſt ex actibus legitimis: hæc non *vol.6.d.4.l.*Ll.1.

Hereditatem poteſt adire pupillus: vide Pupillus.

Hereditatem adire poteſt curatore authore prodigus, & mutus, non furioſus, niſi ubi furor remiſerit *volum.6.d.4. l.*Ll.1.

Heredi principali, cui quarta dilatio data erat, rectè in Camera Imperiali datur nova, adeò, ut juramento, vel reſtitutione non ſit opus *vol.2. d.20.l.*Y.4.

Hereditate adita, ſtatim dominium in heredem abſque ulla corporum apprehenſione tranſit *vol.6.d.4 l.*Nn.2.

Hereditatem adire nolo, ſi dicam, protinus hereditas à me repudiata cenſebitur *vol.3.d.1.l.*d.3.

Heres, etſi ignoret res hereditarias, tamen defuncti dominium continuat *vol.6. d.6.l.*Qq.2.

Heres facto defuncti contraire, ejusque voluntatem infringere non poteſt *vol.3.d.1.l.*d.3.

in Heredem nihil aliud transfundi poteſt, niſi, quod eſt hereditatis *vol.6.d.4. l.*Nn.2.

in Heredes tranſeunt generaliter res omnes, & cauſa tota etiam cum ſuis vitiis *vol.3.d.1.l.*i.4.*vol.5.d.*4.*l.*aa.1.

Heredem qui ſe dicit, ſe talem eſſe probare debet *vol.6.d.2.l.*I.3.

in Hereditatis aditione, quam filius inſtitutus adire voluit, quæritur, an pater loco filii adire poſſit, & ſubſtituto præferatur? & Negatur, quia ſubſtitutus retinebit ſuum jus *volum.6.d.4.l.*Kk.4. vide Subſtitutus.

Hereditatem repudiando filius ſine patre, ei minimè nocet, ideò quod ſpes primi gradus per eam repudiationem minimè extinguatur *vol.6.d.4.l.*Kk.4.

Hereditatis aditio in mera facultate conſiſtit, quæ ita corpori inhæret, ut etiam cum corpore extinguatur *vol.6.d.4. l.*Kk.4.

Heredi, ſi defunctus in ſua poſſeſſione turbatus fuerit, inter dicto *uti poſſidetis* ſubveniri non poteſt: quia poſſeſſio non niſi naturaliter apprehenſa in heredem tranſit, quamvis Eccleſia heres inſtituta ſit, quæ ſententia non ſolùm in allodialibus, ſed etiam feudalibus valet: tamen ſi nomine defuncti parentis ageret ſuus heres, & ipſius poſſeſſionem legitimè doceret, ipſi hoc interdictum permitti poſſet; Et hæc quidem ita ſunt, quando defunctus per ſe animo, & corpore ſuo poſſidebat.

debat. Verumenimverò, ubi animo ſuo, ſed corpore alieno, ut per colonum, vel alium poſſidebat, heredi hoc interdictum concedi optimè poſſet: quin imò ubi vigore ſtatuti, vel conſuetudinis poſſeſſio in heredem ſine nova apprehenſione continuatur, eum ex hoc interdicto contraturbantes agere poſſe omninò ſtatuendum eſt *vol.3.d.3.l.*q.1.2.

Heredis ſui exiſtentia facit quidem heredem ſed non poſſeſſorem: quia dominii translatio, non infert poſſeſſionis translationem, nec proprietas, ſic ſeparatim intellecta, quicquam commune habet cum poſſeſſione *vol.7.d.4.l.*m.3.

Hereditate cadente cum defuncto priſtina poſſeſſio eſſe deſinit *vol.7.d.4.l.*m.3.4.

Hereditas non pro numero filiorum ſuperſtitum, ſed ſuccedentium dividitur *vol.7.d.2.l.*f.4.

in Heredes, quod eſt transmiſſibile, illud nec eſt ceſſibile *vol.7.d.4.l.*o.3.

Heredi, qui in poſſeſſione unius rei hereditariæ, quam cum cæteris non eſt adeptus, turbatur, non competit interdictum *uti poßidetis*, nec eo hoc caſu uti poteſt *vol.3.d.3.l.*q.2.

in Heredem ſeu ſingularem ſucceſſorem poſſeſſio absque apprehenſione non tranſit: hinc colonus in ferendo penſionem debitam facto ſuo poſſeſſionem in perſona heredis transferre putatur *vol.3.d.3.l.*t.1. vide Poſſeſſio.

Heredis vox ſubſequentes quosvis denotat, & generalem notat regulam nomen heredis, ſi non apponatur tali materiæ, quæ ſui natura cohæret perſonæ omnes ſequentes comprehendit *vol.3.d.9.l.*hh.2.

Heredibus ſuis quilibet proſpicere præſumitur, etiamſi eorum non fiat mentio *vol.7.d.4.l.*o.2.

Heredis Inſtitutio, & Subſtitutio eſt tàm facti, quàm juris *volum.6.d.4.l.*Ll.2. Nn.1.

Hereditatis ſucceſſio juris naturalis, gentium, & civilis eſt, ita ut in totum filii ab ea excludi non poſſint, quin tamen à ſtatuto onus ejus imponi queat, haud ambigendum: imò cum in nondum delatis ſucceſſionibus jus heredibus quæſitum non ſit, ſtatutum fieri poteſt, quo in totum eæ auferantur: ſic ſtatuto legitima liberorum minui poteſt, cur igitur non modica gabella hereditati paternæ ad eos devolutæ imponi poteſt: quòd ſi autem indefinitè ſtatutum de hereditatibus loquatur, non exprimendo in ſpecie hereditates paternas, æquius eſt, ut liberi hereditatem liberè, & ſine onere percipiant: cùm non tàm hereditatem, quàm liberam bonorum adminiſtratione conſequi, & retinere hereditatem, non acquirere, & unam eandemque perſonam cum defuncto repræſentare dicantur. Detrahit igitur hæc gabella ex rebus, quæ in collationem veniunt: cum enim communio illa ſit realis rectè dicitur rem collatam eſſe hereditariam *vol.3.d.5 l.*ll.3.

Heres ex defuncti debeto regulariter non tenetur, niſi ipſo jure à lege viventi ſit impoſita pœna, vel ex dolo defuncti ad eum aliquid pervenit, aut lis cum defuncto conteſtata ſit; ſic in publicis judiciis, ſi lis conteſtata ſit cum defuncto, & condemnatio ſecuta, tunc heres obligatur

tur exceptis majeſtatis, & repetundarum judiciis *vol.3. d.5. l.*oo.2. *vol.7.d.6.l.*dd.4. ubi aſſeritur etiam contrarium jus Canonicum ſtatuere ut poſitione ſequenti *ibid.* poteſt videri poſitio illa: Delictum ſuos teneat authores.

Heres ex jure Canonico, licet ad eum nihil pervenerit, ad reſtitutioné compellitur, non tamen ultra vires hereditatis, & manifeſtè hic à jure civili diſcrepat: tàmen in terris Imperii jus Canonicum civili hac in parte præfertur, cùm tangat animam, & liberationem defuncti *vol.3. d.5.l.*oo.2.

Heres ſuus, etſi nominatim heres inſtitui, aut exheredari debeat, ſufficit tamen per relationem ad ſcripturam aliquem heredem nominari *vol.3.d.5.l.*pp.2.

Heres ſuus (id eſt, filii, vel deſcendentes) aut in teſtamento inſtituendus, aut exheredandus eſt: neque hic diſcrimen eſt inter ſexum ſeu parentum, ſeu liberorum. Nam ſi purè prætereatur teſtamentum erit infirmum *vol.3.d.*10. *l* B.4. C.4. F.2.3.*vol.5.d.39.l* II.2. vide Teſtamentum.

Hereditates, & legata amicitiæ cauſa plerumque relinquuntur *vol.6. d.*10. *l.*Ooo.1.

Hereditas vendi poteſt, ſed ad hoc requiruntur ante omnia, ut hereditas alicujus ſit, isque jam deceſſerit, niſi nominatim actum fuerit, ut ſi quæ ſit hereditas, ea empta ſit. Hereditate vendita venditor nihilominùs tenetur creditoribus hereditariis, niſi fiſcus ſit, qui eam vendidit. Emptori autem primò res hereditarias, cum omni emolumento, quod à morte teſtatoris ad tempus uſque venditionis ad eum pervenit, aut perventurum eſt, aut dolo malo ejus eſt factum, quo minùs perveniret, tradere tenetur: 2, ſicut corpora hereditaria tradere, ita actiones hereditarias, earum rerum nomine, quæ nondum ad ſe pervenerunt, emptori cedere debet: qua ceſſione facta jure mandatis utitur, ſin minus utiles actiones ſuo nomine movere poteſt: 3, debet etiam ſatisdare de evictione hereditatis (non verò ſingularum rerum, in quibus nec Ædil. Edicto locus) & de facto ſuo: ſic in emptorem hereditatis tranſit jus accreſcendi *vol.3.d.9.l* ccc.2.*vol.6.d.*10.*l.*Ooo.3. 4. ita autem omnia transeunt in emptorem, ut etiam transeat jus accreſcendi, ſi quod fuit *ibid.*

Hereditatis emptor viciſſim tenetur venditori: primò reſtituere, quod ipſe venditor, vel procurator ejus, vel alius quis ejus negotium gerens, pro hereditate dedit, dummodo ipſi venditori aliquid abſit: ſecundò etiamſi venditor nihil adhuc præſtiterit: propter hereditatem tamen obligatus ſit, nihilominùs cum emptore agere poteſt: 3. cogitur emptor reſtituere ſervitutes, item actiones, quæ contra defunctum competebant, quas aditione hereditatis venditor amiſit *vol.3. d.9.l* ccc.2.

Hereditas plerunque magna onera ſecum tranſit *vol.6.d.4.l.*Ll.1.

Heredis inſtitutio pręcipua teſtamenti pars eſt, & ſine qua illud non valet *vol.6. d.*10.*l.*B.3.

Heredes inſtitui poſſunt omnes, qui teſtamenti factionem cum teſtatore habent: ergò non deportati, hoſtes, & peregrini, item ſervi, niſi vel inſtitutione Dominorum perſona inſpiciatur, vel cum liberta-

bertate inſtituantur, item apoſtatæ, hæretici,& inceſtuoſi. Princeps autem heres inſtitui poteſt, modo litis cauſa non fiat inſtitutio: ſic naturales vix heredes inſtitui poſſunt *vol.3.d.*10.*l.*B.3.

Heres inſtitui incerta perſona non poteſt: heredes igitur capaces inſtituendi ſunt, qui tales ſint, tempore teſtamenti facti, mortis,& aditionis *vol.3.d* 10.*l.*B.4.

Heredi conditionali datur poſſeſſio bonorum ſecundum tabulas, ita, ut ſi exiſtat conditio, pleno jure habeat hereditatem: ſin verò deficiat, reſtituere eam teneatur, ad quod cautionem præſtare debet *vol.6.d* 12.*l.*Ttt.2.

Hereditas etſi à teſtatore dividi poſſit, tamen inſtitutio in tota fieri debet, non pro parte: propterea ſi unum tantùm ex ſemiſſe ſcripſerit, totus as in ſemiſſe erit, & ſi minùs diſtribuerit, quàm ſolennis diſtributio aſſis requirat, poteſtate juris in hoc revolvitur *vol.3.d.*10.*l.*C.1.*vol.6. d* 10.*l.*Ooo.2.

Heredis inſtitutio in re certa fieri non poteſt, ſicut nec ex certo tempore, nec ad certum tempus, ſub conditione tamen poteſt, modò non ſit impoſſibilis, vel captatoria:& inſtitutio omnis verbis declarari debet: igitur teſtamentum vel ſcripto, vel nuncupativo *volum.*3.*d* 10.*l.*C.1. *vol.6.d* 10.*l.*Ooo.2.

Heres, qui ſemel eſt, jus heredis,& nomen alienare nunquam amplius poteſt, ſed manebit heres *vol.3. d.*10. *l.*C.3,*d.*16. *l.*T 2.

ab Herede, qui bona emit, amplius moleſtari non debet *vol.6.d.*2.*l.*N.4.

Hereditas eſt ipſa juris ſucceſſio, non corporum *vol.6.d.*4.*l.*Nn.2.

Hereditas juris intellectum habet ſine ullo corpore, ergò & heres: qui cum hereditate eodem jure cenſetur, & eandem perſonam repræſentat *vol.3. d.*10. *l.*E,3. *vol.6.d.*10.*l.*Ooo.4.Ppp.3.4.Qqq.3.

pro Herede ſe gerere non tàm facti eſt, quàm animi *vol.6.d.3.l* Kk.2.

Hereditate demum aditâ hereditas præſtatur: ea autem ex quo momento adita eſt, deſinit eſſe hereditas, & fit patrimonium heredis *vol.3.d.*19.*l.*E.3.

Hereditas ante aditionem non eſt in bonis *vol.6 d.*4.*l.*Ll.2.

Hereditatis pars ſemel quæſita repudiari nequit, & nemo ejusdem hereditatis delatæ partem habere, & partem repudiare poteſt *vol.3.d.*10.*l* E.4. *vol.6.d.*10. *l.*E.4. *vol 6.d.* 10.*l.*Ooo.2. Ppp.3.4.Qqq.1. *vol 7.d.*2 *l.*e 1.

Heres verè non eſt, niſi qui eam adiit *vol.6. d.*4.*l.*Ll.2.

Hereditas una tantùm eſt,& ſi quis ex pluribus partibus ſit heres inſtitutus, isque ex una parte adeat, reliquæ etiam ipſi adcreſcunt *vol.3.d.*10.*l.*F.2. *volum 6.d.*10. *l.*Ooo.2.

Hereditas in alium tranſmitti poteſt *vol.6.d.*4.*l.*Ll.2. ſed prius debet eſſe adita *ibid.*

Heres cum defuncto eadem perſona cenſetur, etſi plures exiſtant, quilibet pro ſua ſolùm portione defunctum exhibebit *vol.3.d.*16. *l.*T.2.*vol.*5. *d.*4.*l.*z 3.aa.1.*vol.6. d.*4.*l.*Ll.2.*d.*10.*l.*Ppp.4.perſonâ vero defuncti ſic fictione juris ſuſtinet *vol.7.d.*4. *l.*m.3.

Heres itaque Dominus eſt, & dominium à defuncto in heredem quaſi continuatur *vol.7.d.*4.*l.*m.3.

Heres

Heres nunc ſpatium deliberandi habet, an velit adire, an verò abſtinere: Attamen terminum novem menſium, vel annum excedere non debet: Verùm ſi malit, inventarii beneficium habet, hoc tamen ſi eligat, alteri non renuntiat *vol.3. d.*16.*l.*T.2.

Heres debet ejus nomen aſſumere, cujus heres eſt, etiamſi turpe ſit *volum.*4.*d.*9. *l.*uu.1.

Heredi ſervo inſtituto aliquis dare juſſus: ſervo debet dare, non Domino *vol.6. d.*4.*l.*Nn.2.

Heres non præciſè cogitur adimplere ultimum judicium defuncti, ſed filio datur facultas retinendi legitimam, ut & cuilibet extraneo heredi Falcidiam, & fideicommiſſario Trebellanicam ex legatis detrahendi; nec id videtur per jus Canonicum correctum *vol.7.d.6 l.*dd.1.

Heredi filio, quem quis heredem eſſe voluit, eundem etiam illo deficiente, & non herede facto, ſibi abſque dubio heredem elegit *vol.*4.*d.*16.*l.*yyy.2.

Heredes omnibus ſtipulationibus continentur, tàm dandi, quàm faciendi, quia aliàs etiam heredis obligatio ſemper inſtrumento virtualiter ineſſe cenſetur, non ſolùm in contractibus, ſed etiam delictis, ſi lis cum defuncto conteſtata, vel pro maleficio certa pœna promiſſa ſit *vol.*4. *d.*27.*l.*O.3.

Heres inſtitutus quidam cum alio eſt, & coheredi ſuo ſubſtitutus; quæritur an delata ſubſtitutionis conditione, cogatur, etiam id agnoſcere, quod ei ex ſubſtitutione obvenit? & dicitur quod ſic *vol.6.d.*10. *l.*Qqq.1.

in Heredes ſæpe tranſit. beneficium, non autem pœna *vol.5. d.*49. *l.*GGGG.1.

in Heredes tranſeunt faciliùs ea, quæ ſunt juris, quàm quæ ſunt facti *vol.6.d.*4. *l.*Ll.3.

pro Herede poſſeſſio an producit uſucapiones? ſed quia hujusmodi duplex datur poſſeſſio, conſiderandum, an nos heredes aſſeramus, cum tamen non ſimus, tunc enim petitio hereditatis dabitur contra eum, qui pro herede poſſidet; an verò pro herede, verus heres rem tenere dicatur, quæ defuncti non fuit, veluti ſi rem defuncto commodatam cum cæteris hereditariis poſſideat, tunc profectò uſucapiet *vol.*7.*d.*7.*l.*gg.3.

Heres ſi nondum effluxerint ad inventarii confectionem data tempora, intra ea ipſe à creditoribus hereditariis nequit inquietari, ipſe verò inquietare ècontrario illos, & convenire poteſt *volum.5.d.*4. *l.*z.3.

Hereditati, ut quis renuntiare poſſit, neceſſe eſt, ut efficiat, ne ſit cognatus proximus, hoc autem per naturam fieri nequit *vol.5.d.*14.*l.*lll.1.

Hereditatem viventis cernere, aut de ipſa cogitare turpe, & improbum eſt *vol.5.d.*31. *l.*L.1.

Heres ſi quis eſt, pacto effici non poteſt, ut talis non ſit *vol.5.d.*31.*l.*L.1.M.1. & heres ſemper manet heres *volum.6.d.*10. *l.*Ooo.3.4.

Hereditatem etſi pupillus adierit, tamen poſt annum 25. ætatis habet beneficium reſtitutionis, ut poſſit tunc repudiare *vol.6.d.*10.*l.*Ppp.1.Qqq.1.

Heres, quando in aliquo judicio contra creditores pro parte quam ipſe adiit, abſolutus tunc cenſetur etiam abſolutus pro

pro illa parte, quæ deinde illi accreſcit *vol. 6. d.*10.*l.*Ppp.4.

Heredum nullus facto defuncti contraven re poteſt *vol.5.d.*31.*l.*M.2.

Heres ſi voluntatem defuncti implere ceſſaverit, privatur hereditate, & ejus portio vel ad coheredem, vel ad ſubſtitutum pertinet *vol.6.d.*10.*l* Qqq.1.

Hereditas nomine etiam paupertatis ſignificatur: ſi cui legem paupertatem meam, tunc creditur legata tota ſucceſſio *vol.5.d.*32.*l* Q.4.

Hereditas ex jure Civili pactis dari non poteſt, nec id per jus canonicum correctum eſt *vol.5 d.*35.*l* BB.1.2.

Heredes pro parte hereditatem adire, & pro parte adire unâ vice non poteſt: igitur aut totam adire, aut totam repudiare debet *vol.5.d.*41.*l.*RR.2.3.

Hereditatem in alieno territorio capientes ſæpe tenentur collectam de illa hereditate ſolvere ein Nachſtewer. vide Collecta, & Decimæ.

Heredi, ſi poſt aditionem hereditatis, & appræhenſionem poſſeſſionis ab ea cadat, rei vindicatio competit, non hereditatis petitio *vol.7.d.*2.*l.*f.3.

Heres ſi unicam tantummodò partem hereditatis agnoſcat, & adeat, tunc hæc reliquam totam jure accreſcendi ſecum attrahere ſolet: nam heres partem ſemel agnitam amplius repudiare nequit, & ſic in totum heres erit, cum pro parte ſolùm heres eſſe non poſſit *vol.5.d.*41.*l.*RR.2.3.4. *vol.6.d.*10.*l.*Qqq.1.

Heres defuncti vice fungi, & unam eandemque perſonam fictione juris habere intelligitur *vol.5.d.*41.*l.*RR.3. *vol.6.d.*10.*l.*Ppp.4.

Heres, & legatarius, qui res hereditarias, vel legatas diſtrahunt, ad translationem commodorum, & incommodorum, omniumque jurium ſunt obligati, quod tamen de illo jure eſt accipiendum, quòd ab herede, vel legatario removeri poteſt, non quod eorum medullis, ac viſceribus inhæret *volum.5.d.*41.*l.*VV.2. *vol.6.d.*10. *l.*Ppp.3 4.

Hereditate indignum ſe reddit, qui necem anteceſſoris non ulciſcitur. 2.ſi quis aliquem teſtari prohibuerit: 3. qui à teſtatore poſt teſtamentum factum indignus dicitur. 4.ſi defunctum interfecerit: 5.ſi contraveniat teſtamento defuncti: 6. qui ex Provincia, ubi magiſtratum gerit, aut Pupillam in uxorem ducit *vol.6. d.*2.*l.*L.1.

Heres ſemel factus, nunquam deſinit eſſe heres, neque hoc nomen amittit, etſi ipſi tanquam indigno hereditas auferatur *vol.5.d.*41.*l.*VV.2.

Heres ante aditionem hereditatis nihil diſtrahere poteſt, poſt aditionem verò res hereditariæ deſinunt eſſe hereditariæ, & fiunt proprium patrimonium heredis *vol.5 d* 41.*l.*VV.2.

ad Hereditatem defuncti ab inteſtato primò vocantur deſcendentes etiam in infinitum: vide in verbo Succeſſio *vol.2. d.*20.*l.*V.3.4.*vol.* 4.*d* 16.*l.*xxx.2. *vol.5 d.*39. *l.*II 3.4.KK.1.2.3.4.LL.1.

ad Hereditatem defuncti ab inteſtato ſecundò vocantur aſcendentes, id eſt parentes utriusq; ſexus. vide in verbo Succeſſio. *volum.*2. *d.*20.*l.*Y.1.2. *volum.5.d.*39. *l.*LL 1.2.3.

Heredes indigni bona univerſaliter ad Fiſcum deferuntur *vol.6.d.*2.*l.*L.1.

Heres

Heres indignus quis dici non poteſt, niſi in caſibus à jure expreſſis *vol.6.d.2.l.*L.1.

ad Hereditatem defuncti ab inteſtato tertiò vocantur collaterales *vol.*2. *d.*20. *l.*Y.3 *vol.*5.*d.*39.*l.*LL.3.4. MM,1, vide in verbo Collaterales.

Hereditatis incapaci nec tacitum fideicommiſſum relinqui poteſt, ſed ejus loco Fiſcus ſuccedit *vol* 6.*d.*2.*l.*L.1.

Hereditatem ab inteſtato ſibi delatam quis conſequi poteſt, vel petitione hereditatis, vel interdicto quorum bonorum, vel imploratione officii judicis *vol.*5.*d.*39.*l.*MM.4.

Hereditatis incapax redditur aliquis ob crimen læſæ Majeſtatis, hæreſeos &c. ſive parentes commiſerint, aut anteceſſor: ſive ille ipſe *vol.6.d.2.l.*L.1.

Hereditatis incapax redditur, qui teſtamento legatum ſibi adſcribit *vol.*6.*d.*2. *l.*L.1.

Hereditatis incapaces fiunt mulieres illæ, quæ intra tempus luctus ad ſecunda vota procedunt; & Matres, quæ poſtquam tutelam filiorum ſusceperunt, non redditis rationibus tutelæ, neq; alio ſurrogato tutore ſecundas ineunt nuptias *vol.*6.*d.*2.*l.*L.1.

Hereditas illorum, qui incapaces fiunt ad Fiſcum devolvitur *vol.*6.*d.*2.*l.*L.1.

Hermaphroditus ſpolium committere poteſt, ac pœna, & actio in illum dantur *vol.*2. *d.*17.*l.*N.3.

Hermaphroditi generaliter pro maſculis habentur, & feudorum ſunt capaces, ſi qualitas ſexus incaleſcentis hoc oſtendat *vol.*2.*d.*17.*l.*N.3.*d.*20.*l.*X.4.

Hiſpaniam Imperio Gothi rapuerunt: quamobrem liberam ſe magnificè aſſerit: *vol.*2.*d.*3.*l.*f.4.*d.*4.*l.*t.4.*d.*13.*l.*β.4. *vol.*4. *d.*1.*l.*)()(.2.*d.*17.*l.*ffff.3. *vol.*5.*d.*2.*l.*f.4.*d.*4. *l.*dd.3.*d.*17.*l.*dddd.2.

Hiſpania in 10. Regna dividitur *vol.*2. *d.*13.*l.*β.4.

Hiſpaniæ Rex omnia ſua Regna in Provinciæ formam redigere conatur *vol.*4. *d.*12 *l.*ggg.2.

Hiſpanorum bella, quæ in Indos moverunt defendi poſſunt *volum.*5. *diſp.*17. *l.*zzz.3.4.

Hiſtoriæ, & annales vim probandi habent, ipſisque tantùm tribuitur à JCtis, quantum legibus *vol.*5. *d.*23. *l.*ppppp.4. *d.*30.*l.*yyyyyy.4.

Hiſtriones ſordidam, & vilem artem exercent: quibus annumerantur Gnathones aulici, die Schalcksnarren. *vol.*4. *d* 9.*l.*yy 2.*d.*10.*l.*eee.4.

Hollandorum Reſp. temperata eſt, ex triplici rerump. forma: Regali, Optimatum, & Populari *vol.*5 *d.*17.*l.*kkkk.2.

Homagium, & Vaſallaggium diſtinctiſſima ſunt: illud ratione obedientiæ, & ſubjectionis, hoc ratione bonorum feudalium præſtatur *vol.*2. *d.*3. *l.*l.2. *d.*15. *l* K.3. *vol.*4.*d.*17.*l.*gggg.4.

Homagium perſonale, non reale, quod fit ratione bonorum, ſubditum facit *vol.*2. *d.*3.*l.*n.3.p.1. *vol.*4.*d.*2.*l.*m.3.

Homagii, ſeu juramenti cauſa, modusque in ſubditis, vaſallis, domeſticis, confœderatis, aliisve pro natura contractuum, & obligationum multiplex eſt, ut paulò inferius dicetur. Igitur aures oculosq; arrigat, cui opus eſt, ne ſubditi cum clientibus, hi cum vaſallis, vaſalli cum utrisque miſceantur. Interdum reale eſt,

quod pro bonis ſit, interdum perſonale, interdum juramentum ſit in caſum mortis, vel caducæ hereditatis heredi futuro, quod conſuetum eſt in pactis ſucceſſoriis Illuſtrium, & Principum *vol.*1.*d.*3.*l.*p.1.

Homagium ſubditi, qui ſunt de territorio Principis omninò præſtare debent: nec hoc intelligitur de *Homagio*, quo quis ſe hominem proprium alicujus conſtituit, vel de juramento fidelitatis, aut familiaritatis *vol.*4.*d.*17. *l.*gggg.4. *vol.*6. *d* 8.*l.*Ddd.3.

Homagium ſubditis nullo omninò privilegio remitti poteſt *volum.*4.*diſp.*17. *l.*gggg.4.

Homagium videtur eſſe ſummum vinculum Rerumpubl. quo conſervantur ab interitu, ſi *Homagium* ſervetur *vol.*5. *d.*17.*l.*qqq.2.

Homagium: etſi verbum latinum non ſit, tamen nunc adeò conſuetum eſt, ut ex latinitate exterminari amplius non poſſit: habet apud JCtos varias ſignificationes, quas ibi vide; tamen propriiſſimè ſic definitur:

Homagium, eſt conventio, qua alter alteri mutuæ defenſionis, & fidelitatis gratia obligatur: ubi etiam varias ſpecies fidelitatis, & *Homagii* vide; hujus forma ſubſtantialis conſiſtit à parte Magiſtratus in promiſſa fidelitate benè adminiſtrandi Rempubl. & regendi, ac tuendi populum, ejusque jura: à parte populi verò in promiſſa fidelitate juvandi Remp. benè obtemperandi, & ſe ſubjiciendi. *vol.*5.*d.*17.*l.*qqq.2.3.4.llll.1.2.

Homagialis fidelitatis conventio, quia ſolet fieri vel reſpectu rei poſſeſſæ, vel reſpectu familiaritatis, vel reſpectu ſubjectionis: ideò Homagium communiter eſt in triplici differentia, quoddam familiare, quoddam reale, quoddam ſubjectivum: familiare homagium rurſus ſit vel ratione protectionis, vel ratione officii *vol.*5.*d.*17.*l.*qqq.4. hinc aliquod Homagium vocatur **die Erbhuldigung**, quod quidam ſubditi Dominis ſuis ſub aliorum ſuperioritate habitantibus præſtant; aliud vocatur **die Landhuldigung**, quod præſtatur Domino ſuperiori *vol.*6. *d.*8.*l.*Ddd.3.

Homagium familiare ratione protectionis, ſeu defenſionis præſtant clientes, qui adminiſtrationem rerum habentes, ſuique juris exiſtentes ex juſta & probabili cauſa in potentiotis alicujus patrocinium, tutelam, protectionem, fidem, & fœdus ſuſcipiuntur modo legitimo: quod de clientibus dicitur, idem intelligi debet de ſociis, qui fœdere coëunt *volum.*5.*d.*17.*l.*qqq.4.rrr.1.2. *volum.*6.*d.*3. *l.*Hh.4.

Homagium familiare ratione officii præſtant ii, qui ſunt domeſtici alicujus Domini, qui officio quodam in ejus domo funguntur, aut extra aulam, ſi officium à Principe pendeat: imò privatorum domeſtici ad hoc juramentum cogi poſſunt: pater tamen, filius, & uxor ab hoc juramento immunes ſunt *vol.*5.*d.*17. *l.*rrr.2.3.*vol.*6.*d.*3 *l.*Hh.4.

Homagium ratione rei ſit inter Dominum feudi, & Vaſallum: hæcque fidelitas omnium maximè ab interpretibus homagium vocatur *vol.*5.*d.*17.*l.*rrr.3.

Homagium ſubjectivum eſt, quod præſtatur Domino ratione ſubjectionis, & omnium propriiſſimè eſt Homagium, quaſi

quaſi hominium, quod fiat homo Domini. Eſt autem publicum, & privatum *vol.5. d.17.l.ttt.3. vol.6.d.8.l.Ddd.3.4.*

Homagium ſubjectionis publicum, eſt contractus innominatus juris non ſcripti, legitimè adminiſtrandi Remp. & obtemperandi promiſſione conſtans *vol.5.d.17. l.ttt 3 4.sss.1.2.3.4.& llll.1.2.*

Homagium intuitu dominantium eſt divinum, vel humanum: illud eſt, quod inter Deum Regem, & populum fit: hoc quod fit inter ſolos homines, & eſt vel ſummum, quod inter Reges, & Principes nullum ſuperiorem recognoſcentes, atque illorum ſubditos fit: vel ſubordinatum, quod inter Principes, & Magiſtratus ſuperiorem adhuc recognoſcentes celebratur: & ſubordinatum hoc rurſus eſt vel univerſale, vel particulare *vol.5.d.17. l.ttt.1.*

Homagium ſubordinatum univerſale eſt, quod immediati ſtatus Imperii intuitu univerſalis territorialis jurisdictionis, atque provinciæ (ob id non immeritò territoriale, vel abſolutè jurisdictionale, ſeu ſubjectionis homagium dicendum) exigere ſolent à ſubditis *vol.5.d.17.l.ttt.1.*

Homagium ſubordinatum particulare, vel reſpectivè, ſeu ſecundum quid jurisdictionale fit reſpectu reſtrictioris poteſtatis, & diſtrictus, quo inprimis infimi Magiſtratus, & mediati ſtatus Imperii, ab immediatis ſunt donati, veluti ſunt municipia (unde municipiale Homagium) Univerſitates, Collegia, & Nobiles quidam. Et prout Magiſtratus ex jurisdictionis ſpeciebus, vel ſolam Vogtheicam, vel ſolam Centenicam, vel etiam utramque habet: ſicque erit Vogtheicum, vel Centenicum *vol.5.d.17.l.ttt.1.*

Homagium vogtheicum eſt, quod inter Magiſtratum habentem ſolam inferiorem, ſeu baſſam jurisdictionem, vulgò Nieder/oder Vogthey Gericht (quæ ſeparata à ſuperiori illa vulgò Ober Vogthey genant / ſecundum notiſſimam omnium ferè locorum conſuetudinem complectitur non tantùm ea, quæ vulgò ad ſimplicem jurisdictionem, ſed nonnulla ex iis, quæ mixti Imperii eſſe reputantur) atque ejus reſpectu hujus jurisdictionis ſubditos præſtatur *vol.5.d.17.l.ttt.1.*

Homagium Centenicum eſt, quod inter habentem altam jurisdictionem, ſeu vulgò mediam juſtitiam (ſub qua ex novitet recepta conſuetudine tàm merum, quàm mixtum Imperium comprehenditur) & ejus, quantum ad hoc jus, ſubjectos fieri ſolet *vol.5.d.17.l.ttt.1.*

Homagium deinde reſpectu ſubditorum aliud eſt abſolutè, aliud limitatè, ſeu ſecundum quid ſubjectivum: illud ii præſtant ſimpliciter, & purè, qui nullas certas habent pactiones, ſeu conditiones, ſub quibus Dominis ſuis obedientiam promittunt, ſed penes quos reſidet univerſalis illa in omnibus abſoluta, atque immediata ſubjectio. Limitatè ſubjectivum vulgò gemeſſigte Huldigung itidem in ſpecie eſt, vel reſpectivum, vel conditionatum *vol.5 d.17.l.ttt.1.2.*

Homagium reſpectivum eſt, quod fit à ſubditis, qui in quibusdam Magiſtratui, cui illud præſtant, in quibusdam verò immediatè Imperio ſunt ſubjecti, Conditionatum eſt vel primò, ubi ſubditi ex vi, & virtute Homagii juxta antiquum, &

 ſem-

ſemper ex conventione, ſive pacto Principi, ſeu Magiſtratui novo non ante coguntur fidelitatem, & Homaginm facere, niſi ipſe prius confirmaverit privilegia, quæ tranſiverunt in vim contractus, ita quòd non poſſint revocari à concedente, & ejus ſucceſſoribus: Vel ſecundò, ubi jurant quidem, ſed non aliter, niſi ex conventione expreſſa, ſub tali formula: **Daß ſie ihrem Herrn Trew/ vnd Hold ſeyn wöllen/ ſo lang ſie von ihm bey ihren Gnaden/ Gerechtigkeiten/ Freyheiten/ vnd alten hergebrachten Gewohnheiten gelaſſen werden.** Ex qua formula videtur fluere, quod
3 non aliter cenſeantur ſubditi, niſi ipſis privilegia, & jura omnia intacta ſerventur, & quòd ſubjectio illa, & ſuperioritas, non ſit pura, & ſimplex, ſed limitata, conditionata, & reſtricta quoad contenta in verbis hujusmodi Homagii expreſſa *vol.5.d* 17.*l.*ttt.2.

Homagiorum ratione tituli varia poſſunt eſſe genera: ut quædam ſint neceſſaria, quæ neceſſariò ſubditi coguntur ſubire: quædam ordinaria, quando ea in ſucceſſore, ſive is ſuccedat ex teſtamento, ſive ab inteſtato renovantur, quædam extraordinaria, quæ præter vulgarem, & conſuetum faciendi Homagia modum fiunt, & ſunt, quæ quis jure belli alium ab Imperio detru bans, & ſe ejus loco Magiſtratum conſtituens à ſubditis extorquet: & ſunt juſta, vel injuſta, prout bella illa juſta ſunt, vel injuſta: quædam voluntaria, quæ ex liberrima contrahentium voluntate, & conventione dependent, & nova non injuſtè dicuntur, quæ conſueta ſunt in regnis electivis *vol.5.d.*17.*l.*ttt.2.

Homagia ratione formæ, alia ſunt expreſſa, quæ expreſſo, & diſerto, alia tacita, quæ tacito ineuntur conſenſu: alia & ſunt purè, alia in diem, alia ſimpliciter *vol.5.d.*17.*l.*ttt.2.

Homagia ratione objecti, circa quod perſonæ facientes id ſunt occupatæ, alia ſunt Sæcularia, quæ à ſæcularibus, alia Eccleſiaſtica, quæ ab Eccleſiaſticis, alia Caſtrenſia, quæ à militaribus, alia quaſi Caſtrenſia, quæ à ſtudioſis, & Cameralibus perſonis præſtantur: ſic Homagia ratione adjuncti alia ſunt jurata, quæ fiunt cum corporali juramento, vel huic æquipollente, alia non jurata, quæ ſine &c. *vol.5.d.*17.*l.*ttt.2.

Homagia, iterum alia ſunt temporaria, quæ in tempus contrahuntur, veluti cùm civitas, vel territorium, oppigneratur ſub pacto de reluendo, aut quando Princeps Vicedominum, ſeu Vicarium generalem in regionibus ſuis relinquit, **ein vollmächtigen allgemeinen Statthalter:** alia perpetua, quæ in perpetuum contrahuntur, ut ſunt hæreditaria &c. *vol.5.d.*17.*l.*ttt.2.3.

Homagiorum cauſa efficiens eſt, vel remota, vel propinqua: remota eſt jus Homagialia pacta comprobans, hoc autem jus colligitur ex naturali, gentium, divino, imò, & civili jure: ubi multa pulcherrimè *vol.5.d.*17.*l.*ttt.3.4. uuu.1.2.3 4. xxx.1.

Homagiorum propinqua cauſa ſunt homines, qui hæc ineunt, & ſunt dominantes, & obedientes: uterque prius cum Deo contrahit, quam inter ſeſe: Deus enim a Magiſtratu ſtipulatur pariter, & à ſubditis: à Magiſtratu, velitne ſic regere, ut totam gubernationem, ad gloriam, cultumque Dei dirigat: à ſubditis velintne ſic

ne ſic obtemperare Magiſtratui, ut Deo potius, & honeſtati, quàm hominibus obſequantur. Dominantes tanquam altera contrahentium Homagium pars, hic ſunt, qui promittunt ſecundum leges adminiſtrare Remp. *vol.* 5. *d.* 17 *l.*xxx.1, 2.

Homagiorum modus, id eſt, per quem ad Homagiale pactum accedimus, eſt vel divinus, vel humanus: Divinus eſt, ubi Deus immediatè, vel extra ordinem Magiſtratum ordinat, veluti, ſi ipſe quosdam Heroes excitet, & denominet, aut id per nuncios, aut Prophetas ſuos faciat: humanus eſt, ubi mediatè, & ordinatè per homines, quibus jus eligendi, & conſtituendi Magiſtratum competit, auguſtum illud munus cuidam decernitur, ſed hic Dei concurſus non rejicitur, qui ſemper adeſt, quamvis hic non tàm expreſsè, uti ſuperius: modus autem hic, vel eſt ordinarius, ut eſt ſucceſſio, vel electio, de quibus duobus pulcherrimè *ibid.* vel extraordinarius, & hic vel ſpontaneus, vel violentus. Spontaneus eſt, ubi contractus, & obligationis jure Principatus, & Magiſtratus obtinetur, & conſequenter Homagium præſtatur: quod fit, primò, jure emptionis, cujus exempla ibi vide: ſecundò oppignerationis, cujus item exempla ibi vide: 3 Donationis inter vivos: 4. Permutationis: 5. Ceſſionis: 6. Confœderationis, & fraternitatis, quarum item exempla ibi vide. Violentus eſt vel expreſſus, vel implicitus: hic fit per fraudem technis, & ſolicitationibus animorum inter ſubditos, item largitionibus, & omninò malis artibus, & demum protectione, cujus ſpecie tandem ipſum Imperium occupatur. Ille fit bello aperto, & pro ratione belli erit juſtus vel injuſtus. De his omnibus vide ibi latiſſimè *vol.* 5. *d.* 17. *l.* xxx.2.3.4. *ad* zzz.4.

Homagium Principes præſtare ſolent ſubditis in ingreſſu de patriis legibus ſervandis, & aliis capitulationibus, & hoc omninò rectè, & licitè *vol.* 5. *d.* 17. *l.* aaaa.1. *uſque ad l.* dddd.4. ubi pulcherrimè. Vide autem exempla omnium quaſi Principum, qui Homagio ſubditis præſtito jurant in patrias leges *l.* kkkk.4. llll.1.2. nnnn.1.2.3.4. oooo.1.2.3.4.

Homagium præſtare tenentur ſubditi Dominis ſuis, ſub quorum jurisdictione habitant, vel quos noviter tanquam Magiſtratus ſibi elegerunt: id autem Homagium præſtatur ratione auxiliorum pro patria ferendorum, promptæ obedientiæ, & ſubjectionis erga Principem *vol.* 4. *d.* 17. *l.* gggg.4. *vol.* 5. *d.* 17. *l.* ffff.1.2.3.4. llll.1. 2. *vol.* 6. *d.* 8. *l.* Ddd.3. hoc autem Homagium præſtatur recepta, & conſueta in illo territorio, & principatu forma, & ſi alia, & diverſa forma præſtetur, creditur metu extortum, nec ligat *ibid. l.* Ggg. 1.

Homagium ſubditorum non eſt tranſitorium in heredes, ideoque in filiis ſemper renovari debet *vol.* 5. *d* 17. *l.* ffff.1.

Homagium exigere non poſſunt, qui merum mixtumque Imperium, & jurisdictionem ſimplicem ſolummodò habent, dico ab iis, qui ſub jurisdictione ejus ſibi ab alio in eos conceſſam habitant *vol.* 5. *d.* 17. *l.* ffff.2.3 ubi pulchrè.

Homagium præſtare tenentur etiam, qui in eminenti dignitate conſtituti ſunt, ut Electores, Principes, Comites &c. *vol.* 5. *d.* 17. *l.* ffff.3.

Homagium præſtare non tenetur, qui ſub-

ſub unius Principis ditione bona ſua allodialia habet, ratione horum bonorum, ſi in alterius Principis territorio habitet *vol.5.d.*17.*l*.gggg.1.

Homagium Principi, & magiſtratui ſuo præſtare tenentur etiam Clerici: non quoad officium Eccleſiaſticum, quod conſiſtit in verbi prædicatione, ſacramentorum adminiſtratione, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ conſervatione: ſed quatenus civili ſocietati ſunt obſtricti, ejusque membra, & ſic Principi ſæculari ſubjecti *vol.5. d.*17. *l*.gggg.1.2.3.4. ubi pulchrè.

Homagium præſtant ſtudioſi, & reliqui Academici Rectori Magnifico, qui pro tempore eſt in Academiis *vol.5.d.*17. *l*.gggg.4.

Homagium eſt ſpecies ſervitutis *vol.5. d.*17.*l*.gggg.1.

Homagium denuò præſtare proſcriptus, & relegatus cogitur, ſi revertatur *vol.5 d.*17.*l* gggg.4.

Homagium tenentur etiam præſtare infimæ ſortis homines, putà, Ruſtici nobilibus ſuis, non quia manſum ſuum ab iis recognoſcunt, quo reſpectu homagium, quod præſtant, privatum dicitur, ſed ideò quod domicilium ſub eorum jurisdictione conſtituerunt *vol.5. d.*17. *l*.gggg.4. *vol 6.d.*8.*l*.Ddd.3.

Homagium præſtant ſubditi, vel collectivè, vel ſeparativè: illud præſtatur ab univerſo populo, in hunc finem convocato, ut ſimul uno, & eodem tempore juret, quod toties ſolet fieri, quoties novus magiſtratus ſurrogatur: hoc fit à ſubditis originariis, id eſt, civium filiis, quando maturi uxores duxerunt, aut ipſi aliàs ſingulatim aliquam artem exercent, vel à civibus aſſumptis, qui nuper modo in civium album inſcripti ſunt, & utrique id præſtant ſeparatim *vol.5.d* 17 *l* hhhh.1.

Homagium præſtant etiam quandoq; non ſubditi, ut fit inter Principes, qui pacta ſucceſſoria condiderunt, ubi utriusq; ſubditi jurant alterutri in eventum deficientis ſtirpis: ſic enim jurant *Haſſi* Saxoniæ Principi, & Saxones *Haſſiæ* Principi: ſecundò ii, qui aliis oppignerati ſunt *vol.5. d.*17.*l* hhhh.1.

ab Homagio excuſantur fœminæ, filii, famuli, infantes, furioſi, mente capti, pupilli, non prodigi, aut muti *volum.5.d.*17. *l*.hhhh.1.2.

Homagii præſtationem recuſare poſſunt ſubditi, ſi Dominus in ejus conſueto hactenus uſu novitatem inducere velit, aut ſolitam formam alterare: ſecundò, etiam tunc, quando à magiſtratu non impletum eſt, quod ipſe antea juravit: in qua re ſæpe contingit, ut Principes remittant omnes offenſas, quas in Principes prædeceſſores commiſerunt, ad quod tamen illi adigi omninò ex neceſſitate non poſſunt, niſi ſponte velint *vol.5.d.*17.*l*.hhhh. 2.3.4. kkkk.3. ubi pulchrè.

Homagium ſi ſubditi (qui quidem jure ante id tempus erant obſtricti) per tempus diuturnum non præſtiterint, quæritur, an illi per hunc temporis decurſum, & præſcriptionem poſſint poſtmodum ab homagio præſtando eſſe liberi, & exempti? & negatur *vol.5. d.*17. *l*.iiii.1. 2.3.4. ubi pulcherrimè.

Homagii exactio pertinet ad jura majeſtatis *vol.5 d* 17.*l*.iiii.1.4.

Homagium non tenentur præſtare ſubditi,

Digitized by Google

diti, niſi Dominus id exigat, id autem debent præſtare in propria perſona, quod ſecus eſt in Dominis *vol.5 d* 17. *l*.kkkk. 1.4.

Homagium à parte Magiſtratus verſatur circa Reip. adminiſtrationem, id eſt, circa poteſtatem disponendi, præſcribendi, ordinandi, & conſtituendi omnia, & ſingula, quæ conſociationi univerſali ſunt neceſſaria, & utilia, quæ omnia ſpectant ad jus regni, quod eſt vel Eccleſiaſticum, vel Sæculare: à parte autem ſubditorum verſatur Homagium circa obedientiam, miniſteria, & auxilia, quæ potiſſimùm conſiſtunt in operis artificialibus, & obſequialibus *vol.5.d.*17.*l* kkkk.1.

Homagii forma ſpectat ad legem fundamentalem Regni, in quam Princeps jurat, & quæ omninò obſervari debet *vol.5. d.*17.*l*.kkkk.1.2.3.4.

Homagii forma, & pacta, ut inſtrumentis, & ſcriptura comprehendantur, non eſt neceſſarium, tamen eſt conſultius, ut etiam plerunque fieri ſolet *vol.5.d.*17. *l*.kkkk.3.4.

Homagium an ſubditi prius, an Principes præſtare debeant, dubitatur: diſtingui autem poteſt, an ſubditis certis conditionibus obligentur, vel ſecus, poſteriori caſu dicitur ſubditos, priori Principem priùs juraturum *vol.5.d.*17.*l* kkkk.4.

Homagii formam multum adjuvant conditiones in ipſo expreſſæ, quæ plerumque variæ ſunt, pro populorum moribus, & affectibus, quæ ſi non expreſſæ ſint, tacitè innuuntur *vol.5.d.*17.*l*.llll.1.2.3.

Homagium etſi populus vi, & armis ſubactus Principi alicui præſtiterit, ipſi tamen ex hoc nullum jus in populum, ſi de vi, & contraria populi voluntate conſtet, acquiritur *vol.5.d.*17.*l*.llll.1.

Homagiorum exemplaria vide, quæ tùm Cæſar noſter Imperio, tùm alii Reges, & Principes ſuis Regnis, & Principatibus certis legibus, quæ ibi recenſentur, præſtare ſolent *vol.5.d.*17.*l*.nnnn.1.2. 3.4.0000.1.2.3 4.

in Homagio præſtando variæ ſunt leges, ritus, & cæremoniæ, quas ibi vide, pro populorum diverſitate *volum.5.d.*17. *l*.0000.3.4.

ad Homagii perfectionem, vim, & efficaciam non requiritur neceſſariò inauguratio, & coronatio *vol.5.d.*17 *l*.pppp.1.

Homicidium defendendo ſe commiſſum ſi incontinenti, & non animo ulciſcendi committitur, etiam in foro poli, & conſcientiæ excuſatur, idem obtinet in defenſione pudicitiæ, & perſonarum neceſſariarum, aut quarumvis oppreſſarum etiam ex debito, niſi forte quis ſine propriæ vitæ periculo non poſſit, cum prima ſemper charitas incipiat à ſeipſo *volum.*1. *d.*19.*l*.Q.3.4.*volum.*2.*d.*12.*l*.BB.2.*diſp.*23. *l*.CC.1.2.3. *d.*24. *l*.DD.2.3.4. EE.1.2.4. FF.1.2.4 GG 1.*d.*25 *l*.II.1,*volum.*5.*diſp.*35. *l*.YY.2.3.vide in verbo Defenſio.

Homicidium aliàs latè, & propriè ſumitur, & ſignificat omnem motum iniquum ad nocendum fratri ſuo: aliàs propriè dicitur peremptio corporis humani facta dolo, vel culpa. Itaque homicida, non eſt, qui nondum natum interemit: dividiturq; omninò aut in voluntarium, aut neceſſarium, ſive juſtum, aut caſuale *vol.*2.*d.*22.*l*.AA.4.*d.*25.*l*.HH.4.

Homicidium voluntarium eſt, quod ex certa animi deſtinatione committitur, vel ut

Digitized by Google

vel ut JCtus air, eſt cædes admiſſa ſponte, dolove malo: in quibus præcipuè ſunt aſſaſſini, item ii, qui pacta mercede homines occidunt, vel occidendos locant *vol.*2. *d.*22 *l.*AA.4.*d.*25.*l.*HH.4.

Homicidæ etiam voluntarii ſunt Principes, ac Tyranni, qui ſine juſta cauſa, ac plerunque ob veritatis profeſſionem, & tyrannidis, injuſtitięque reprehenſionem ſanctos, & innocentes viros occidunt: item qui duellum exercent *volum.*2.*d.*22. *l.*AA.4.

Homicidæ voluntarii cenſentur, qui opem, conſiliũ, auxiliũ, homicidio prudentes, ſciẽtes dolo malo præbuerunt, animũ percuſſori addiderunt, ipſius ſarcinas cuſtodierunt: item qui mandant aliquem verberari, vel vulnerari, ſi mandatarius modum exceſſerit, & occiderit: in eo diſtinguendum, qui ſe dicit non ea mente percuſſiſſe; nam hoc ex circumſtantiis colligendum, nempe ex inſtrumento, verbi gratia, ſi ligno, aut ferro, non loris, aut virga percuſſit, & ſi potius in caput, quam in alias corporis partes percuſſit *vol.*2.*d.*22.*l.*BB 1.*d* 25.*l.*HH.4.

Homicida voluntarius eſt, qui ſubito motu iracundiæ aliquem occidit, etſi levius peccet *vol.*2.*d* 22.*l.*BB.1.

Homicidii tenentur etiam, quando plures aliquem ſtudio, & dedita opera occiderunt: quod ſi ſubito, & orta contentione homo occiſus fuerit, is tenetur, cujus ictu hoc factum eſt, ſin hoc non conſtet, omnes tenentur *vol.*2.*d.*22.*l.*BB.1. *d.*25 *l.*HH.4.

Homicidii voluntarii pœna eſt jure divino ultimum ſupplicium: idem decernit lex Cornelia de ſicariis, ſicut jus pontificium excommunicationem *vol.*2.*d.*22. *l.*BB.1. ſi Laicus ſit, ſin Clericus depoſitionem *vol.*7.*d.*6.*l.*cc.1.

Homicidium neceſſarium differt à juſto: omne quidem neceſſarium eſt juſtum, at non omne juſtum eſt neceſſarium *vol.*2.*d.*22.*l.*BB.2.

Homicidium neceſſarium eſt, quod quis ſuæ, ſuorumque ſalutis, pudicitiæ, rerumque ſuarum tuendarum cauſa committit, ac per conſequens juſtum eſt *vol.*2. *d.*22.*l.*BB.2 *d.*23.*l.*CC.1.2 3.*d.*24.*l.*DD 2. 3.4. EE.1.2.4. FF.1.2 4. GG.1.*d.*25.*l.*II.1. vide ſuperius, & in verbo Defenſio.

Homicidium juſtum, ſed non neceſſarium eſt, quod fit lege permittente, veluti cum transfugæ, latrones publici, deſertores militiæ, prædones, proſcripti, hoſtes publici occiduntur, item olim adulteri in flagranti crimine deprehenſi: ſed hæc ad Clericos non ſpectant, ſic olim pater in filios, vitæ, necíſque habebat poteſtatem *vol.*2.*d.*22.*l.*BB.2.

Homicidii tenetur, qui abortum fœtus de induſtria procuravit, ſive is animatus fuerit, ſive non *volum.*2.*d.*22.*l.*AA.4.*d.*25. *l.*HH. *vol.*5.*d.*35 *l.*AA. vide in verbo Abortus.

Homicidii tenetur, qui cum Titium interficere vellet, occidit Seium *vol.*5.*d.*35. *l.*AA.3.

Homicidium caſuale eſt, quod præter intentionem committentis, vel cauſam dantis contingit: ubi tamen videndum eſt, ſi quis culpa caſum adjuverit, aut rei illicitæ, aut ad ſe non pertinenti operam dederit, & homicida caſualis ſemper aliqua etſi exigua mulctâ puniendus eſt, ut

ii quo-

Digitized by Google

ii, quorum intereſt, placentur *vol.2.d.22.* *l.*BB.3 *d.25 l.*HH.4.II.1.

Homicidium nec furioſus, nec infans, niſi pubertati proximus, & nequitiæ capax, qui tunc tamen mitiori pœna punitur, nec ebrius, qui & ipſe mitiori pœna excipitur, nec dormiens tenentur *vol.2. d.22.l* BB.3.4.*d.25.l.*II.1.

Homicidio neceſſario, id eſt, per neceſſariam defenſionem commiſſo, probatio inculpatæ tutelæ incumbit defenſori: quæ probatio duobus abſolvitur, idonea articulorum formatione, & eorundem probatione: quæ requirunt, ut defenſor accuſatus & violentam occiſi defenſionem, & homicidium ad ſui defenſionem à ſe factum ponat: articulorum probatio autem fit vel teſtibus, vel præſumptionibus, & conjecturis: & quidem teſtibus aliàs minus idoneis, & ſuſpectis, quorum duo ad minimum ſufficiunt: præſumptiones tunc locum habent, quando de primo aggreſſore non conſtat: deſumuntur autem ex ipſo facto, vel ex perſonarum congredientium qualitate; factum inimicitias præcedentes reſpicit, itemque locum cædis, & tempus, arma, & vulnera utrinque accepta: qualitas perſonarum, conditionem & vitæ, & corporis conſiderat *vol 2. d.24.l.*GG. 1. 2.

Homicida ſi homicidium fateatur, dolum tamen neget, & hoc probare non poſſit, nec probaverit, ordinaria L. Cornel. de Sicar. pœna puniendus eſt *vol.2. d.24.l.*GG.3.

Homicida aut de homicidio per dolum commiſſo convictus eſt, aut convictus non eſt, ſed tamen defenſionem probare nequit: aut defenſionem adhibuit, ſed moderamen inculpatæ tutelæ exceſſit: aut defenſionem etiam cum moderamine adhibuit, illamque probavit, aut denique dubium eſt, num homicidium dolo malo, vel defenſionis ſtudio perpetraverit: Et prioribus tribus caſibus occiſor omninò puniendus eſt, poſterioribus verò abſolvendus *vol.2.d.24.l.*GG.2 3.

Homicida ſi moderamen inculpatæ tutelæ probavit, omnino abſolvendus eſt, quia vim vi juſtè repulit *vol.2.d.24. l.*GG.3.

de Homicidio ſi dubium ſuboriatur, putà quædam præſumptio pro occiſore, quædam viciſſim contra illum eſt, tunc potius abſolvendus, quàm puniendus eſt *vol.2.d.24.l.*GG.3.

Homicidium vel quaſi committunt, qui hominem caſtraverit, circumciderit, vel ſeipſum caſtrandum præbuerit, author ſeditionis fuerit, item cum quis hominis necandi cauſa cum telo ambulaverit &c. *vol.2.d.25 l.*II.2.

Homicidium hodie punitur ſupplicio gladii, interdum & rotæ *vol.2.d.25 l.*II.2.

Homicidii pœna in mulctam pecuniariam, etſi magnam converti nequit: homicidium enim aut gladio, aut rota hodie punitur *vol.5.d.35 l.*AA.3 4.

Homicidium graviſſimè vindicandum eſt: hinc qui cum telo ambulaverit hominis necandi cauſa, ſicut is, qui hominem occiderit, vel cujus dolo malo homicidium fuit commiſſum, pœna legis Cornel. de Sicar. coërcetur. & Jure Canonico, qui hominem Chriſtianum per ſicarios occidi mandant, quanquam mors non ſubſequatur, ordine, honore, & di-

Digitized by Google

gnitate facto ipſo exuti ſunt *vol.5. d.43. l.*LLL.4.

Homicidii pœna non tenetur, qui adulterum cum ſua uxore in facto deprehenſum occidit *volum.5.d.42.l.*lll.3.*d.43. l.*LLL.4.

Homo eſt nobiliſſima, & digniſſima creatura, cujus gratia natura omnia comparavit, & ſicut duplici conſtat anima irrationali, quâ animal, rationali, qua homo, duplicem quoque accepit à DEO legem, naturæ, & juris naturalis *vol.7.d.*10. *l.*ss.3.

ab Hominum conditione haudquaquam benè arcentur fœminæ *vol.7.d.*10. *l.*ss.3. vide Fœmina.

Homo in commercio non eſt; itaque mercatura de eo exerceri non poteſt: vendi tamen poteſt, ſi quis major 25 annis ob pretium participandum venundari ſe paſſus ſit, aut pater ex ſumma neceſſitate filium diſtrahat *vol.1.d.15.l.*I.3. *vol.3. d.9.l.*bbb.3. *vol 6.d.*8.*l.*Aaa.3.*d.19. l.*Vuuu.1.

Homo eſt optimus incola mundi, ad imaginem DEI creatus. Hinc ex rectæ rationis dictamine habet perfectam boni cognitionem, id eſt, naturalem juſti, atque injuſti intelligentiam, & immotum honeſtorum, atque turpium diſcrimen *vol.7.d.*10.*l.*ss.3.

in Homine bonæ conditionis, & famæ tollitur omnis ſuſpicio doli, & errore potiùs, quàm mala intentione impegiſſe in leges creditur *vol.3.d.5.l.ss.*1.

Homo hominis mei, non eſt meus homo *vol.6. d.*3.*l.*Cc.3.

Homo duorum quis eſſe poteſt, ſed diverſo reſpectu *vol.6.d.*8.*l.*Ddd.4.

Humanum eſt peccare, & divinitatis in nullo penitus offendere *volum.6.d.19. l.*Ssss.4.

Humana natura talis eſt, ut neque omnes inter ſummos, neque rurſus omnes inter noviſſimos conſtituti ſint *vol.6.d.19. l.*Ssss.4.

Homines ex ſolis nuptiis procreantur *vol.3.d.*10.*l.*B.4. vide Filii.

Homo ad ſimilitudinem DEI figuratus eſt digniſſimus: nullumque in ſe ſe fructum, vel commercium conſtituens *vol.6. d.19.l.*Vuuu.1.*vol.7.d.4.l.*n.2.

Homines omnes jure naturali ſunt æquales, & nullius jurisdictioni ſubjecti, niſi ſponte ſe ſubjiciant, & jura ſua in alium transferant: nam omninò naſcuntur liberi *vol.5.d.17. l.*xxx.4.ttt.4. *vol.6. d.8. l.*Aaa.2. inter eos erat communis rerum participatio, & juris omnia animalia capientis ſocietas *vol 7.d,*10.*l.*tt.1.

inter Humanum ſanguinem, & pecuniam nulla eſt comparatio: illiusque redemptio valdè licita eſt *volum. 6. diſp.19. l.*Vuuu.1.

Homines liberos eſſe natura voluit, ut perpetua ſecuritate gauderent, & cognationem quandam inter homines natura conſtituit, ſic nefas eſt hominem homini inſidiari, aut nocere, etiamſi poſſet, & ſibi prodeſſet, aut omninò quicquam facere, quod ſibi fieri nollet *vol.2.d.7.l.*xx.4. *vol.6.d.3.l.*Q 1.

inter Homines tanquam conſanguineos ab uno homine ortos arctiſſimam cognationem natura inſtituit, mutuamque ſimul affectionem, & dilectionem proximi animis hominum inſtillavit: ita ut citra ſocietatem ſolitariè vivere aut

DEI

Digitized by Google

DEI,aut beſtiæ. Hinc ſermo etiam homini tributus: concorditer vivimus: fidem ſervamus *vol.7.d.10.l.tt.1.*

Hominis intereſt,hominem beneficio afficere,& periculum,ſiquidem commodè poteſt,ab eo avertere *vol.2.d.7.l.xx.4.*

Humanorum ingeniorum varietatem, nationumque,& populorum discrepantem naturam alii cæleſtibus converſationibus,& ſideribus, quæ in hæc inferiora, & hominum præcipuè temperaturas, & complexiones agunt:alii aëris temperiei, & alimentorum generi, quibus nempe corporum temperaturæ, quas ſequuntur hominum mores, variantur, adſcribunt *vol.7.d.10.l.tt.4.*

Homines alii ad imperium,alii ad ſervitutem nati ſunt *vol.5.d.17.l.ttt.3.4.*

Homines liberi ſunt, aut ſervi *vol.6. d.8.l.Aaa.2.3.*

Honeſta per ſe ſunt multa, quæ propter lucrum fiunt inhoneſta *vol.5. d.30. l.H.2.*

Honoris verba erga alios blandiendi gratia creduntur prolata,nec inde neceſſarium argumentum deſumitur *vol.4.d.9. l.nu.1.tt.3.4. vol.6.d.3.l.Ff.4.*

Honorum, & munerum creationes non ex amicitia,& carnali affectu,ſed æſtimatione vera,& commodo Reip.fiant, hoc eſt,præſtantiſſimi,& optimi quique magiſtratibus præponantur *volum.2.d.1. l.a.3.c.2.*

Honorum,& dignitatum incapax eſt minor viginti quinque annis, inchoatus tamen annus pro completo habetur *vol.2. d.6.l.ss.1.d.1.l.c.2.*

Honorem,& famam ſuam unusquiſq; omnibus modis tueri tenetur *vol.2.d.23. l.CC.2. vol.4.d.9.l.ss.1.*

Honorem ſuum qui perſequitur nemini infert injuriam, nec dolo facit, etiamſi per conſequentiam tertium lædat *vol.4.d.9.l.ss.2.*

Honori parentum filii detrahere non poſſunt *vol.4.d.9.l.zz.1.*

Honorem ſummum Principes plerumque ponunt in ſeſſionis prærogativa, & præcedentia, de eoq; ſæpè acriter certatur *vol.4.d.19.l.rrrr.1.2.*

Hoſpes, ſeu Caupo creditorum claſſi annumeratur, poteſtque mox perſonas ſibi ob cœnam debitrices arreſtare *vol.5. d.4.l.z.4.*

Hoſpitalia in Rep. diverſa conſtruantur, ſi hominum infirmorum,& debilium multitudo abundet: nempe Ptochotrophia, in quibus aluntur mendici, & pauperes: Braëphotrophia, in quibus infantes expoſitii: Noſocomia, in quibus valetudinarii, Xenodochia, in quibus advenæ inopes, debiles infirmi: Gerontocomia, in quibus tenaces homines ſenes aluntur *vol.4.d.21.l.zzzz.2.*

Hoſpitandi munus pro reali,& patrimoniali onere reputatur,& rei indicitur propter rem ipſam, à quo nemo immûnis eſt, niſi illud ſpecialiter ſibi, vel lege eſſet indultum: præſertim quando ex cauſa neceſſaria profectio eſt, aliâs obligatio nulla erit, niſi de urbanitate: adeò ut nec etiam Eccleſia ab hoc onere, quatenus rei cohæret, immunis ſit *vol.6. d.8. l.Ggg.3.*

Hoſpitandi jus milites præcipuè habent: Deinde Judices: tertiò Venatores cum canibus; quæ tamen hodiè in

Digitized by Google

magnos abuſus reciderunt. ubi pulchrè *vol.6.d.8.l.*Ggg.3.4.

Hoſpitandi jus ex ſola poſſeſſione induci non poteſt, ſed oportet eſſe titulus *vol.6.d.8.l.*Ggg.4.

Hoſpitandi jus ab Eccleſiis extorquere non licet *vol.6.d.8.l.* Ggg.4.

Hoſtem non reſiſtentem, non rebellem ex intervallo occidere non licet *vol.2. d.7.l.*yy.1.

Hoſtes veros, ut habeamus, multa requiruntur: primò debent eſſe peregrini, quia aliàs ſolummodò diſſenſiones, & factiones civiles erunt: ſecundò juſta debet ſubeſſe cauſa, ob quam juſtum bellum decerni poſſit: tertiò ut bellum à Cæſare, aut Rege Romano, aut vice verſa publicè decretum, & indictum ſit *vol.2. d.7.l.*aAa.4.

Hoſtibus veris conſtitutis, belloque indicto omne cum ipſis commerciorum genus abrumpitur, & interdicitur, & non ſolùm aperto marte, ſed occultis etiam inſidiis, modò venenum ab his abſit, invadi poſſunt, cædi, capi, aut quocunque modo lædi, & deſtrui *vol.2.d.7.l.*aAa.4. Nihil itaque ad illos commercii cauſa adferri poteſt ſub confiſcationis pœna *vol.6. d.2.l.*L.3.

Hoſtes interni, id eſt, qui civiles diſcordias excitant, communi ſecuritate omninò indigni ſunt, imò injuriæ, & maleficio cuivis magis, quàm hoſtes externi, obnoxii ſunt *vol.2.d.7.l.*cCc.3.

Hoſtibus inteſtinis aggregantur ii etiam qui in juſſu Principis diffidant, qui pacem religionis, & pacem publicam violant, hique omni ſecuritate communi deſtituuntur, & graviſſimis pœnis coërcentur *vol.2.d.7.l.*cCc.3.4.

Hugenotici nominis origo *vol.4. d.2. l.*d.4.

Hungaria ſub Stephano Rege in Romani Pontificis clientelam ſe dedit *vol.2. d.3.l.*f.4.*vol.5.d.17.l.*dddd.3.

Hypotheca eſt contractus nominatus re initus, quo creditori jus in re conſtituitur, propter crediti reſtituendi fidem: quę autem de hypotheca dicuntur, eadem de pignore ſunt intelligenda, quod hæc ab authoribus plerúnque confundantur: licet aliàs ſtrictìm ſpectata differant, quod pignus ſit de re mobili, hypotheca de immobili, hinc pignus contractus, hypotheca pactum appellatur, ſed confundamus & nos, tuque Lector dicta de utroque intellige: pignoris autem, ut & hypothecæ vocabulum tripliciter ſumitur, primò pro re ipſa, quæ alicui pignori datur: ſecundò jus in re, quod ex obligatione habet creditor, denotat: tertiò, ipſam conventionem, ex qua hæc pignoris obligatio deſcendit, indicat: dicitur autem contractus re initus, quia pignus neque nudo conſenſu, neque verbis, neque litteris, ſed rei traditione, aut obligatione, ut in hypotheca, conſtituitur. Licèt enim ſit verus contractus, tamen ſolus per ſe non ſubſiſtit, ſi non accedat alteri obligationi, ideoque eſt firmamentum alterius contractus *vol.2. d.11. l.*uVu.1. *vol.5.d.38. l.*GG.3. *vol.7.d.4.l.*p.4. illa verò fiunt expreſſa partium conventione de re oppigneranda *ibid.*q.1. effectus eſt, ut debitor poſtea in damnum creditoris pignus mutare non poſſit *ibid.*

in Hypothecariis, & Chirographariis actio-

actionibus frequentes, & utiles circa prioritatem, & concurſum creditorum ſolent eſſe quæſtiones: hæc materia commendatur à multis, & hodiè in Germania tàm frequens ſolet eſſe, quàm obſonium in prandiô *vol.7.d.4.l.l.2.*

Hypotheca alia expreſſa, alia tacita eſt: expreſſa eſt, quæ cum conventione, vel citra eam conſtituitur: pignus conventionale vel in omnibus bonis, vel in parte bonorum debitor conſtituit, illud generale, hoc ſpeciale vocatur, dicitur autem conventionale, quod conſenſu conſtet in rem ſcilicet, quæ traditur, qualis eſt pignus propriè dictum: interdum conſenſu ſolo abſque re tradita, qualis eſt hypotheca, quia nec tradi neceſſe eſt, neque ſcriptura, ut in litterarum obligatione, neque præſentia, ut in ſtipulatione opus habet, ut ſubſtantiam capiat obligatio: & trahitur pignus ad bona tàm præſentia, quàm futura, fructuſque futuros: & ſi quis ea, quæ habiturus eſt, obligat, nihil obſtat, quin & ea comprehendantur, quæ ex hereditate poſtea obvenerunt. Comprehenduntur, & generali obligatione bonorum actiones, jura, nomina (quid ſi ſint obligata bona mobilia, & immobilia? neutra appellatione jura continentur) item merces venales, & bona emphyteutica. Quamvis autem generali conventione rerum, quas quis habet, habiturusve eſſet, res omnes contineantur, voluntate tamen debitoris quædam res tacitè excipiuntur: & primò quidem non veniunt ea, quæ veriſimiliter non obligarentur, niſi obligatio concepta ſit poſt mortem obligantis, tum enim ceſſat ratio. Secundò, non veniunt prohibita alienare ſub pœna, ut feudum: nec etiam bona ſubjecta reſtitutioni fideicommiſſariæ, nec res dotales, nec quæ ad affectionem ejus pertinent, ut concubina, filii naturales, alumni, nec jus patronatus: in ſpeciali conventione illud nunc notandum eſt, quòd diligenter cujusque rei appellatio conſideranda ſit. Grege enim pignori obligato, tametſi videri poſſit ea capita tantùm pignori obligata eſſe, quæ quo tempore obligatus erat Grex, in grege fuerunt, tamen & quæ poſtea naſcuntur, & quæ in demortuorum locum ſubſtituuntur pignori tenebuntur *vol.2.d.11.* *l.*uYu.1.*volum.5.d.37.l.*FF.5. GG.1.2.*d.38.* *l.*GG.3.4. *vol.6.d.11.l.*Rtt.4. *volum.7.d.4.* *l.*q.1.2.

Hypotheca, & pignus non conſtituitur, & teſtamentarium, id eſt, juſſu teſtatoris, vel Magiſtratus authoritate, & hoc eſt vel prætorium, quando Prætor abſque ſtrepitu judicii immittit creditorem in poſſeſſionem ex primo decreto, vel quia non eſt ſatisfactum, uti debuit, vel quia aliter debitor fuit contumax: vel judiciale, cum ex ſententia præcedente, vel re judicata judex agentem ex primo decreto immittit: differentias pignoris prætorii, & judicialis ibi vide, alii tamen ajunt convenire *volum.2.d.11.l.*uVu.2.*vol.5.* *d.38.l.*GG.4.*vol.7.d.4.l.*q.1.2. quod pignus juſſu Magiſtratus conſtituitur, vocatur publicum, alia vocantur privata *ibid.* *l.*p.4.

Hypotheca tacita eſt, quam legis, vel ſtatuti diſpoſitio in conſequentiam negotii celebrati ſine expreſſa hominum conventione inducit *vol.7.d.4.l.*q.2.

Hypotheca tacita, & pignus conſtitui-

Oo 3 tur

tur Domino prædii in invectis, & illatis pro penſione, & deteriotatione rei locatæ conductæ in prædium urbanum, non item in ruſticum: Fiſco in bonis debitorum; pupillo, & minorenni pro adminiſtrationis officio: uxori in bonis mariti, pro reſtitutione: legatario in bonis teſtatoris, pro legato conſequendo: creditori mutuanti ad rem reficiendam, id eſt, ſi quis pecunias accipiat pro reficienda, non pro inſtruenda domo: item filio in re patris, qui filii maternam hereditatem adminiſtrat *volum.2.d.*11.*l.*uVn.2.3.*d.*28. *l.*NN.3.*vol.*5.*d.*37.*l.*GG.1.2.*d.*38 *l.*GG.3.4. *vol.*6.*d.*2.*l* K.2. nomine Patris, intelligitur etiam mater, vitricus, & qui matrem alicujus pro Concubina retinet *volum.*7.*d.*4. *l.*q.2.3.4.

Hypothecam tacitam habet redemptor captivi apud hoſtes *vol.*7.*d.*4.*l.*q.3.

Hypotheca tacita contrahitur ex novatione neceſſaria, judicialive, non verò ex voluntaria, ſive extrajudiciali, niſi expreſsè in ea pignora repetita, & jura antiqua reſervata fuerunt *vol.*7.*d.*4.*l.*r.1.

Hypothecam tacitam acquirunt, qui jus offerendi habent, & in prioris creditoris locum ſuccedunt, ejusque jure non ſecus, ac prædeceſſores ſui utuntur *vol.*7. *d.*4.*l.*r.2. vide magis infra.

Hypotheca tacita datur in jure, quando debitor creditori ſuo bona alicujus tertii obligat, & tertius, ſi fidejubendo pro debitore conſentiat, videtur illam obligationem tacitè ratam habere, quanquam magis appareat conſtitutæ hypothecæ tacita approbatio, quam tacita hypothecæ ſuppoſitio *vol.*7.*d.*4.*l.*r.3.

Hypothecę tacitę jus includit pactum, ſive conventio de re aliqua vendenda, vel diſtrahenda *vol.*7.*d.*4 *l.*r.3.

Hypothecæ tacitę privilegium non niſi à legibus nominatim expreſſis conſtituitur *vol.*7.*d.*4.r.4.

Hypothecam conſtituere, & oppignerare poſſunt Domini veri, & qui Dominorum loco habentur: res omnes, quæ ſunt in commercio, etiam nomina creditorum, niſi ſpecialiter prohibitæ cenſeantur: quales ſunt res pupillares, litigioſæ, ſervitutes reales, dotales, fideicommiſſo purè ſubjectæ, feudales, & arma militum belligerantium, non togatorum, quorum arma etſi hypothecæ non ſubjaceant, pignori tamen dari poſſunt, ita etiam ruſticorum aratra pignori dari non poſſunt *vol.*2.*d.*11.*l.*uVu.4. *volum.*5.*d.*38.*l.*GG.4. HH.1.

Hypotheca, & pignore ſic conſtituto creditori fit poteſtas ejus perſequendi, cui duplici remedio proſpectum eſt, interdicto Salviano, & actione Serviana, quæ duplex eſt, directa, & utilis, illa datur creditori ad res in prædium ruſticum illatas vindicandum, pro mercede, vel deterioratione rei oppigneratas: hæc ad res inquilini, vel alterius debitoris quocunque modo oppigneratas datur; illa Serviana, hæc quaſi Serviana dicitur, & cum hac actio hypothecaria, interdum & actio in rem, & vindicatio confunditur, illa naſcitur ex jure honorario *vol.*2.*d.*11. *l.*xXx.1. *vol.*5.*d.*38.*l.*HH.2.

Hypothecæ, & pignoris pacta, quæ his contractibus adjici ſolent, præcipuè ſunt quadruplicis generis: primò ſuper occupatione hypothecarum authoritate propria, quæ tamen non valet absque Magiſtratus

Digitized by Google

ſtratus authoritate: ſecundò ſuper venditione rerum obligatarum, nam moris fuit, ut paciſceretur creditor, de vendendi poteſtate, quo ſcilicet tempore ipſi vendere liceat: verùm etſi hoc nominatim non convenerit, tamen pro convento habetur, ut vendere liceat, imò etſi expreſſum conveniſſet, ne vendere liceat, tamen adhuc licitè diſtrahi poteſt, ſi modò ter interpellatus debitor non ſolvat, nec biennium poſt trinam illam denunciationem expectandum, inter unamquamque autem denunciationem ad ſummum 30. dies intercedere debent, alii pauciores admittunt: debitor autem pignus vendere non poteſt, quod ſi creditor vendere nolit, non enim cogi poteſt, ibi certè debitori cedere debet, præſertim cum hoc agitur, ut ex pretio ſatisfiat creditori: ſic & modus venditionis conſideratur, quando pignus in diem conſtituitur, aut quando ſeu debitor, ſeu creditor de evictione cavet. Tertiò, ſuper fructibus pignorum, & hoc dupliciter fit, vel compenſando fructus cum debito, vel cum uſuris, primum eſt ut creditor pignoris fructus, quos alioquin non lucratur, ſed ſorti imputat, ſuos faciat pro uſu pecuniæ: alterum eſt, ſi uſuras debitor promiſerit, tunc uſus pignoris ipſi cedit, loco uſuræ: ſed ſi creditoris uſus legitimum uſurarum modum exceſſerit, ut ſi centum mihi mutua dederit, & à me fundum acceperit, qui viginti quotannis ſoleat reddere, tamen adhuc propter incertum fructuum eventum, fructus quaſi periculi pretium ſuos facit, cum etſi minus fructuum naſceretur, vel nihil etiam omninò fructuum percipiat, eo tamen contentus eſſe debeat: Quartò, pactum de dominio impetrando; cùm enim ita poſſidet creditor pignus, apparet neque fructus eum lucrari, neque in poteſtate ejus eſſe, rem pro pecunia retinere, ſed diſtrahere jubetur. Fit autem in pignore conventionali (ſecus in prætorio, ibi enim res, ab executore Prætoris mandato venduntur, ubi Præter ipſe ei addicit) ut res emptorem non reperiat, ibi impetrare poteſt à Principe, ut rem dominii jure poſſidere liceat, ita tamen, ut intra biennium, quam reſcriptum impetratum eſt, ei rem recipere liceat. Atque cùm conſtet creditorem neque fructus lucrari, neque rem dominii jure ſibi addicere poſſe: quæritur an ita paciſci liceat, ut ſi intra certum tempus pecunia ſoluta non ſit, pignus in ſolutum habeat? & negatur, hæcque eſt illa lex, quæ commiſſoria dicitur, & nominatim lege Conſtantini improbatur, exemplo vectigalium commiſſorum: ita tamen paciſci minimè prohibitum eſt, ut pecunia ſuo die non ſoluta res juſto pretio empta ſit *volum.2.diſp.*11. *l.*xXx.1.2. *vol.5.d.*38.*l.*HH.12.3.

Hypothecæ, aut pignori an Titius rem meam ignorante me dare poſſit, cujus tamen ego poſtea heres extiti, ſcilicet, ut utilis actio creditori ad perſequendum pignus concedatur, controvertunt, & certant maximè authores *volum.5.d.*38. *l.*HH.1.

Hypothecæ, & pignoris obligatio, uti tribus modis conſtituitur: Primò ſi aliqua obligatio ſubſit; Secundò, ſi creditor, cujus cauſa comparatum eſt, pignus eſſe velit; Tertiò, ſi jus ſit aliquod debitori in ea re, quæ pignori datur. Sic his, & aliis

Digitized by Google

aliis modis pignus diſſolvitur. Primò, liberatione debitoris, quod fit, ſi ſolvatur debitum: quid ergò ſi creditor nolit pecuniam accipere, cum offertur, an liberabitur? nequaquam: ut enim liberetur, conſignare, & ſolenniter deponere debet in locum publicum. Aut alio modo ſatisfiat. Satisfit enim creditori aut de ſorte, idque dupliciter, vel ipſo jure, ut Novatione, Acceptilatione: vel per exceptionem, ut ſi paciſcatur à debitore: ſi jusjurandum illi deferat: unde illic naſcitur pacti exceptio, hic jusjurandi: aut de pignore, cùm aut alia pignora, vel fidejuſſores pro pignore dantur, aut adeò nuda conventione ab hypothecâ diſceditur. Secundò re, ſive corpore extincto, nulla dubitatio eſt etiam hypothecam extinqui, jure autem debitoris ſublato paulò major eſt quæſtio: nam licet ratione acceſſionis interdum fiat, ut ſoluto jure illius, qui pignori rem dedit, jus quoque pignoris finiatur, ſecundò, ſi ſtatu liber obligatus ſit: tertiò in caſu *l.3.4.§.ult h.t.* ubi rem mihi in diem addictam, vel emptam lege commiſſoria, cui poſtea non paruero, pignori dedero: accedit tamen in quibusdam caſibus, ut jure debitoris ſoluto per alienationem pignus non extinguatur. Primò ſententia lata contra debitorem de dominio rei litigantem, ipſius debitoris hypothecam non perimit: ſecundò, licet dominium ab alio uſucaptum ſit, manet nihilominus hypotheca debitoris. Sed cùm conſtet mutatione dominii pignoris cauſam non ſemper tolli, dubitatum eſt de hujusmodi ſpecie, cùm prædium pignori datum eſt nominatim, ut fructus quoque pignori ſint, id prædium poſtea diſtractum eſt à debitore: quæritur emptor conventus à debitore actione Serviana an reſtituere cogatur fructus? de extantibus non eſt dubium; ſed de conſumptis quid? videtur quod non. Quartò disſolvitur pignus tempore: quanquam enim tempus non ſit modus finiendæ obligationis, tamen finito tempore convento debitor exceptione rectè repellitur: ſed etſi de tempore nihil convenerit, tamen creditorem præſcriptione longæ poſſeſſionis à poſſeſſione pignoris ſubmoveri poteſt: & hoc hodie annis 30. quo & cæteræ actiones perſonales præſcribuntur, idq; tùm ſi extraneus poſſideat, non verò ſi ipſe debitor, qui patientia creditoris abuti non debet, quod Juſtinianus ad 40. annos prorogavit *vol.2. d.11. l.*xXx.2. *vol.5. d.7. l.*ll.23.00.1.2.*d.*38.*l.*HH.4.

in Hypothecæ, & pignoris diſtractione creditores omnes ſimul, ſi plures ſint, concurrunt, ita ut alter alteri non præferatur, niſi aut propter expreſſam hypothecam, aut aliud privilegium ſingulare id fiat. Aut enim perſonales creditores, Chirographarii ſcilicet inter ſe concurrunt, & hi pari jure cenſentur: aut hypothecarii cum Chirographariis, quibus ſupra debitum res obligatæ, nexæque pignori ſunt, tunc hypothecarii potiores ſunt iis, qui tantum perſonalem actionem habent. Pluribus autem hypothecariis inter ſe concurrentibus, refert, utrum ſimul pluribus res obligata ſit, an ſeparatim diverſis temporibus? ſi ſimul data eſt concurrere omnes in hypotheca certum eſt, ſed hoc non uno modo. Nam aut ita datur hypotheca, ut ſingulis in ſolidum obligetur

Digitized by Google

ligetur,aut ita,ut in partes æquas. Si verò ſeparatim res obligata eſt, id eſt, diverſis temporibus,ſequimur regulam toties repetitam,qui prior eſt tempore potior eſt jure: ſatis autem eſt de Hypotheca antea, & prius conveniſſe vel purè,vel in diem, obligationis enim in diem conceptæ ſtatim dies cedit,ubi pulchrè. Nihil autem intererit conveneritne de pignore inter debitorem, & creditorem, an pignus authoritate, & juſſu magiſtratus conſtitutum ſit,vel ex cauſa judicati cœptum;an lege res pignori eſſe cœperit,ſicut nec intereſt generale pignus ſit,vel ſpeciale,tacitum, vel expreſſum *vol.* 2. *d.*11. *l.*xXx.3. *volum.*5. *d.*7.*l.*ll.1.2.3.4.mm.3.00.1. *d.*38. *l.*HH.3.4. *vol.*7.*d.*4. per totam. de concurſu ratione temporis prioritatis,& poſterioritatis vide *ibid. l.*s.3. quando concurrentes pares ſunt vide *l.*t.2.3.

in Hypotheca & pignore multi ob privilegium præferuntur: quidam privilegium cum hypotheca habent, quidam abſque hypotheca ſolo privilegio utuntur:ad illos pertinet mulier in dote,fiſcus, pupillus, & qui in rem reficiendam credidit: ad hos ſpectat Reſpublica, qui in rem emendam credidit, & alii, qui non ſolùm perſonalibus creditoribus,ſed hypotheca, vel hypotheca, & privilegio ſimul munitis præferuntur *volum.*2. *d.*11. *l.*xXx.3. *d.*28. *l.*NN.3. *volum.*5.*d.*7.*l.*ll.2. mm.2.3.4. nn.1.2.3.4. 00.2.3. *d.*8.*l.*pp.3.4. *d.*38.*l.*GG.4.HH.3.4.*vol.*1.*d.*15.*l.*M.3.ubi dicitur de illo,qui in rem emendam credidit,idem affirmatur *vol.*6.*d.*11.*l.*Rrr.4. de hoc qui in rem emendam credidit vide etiam in verbo Creditor. *volum.*7.*d.*4. *l.*m.2.3.4. n.1.2.3.4. & per totam diſputationem,de eo qui in rem emendam credidit *ibid.l.*r.3.

Hypothecarium, id eſt, reale jus,ſemper præfertur perſonali etiam privilegiato *vol.*7.*d.*4.*l.*p.3.4.

Hypothecariis omnibus Depoſitarius præfertur: vide Depoſitarius.

Hypothecariis omnibus, & quibuscunque creditoribus præferuntur Domini rerum apud aliquem debitorem exiſtentium: Nam hi ſi Dominium rerum ſuarum actu permanens retinuerint, res ſuas ante omnes alios auferunt *vol.*5.*d.*7. *l.*ll.2. *vol.*7. *d.*4.*l.*l.3.4. m.1.2. ſunt autem Depoſitarii, Locatarii, Commodatarii, qui precariò dant *ibid.*

Hypotheca ſeu pignore ſoluto naſcitur actio pignoratitia,eaque directa,quâ debito ſoluto agit debitor contra creditorem,ut rem ſibi pignoratam reſtituat, vel contraria, quâ creditor agit, contra creditorem ad id,quod ſibi pignoris nomine abeſt,quæ actio eſt perſonalis, non realis: rei tamen vindicationem etiam dari poſſe videtur. Juri autem luendi pignoris non præſcribitur *volum.*2. *diſp.*11. *l.*xXx.4. *vol.*5.*d.*38.*l.*HH.4.

Hypotheca generali creditori haud ſatis cauſatum eſſe poteſt *vol.*4.*d.*27.*l.*K.4. quia ſtante ſola generali adhuc licet oppignerara alienare, nec illis venditis Hypothecarius contra emptorem rectè agit *vol.*6.*d.*11.*l.*Rrr.4.

Hypotheca etſi generalis ſit, tamen ſpeciali præferrur, ſi tempore ſit prior, item ſive tacita ſit, ſive expreſſa ſemper prior præcedit poſteriorem exceptis privilegiatis *vol.*5.*d.*7.*l.*ll.1.4. *d.*38. *l.*HH.3. *vol.*7.*d.*4.*l.*s.4.

Hypothecarii priores, ſi poſterioribus pecunia ſoluta ſit, ab iisdem pecuniam avocare non poſſunt *vol.5.d.7.l.*oo.4. contrarium tamen ſi extet, aut creditor privilegium perſonale habeat, videtur dicendum: ſin doloſè conſumpta eſt, rei vindicatione agetur, perinde ac ſi adhuc poſſideretur *vol.7.d.4.l.*r.3.

in Hypothecarum diſtractione, & diſtributione priores non ſolùm potiores eſſe intelliguntur, ſed etiam poſteriores creditores hoc caſu, cum offerendo, & ſolvendo pecuniam debitam, & uſuras ipſo jure in jus priorum ſuccedunt, neque id ſaltem, ſi ſecundo loco hypothecam habeant, ſed etiam ſi poſteriorem ſecundo: At illi, qui cum creditores non eſſent, pecuniam obtulerunt, & ſolverunt prioribus creditoribus hypothecariis velut hi dimitterentur, crediderunt debitori verſuram facienti, in jus pignorum non ſuccedunt, ſed jura hypothecarum in eos vel authoritate judicis, vel conventione debitoris transſcribuntur; prior quoq; non prohibetur poſteriori pecuniam offerre. Si ſecundus creditor confirmandi ſui pignoris cauſa primo ſolvit, non ſolùm exinde res illi in ſuum debitum tenetur, ſed etiam in debitum primi creditoris, & uſuras, quas creditori priori ſolvit, quamvis invito debitore, quaſi in locum prioris ſuccedat. Remoto autem primo creditore à tertio, tertius in jus primi non ſuccedit, ſed adverſus eum ſecundus hypothecam vindicare poteſt *vol.* 5. *d.*38. *l.*HH.3.4. *vol.*7.*d.*4.*l.*r.2.

in Hypothecaria præter culpam latam etiam levis præſtanda venit *volum.*5.*d.*38. *l.*HH.4.

Hypotheca, & pignus non reſolvitur, ſi res vendita ab emptore pignori obligata, propter læſionem ultra dimidium beneficio *l.2.C.de reſcind. vendit.* fuerit avocata *vol.5.d.*38.*l.*HH.4.

Hypotheca, & pignore ſimpliciter reddito jus pignoris remiſſum cenſetur *vol.5.d.*38.*l.*HH.4.

Hypothecariam intelligitur remittere creditor, ſi venditioni pignoris conſentiat, tunc tantùm prioritatis jus remiſiſſe videtur *vol.5.d.*38.*l.*HH.4.

in Hypothecariis, & Chirographariis cauſis, perſonaliter privilegiati ſæpe conſpiciuntur, nempe illi, qui non ex prioritate, vel poſterioritate temporis, ſed ex modo, qualitate, & cauſa privilegii æſtimantur. Et quidem perſonales creditores dupliciter diſtingui, & accipi ſolent, primò pro iis, qui perſonalem tantùm habent obligationem absque ullo privilegio prælationis, & hi communiter chirographarii dicuntur. Altero verò modo pro iis, qui jura perſonalia obligationum cum privilegio habent, & ut explicant Doctores quando accidens aliquod ſingulare credito adhæret, quo creditoribus reliquis in perſonalibus actionibus in plurium concurſu præferuntur, & hi vulgò privilegiati nuncupantur, & in hujusmodi cauſis prioritas, vel poſterioritas temporis non attenditur, ſed cauſa debiti conſideratur *vol.7.d.4.l.*r.4.

in Hypothecariis, & Chirographariis cauſis inter perſonales privilegiatos numerantur deponentes, aut quivis alii ratione rei ſuæ conſumptæ, nec amplius extantis, prout & ſumptus funebres, ac bona ſpon-

na ſponſæ à ſponſo adminiſtrata *vol.7. d.4.l.s.1.*

in Hypothecariis, & Chirographariis cauſis perſonaliter privilegiati ſunt mutuantes pecuniam ad res emendas, vel reficiendas, nec ſibi de expreſſa hypotheca caventes. Licet enim pupillus, miles, & uxor in re ex pecunia ſua comparata tacitam hypothecam obtineant: fallit tamen illa ſingularitas in reliquis creditoribus, quorum pecunia res comparata eſt, adeò ut nullum hypothecæ jus habeant, niſi expreſſa pactione ſibi conſtituerint, ſed habent tantum privilegium perſonale inter Chirographarios. His jus Saxonicum annumerat Eccleſiam, loca venerabilia, alimenta, & alias cauſas pias, ac favorabiles, prout ſunt Advocatorum, & Medicorum Salaria, ac debita Scholarium *vol.7.d.4.l.s.1.*

in Hypothecariis, & Chirographariis cauſis Reſp. creditrix perſonaliter privilegiata eſt, ut Chirographariis præferatur *vol.7.d.4.l.s.1.*

præter Hypothecarios quando de Chirographariis vel ſolum, vel poſt illos agitur: obtinet illa regula, quod illi, qui in jure vel perſonales, vel chirographarii dicuntur, Hypothecariis, & privilegiatis vel non extantibus, vel jam ſatisfactis omnes ad debitoris ſubſtantiam pro rata debiti quantitate in tributum vocentur nulla habita, aut attenta temporis diverſitate: idque actione tributoria: fit autem tributio pro rata ſcilicet portione ejus, quod cuique debetur, id eſt, pro menſura debiti. Quod tamen ita intelligendum eſt, ſi reſidua debitoris ſubſtantia id admittat, ſed ut plurimum accidit, ut Chirographarii vacui in concurſu dimittantur: & ajunt licere alicui adjiciendo ſibi creditorem, conditionem creditoris ſui facere deteriorem *vol.7.d.4.l.s.1.2.*

præter Hypothecarios illi Chirographarii bono loco ſunt, qui remedio ſeparationis bonorum uti poſſunt, ut elegans exemplum *in l.ſciendum.1.§.ſciendum.3.ff. de ſeparat.* extat, in qua aliquis ſeparatione bonorum defuncti, & heredis Chirographarius Hypothecario fit potior, à quo tamen excipitur caſus, quando res hereditaria eſt vendita, fruſtra enim eo caſu beneficium ſeparationis imploraret *vol.7. d 4 l.s.2.*

præter Hypothecarios illi quoq; Chirographarii res ſuas bene gerunt, qui vigilantia ſua ſibi proſpexerunt, vel caverunt, licèt enim creditori extra privilegia, & hypothecas conditionem ſuam meliorem reddere *vol.7.d.4.l.s.2.*

in Hypothecariis, & Chirographariis cauſis, ille creditor Chirographarius dicitur, & qui integrum Chirographum debitoris manu conſcriptum, & qui ab alio quidem ſcriptum, propria tamen ejus manu ſubſcriptum, & qui Chirographum debitoris ſigilli appoſitione munitum habet *vol.7.d.4.l.s.2.*

Hypothecam ſpecialem habens, & generalem priorem, non poteſt hac omiſſa ad illam in præjudicium ſequentis debitoris recurrere, maximè ſi res generaliter hypothecata pro debiti ſatisfactione ſufficere poſſit *vol.7.d.4.l.t.1.*

Hypothecæ prioritas valet etiam, tametſi quis in diem, aut cum conditione contraxerit. Nam & ante diei adventum, & etiamſi conditio nondum extiterit, aut

purificata fuerit, potius jus habebit. Siquidem jus hypothecæ non ex eo, quo venit die, ſed ex tempore, & die conventionis æſtimatur: & quoad hoc retrotrahitur, & reducitur conditio exiſtens ad tempus initi contractus, ac fictione juris perinde habetur, ac ſi obligatio ab initio purè contracta fuiſſet *vol.7.d.4.l.t.1.*

Hypotheca ſemel conſtituta durat, licet alienata fuerit, & ad quemcunque poſſeſſorem pervenerit *vol.7.d.4.l.t.2.*

I.

IActa res non habetur pro derelicta, ſed ſemper penes jacientem permanet Dominii retentio, ſive animus retinendi *vol.7.d.4.l.m.4.*

Iactare ſuum. vide Summ.

Identitatis ratio ubi eſt, ibi jus idem ſtatuendum *vol.7.d.4 l.n.4.*

in Ignorantem dolus malus cadere non poteſt, & qui errat, non videtur conſentire *vol.5.d.43.l.MMM.2.*

Ignoranti tempus non currit: & hoc jure communi, feudorum, & canonico. Si autem de ſcientia, aut ignorantia dubitetur, ſtandum eſt juramento ejus, qui ſe dicit ignoraſſe: nam ignorantia etiam in dubio præſumitur *vol.1. d.22. l.B.2. vol.2. d.6. l.kk.4.d.29. l.OO.3. vol.3.d.1.l g 1.4. vol.4.d.25 l.H.1.2.*

Ignorantia à ſubreptione non excuſat, hinc facti reticentia contra ſæcularem præſcriptionem opponi poteſt, propriamque allegat turpitudinem, ſi quis ignarum ſe prætendit conditionis ejus, qui cùm contraxit *vol.2.d.3.l.m.2.*

Ignorantia præſumitur etiam in facto proprio, ſi de damno ignorantis vitando certetur, præſertim ſi factum proprium ſit valde antiquum: aut intricatum *vol.2. d.29.l.OO.3.*

Ignorantia facti alieni probabilis eſt, & præſumitur, adeoque excuſat *volum.2. d.29.l.OO.3.*

Ignorantiæ juſtam habent cauſam, qui in alterius locum, & jus ſuccedunt *vol.2. d.29.l.OO.3.*

qui ignarus rem raptam, aut bannitum recipit, in delicti ſocietatem non venit *vol.2 d.29.l.OO.3.vol.6.d.1.l.D.1.*

Ignorantia etiam ſupina, modò à dolo remota affectataque non ſit, excuſat, nec præſumitur ſcientia, niſi probetur *volum.2. d.6.l.D.1.*

Ignorantię pręſumptionem notorium tollit, ſi enim omnes in urbe ſciant, ſolus quis ignorare non poteſt, nec juvat, ſi quis dicat, ignoraſſe ſe litteras palàm propoſitas loco idoneo, clara ſcriptura, à pluſimis lectas, & quod publicè denunciatum, & promulgatum eſt *volum.2. d.29. l.OO.4.*

Ignorantia affectata pro ſcientia habetur, igitur qui quovis modo procurat, ne citatio ad ſe perveniat, nihil facit, nec excuſabitur: quare ignorantia affectata eſſe non debet *vol.2.d.29.l.OO.4.*

Ignorantia alia eſt civilis, alia naturalis; hæc nemini patrocinatur, cùm à vagis, & inceſtuoſis libidinibus ſibi abſtinendum eſſe omnes ſcire debeant, unde nec miles, nec mulier, nec minorennis liberatur, quare nec venia ruſticitati datur, ſiquis patronum, ſeu patronam, eorumque parentes, ac liberos, heredes inſuper, etſi extranei ſint, ſine venia in jus vocaverit, cùm naturali ratione honor hujusmodi per-

Digitized by Google

di perſonis debeatur *vol.2.d.29.l.*OO.4.

Ignorantia juris civilis non prodeſt adquirere volentibus, id eſt, lucrum captantibus: ſuum verò ad damnum evitandum petentibus non obeſt: ſic in uſucapione negatur prodeſſe, & qui per hanc major 25. annis hereditati matris ſuæ renunciavit, ſera prece ſubveniri ſibi deſiderat: ſed ſi quis hâc ignorantiâ indebitam pecuniam ſolvat, aut univerſum reſtituat fideicommiſſum, aut non deducat Falcidiam, ſed legata ſolvat integra, non habet condictionem *vol.2.d.29.l.*OO.4.

Ignorantia perſonis jura ignorantibus ſuccurrit, non tantùm in damno vitando, ſed lucro etiam captando, etſi in mulieribus, & ruſticis lucrantibus hoc non planè concedendum ſecundùm Cujacium fuerit: & verò de mulieribus textus expreſſi ſunt *vol.2.d.29.l.*PP.1.*vol.3.d.1.l.*g.4.*vol.4.d.27.l.*M.2.3.

Ignorantia juris civilis non aliter cuiquam ſuccurrit, niſi facultatem conſulendi peritiores non habuerit. Igitur generaliter ſic tenendum ignorantiam facti, non juris excuſare *vol.2.d.29.l.*PP.1.*vol.3.d.5.l.*rr.4.*vol.5 d.42.l.*HHH.1.

in Ignorantiæ negotio probatio ei regulariter incumbit, qui ſcientiam objicit, in cæteris allegans ignorantiam eam probabit: utrobique tamen etiam interdum juramentum exigitur pro negotii, ac perſonarum circumſtantiis *vol.2.d.29.l.*PP.1. *vol 3.d.5.l.*rr.4.

Ignorantia omninò vacare debet, & ignorantia culpa contracta levior, vel gravior eſt, prout culpa, quæ ignorantiæ cauſam dedit, levis, aut lata fuerit *vol.2.d.29.l.*PP.1.

Ignorantis Domini incuria, & negligentia punitur, cujus in domo, & fundo falſa moneta cuditur, niſi fortè longiſſimè ſit abſens *vol.2.d.29.l.*PP.1.

Ignorantia facti generaliter excuſat & à pœnis, & ab extinctionibus jurium, ſive actionum *volum.3.d.1.l.*g.4. *vol.7.d.1.l.*b.3.

pro Ignorante habetur titubans *vol.7.d.1.l.*b.3.

Ignorantiæ præſumptio fortior eſt præſumptione ſcientiæ *vol 3 d.5.l.*rr.4.

ab Ignorantia ſtatutorum nemo civium excuſatur, nec is, qui locum ſæpius frequentat: quæ tamen tunc præſumitur, ſi civis in eorum publicatione ægrotaverit, vel abſens fuerit, vel noviſſimè ad locum habitandi cauſa venerit *volum.3.d.5.l.*rr.4.

Ignorantibus, & Invitis nobis (quæ duo æquiparantur) acquiritur: Inviti, ac ignorantes liberari poſſumus, & aliâs beneficia etiam invito aliquandò accipienda ſunt *vol.6 d.3.l.*Ee.2.*d.4.l.*Mm.3.

Ignoranti Domino quibus ex cauſis acquiritur, ex iis etiam infanti, & furioſo *vol.7.d.7.l.*gg.2.

Illicitæ res, & ex Provincia exportari vetitæ eo ipſo committuntur etiam navis, & jumentum, quæ ad ipſorum uſum accommodantur: ſed hodie leges illæ de quarundam rerum evectione prohibitâ non ſervantur *vol.3.d.5.l.*qq.3.

Illuſtres incarcerari non poſſunt, nec torqueri *vol.2.d.28.l.*NN.4.

Illuſtres ſedent, cùm accuſantur *vol.2.d.28.l.*NN.4.

Illuſtres criminaliter etiam per procura-

ratorem defendi poſſunt *volum.2. diſp.28. l.*NN.4.

Illuſtres non minus in delictis gravibus puniri debent, quàm alii *volum.4.d.2. l.*f.4.

Illuſtrium pœna, ſi potentiâ valeant, & periculum in Rep. timeatur, commodè differri poteſt, ipſique etiam absque ſtrepitu, ſi res ita poſtulet, tolli *vol.4. d.2. l.*f.4.

Illuſtres in generali conceſſione non comprehenduntur *vol.4.d.9.l.*xx.4.

inter Immobilia nec navis, nec domus exemptibilis, nec machinæ bellicæ caſtri, nec piſces in ſtagno, vel piſcina, nec molendina, quæ vel in aquis natant, vel ventis rotantur, nec inſulæ maris, ſtagni, aut fluminis ſemper fluctuantes, nec torcular recenſentur *vol.1.d.12.l.*yy.1. vide in verbo Retractus.

Immobilia bona præſtat habere quàm pecuniam *vol.6.d.16.l.*Cccc.2.

Immunitas à Principibus, aut legibus conceſſa, qualiſcunque illa ſit, ſe ad neceſſitatem non extendit *vol.1.d.5.l.*H.2.

Immunitas regulariter 40.annis præſcribitur *vol.3.d.5.l.*gg.4.

Immunitas ſubdito conceſſa non dicitur remuneratoria *vol.3.d.5.l.*ii.1.

Immunis ſi 10.annis ſolvat, ſibi præjudicat in poſſeſſorio, ſi 30.annis, in petitorio *vol.3.d.5.l.*qq.1.

Immunitas conceſſa ſocio, prodeſt alteri etiam ſocio *vol.3.d.5.l.*qq.3.

Immunitas in dubio ad bona etiam poſtmodum quæſita refertur *volum.2.d.3. l.*k.2. *vol.6.d.3.l.*Dd.1.

Immunitate caſtro cuipiam conceſſa, ſi id in civitatem, aut villam excreſcat, immunitas totum comitabitur *vol.2.d.3. l.*k.2. vide in verbo Privilegium. & Conceſſio.& Gratia.

Impedimenti exceptio reo proficit, ſi ob impedimentum aliquod in termino comparere, nequeat: non autem quodvis excuſat, ſed id, quod juſtum, & probatum eſt, ut eſt morbus ſonticus, tempeſtas, vis fluminis, abſentia Reip. cauſa, captivitas; ubi notandum, quòd incarceratus, ſi cauſa gravis ſit, per procuratorem agere non teneatur, & ſic exceptio impedimenti per captivum oppoſita valebit, ſin facilis cauſa eſt, agere poteſt *vol.2.d.27. l.*KK.4.

Impedimentum juſtum multis modis probatur *vol.3.d 1.l.*g.4.

Imperium merum ad criminalia, mixtum ad civilia pertinet *volum.1.d.2.l.*k.2. *vol.2. d.19.l.*T.3. *vol.5.d.17.l.*ffff.2.

Imperium merum in criminalium quæſtione, cognitione, perſecutione, non in nudo exercitio, & publici judicii cognitione conſiſtit *vol.1.d.2.l.*k.2.3. *vol.4. d.17.l.*dddd.2.3.4.

Imperium mixtum conſiſtit potiſſimùm in decernendo, perſequendo, jubendo *vol.1. d.2. l.*m.1. *vol.2. d.19. l.*T.3 *vol.5.d.17.l.*ffff.2.

ab Imperio mero, ad mixtum non benè concluditur *vol.1.d.2.l.*l.3.

Imperium merum etiam tunc conceſſum videtur, cùm indefinitè jurisdictio conceditur, quamvis etiam absque territorio, & ſimpliciter conceſſa ſit *vol.1. d.2.l.*k.2.

Imperium merum, quia nonniſi ſpecialiter concedi ſolet, generali jurisdictionis conceſſione non cenſetur translatum,

Digitized by Google

tum, niſi pleniſſima, vel omnimoda juriſdictio alicui fuerit in feudum data *vol.5. d.42. l.* EEE.3.4.

Imperium merum non præſumitur tacitè conferri, etiamſi quæcunque generalis juriſdictio alicui concedatur, maximè ſi crimina atrocia, vel ſimilia reſerventur *vol.5. d.11. l.* ccc.4.

Imperium merum in unico ſolummodò abſentiæ caſu, non autem infirmitatis, alteri mandari, & committi poteſt *vol.2. d.18. l.* P.3. *vol.3. d.15. l.* S.4. in Corollar. *vol.4. d.17. l.* dddd.4.

Imperii meri gradus præcipui ſunt, primò ultimum ſupplicium, & huc non pertinet mutilatio, ſeu abſciſſio membri: ſecundò omnes graviores pœnæ exceptâ morte, quò pertinet deportatio, & hodie bannum imperiale: tertiò exiſtimationis periculum, & coërcitio corporis, quò pertinet relegatio *vol.4. d.17. l.* dddd.4.

Imperium merum, mixtum, & juriſdictionem ſimplicem in aliquos à ſuperiori conceſſam, qui ſolummodò habet, non poteſt ab iis, qui ſub juriſdictione ejus habitant, homagium exigere *vol.5. d.17. l* ffff.2.3. ubi pulchrè.

Imperio mixto, & mero conceſſo, etiam jus Fiſci conceſſum videtur *vol.6. d.2. l.* G.3 alii tamen ſpecialem conceſſionem requirunt *ibid.*

Imperium merum omnimodè exercere poteſt, qui pleniſſimam habet juriſdictionem *vol.5. d.18. l.* ssss.3.

Imperium merum præſumitur Princeps alicui conceſſiſſe, ſi concedat caſtrum cum juriſdictione generaliter *vol.5. d.34 l.* X.4.

Imperium merum, id eſt, ſuprema illa gladii poteſtas ſpecialiter alicui lege conceſſa, alteri delegari non poteſt *vol.5. d.35. l.* BB.2.

Imperium ſuperioris in flagitiis nullum eſt, id eſt, quando ſuperior aliquid imperat, quod ſit cum turpitudine, & inhoneſtate conjunctum. Quamobrem in inferioribus etiam nulla eſt parendi neceſſitas, id eſt, inferior hujusmodi mandato obedire non tenetur, nec contumaciam in non parendo committet: ſicut nec juramentum ſeu generale, ſeu ſpeciale ibi quicquam operari debet *vol.2. d.7. l.* gGg.2.

Imperium eſt legitima in ſubditos imperandi poteſtas, ita ut imperans aliis leges dare poſſit, ipſe verò iisdem omninò ſolutus ſit *vol.1. d.1. l.* a.3. *d.2. l.* i.4. *vol.4. d.2. l.* a.1. ergò ad Imperium invitus, id eſt, non ſubjectus nemo cogi debet *vol.6. d.3. l.* Z.1.2.

Imperium, & Cæſar in omni fide excipitur, quâ quis alteri obſtringitur *volum.2. d.3. l.* m.3.

Imperium præſcriptione non acquiritur: alii tamen dicunt illud præſcriptione temporis immemorialis acquiri poſſe *vol.1. d.2. l.* k.3. *vol.2. d.3. l.* k.1, o.3. *d.18. l.* P.2. *vol.3. d.5. l.* ee.3. *vol.4. d.9. l.* tt.3. *vol.5. d.17. l.* dddd.2.

Imperia parantur, id eſt, Imperii conſequendi hi præcipuè modi ſunt: nempe aut ſucceſſio, aut electio, quarum illa propriè pertinet ad Monarchiam, hæc ad reliquos fermè Reip. ſtatus, & fit plerumque aut per ſuffragia, aut per ſortes: tertius modus eſt bellum legitimum: electio autem reliquis potior videtur *vol.1. d.22. l.* V.2. *vol.4. d.2. l.* c.1. *d.3. l.* n.4. *vol.5. d.17. l.* xxx.3.

Digitized by Google

l.xxx.3.4. yyy.1.2.3.4. zzz.1.2.3.4. ubi pulchrè *d.*28 *l.*cccccc.3.

Imperium deferri debet ad Principem omnibus virtutibus clarum, & ſumma prudentia præditum, inter quas relucet recta in DEUM fides, & ſumma pietas *vol.*4.*d.*2.*l.*c.1.

Imperium muliebre repugnat juri divino, civili, & naturali: tamen ſæpius mulieres rexerunt, illudque regimen quidam ſpecioſè laudant *vol.*1.*d.*22.*l.*V.3.*volum.*2. *d.*13.*l.*β.4.*d.*3.*l.*g.1.*vol.*4.*d.*1.*l.*)(.4.*d.*2.*l.*m.1. *d.*12.*l.*iii.1.4.*d.*24.*l.*D.4.*vol.*5.*d.*28.*l.*iiiiii.3.4.kkkkkk.1.2.

Imperium non accipit Cæſar à Pontifice, nec id eſt Pontificis feudum *vol.*4. *d.*2.*l.*b.2.3.*volum.*5.*d.*23.*l.*nnnnn.4 ſſſſſ.1. *d.*24. *l.*uuuuu.3.4. *d.*28.*l.*mmmmmm.1. *d.*30.*l.*A.3.4. vide in verbo Cæſar.

Imperio non expedit vectigalia, cæteraque pignora Principibus indulta, à Cæſare revocari; cum in Principatu nil ſit pernicioſius æqualitate *volum.*2.*d.*3.*l.*p.1. *vol.*3.*d.*5.*l.*bb.1.2.

Imperii compages convelli ſine convellentium exitio non poſſunt *vol.*2. *d.*3. *l.*p.4.

Imperii favor magnus in judiciis, & litibus eſt. Igitur Imperium injuſto eorum propoſito, qui in fiſcum injurii eſſe volent, præfertur, & non ſolùm in caſu dubio gratioſè pro Imperio, & fiſco pronunciatur, ſed & prorogata, & pendente fiſcalis cauſæ lite, vindiciæ dantur ſecundùm Imperii libertatem, donec alterutrum ultimo judicio definiatur: ſic melior conditio fiſci eſt, durioreſque debet ſubire partes, qui Imperio detractum ire quid volet *vol.*2.*d.*3.*l.*q.1.

Imperium non eſt in marſupio Principis; & Imperium habet ſe, ut corpus, cui ſi vel auricula amputetur, monſtroſum efficitur, & omnis Principatus non ad ipſorum Principum, ſed ſubditorum utilitatem, & commoda inventus, & receptus eſt, nullaque provincia extat, quæ ſi non expreſsè alienationem rerum ad Regnum ſpectantium interdicat, ſaltem prohibuiſſe eam tacitè videatur *vol.*2.*d.*4. *l.*x.2.*d.*9.*l.*pPp.3.*d.*13.*l* β.3. vide in verbo Majeſtas, & Princeps.

Imperium noſtrum in ſtatus diviſum eſt, quorum unuſquiſque quatuor viros habet, id eſt, 4. Duces, 4. Marchiones, 4. Comites &c. & deinde in circulos, quorum ſex olim, nunc decem ſunt. Statuum autem tres ſunt claſſes, Electorum, Principum, & liberarum Civitatum *vol.*5. *d.*29.*l.*qqqqqq.4.

Imperia magis prudentiâ, quàm armis, & potentia defenduntur *vol.*2.*d.*6.*l.*ll.3. *vol.*4.*d.*2.*l.*k.2.3.

Imperii adminiſtratio ſi vacet; ſeu per Cæſaris mortem, ſeu per depoſitionem, aut reſignationem, ſeu ipſe ſecedat, & proficiſcatur extra Germaniam: ſemper, inquam, illa ſpectat ad Comitem Palatinum Rheni Electorem, & Saxoniæ Ducem Electorem, non ad ſummum Pontificem, etſi ipſe hoc ſummoperè contendat *vol.*2.*d.*6.*l.*oo.4. vide in verbo Vicarius.

Imperium nunquam moritur *vol.*2.*d.*6. *l.*oo.4.

Imperium par in parem non habet *vol.*2.*d.*7.*l.*iii.2. *vol.*3.*d.*5.*l.*cc.4. *vol.*4.*d.*2. *l.*d.3. *d.*8. *l.*gg.1.3.4. *d.*13. *l.*nnn.3. qqq.1. *volum.*

Digitized by Google

*volum.*5. *d.*13. *l.*iiii.3. *d.*17. *l.*kkkk.2. *d.*29. *l.*uuuuuu.1.

Imperia pro viciſſitudine omnium rerum naſcuntur, denaſcuntur, creſcunt, & decreſcunt, ſæpe etiam iis familiæ fatales progignuntur, quæ ipſorum exitio naſcantur, vivant, ipſaque deſtruant *vol.*4. *d* 1.*l.*)(.2.

Imperium translatum eſt in Germanos in perſona Caroli Magni *vol.*4. *d.*1. *l.*)()()(.2.

Imperandi populo, & rectè formandi Remp. ars, eſt ars, & res non minus difficilis, quàm ſublimis, imò ſcientiarum ſcientia *vol.*4 *d.*2.*l.*2.1. *vol.*5.*d.*21.*l.*iiiii.1.

Imperii Principes non habent poteſtatem ferendi leges, indicendi bella, & exigendi tributa univerſaliter (nam in ſuis territoriis hoc ipſis permittitur) nam quamvis auxilio, & conſilio juvent Cæſarem, ipſeque illorum conſilio agat, non tamen agit illorum authoritate *vol.*4.*d.*2. *l.*a.2. vide in verbo Princeps.

Imperatoris nomen olim habebant omnes, qui magnos exercitus ducebant, & hoſtem vicerant: nunc à Julio proprium Cæſarum eſt *vol.*4. *d.*10. *l.*bbb.4. de Imperatore Romano, vide Cæſar.

Imperia quædam abſoluta, quædam ſubalterna dicuntur, quorum illa nemini, niſi Deo, hæc alteri, vel populo, vel Principi ſubſunt *vol.*4.*d.*12.*l.*lll.1.

Imperia ſubalterna quoad ſubditos abſoluta, & eadem Dominorum ſuperiorum reſpectu non abſoluta ſunt: hincq; dicitur ſubditos fortius aſtringi ſuo immediato Principi, quàm ſuo Cæſari, vel Regi *vol.*4.*d.*12.*l.*lll.1.2.

Imperium, qui non habet, non habet etiam animadverſionem *volum.*4. *diſp.*13. *l.*qqq.1.

Imperia amittuntur morte regnantis, ſtatus unius in alium mutatione, bello, depoſitione, itemq; ſpontanea ceſſione, ſi ſuperioritatem omninò quis alteri cedat, non etiam ſi jura quædam inferiora, in quibus quis certa lege, & conventione aliquem ſuperiorem agnoſcere poteſt, qui tamen in cæteris integra libertate fruatur *vol.*4.*d.*5.*l.*o.1.*d.*15.*l.*uuu.4.

Imperii membra tria ſunt, Electores Duces, & Urbes Liberæ *volum.*4. *diſp.*19. *l.*pppp.2.

quæ ad Imperii Romani dignitatem ſtatuta ſunt, immutari non debent *vol.*4. *d.*19 *l.*pppp.4.

Imperii Principem, aut Statum eſſe, celſitudo perſonæ eſt, non glebę pretium, ſed ſummi Principis præmium *vol.*5.*d.*17. *l.*ffff.3.4.

Imperium hominum adjectione ampliari præſtat, quàm pecuniarum copia *vol.*6.*d.*16.*l.*Eeee.2. vide etiam Civitas.

contra Imperii hoſtem æterna eſt authoritas, uti & rebellem, ut ſemper armis ad ſubjectionem cogi poſſit *volum.*5. *d.*17.*l.*iiii.1.2.

Imperium vacat, aut quando Cæſar moritur, aut faſces ultrò ponit, aut ſolio movetur *volum.*2. *d.*6.*l.*oo.4. *vol.*5.*d.*23. *l.*ooooo.1.2.

Impoſſibilis conditio eſt, cui vel natura, vel jus repugnat: Nam in jure hæc non differunt: Item illa, quæ nimiam continet difficultatem *vol.*6.*d.*12.*l.*Sss.4.

Impoſſibile cenſetur, quod ſalva dignitate noſtra facere non poſſumus, & quod lædit juſtitiam, pietatem, verecundiam,

diam, deniq; quod eſt contra bonos mores *vol.2.d.4.l.y.3.d.22.l.*AA.4.*d.23.l.*CC.2.3.*d.24.l.*EE.4. *vol.3.d.12.l.*L.1. *vol.4.d.9.l.*qq.3.*d.13.l.*ppp.4.*d.27.l.*N.3. *vol.5.d.17.l.*llll.1.*d.43.l.*PPP.1.

Impoſſibilitati difficultas magna æquiparatur *vol.6.d.3.l.*Dd.2.*d.12.l.*Sss.4.

Impoſſibilitas meretur excuſationem *vol.6. d.3.l.*Ii.1.

Impoſſibilium nulla eſt obligatio *vol.2. d.22. l.*AA.4. *vol.3. d.5. l.*00.1. *d.12. l.*L.1. *vol.4 d.27.l.*N.3.*vol.5.d.31.l.*M.3.*vol.6.d.3. l.*Dd.2. *vol.7.d.1.l.*d.1.

Impoſſibilis conditio vitiat contractum, Inveſtituram, & Præceptum Judicis *vol.3.d.9.l.*ddd.1.*d.12.l.*L.3. *vol.6.d.12. l.*Sss.4.

de Impoſſibilibus nulla ſunt initia, id eſt, id quod ab initio impoſſibile fuit, ab eo nec in temporis progreſſu pro jure meo argumentari poſſum *volum.5.diſp.17. l.*llll.1.

de Impuberibus vide in unaquaque materia, ubi eorum mentio fieri debet.

Imputari ei non debet, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum *vol.7.d.1.l.*b.1.

Incapaces mox ab initio ex teſtamento nihil capere poſſunt, & quæ ipſis relicta ſunt, pro non ſcriptis habentur, ideoque nec Fiſco acquiruntur, ſed vel ſubſtituto, vel coheredi adcreſcendi ſcilicet jure, vel legitimis heredibus, puta ſi deportati, vel peregrini, vel hæretici heredes inſtituantur *vol.7.d.9.l.*qq.2. vide Legatum.

Incarcerans cum Incarcerato contrahere non poteſt *vol.7.d.1.l.*b.1.

Incendium duplex eſt, aliud culpatum, aliud inculpatum: incendium culpatum, eſt culpâ factum natâ, vel ex malitiâ, quod peſſimum, vel ex imprudentia: ex malitia eſt, cùm ignis dolo, & ex propoſito vel ſubjicitur, vel ſtudiosè non impeditur, ut latius inimicitiarum, aut prædæ cauſa ſerpere queat. Incendium culpatum aliàs in ſpecie ſic dictum, eſt incendium ex imprudentia alicujus, & negligentia ſubortum: Inculpatum contrà eſt, quod ſine culpa excitatur, verbi gratia, ex caſu fortuito, vel divinitùs ex fulmine, radiis ſolaribus, & aliis multis modis *vol.1.d.18.l.*P.3. *vol.5.d.9.l.*ss.3.

Incendium iterum aliter diſtinguitur: primò à ſubjecto loci in incendium commiſſum in civitate, vel oppido, & commiſſum extra: ſecundò à cauſa efficiente in incendium excitatum à perſona levi, vili, vel turpi, vel excitatum à perſona honeſta, vel gravi: tertiò in incendium magnum, vel parvum: quartò in incendium, quo homo perierit, vel non perierit. Incendium autem illud cujus author, & qualiter excitatum ſit, ignoratur, incendium culpatum in ſpecie ſic dictum vocatur, & quidem culpâ inhabitantium ædes, vel earum partem, ex quibus extitit *vol.1.d.18.l.*P.3.4.

Incendiorum extinguendorum modus in tribus conſiſtit: in perſonis, quibus cura illa præcavendorum, & extinguendorum incendiorum eſt commiſſa: 2. in inſtrumentis eam ad rem idoneis; 3. in modo, quo neceſſitate id exigente incendiis occurri poſſit. Perſonæ vel ſunt principales, ut Præfectus Vigilum, vel non principales, ut vigiles. Inſtrumenta, quæ in jure noſtro requiruntur, ſunt duplicia. Nam

Digitized by Google

Nam ſpectant aut prædictas perſonas, aut ipſos inquilinos: prædictæ perſonæ requirunt tria, calceos ſcilicet, hamos, & dolabra, qualia autem hæc inſtrumenta fuerint, nec interpretes, nec ipſa gloſſa, attingit. Ex parte inquilinorum requiritur aqua, quam ut quisque inquilinorum in cœnaculo ſuo habeat, Præfectus Vigilum jubere, & admonere debet. Demum modus extinguendi eò uſque pertingit, ut etiam ædes intermediæ, & vicinæ, ſi ignis ad eas pervenerit arcendi incendii cauſa, ne latius ſerpat, intercidi, dirui, & deſtrui queant *vol.1. d.*18.*l.*P.4. *vol.5.d.9. l.*ss.4.

Incendii inculpati pœna nulla eſt *vol.1. d.*18.*l.*Q.1. *vol 5.d.9.l.*ss.3.

Incendiarius malitioſus, qui in civitate incendium excitaverit, ſi vilis perſona ſit, vivus concrementur, ſin honeſta, capite puniatur, quod ſi honeſta perſona extra civitatem id excitaverit, deportetur, ſin turpis, capite luat, alii ita diſtinguunt, ſi in incendio homo perierit, vel non, prius capite incendiarius luat, poſterius deportetur, alii judici cognitiones hujusmodi reſervant, ut pro incendii atrocitate, & aliis circumſtantiis puniat, ſed noviſſimis Caroli V. Conſtitutionibus incendiarii malitioſi indiſtinctè vivi ſunt exurendi: ex Jure Canonico incenſa reſtituere debet, & tres annos pœnitere *vol.1.d.*18.*l.*Q.1. *vol.5.d.9.l.*ss.4. *vol.6.d.8. l.*Eee.4.

Incendiarius latæ culpæ non mortis, ſed alia corporali pœna, vel deportatione afficitur *vol.1.d.*18.*l.*Q.2.

ob Incendium levis culpæ, & leviſſimæ criminalis etiam pœna infligi poteſt *vol.1.d.*18.*l.*Q.2.

Incendiarius malitioſus, latæ culpę, etiam levis reſtituere incenſa tenetur, de leviſſima culpa dubitatur, alii negant, alii affirmant, alii ita diſtinguunt, ut culpa leviſſima in omittendo non puniatur, in committendo puniatur *vol.1. d.*18.*l.*Q.2. *vol.3.d.*13.*l.*M.2.

in Incendio in Titii ædibus orto, vicini culpam Titii interveniſſe probare tenentur tùm, cùm Titius homo frugi, ac diligens eſt *vol.3.d.*13.*l.*M.2.

Incendium ſi tua culpâ exortum ſit, teneberis reſarcire damnum vicinis ex hujusmodi incendio ipſis illatum *vol.5.d.9. l.*ss.3.4.

de Incendio culpâ familiæ orto Dominus non tenetur, niſi hujusmodi alat familiam, quæ in vulgus vitæ ſit improbatæ, atque ad diſtinguendum prompta, vel familia deliquerit in eo, in quo Dominus ipſius opera utitur, veluti, ſi coquus in coquina, piſtor in piſtrino, ſtabularius in ſtabulo per negligentiam incendium excitarit *vol.5.d.9.l.*ss.4.

Incendia Reip. ſunt maximè damnoſa *vol.6.d.8.l.*Eee.4.

Incendiarii publicam vim committunt, & capitaliter puniuntur *vol.2.d.*25. *l.*HH.3.

Incertum dicitur, quod neſcitur quid, quale, quantumque ſit *vol.7.d.7.l.*ee.4.

Incertam alicujus rei partem nemo poſſidere poteſt. Itaque ſi poſſidere, ſi uſucapere quid vis, id certum, & determinatum eſſe debet *vol.2.d.*14.*l.*C.4.

Inceſtus committitur vel jure Gentium, vel jure Civili: illo, qui ex gradu aſcen-

aſcendentium, vel deſcendentium uxorem accipit, vel ſi noverca privigno, nurus ſocero nubat: hoc, qui ex latere cognatam, vel affinem, quam ob gradum nequit, ducit *vol.7.d.9.l.*qq.2.

Inceſtuoſi bona confiſcantur, ſive inceſtus committatur ſtupro, ſive in matrimonio, ſi nulli extent liberi juſti, nec parentes uſque ad ſecundum gradum, nec frater, ſoror, patruus, amita *vol.4 d.5.l.*r.2. *vol.7. d.9. l.*qq.2 confiſcantur etiam quocunque modo ſive contra jus gentium, ſive civile inceſtus committatur *ibid.*

Inceſtæ nuptiæ ſunt, quæ ob ſanguinis conjunctionem, & affinitatem prohibentur *vol.5.d.12.l.*hhh.r.

Inceſtuoſis filiis alimenta quovis modo non poſſunt relinqui ex jure civili, quam auſteritatem jus Canonicum mitigavit *vol.5.d.12.l.*hhh.1.

Incluſio unius, eſt excluſio alterius *vol.2. d.1. l.*c.4. *d.6.l.*pp.4.qq.1. *vol.5.d.*30. *l.*B.3.

Incola eſt, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit. Cæterùm quamvis incolatus decennii tempore acquiratur, tamen incontinenti etiam acquiritur, quando quis re, & facto animum manendi declarat, putà, ſi quis majorem partem fortunarum ſuarum eò transtulerit. Porrò poteſt quis incolatui, ac domicilio ſumpto renunciare, quod fit eo ipſo, quando ſe, & bona ſua in alium locum transfert, cùm de ſua civitate cuique conſtituendi facultas libera ſit *vol.2. d.1. l.*c.4. *vol.4. d.5. l.*u 4. *vol.5. d.*17. *l.*eeee.3. *vol.6.d.3. l.*Cc.2.3.

Incola eſt non ſolùm, qui in oppido aliquo moratur, ſed & qui in oppidi alicujus finibus agrum habet, in quo ſedem ſibi conſtituerit, quia vicus eſt pars civitatis *vol.4.d.5.l.*t.1.

Incola diſtat à ſubdito, etſi omnis incola ſit ſubditus, tamen non omnes ſubditi ſunt incolæ: Omnis quidem civis erit vel ſubditus, vel incola. Incolatus autem civem non facit, at benè quidem ſubditum. Incola etiam eſt obligatus ad obſervantiam conſuetudinum, & ſtatutorum illius loci, & parere debet magiſtratibus illius loci, & oneribus ſubjicitur *vol.5.d.*17. *l.*eeee.3. *vol.6.d.*8.*l.*Eee.1.

Incommodo alterius hominis proprium augere commodum magis eſt contra naturam, quàm mors, quàm dolor, quàm paupertas, quàm cætera, quæ homini accidere poſſunt *vol.7.d.4.l.s.*3.

Incompetentiæ exceptio datur primò, reſpectu judicis, ejusque vel ordinarii, ſi extra territorium jus dicat: tunc enim impunè non paretur: vel delegati, verbi gratia, ſi non oſtendat mandatum, ſi mandatum ſit revocatum, ſi expedita intra præſtitutum tempus delegatio non fuerit. Secundò reſpectu rei conventi, cum quo, ut efficaciter agi poſſit, forum oportet ſortiatur domicilio, vel contractu, vel delicto, vel re de qua agitur (vide in verbo forum) quibus ceſſantibus omnibus reus ad forum non rectè trahitur: ulterius fieri poteſt, ut forum jure communi ſit competens, declinetur tamen jure ſpeciali, hoc privilegium habent milites, in eminenti dignitate conſtituti; vide in verbo Conſiliarii, Sacerdotes, Scholaſtici, & is qui privilegium impetravit, ut non niſi ſub certo judice conveniatur, accenſemus his pupillos, viduas, diuturno morbo fa-

bo fatigatos, qui extra terminum provinciarum ſuarum in jus vocari nequeunt, qui revocandi domum jus habent; vide in verbo Fotum; fori tamen præſcriptioni renunciare quis poteſt, niſi ſimul ſuperioris favore, vel expeditionum publicarum, aut miſericordiæ ratione, privilegio eo fruatur: 3, reſpectu ipſius cauſæ datur exceptio incompetentiæ, ſi judex ſupra jurisdictionem ſuam judicet, quod ut aliis, ita hiſce etiam fit, ſi judex civilis de cauſis Eccleſiaſticis, Eccleſiaſticus de civilibus, vel alteruter de feudalibus cognoſcere præſumpſerit: ſic excipi poteſt contra judicem delegatum, ſi quæ mandari non poſſunt, delegata ſibi afferat: huc refertur etiam, ſi arbiter aliquid conſtituat, de quo non ſit compromiſſum, ſi ab adverſario corruptus ſit *volum.2.d.27.l.KK.2.*

Incompetens judex per litis conteſtationem competens fit: item ſi partes aliquem judicem eligant, in ipſum conſentiant, ejusque jurisdictioni ſe ſubjiciant, à qua tamen conventione ante aditionem reſilire poſſunt, niſi juramento fuerit confirmata *vol.5.d.15.l.000.1.*

Incontinenti aliquid fieri dicitur, quod nullo alio interveniente negotio expeditur *vol.7.d.7.l.ii.1.* vide Violentus, ubi amiſſæ poſſeſſionis recuperatio dicitur incontinenti permiſſa.

Incorporales res tenentur, non poſſidentur, aut vel quaſi poſſidentur: nam propriè omninò non poſſidentur *vol.2.d.14.l.A.4, C.4.d.17.l.N.4.vol.7.d.7.l.ee.3, 4.* eorum propriè uſus habetur, non poſſeſſio: conſuetudo tamen obtinuit, ut & hæc haberi dicatur, uti & earum dominium, negantibus tamen hoc non paucis *vol.7.d.7.l.ee.4.*

Incorporalium rerum poſſeſſio etiam indicata cenſetur, quando lex municipialis, vel ſtatutum de poſſeſſione loquitur *vol.7.d.7.l.ee.4.*

Incorporalium rerum poſſeſſio eodem modo acquiritur, quo corporalium, id eſt, non niſi animo, & corpore ſimul, ſive uſu, & exercitio: & in negativis juribus unicus actus ſufficit, in affirmativis diſtinguo: aut enim hæc jura affirmativa talia ſunt, quæ ratione amicitiæ haud facilè concedi ſolent, nec in mera facultate à jure gentium tributa conſiſtunt, ſed ex præcedenti quadam obligatione poſſidentur, veluti, aquam ducere per alterius fundum, jurisdictionem exercere, habere vocem, & ſuffragium eligendi Epiſcopos &c. & hic unicus actus ſufficit, quoniam jure ſuo, & cum patientia Domini poſſidens iis uti præſumatur. Aut verò hæc jura hujusmodi ſunt, ut vel meræ ſint facultatis, & naturalis libertatis, vel per modum amicitiæ facilè concedi ſoleant, ut ire per alterius fundum, pomum decerpere, aucupium exercere, venari &c. in quibus plures, & continuati requiruntur actus: quorum jurium vel quaſi poſſeſſionem ſufficientem absque ſcientia Domini, cui præjudicium fit, adquiri indubium eſt: tamen ſi de conſtituenda ſervitute, vel ea tradenda ex conſenſu conſtituentis quæſtio ſit, ibi patientia, & ſcientia Domini omnino neceſſaria eſt: hæc jura etiam in multis, ſi ſolummodò pars eorum occupetur, aut uſucapiatur, per totum acquiſita cenſentur: idem valet in retractu *vol.2.d.14.l.E.4. vol.3.d.1.l.b.1.*

l.b.1.*volum*.2.*d*.3.*l*.p.4.*volum*.6.*d*.3.*l*.Z.1.*d*.1. *l*.Ddd.1.2.*vol*.7.*d*.7.*l*.ee.4.ff 1.4.

in Incorporalia jura, & res ſpolium non committitur, nec datur talis actio in ſpoliantem, ſed tamen ſpoliato competit interdictum utile *vol*.2.*d*.17.*l*.N.4.

Incorporalia jura rebus immobilibus indiſtinctè annumerantur *vol*.3 *d*.1.*l*.b.1.

Incorporalia jura ſine titulo poſſideri non poſſunt, quapropter in poſſeſſorii controverſia tituli probatio neceſſaria eſt *vol*.3 *d*.3.*l*.s.2.

Incorporalium rerum poſſeſſio nihil eſt aliud, quàm uſus, & exercitium horum jurium, adeò, ut ſine exercitio, vel uſu acquiri non poſſit: ad quorum poſſeſſionem adquirendam, & conſervandam unicus ſufficit actus, qui tamen nec clandeſtinus, nec violentus ſit: nempe in jurisdictione, præſentatione, jure depaſcendi, ducendi aquam, præcedentiæ, & feſſuræ &c. *vol*.3. *d*.31.*l*.s.2.3. *volum*.1. *d* 2.*l*.i.4. *vol*.2.*d*.3.*l*.q.3. *vol*.4. *d*.17. *l*.hhhh.3.4. *vol*.6.*d*.3. *l*.Z.1. *d*.8.*l*.Ddd.2.

Incorporalia jura, verbi gratia, patronatus, ſervitutis &c. totaliter ſunt in toto, & qualibet ejus parte *volum*.5. *d*.5. *l*.uu.1.

Incorporalia jura individua ſunt *vol*.5. *d*.34. *l*.X.3.

in Incorporalium jurium uſucapione patientia adverſarii loco poſſeſſionis eſt: vide Præſcriptio.

Incorporalium jurium poſſeſſio eodem modo, nempe animo, aut corpore, aut animo ſolo retinetur, quo acquiritur. Itaque licet quis jurisdictione per 50. annos non fuerit uſus, poſſeſſio tamen retinebitur, modo occaſio exercendi jurisdictionem ſe non obtulerit. Item obtinet in privilegiis, cæterisque juribus *vol*.7.*d*.7. *l*.hh.1.

Incorporalia jura eodem modo amittuntur, quo reliquarum rerum poſſeſſio, in quo verbo modi amittendi videri poſſunt tàm quoad ſervitutes, quàm alia jura *vol*.7.*d*.7.*l*.hh.1.

Indebitum errore facti ſolummodò repeti poteſt, non errore juris *vol*.4.*d*.31. *l*.AA.4.

Indemnitatis promiſſio quid importet *vol*.1.*d*.12.*l*.E.1.

Indigni fiunt alii teſtamento, alii lege *vol*.7.*d* 9.*l*.qq.2.

Indignus teſtamento fit, cùm teſtator indignum judicat eum, quem in priore teſtamento heredem ſcripſit, ſed in poſteriore eos ſcripſit heredes, quos inſtituere non potuit: quamvis enim ſuperius teſtamentum non rumpatur, tamen heredibus ut indignis, qui non habuerunt ſupremam voluntatem, hereditas auferetur. Vel etiam ſi teſtator ab heredibus in priore teſtamento ſcriptis impeditus fuerit, quo minus alterum conderet, vel jam inchoatum perficeret, etiam tum teſtator à priore judicio receſſiſſe, & heredes ſcriptos indignos ſua hereditate judicaſſe videtur *vol*.7.*d*.9.*l*.qq.2.

Indigni à lege judicantur, qui prohibuerunt defunctum facere teſtamentum, vel qui ad ſui inſtitutionem defunctum coegerunt, vel qui defuncti necem inultam omiſerunt, vel qui per calumniam teſtamentum defuncti falſum dixerunt, vel inofficioſum *vol*.7.*d*.9.*l*.qq.2.

Indigni differunt ab incapacibus. Illi enim utiliter heredes inſtituuntur, & capere

pere relicta poſſunt, retinere tamen nequeunt vindicante,& extorquente Fiſco *vol.7.d.9.l.*qq.2.

Indigno ſubſtitutum ex teſtamento habente Fiſcum ſubſtitutus excludit *vol. 7.d.9.l.*qq.2.

Indigni & alii ſunt: de quibus vide Bona Damnati, Proſcripti, Inceſtas Nuptias contrahentes.

Inducias Varro belli ferias, ſive caſtrenſem pacem definivit: Paulus ſic appellat, cum in breve, & præſens tempus convenit, ne invicem ſe laceſſant. Pacta verò induciarum, quamvis inſidias ſæpe nutriant, tamen harum tempore ab his omninò abſtinendum eſt, cùm ſacratiores ſint, ac minùs violabiles induciæ, quàm pax ipſa *vol.1.d.7.l.*ee.2. *vol.5.d.13.l.*kkk.1. 2. *vol.6.d.3.l.*Dd.2.

Induciarum violatores miſerrimos habuerunt exitus *vol.6.d.3.l.*Dd.2. *vol.1.d.7. l.*ee.2.

Induciæ pariunt ſecuritatem *vol.2.d.7. l.*yy.1.

Inducias ſi hoſtis violabit, & tu eas violare poteris *vol.5.d.2.l.*m.4.

Induciæ ſunt pacta publica inter hoſtes de armis ad certum aliquod tempus utrinque ſuſpendendis, ſolenniter conventa, ſuntque vel breviores cùm caſtris immotis ad exiguum aliquod tempus ab armis ceſſatur, vel longiores, quoties amotis caſtris bellum planè deponitur, & in aliquot menſes, vel annos differtur *vol.5.d.2.l.*m.4.*d.13.l.*kkk.1.2.

Induciis in alium finem, quàm conceſſæ ſunt, uti non licet, nihilque eo tempore innovare *vol.5. d.2.l.*n.2.

Inducias paci præſtare, multi ajunt *vol.5.d.2.l.*n.2.

Induciæ, quæ cum Turcis pactæ ſunt, an Chriſtianitati conducant, multi diſputant, pleriq; negant *vol 5.d.2.l.*n.2.

Inducias moratorias concedere eſt de regalibus *vol.5.d.21.l.*kkkk.4. vide Moratoriæ.

Induſtria vide Subſtitutus.

Infamia cum pœnâ, & quidem privationis conjuncta eſt, atque adeò ad honorum, & beneficiorum faſtigium aditum obſerat, & claudit, in tantum, ut nec ad duellum provocare ita notato liceat *vol.2.d.10.l.*X.5.

Infamia repellit à dignitatibus *vol.4. d.9.l.*ll.1.

Infamis, quamvis initio miles conſcribi non poſſit, in ipſa tamen militia, ſi infamis efficitur, militiam retinet *vol.4.d.9. l.*ll.1.

Infans rectè poſſidere poteſt, ſi tutore authore capit *vol.4.d.31.l.*BB.2. *vol.7.d.7. l.*ff.4. in quo melioris conditionis eſt, quàm furioſus *ibid.* imò, ſi intellectum capiat, ipſe poſſeſſionem acquirere poteſt *ibid.*gg.1.

Infantiæ quis proximus dicitur, quando quis annum ætatis 7.exceſſit, & 8.attigit: quamdiu verò quis infantiæ proximus maneat, & quando pubertati proximus quis eſſe incipiat, id omne judicis arbitrio relinquendum eſt *vol.5.d.9.l.*rr.3.

Infans, & Infantię proximus, non multum à furioſo diſtant, nullum habent intellectum, nihil decernere poſſunt, imò quod vident, ignorant; Itaque in jus vocari nequeunt, ſi autem tutorem habeant,

beant, is eorum loco citari poterit *vol.7. d.8.l.*mm.3.

Inferior in ſuperiorem Imperium, judiciumve exercere non poteſt *vol.2. d 6. l.*qq.3.

Inferior non poteſt dominari ſuperiori *vol.7.d.5.l.y.3.*

ad Inficiationem damnoſam requiritur dolus, ſcientia, negatio feudi in ſpecie *vol.2.d.3.l.*m.3.

Inficians qualibet cauſa ab amiſſione feudi excuſatur *vol.2.d.3.l.*m.3.

Inficiationis malitioſæ ſemper gravis eſt pœna *vol.4.d.27.l.*P.2. Q 1. *vol.7.d.1. l.*b 3.

ad Inficiationem pœnæ ſubjectam requiritur dolus *vol.7.d.1.l.*b.3.

cum Infidelibus pacem, ſeu inducias Chriſtianis Principibus inconſulto Pontifice inire licet *volum.5. d.12. l.*hhh.4. in Coroll. vide in verbo Fœdus.

ab Infidelibus ad ſui defenſionem auxilium implorare Chriſtianis, contra alios Chriſtianos licet *vol 5.d.12. l.*hhh.4. in Coroll.

Infidelium copiis auxiliaribus in militia Princeps Chriſtianus uti poteſt urgente neceſſitate *vol.5.d 19.l.*aaaaa.3.

Infidelium fœdera cum Chriſtianis valdè periculoſa ſunt *vol.5.d.23.l.*ttttt.1. vide in verbo Fœdus.

Infirmi diuturno morbo extra forum ſuum vocari non poſſunt *volum. 2. d. 28. l.*NN.3.

Ingenuus, eſt liber homo, qui naſcitur ex matre libera: de patre, liber, an ſervus, certus, an incertus ſit non quæritur *vol.4. d.14.l.*sss.1.

Ingrati omni lucro ſucceſſionis, donationis, & legati privantur *volum.1.d.12. l.*F.1.2.

Ingrati Ingratitudo etiam in filios ſuos tranſit, & illis obeſt, dummodò is, qui à filio, vel eo, cui benefecit, publicè fuerit ante mortem conqueſtus *volum. 1. d.12. l.*F.2.

Ingratitudinis quinque ſpecies ſunt, ob quas donatio ſimplex, ſeu inter vivos revocari poteſt: prima eſt, quando donatarius convicium atrox in donantem dixerit, imò etſi verum ſit: 2. quando manus intulit: 3. quando grave damnum bonis donantis intulit, cujus æſtimatio judicis arbitrio permittenda: 4. quando inſidias vitæ donantis ſtruxit: 5. ſi conditionis, modi, pactorumque in donationis celebratione conventorum, obſervantiam neglexerit, contempſeritve, ſecus ſi legitima cauſa impeditus adimplere non potuerit *vol.4.d.32.l.*CC.2.3.

Ingrati actio duplex eſt, una in ſpecie ſic dicta, qua libertus, qui inſolens, & contumax eſt, à patrono libertate privatur, & in priſtinam ſervitutem reducitur: hodie eadem contra ruſticos competit, qui poſt impetratam à Nobilibus, ac Dominis ſuis gratuitam, quo velint, migrandi, licentiam, ingrati inveniuntur *vol 4. d.32.l.*CC.4.

Ingrati actio altera eſt, quæ contra liberalitatis acceptorem in id datur, ut res donatæ reddantur, & dicitur condictio ex lege: conceditur autem hæc cuilibet donatori: quod tamen fallit in matre donatrice pudicitiam proſtituente. Sed donatoris heredi actio hæc condictitia non datur, ſicut nec in heredem, præterquam ſi donatio ex defectu conditionis à defuncto

functo non impletæ repetatur *vol*. 4. *d*. 31. *l*. CC. 3.

in hac Ingrati actione id ſingulare eſt, quod licet rei ſit perſecutoria, ad heredes tamen non admittatur, ſed inter ipſos tantùm, qui liberalitatem contulerint jus, ac beneficium revocandi reſiſtat, niſi fortè donatorem pœnituiſſe, & ſimul dum viveret revocando aliquid inchoaſſe conſtet, datur autem ad revocandum, quod apud ingratum invenitur: ergò ſi res quovis modo licito alienata ſit, non dabitur pro æſtimatione *volum*. 4. *diſp*. 32. *l*. DD. 1.

Ingrati actiones durant etiam 30 annis exemplo aliarum, & condictionum, quæ etſi jure ſcripto non infament, tamen ingratitudine nihil fœdius eſt *vol*. 4. *d*. 32. *l*. DD. 1.

Inhibitio, eſt modus peculiaris inducendi litiſpendentiam, & cauſandi attentata: hinc licet actus quidam vi appellationis, vel alterius litis, ac judicii attentata non eſſent, vi tamen, & cauſa inhibitionis talia ſunt *vol*. 3. *d*. 2. *l*. k. 3. n. 1.

Inhibitio non decernitur, niſi prius de veritate gravaminis conſtet *volum*. 7. *d*. 4. *l*. aa. 3.

Inhibitio, & appellatio à Domino impetrata prodeſt ſubditis habentibus cauſam à Domino *vol*. 3. *d*. 2. *l*. k. 3.

Inhibitio à parte impetrata prodeſt fidejuſſori judicio ſiſti, & judicatum ſolvi, non tamen prodeſt fidejuſſori contractus *vol*. 3. *d*. 2. *l*. k. 3.

Inhibitio minus canonicè facta non cauſat attentata: etſi contrarium de ſtylo Rotæ obſervari tradat Lancellotus *vol*. 3. *d*. 2. *l*. l. 2.

Inhibitio non canonicè decreta eſt, ſi à judice incompetente decreta fuerit, & ſi de eo conſtet: non enim decernenda eſt tum, ſi jurisdictio judicis dubia ſit: neque decernenda, antequam de formalibus appellationis conſtet: antequam verò de materialibus appellationis à definitiva, & an cauſa ſit appellabilis, conſtet, inhibitio decerni non prohibetur, etſi interpoſita fuerit in caſu regulariter prohibito, dummodo judex cognoſcere ceperit (aliàs ſecus) utrum ſit recipienda, vel non: unde inhibitio tunc decreta executionem ſuſpendit, & attentatis locum facit *vol*. 3. *d*. 2. *l*. l. 2.

Inhibitio non canonica eſt, ſi notoriè conſtet cauſam non eſſe appellabilem, vel appellationem, ſimilémve cauſam non habere effectum ſuſpenſivum: nam etiam tunc inhibitio deneganda eſt, hæc igitur nihil operatur, niſi juſta aliqua ejus decernendæ cauſa ſuperveniat: in appellatione autem ab interlocutoria inhibitio decerni non debet, priusquam eadem recepta fuerit, niſi periculum ſit in mora, aut damnum irrecuperabile inde naſci queat, recepta autem eâ inhiberi canonicè poteſt *vol*. 3. *d*. 2. *l*. l. 2.

Inhibitio canonica non eſt, adeoque nullius effectus, ſi ſit ſine citatione partis decreta, etſi multi Doctores contrarium ſtatuant *vol*. 3. *d*. 2. *l*. l. 2.

Inhibitio non canonica etiam eſt, quæ per ſub & obreptionem impetrata eſt, eaq; non ligat. Et quamvis inhibitio non canonica generaliter non liget, tutius tamen eſt, & conſultius prius inſtare pro revocatione ejusdem, quàm ut aliquid

Digitized by Google

contra eam innovetur, maximè ſi à potentiori procedat *vol.* 3. *d.*2.*l.l.*2.

Inhibitio ne quid attentetur pendente appellatione in poſſeſſorio, retinendæ poſſeſſionis decerni non poteſt *vol.*3. *d.*3. *l.x.*1.

Inimicitiæ capitales dicuntur diverſim, ſed tamen plerumque ſic, ſi quis minitetur mortem, vel inſidias alicujus vitæ paret, vel ſi quis alium accuſat de crimine capitali *vol.*6. *diſp.*16. *l.*Eeee.4. etiam aliquando ex atrocibus Injuriis inimicitia talis oritur *ibid.*

Inimicitiæ parentum creduntur durare in filiis *vol.*6. *d.*16 *l.*Eeee.4.

Inimicus & hodie præſumitur, qui olim fuit *vol* 6. *d.*16. *l.*Eeee.4.

Inimicitiæ cauſa & legatum revocatur, & quis ad tutelam non admittitur. vide Legatum, & Tutor.

In id quod intereſt datur actio emtori, cùm res vendita emtori magnum damnum intulit, ita ut non tantùm agat ob rem vitioſam venditam, ſed etiam ob damnum ex ea acceptum, & competit duobus caſibus: primò ſi ex dolo venditoris, qui vitium, aut morbum ſciens reticuit, atque ita emtorem decepit, agatur: ſecundò ſi ex cauſa imperitiæ artificis, in hisque damnatio duplum pretii conventi excedere poteſt *vol.*3. *d.*9. *l.*eee.3. hæc actio datur etiam contra debitores, qui moram contrahunt *vol.*3. *d.* 7. *l.*uu.1. *vol.*6. *d.*13. *l.*Xxx.4.

Injurias Princeps condonare, nec facilè ulciſci debet, niſi contemptus inde oriatur *vol.*4. *d.*5. *l.*t.4.

Injuria eſt delictum dolo malo alterius infamandi cauſa admiſſum: & eſt realis, vel verbalis: realis cùm manus inferuntur, aut aliàs facto quis deſpicitur, verbalis cum fit alicui convitium, idque lingua, vel ſcripto: quarum hæc rurſus, aut eſt ſimplex injuria, aut famoſi libelli *vol.*1. *d.*19. *l.*Q.2.3. *vol.*2. *d.*23. *l.*CC.3. *d.*24. *l.*DD.2. EE.3.4. *d.*25. *l.*HH.2. *vol.*6. *d.*4. *l.*Kk.2.

Injuriam faciunt illi, qui animum injuriandi habent, idque vel per ſe, vel per alios, vel per unum, vel per plures, & hi injuriarum etiam in ſolidum tenentur ſinguli, modò effectus ſubſecutus ſit: ſic ubi dolus, & propoſitum abeſt, ibi non fit injuria *volum.*1. *d.*19. *l.*Q.3. *vol.*2. *d.*23. *l.*CC.3. *d.*24. *l.*DD.2. EE.3.4. *d.*25. *l.*HH.2.

Injuriandi animus ex ipſo dicto, vel facto injurioſo præſumitur, donec reus contrarium probet, tunc illi, quorum nulla voluntas eſt, ut furioſi, impuberes, dormientes, item errore, neceſſitate, caſu, vel alia quavis honeſta, & probabili cauſa adducti &c. injuriarum non tenentur, ſed nec ruſticus, nec miles, nec mulier excuſatur *vol.*1. *d.*19. *l.*Q.3. *vol.*2. *d.*25. *l.*HH.2.

Injuria per defenſionem nulla committitur, & ſicut vim vi, ita & injuriam injuriâ propulſare licet *volum.*1. *d.*19. *l.*Q.3. *vol.*2. *d.*24. *l.*EE.4. *d.*25. *l.*HH.2.

Injuriarum tenetur prodigus, non ſummè ebrius, etſi ob culpam præcedentem extraordinariam pœnam non effugiat: qui calore iracundiæ à ſtatu mentis dimovetur, excuſatur, non item qui æſtu amoris, niſi circumſtantiæ aliud ſuadeant *vol.*1. *d.*19. *l.*Q.4. *vol.*2. *d.*25. *l.*HH. 2.

Injuria omnis fit vel in corpus, cùm quis ipſe verberatur, pulſatur, captivatur, arreſta-

Digitized by Google

arreſtatur, commaculatur &c. vel alienum, cum alicujus liberi in poteſtate conſtituti, uxor, ſponſa, ſervi, familia, vel miniſtri &c. verberantur, pulſantur: vel extra corpus, cùm citra contumelioſam corporis tractationem factis, vel verbis, bonis moribus improbatis, & ad invidiam, ſeu contemptum directis, quis deſpicitur: ut ſi cujus domus ſive propria, ſive conducta, non tamen ad momentum, vi introeatur, veſtes lacerentur, pudicitia attentetur, comes abducatur, turpibus verbis quis excipiatur, iniquè lis moveatur, bona arreſtentur, occupentur: appelletur debitor, qui non ſit, aut criminoſus, ſpurius, claudus, cœcus &c. hoc tamen notandùm eſt, quòd ſi injuria ſit ſolum verbalis, legibus eſſe ſolùm vindicandam non armis *vol.1.d.19.l.*Q.4. *vol.2. d.*23. *l.*CC.3. *d.*24. *l.*DD.2.EE.3.4. *d.*25. *l.*HH.2.

Injuria alia dicitur levis, alia atrox: atrox dicitur aut ratione perſonæ tàm agentis, quàm patientis, ut ſi honorabili fiat, aut ratione loci, tàm ubi, quàm qua parte corporis fiat, aut ratione temporis, aut ratione facti ipſiús, etiám ubi non corpori infertur: pro quibus omnibus ex conatu quoque, utpote manibus ſaltem contra aliquem levatis &c. utilis injuriarum actio eſt *vol.1.d.*19 *l.*Q.4.

Injuriarum finis eſt, ut aliquis infametur, unde ſequitur eum, qui ex honeſta, & probabili cauſa quid fecerit, vel dixerit, terminoſque officii ſui non egreditur, uti Magiſtratus: Item qui vel ſuo, vel publico jure utitur, qui domeſticum, aut propinquum emendandi cauſa acerbius increpat, qui ad reprobandos teſtes vel aliàs judicialiter excipiendo, vel conveniendo cui crimen objicit, injuriarum non tenetur, nec is, qui extra judicium, cui quid injurioſum objecit, & id probare paratus eſt, ſi id Reip. manifeſtari interſit, aut qui jocatur injuriarum tenebuntur *vol.1.d.19. l.*Q.4.R.1.

ex Injuria unaquaque hodie datur actio vel civilis, vel criminalis, ut ratione damni L. Aquiliæ, imò amplius, & ad Palinodiam, civiliter agitur, quotiesactor injuriæ ad animum revocatæ certam habito reſpectu ad lucrum, vel damnum, æſtimationem libello exprimit, ſibique ſalva moderatione judicis, applicari petit: criminaliter, cum vel pœna petitur in priori fiſco, vel ut Reus aliàs ordinariè, vel extra ordinem arbitrio judicis puniatur, quam tamen arbitrariam pœnam regulariter ad mortem uſque extendere non licet *vol.1.d.19. l.*R.1.2. *volum.2.d.*25. *l.*HH.2.3.

Injuriarum actio datur ei, qui injuriam paſſus eſt, vel in propria perſona, vel quarum defenſio ratione poteſtatis, vel affectus ad ipſum ſpectat, unde ex injuria una interdum plures actiones competere poſſunt: hoc tamen in ſervis non obtinet, cùm pro nullis cenſeantur, niſi illis atrox injuria facta ſit, tunc Dominus actionem habebit. Sic filiusfam. ſi pater ejus injuriam negligat, hac agere poteſt; nec enim pater injuriam filii ipſo invito remittere poteſt, & filius acturus patrem ad conſenſum cogere poteſt, ne judicium aliàs ſine eo non conſiſtere dicatur: & injuriam uni ex familia factam omnes conſanguinei criminaliter, non civiliter, etſi etiam injuriatus eam remiſit, aut

 trans-

transegit, perſequi poſſunt. Heredi actio injuriarum tum datur, cum à defuncto litis conteſtatis, vel injuria funeri, vel famæ defuncti, vel ſervo hereditatis facta eſt, vel ex ſua perſona criminaliter agere intendit: imò actio injuriarum alteri cedi poteſt, ſi id fiat ante litis conteſtationem, ſecus poſtea, niſi per ultimam voluntatem: in qua actione procurator admittitur, ſi de pœna pecuniaria agatur: excuſator autem in cauſa abſentiæ indiſtinctè admittitur, item illuſtris perſona ſive accuſet, ſive excuſet, ſemper procuratorem habere poteſt *vol.1.d.19.l* R.1.2.

Injuriarum actio datur tàm adverſus eum, qui injuriam fecit, quàm qui fieri curavit, & quidem ſi plures ſint, in ſingulos in ſolidum: item adverſus patrem pro injuria à filiofam. commiſſa tum datur actio, cum is defendere vult, aliàs ipſe filiusfam. convenitur: adverſus Dominum ratione ſervi noxale judicium competit, quod ſi plures ſint, Dominus non liberabitur unum noxæ dando, ſed pro ſingulis æſtimationem præſtabit: adverſus heredes ita demum actio eſt, ſi cum defuncto facta ſit litis conteſtatio, demum ob plures injurias uno impetu factas, uno libello quis experiri cogitur *vol.1.d.19.l.*R.3.

Injuria uni ex cognatis facta, toti cognationi facta videtur *volum.6. diſp* 16. *l.*Eeee 4.

Injuriarum condemnatus ſive civiliter, ſive criminaliter actum fuerit, infamis eſt, nec infamia evitatur, etſi judex expreſsè honorem in ſententia reſervet, vel per procuratorem litigetur, contrarium eſt, ſi gravior pœna ultra legem in corpore, non in pecunia imponatur; nam nulla proportio pecuniæ, cum honore, nec infamia abſit, etſi quis ante condemnationem ſolvat injuriæ æſtimationem *vol.1.d.19.l.*R.3.

Injuriarum actio tollitur morte tàm injuriati, quàm injuriantis ante litem conteſtatam, item juramento, pacto, vel transactione, pecuniâ tamen infamia tolli non poteſt: item remiſſione expreſſa, vel tacita, cum quis cum injuriante vel familiariter converſatur, vel bibit, vel ad injuriam ridet &c. quod tamen, ſi honeſtatis cauſa fit, veluti cum ambo ſunt ad unum epulum invitati, non obtinet: item oritur ſatisfactio, & præſcriptione temporis, & termini lapſu; nam injuriatus ad proſequendam injuriam verbalem annum, ad ſcriptam tricennium habet, ſicut actio civilis ex L.Corn. perpetua eſt, & actio ad intereſſe. Actio autem criminalis ex conviciis lingua prolatis ſine dubio annalis erit, ſed criminales illæ, quæ ex L.Corn. ratione realium, item ſcriptarum injuriarum dantur, vicennales ſunt *vol.1.d.19.l.*R.3.

Injuriarum actio communis etiam in eum poteſt intentari, qui famoſum libellum ſcripſit, diſtraxit, aut hoc curavit, aut inventum non ſtatim corrupit: etſi hæc actio publica, & perpetua ſit, isque inteſtabilis fiat, eademque pœna affici poſſit, quâ objectum crimen, ſi verum eſſet, puniri deberet: & hoc extenditur ad carmen, cantilenam, hiſtoriam, picturam &c. item qui crimen revelat, cujus Reip. non intereſt, extraordinariè punitur *vol.1.d.19.l.*R.3.4.

*Injuria facta judici, ut judici, aliter æ*ſtimatur

ſtimatur, & aliter ut privato *volum.5.d.49.* *l* HHHH.1.

Injuria ſervo facta redundat in Dominum *vol* 2.*d*.7.*l*.hHh.3.

ubi Injuria nulla eſt, ibi nec culpa argui poteſt *vol.2.d.23.l* CC.2.

ubi Injuriandi animus non eſt, ibi nec eſt injuria *vol.2.d.24.l* EE.4.

Injuria non armis, ſed legibus vindicanda eſt, maximè ſi ſit verbalis *vol.2.d.23.* *l*.CC.3.*d*.24.*l*.DD.2.EE.4.

Injuriarum occaſio nequaquam hinc naſci debet, unde naſci jura debent *vol.7.* *d*.4.*l*.n.1.

Injuria verbalis verbalibus item retorſionibus, verbi gratia, tu mentiris, vindicari poteſt licitè, ſed ob verbalem injuriam adverſarius interfici non debet: retorſio autem incontinenti debet fieri, non ex intervallo; incontinenti autem & ille retorquere dicitur, qui cùm abſens verbali eſſet affectus injuria, actutum injuriam regerit, quò primùm id reſcivit, & quò Notarium ad inſinuandam injuriandi retorſionem (putà ſi per ſcripturam, & Notarium ſolenniter id expedire velit) commodè habere potuit, quod ſi verbaliter injuriatus retorſione abſtinere malit, poterit in judicio injuriarum actione experiri: ſin tamen quis graviſſimâ verbali affectus injuria ad violentam defenſionem progrederetur, & fortè injuriantem occideret, tum non pœna homicidii ordinaria, ſed extra ordinem mitiùs puniendus erit *volum.2. d.24. l*.EE.4. *d*.25. *l*.HH.2.

Injuria proteſtatione facta, aut honoris præfatione (verbi gratia, tu mentiris ſalva reverentia, & honore tuo) non tollitur *vol.5.d.25.l*.HH.2.

Injuriam veritas convitii non tollit *vol.2. d.25.l*.HH.2.

Injuria illata parti, vel membro, ipſi infertur corpori *vol.4.d.6.l*.cc.2.

Injuriam, ut offenſus remittat, ſuaderi debet, non cogi *vol.5.d.17.l* hhhh.3.

Injuriam quilibet Chriſtianus tenetur remittere, ſed non actionem injuriarum *vol.5.d.17.l*.hhhh.4.

Injuria volenti, & conſentienti non fit *vol.7.d.1.l*.b.3.

Innocentiam ſuam ex carcere probare nemo tenetur: quamobrem, ſi quis ſuſpicionem alicujus delicti, & hinc incarcerationem metuat, is tunc fugere poteſt, nec fuga illa ſufficiens perpetrati delicti indicium erit *vol.2.d.24.l*.GG.2.

Inquilinus detinet, non poſſidet propriè, nec ſibi ſed Domino rei poſſidet *vol.2.d.14.l*.A.3.

Inquirere judex, aut Magiſtratus motu proprio in delicta poteſt, modò legitima indicia, aut denunciatio præcedant *vol.2.* *d*.25.*l*.II.3.

Inquiſitio accuſationi vicina eſt: permiſſa videtur utroque jure, & hujus cauſa olim Irenarchæ, id eſt, delatores conſtituebantur *vol* 7.*d*.6.*l*.dd.4.

Inquiſitio religionis cauſa à Proteſtantibus omninò reprobatur *vol.4.d.2.* *l*.c.1.

Innocentiam ſuam aut per aquam frigidam, aut ferrum candens, aut ſacram hoſtiam probare impium, & ſuperſtitioſum videtur *vol.4.d.21.l*.g.3.

Innocentes puniri non debent *vol* 6. *d*.1.*l*.C.1.

Digitized by Google

Innocentiæ cauſas allegari publicè intereſt *vol.6.d.1.l.*D.1.

Inſidiæ in bello juſto licitæ ſunt, imò ſolertia eſt, modo data fides non violetur *volum.2.d.1. l.*b.2. vide in verbo Stratagemata.

Inſidiatores graviſſimis pœnis à Magiſtratu coërcendi ſunt, nec communi ſecuritate gaudet *vol.2.d.7.l.*dDd.3.

Inſignia interdum in ſtatu civili ſuperioritatis, dominii, & poſſeſſionis, in Eccleſia verò juris patronatus ſunt ſymbola, interdum ſunt dignitatis, quibus quis præfulget, interdum juris majoratus, ut in Hiſpania, & Gallia, ſunt ſigna *vol.4.d.9. l.*uu.1.*vol.6.d.*3.*l.*Z.2.

Inſignia ſunt plerunque hieroglyphica, breviter, & compendioſè factum egregium demonſtrandi ſigno proportionatum, ſignificantia, & conceduntur eam ob cauſam, ut ex iis Nobiles aliis præſtare appareat, quò ergo inſignia ſunt nobiliora, eò majorem prælationem conciliant, quamvis difficilis ſit deciſio, quænam nobiliora exiſtant: inſignia verò ſunt triplicis generis *vol.4.d.9.l.*uu.1.*d.*10.*l.*eee.2.ubi pulchrè.

Inſignia porrò ſunt privatorum, eaque vel Nobilium, vel popularium: Nobiles habent ea vel ex antiquiſſimâ prædeceſſorum proſapia, vel noviſſimâ Principum gratia, qui dum nobilitatem conferunt, ſolent unà conferre inſignia, quæ tamen per ſe nec Nobilem, multò minùs Imperii Statum faciunt: quod ſi ultimus familiæ moriatur, inſignia franguntur, & ſimul cum eo ſepeliuntur. Cùm autem ex ſtatuis, & imaginibus forma nobilitatis conſervetur, tunc conſervatio familiæ præſumitur, ubi teſtator mandat arma ſua, ſtemmataque portari: heres verò tenetur etiam aſſumere nomen, etiamſi turpe ſit *vol.4.d.9.l.*uu.1.*d.*10 *l.*eee.2.

Inſignia quædam ſecundò ſunt dignitatis, ut ſagmina legatorum, Faſces Proconſulum, mitra, & tiara Epiſcoporum, Crux, & Pallium Archiepiſcoporum *vol.4.d.9.l.*uu.1.*d.*10.*l.*eee.2.

Inſignia quædam ſunt ſingularis dignitatis, ut Cæſarum, Regum, Principum, quæ ibi vide: quorum inſignium violatores, ſicut olim violator ſtatuæ, ac imaginis Principis, tenentur pœna læſæ Majeſtatis, arma enim in locum imaginum ſurrogata ſunt *volum.4.d 9. l.*uu.1.2.*d.*10. *l.*eee.2.

Inſignia, & arma quivis fingere poteſt, modo in præjudicium aliorum, præſertim Nobilium inſignia **mit einem offenen Schild/ vnd Helm** intacta relinquantur: & qui hoc agunt criminis falſi reos ſe conſtituunt *vol.4.d 9 l.*uu.2.*d.*10.*l.*eee.2.

Inſignia patris, non matris liberi aſſumere ſolent, etſi quandoq; miſceant *vol.4 d.*10.*l.*eee.3.

Inſiſtentia rei, ſi fiat animo, & corpore ſimul, modus acquirendæ poſſeſſionis certiſſimus eſt *vol.3.d.3.l.*s.3. vide in verbo Poſſeſſio.

Inſtantiæ ſuæ judiciali tacitè renunciaſſe cenſetur, qui triennium, vel biennium, quæ tempora finiendæ primæ inſtantiæ præfinita ſunt, labi patitur: ſed hoc in Camera Imper. non obſervatur, uti nec in aliis pluribus judiciis *vol.3.d.1. l.*l.2.*vol.7.d.5.l.*z.4. vide Appellatio in fatali quarto.

Inſtantia eſt aſſidua quædam flagitatio, vel

Digitized by Google

tio, vel imploratio officii judicis pro adminiſtranda juſtitia *vol.7.d.5.l.z.4.*

inter Inſtantiam, & litem multum intereſt *vol.7.d.5.l.z.4.*

Inſtitor, qui & factor, & actor appellatur, is dicitur, qui alicui negotiationi quæſtuariæ præponitur, etiam certo loco non deſignato: & præponi poteſt expreſsè, vel tacitè: tacitè cenſetur, quando Domino ſciente, & patiente pro tali ſe publicè gerit, & habetur, expreſsè fit mandato expreſſo *volum.1.d.15.l.L.3. volum.6. d.11. l.Rrr.3.*

Inſtitorem præponens cuicunq; quæſtui, regulariter ex facto ejus in ſolidum obligatur, is autem quamvis alieno nomine contrahat, proprio tamen nomine convenire nequit *vol.1.d.15.l.L.3.vol.3.d.13. l.M.4.vol.6.d.11.l.Rrr.3.*

Inſtitor regulariter mutuum ſumere non poteſt, niſi aut expreſſum mandatum habeat, aut id merci exercendæ deſerviat, ut cum præpono aliquem emendis pannis, tunc ſi non trado pecunias, cenſeor præpoſuiſſe ad accipiendam pecuniam mutuò, pro illa re emenda: itaque ad hoc mutuum, ut præponens obligetur, quinque requiruntur: primò, ut in cauſam negotiationis deveniat: ſecundò, eandemque neceſſariam: tertiò, oportuno tempore: quartò, oportuno loco, de quo conſtet mutuum danti: quintò, ne major ſumma, quàm ſit neceſſaria, mutuetur *vol.1.d.15.l.L.3.vol 6.d.11.l.Rrr.3.*

Inſtitores de negligentia, & leviſſima culpa tenentur, prſertim ſi ſalarium lucrantur *vol.1.d.15.l.L.4.*

Inſtitoris unius miniſterio, quando plures exercent mercaturam unam, omnes in ſolidum ejus facto obligantur *vol.1.d.15.l.L.3.vol.6.d.11.l.Rrr.3.*

Inſtitutiones Juſtiniani ſunt totius juris rudimenta *vol.4.d.26.l.H.3.4.*

Inſtitutio, eſt ſucceſſionis teſtamentariæ fundamentum *vol.4.d.16.l.yyy.2.* vide Teſtamentum, & etiam Heres.

Inſtitutio heredis nunc juris, nunc facti *vol.6.d.4.l.Ll.2.*

Inſtitutio heredis non transmittitur *vol.6.d.4.l.Ll.2.*

Inſtitutionis titulus eſt honorabilior quovis alio vel fideicommiſſi, vel mortis cauſa donationis &c. titulo, etiam utiliòr propter jus accreſcendi *vol.7.d.2.l.g.3.*

Inſtitutionis titulus in teſtamento ad pias cauſas non neceſſariò requiritur *vol. 7.d.2.l.g.3.*

Inſtitutio in alterius arbitrium collocata jure civili non valet, jure Canonico qui extremam diſpoſitionem in alterius voluntatem committit, non videtur inteſtatus deceſſiſſe *vol.7.d.6.l.dd.1.*

contra Inſtrumenta exceptio datur, ſi ea non ſint facta ab idoneo Notario, falſa, aut ſibi ipſis contraria, ſolennitate deſtituta, vel cancellata, raſa, aut innovata &c. *vol.2.d.27.l.MM.2.*

Inſtrumenta fiunt ad probationem contractus, non ad ejus ſubſtantiam *vol.3. d.1.l.f.2.*

Inſtrumentum reprobari poteſt *vol.3. d.1.l.f.3.*

Inſtrumenta declarantur maximè per ipſa procemia, & præfationes *volum.3.d.1. l.i.4.*

Inſtrumentorum traditio in præſentia rei donatæ facta poſſeſſionem ſufficienter probat *vol.3.d.3.l.t.2.vol.7.d.7.l.ff.3.* de poſſeſ-

poſſeſſione quæ per Inſtrumenti traditionem acquiritur, vide in verbo Poſſeſſio.

Inſtrumentorum productorum copia in judicio danda eſt parti adverſæ, ut defenſiones ſuas contrà parare poſſit, fiunt enim pars actorum communium, & inſtrumenta non ſolùm ratione proprietatis, ſed quoque ratione utilitatis communia edenda ſunt, adeò, ut ſecundum quosdam particulæ, quæ ad rem facere videtur non ſufficiat *vol.3.d.51.gg.4.*

Inſtrumentum venditionis, in quo de pretio nihil exprimitur, quæritur, an hoc inſtrumentum emptionem probet? Diſtinguo, aut enim agitur de probanda emptione inter contrahentes adverſus venditorem, ejusve heredes, & hoc caſu venditore negante ſe vendidiſſe, tantùm minimè probabit, ut ad traditionem illius rei cogi poſſit: aut quæſtio eſt inter alios, quàm contrahentes: tunc quando in materia præſcriptionis aliquis contra tertium ex tali inſtrumento titulum poſſeſſionis, quod videlicet bona fide titulo emtionis rem poſſideat, probare nititur, fidem facit prædictum inſtrumentum, ſic ſi pretii, & ſolutionis, ſive numerationis in genere fiat mentio, inſtrumentum valebit *vol.3.d.9.l.*ccc 4.

Inſtrumenta à putativo Notario confecta valent *vol.3.d.13.l.*N.2.

ad Inſtrumenta actori edenda reus cogi neceſſariò non poteſt *vol.3.d.15.l.*S.1.

Inſtrumentum alicujus rei aſſeritur probatio prompta, præſens, probata, non probanda, evidens, evidentiſſima, manifeſta, manifeſtiſſima, liquida, notoria *vol.4.d.9.l.*tt.1.*d.33.l.*FF.4.*vol.6.d.8.l.*Ccc.4.

per Inſtrumenta poſſeſſio probari non poteſt *vol.4.d.9.l.*tt.1. *vol.6.d.8.l.*Ccc.4.

pro Inſtrumento præſumitur, donec contrarium firmiſſimis rationibus probetur. Itaq; in dubio eſt pronunciandum pro inſtrumento *vol.4.d.27.l.*K.2. *vol.5.d.49.l.*EEEE.4.

Inſtrumenti fides imperitiâ Notarii deprehenſa, non perimitur: Nam fieri non debet, ut ex Notarii poſt facto jus alteri parti quæſitum, perimatur *vol.4.d.27.l.*M.1.

Inſtrumenti publici ſpecies variæ ſunt plenam probationem efficientes: verbi gratia, ſi ſcriptura ſit Principis, civitatis, aut alio publico ſigillo ſignata: aut ſit interveniente judicis authoritate publicata: veluti, teſtamenta, codicilli, aut quæ apud acta publica facta eſt, aut ex Archivo extrahitur: item quæ à partibus in præſentia trium teſtium conſcripta eſt: item copia fidemiata originalis: item originale ipſum à Notario conſcriptum *vol.4.d.33.l* FF.4.

Inſtrumenti à Notario conſcripti hæc ſunt requiſita: primò, ut ſit à verò Notario confectum: 2.ut Notarius à partibus ſpecialiter ſuper inſtrumento illo conficiendo ſit rogatus: 3.rei cognitionem habeat, atque intelligat quid facere debeat: 4.ut fiat ſuper re licita: 5.in præſentia, & rogatione teſtium omni exceptione majorum: 6.ut clauſulæ in loco, quo conficitur, uſitatæ, & neceſſariæ inſerantur, quales plerunq; ſunt, præfatio in nomine Domini: Indictio, nomen Imperatoris regnantis, locus, annus, menſis, dies &c: 7.ut ſigno Notarii, vel ſigillo judicis conſignetur: 8.in Camera requiritur, ut ſit in Pergămeno ſcriptum *vol.4.d.33.l.*GG.1.

Inſtru-

Digitized by Google

Inſtrumento prævalent teſtes duo in probatione *vol.1.d.*12.*l.*E.2.

Inſtrumento ſi teſtes repugnent, tunc non creditur, ſi teſtes in inſtrumento ſcripti repugnent, ſecus ſi extranei *volum.*4. *d.*33.*l.*GG.1.

Inſtrumentum in cauſa civili probat, non criminali *vol.*4.*d.*33.*l.*GG.1.

in Inſtrumentis ſcripturâ confectis ſubſcriptio partium requiritur, quæ dat robur contractui, & conſenſum magis expreſſum denotat quare ejus vis eſt maxima *vol.*5.*d.*17.*l* kkkk.4.

Inſtrumenta ſcripturarum ideò confici ſolent, ut id, quod actum eſt, per ea facilius probari queant: igitur à die numerandum eſt, quo confectus eſt actus, non quo ſcripta inſtrumenta *vol.*5.*d.*30.*l.*G.3.

Inſtrumenta Guarentigiata ſunt, quando creditori conceditur facultas debitoris bona, & Hypothecas ſuas propria authoritate occupandi, & hujuſmodi habent paratam executionem *vol.*7.*d.*1.*l.*c.2. *vol.*7.*d.*4.*l.*q.1.

Inſtrumenta Guarentigiata habent vim ſententiæ, reique judicatæ authoritatem *vol.*7 *d.*4.*l.*q.1.

Inſtrumenta Guarentigiata quamvis habeant paratam exequutionem, illud tamen referendum eſt ad privatam non ad publicam authoritatem, ut iis beneficia Principum impediri poſſint *vol.*7. *d.*1.*l.*c.2.

Inſtrumenti ſcripturam qui pro ſe habet, intentionem fundatam habet, cui tamdiu ſtandum, donec contrarium probetur evidentiſſimè: qui igitur eam de ſuſpecto arguere contendit, id probare neceſſe habet *vol.*5.*d.*30.*l.*G.4.

Inſtrumentum nullum ſuper contractu factum paratam executionem habet, excepto depoſito *vol.*7.*d.*4.*l.*L.4.

Inſula in mari nata, non ſtatim à nobis occupata cenſetur, ſimul atque eam ingreſſi ſumus, ut in aliis rebus privatis uſuvenit, ſed tum demum, quando poteſtati, & cuſtodiæ noſtræ eam ſubjecimus, quod fit ædificium collocando, terminos ponendo *vol.*2.*d.*14.*l.*E.1.

Interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua Univerſitati, aut certæ parti facultas, & jus exercendæ religionis adimitur, Clericisque interdicitur, ne divina officia ibi celebrent, aut ſacramenta adminiſtrent, aut ſepultura Eccleſiaſtica mortuos dignentur: hinc ſi tota civitas, vel Univerſitas interdicta erit, generale interdictum eſt, ſin pars tantùm aliqua Univerſitatis, ſpeciale dicetur. Et interdictum ob culpam ejus, qui loci Dominus eſt, aut in eo juriſdictionem habet, evibrari poſſe Pontifices cenſuerunt *vol.*2. *d.*9.*l.*tTt 1.

de Interdictorum forma, & generibus vide *volum* 2.*d.*12.*l.*yYy.2.*per tot.* vide etiam in verbo Poſſeſſio, & Poſſeſſorium.

Intereſſe eſt lucrum ceſſans, aut damnum emergens, propter moram debitoris, ex æquitate, officio judicis absque ſtipulatione debitum *vol.*3.*d.*7.*l.*uu.1. vide ſupra in verbo in id quod intereſt, datur actio. *vol.*6.*d.*13.*l.*Xxx.4.

cui Intereſſe nullum principaliter convenit, is omni quoque actione deſtitutus eſt *vol.*5.*d.*30.*l.*E.3.

Interfector ſui ipſius, vide in verbo Occiſor.

Digitized by Google

Interpellatio in debiti ſolutione eſt admonitio; quæ fit teſtatò ſolvendi, vel accipiendi ejus, quod debetur: & hanc admonitionem ſi quis debitor ſpernit, in mora ſe ponit, & exinde in culpâ per moram *vol.3. d.7 l.xx.2.*

Interpellatio omnis aut fit expreſsè, aut tacitè: illa modò judicialis, modò extrajudicialis eſt, hæc ſemper extrajudicialis. Expreſsè fit ab homine per denuntiationem, ſeu admonitionem claram, & perſpicuam, in obligationibus purè, aut conditionaliter conceptis, & ita extra judicium, aut pro tribunali judicii, poſtulatione, & impetratione *vol.3.d.7.l xx,2.*

de Interpellatione judiciali expreſſa dubium eſt, an æque ut judicialis debitorem in mora conſtituat? & dicitur quod ſic *vol.3.d 7.l.xx.2.*

Interpellatio tacitè extra judicium fit in obligationibus in diem contractis. Nimirum ſi à lege, vel contrahentibus expreſsè certa dies ſolutioni dicta eſt. Nam tum dies pro homine, id eſt, pro creditore interpellare, & debitorem in mora conſtituere dicitur; adeoque jus fingit interpellationem intervenire *volum.3. d.7. l.xx.2.* vide Mora.

Interpres ſuorum verborum quilibet eſt optimus *vol.5. d.49.l.EEEE,2.*

Interpres eſt, qui inter aliquos alicujus rei, vel negotii proxeneta eſt: ſic dicuntur interpretes juris, interpretes portentorum, divûm &c. Interpretatio autem, eſt congrua verbi, vel orationis explanatio *vol 5.d.49.l.EEEE.1.*

Interpretatio autem Legum, & prudens applicatio fieri aliter non poteſt, niſi interpres mentem legislatoris benè aſſequutus fuerit, quæ non in ſuperficie, & cortice verborum, ſed in ſenſu, & radice rationis ſubſiſtit *vol.7.d.10.l.ss.1.3.4.*

Interpres Juris, ſicut ipſe legislator, debet eſſe Philoſophus, moralis, Politicus, nec debet ignorare ea, quæ ad mores, ad vitæ inſtitutum, & ad Reip. gubernandæ rationem ſpectant, & quæ ipſum legislatorem præ oculis habuiſſe inficiari non poſſumus *vol.7.d.10.l.ss.1.*

Interpres Juris theoricæ philoſophiæ jungere debet practicam, ſive rationalem philoſophiam, ſine qua non erit Juriſconſultus, ſed juris ſtultus *vol.7.d.10. l.ss.2.*

Interpretatio ratione cauſæ efficientis alia eſt ex plenitudine poteſtatis, alia ex conceſſione, alia ex conſuetudine: alia eſt generalis, quæ ſervanda eſt inter omnes: alia eſt in ſcriptis redigenda, ut interpretatio Principis: vel eſt ſine ſcriptis, ut interpretatio conſuetudinis: alia eſt ſpecialis, & reſtricta, ut quæ à judice fit, partitantùm litiganti præjudicans *vol.5.d.49. l.EEEE.1.*

Interpretatio ratione materiæ, alia eſt: interpretatio Legis: alia Statutorum, Privilegiorum, Beneficiorum, Contractuum, Ultimarum Voluntatum *vol.5.d 49. l.EEEE.1.*

Interpretatio ratione formæ alia eſt ſimplex in explicatione verborum, & rerum ſimplici ac nuda conſiſtens, quæ in prorogatione, ſive extenſione, procedendo de ſimilibus ad ſimilia, & reſtrictione conſiſtit *vol.5.d.49.l.EEEE.1.2.*

Interpretatio ratione formæ dividitur in latam, & ſtrictam; illa fit vel inferendo per neceſſarias conſequentias, & comprehen-

Digitized by Google

prehenſiva potiùs dicenda, quàm extenſiva: vel procedendo à ſimilitudine legis in caſu, quando controverſia à lege, vel ratione legis definita non eſt: hæc fit reſtringendo, arctando, corrigendo, quod poſteriùs non niſi Principi conceſſum eſt: ſecundò dividitur in favorabilem, & odioſam; illa eſt, quæ fit, quoad verba, perſonas, res, tempus, locum; hæc quæ in odium alicujus detorquetur *volum*.5.*d*.49. *l*.EEEE.2.

Interpretatio ratione finis alia eſt neceſſaria, alia probabilis: hæc fit à Dd. juris, illa, quæ neceſſariò ſervanda eſt, ut eſt Cæſaris, JCtorum veterum, & conſuetudinis ubi viget, vel non, ut judicis, quæ ſervatur tantum quoad partem litigantem. Dicitur autem interpretatio captioſa, & fraudulenta, id eſt, nimium ſubtilis *vol*.5.*d*.49.*l*.EEEE.2.

Interpretatio juris, quam ſequuntur Jureconſulti, & Dd. ac ad Legis, vel canonis reſolutionem ſpectat: dividitur in Hiſtoricam, Etymologicam, Analogicam, Pragmaticam, Forenſem, quarum definitiones ibi vide *vol*.5.*d*.49.*l*.EEEE.2.

Interpretationes omnes poſſunt dividi vel in Authenticas, vel Uſuales, vel Doctrinales *vol*.7.*d* 9.*l*.OO.1.

per tot Interpretationes interim Juriſprudentia ad contemptum redacta eſt, cum interpretem libros tanto numero vix omnes aſini ferre poſſent *vol*.7.*d*.10. *l*.rr.3.4.

Interpretationem juris plerique confundunt acervo legum, & authorum trahentes in ſuam ſententiam Leges, non explicantes *vol*.7.*d*.10.*l*.rr.4.

Interpretationem etiam juris multi inutilem reddunt, qui plus in obſoletis antiquitatibus veluti de Latinis, & Dedititiis libertis, de Legibus Fuſiis, & Caminiis, Sentiiſque, Adoptionibus, Emancipationibus &c. quam in rebus, quas hodie ſequimur, laborant, & in Româ illa antiqua tantum ferè cives, & domeſtici, in patria verò, ac domi planè hoſpites ac peregrini ſunt *vol*.7.*d*.10.*l*.rr.4.

per Interpretationem analogicam ſolvuntur omnia argumenta tribus modis. Primò, per fallaciam æquivocationis: ſecundò, per fallaciam accidentis: tertiò, per fallaciam à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Hic nota, quando textus diverſas habet lecturas, nec apparet, quæ ſit certior, quod non poſſit allegari præcisè ad definitionem cauſæ *vol*.5. *d*.49.*l*.EEEE.2.

Interpres Legum optima eſt conſuetudo *vol*.5.*d*.49.*l*.EEEE.2.

Interpretantur Leges præcipuè, qui eas condiderunt, uti Cæſar, Præfectus Prætorio, Senatus, Papa ſua reſcripta: Judex inſuper interpretatur Leges applicando jus ad factum, & procedendo ad ſimilia ex ſuggeſtione ſcilicet JCtorum, à qua olim recedere judici planè non licuit: hodie etiam ab opinione Dd. non facilè: ubi vide qui olim fuerint præcipui interpretes *vol*.5.*d*.49.*l*.EEEE.2.3.4.

Interpretantur etiam Leges JCti: qui olim præcipui fuerint, ibi vide, & modum quem tenuerint longè differentem à noſtro hodierno. Nam hodierni noſtri JCti jus potius diverſis, & plurimis illis ſuis lecturis, oppoſitionibus, confutationibus &c. obſcurare, quàm interpretari videntur. Vide *ibid.* quando in interpreta-

Digitized by Google

tione Legis recurrendum ſit ad Principem ipſum, quando ad Dd. quando verò ipſi judici deciſio permittatur, & quę Dd. opiniones judici ſeligendæ ſint *volum.5. d.49.l.*EEEE.3.4. FFFF.1. *volum.7.diſſ.*10. *l.*rr.3.4.

in Interpretatione juris omnis intellectus, ex quo ſequi poteſt communis juris correctio, vitandus eſt *vol.1.d.6.l.*cc.1.

in Interpretatione juris ea opinio primò eligenda eſt, quæ efficacioribus comprobatur rationibus: item gloſſa non debet allegari, quando poteſt inveniri textus: nec numerus authorum inſpiciendus, quia errantium multitudo non parit jus, ſed rationes ponderandæ ſunt *vol.5.d.*49. *l.*EEEE.4.

in Interpretatione juris ſecundò, ubi de evidentioribus rationibus non conſtat, eligenda eſt ea, quæ tutior. Nam conſilium ipſius legis eſt, eligere tutiorem partem. Item ea opinio eligenda eſt, quæ eſt ſimplicior, quia ſimplicitas eſt legibus amica *vol.5.d.49.l.*EEEE.4.

in Interpretatione juris tertiò, ea opinio eligenda eſt, quæ favorabilis: hinc in dubio pro libertate, pro dote, & in pari cauſa, pro poſſeſſore, pro reo, pro ea ſententia, quæ humanior eſt, & propter quam res valet, & non perit, eſt judicandum: hinc inferunt Dd. ſi ſit dubium, an aliquis libellus, vel teſtamentum, vel inſtrumentum, vel matrimonium valeat? illa opinio ſuſtentatur, quæ eſt pro libello, teſtamento &c. *vol.5.d.*49.*l.*EEEE.4. FFFF.1.2.3.

in Interpretatione juris quartò, ea opinio eſt tenenda, quæ eſt approbata à prudentioribus: & quidem in jure civili, quò quis eſt antiquior, eò major ipſi authoritas, & fides adhibenda *volum.5.d.*49. *l.*FFFF.3.

in Interpretatione juris prævalet gloſſa, & in magnis cauſis non eſt recedendũ ab ea, maximè juncto aliquo famoſo Doctore, uti Azone, vel Bartolo &c. In Jure Canonico excellunt Innocentius, Jo. Andreas, Abbas Panormitanus. In Feudali Andreas de Iſernia. Sed notandum unicuique Doctori, in ſua ſcientia, quàm magis profeſſus eſt, credendum: dein Doctori diſputandi magis creditur, quàm ſimpliciter loquendi: denique Doctoris dicto non creditur, niſi illud probet *vol.5. d.49.l.*FFFF.3.

in Interpretatione juris denique illa ſententia obtinet, quæ à pluribus comprobatur: quando autem tot opiniones ſunt pro una parte, quàm pro altera, & æque validæ rationes utrinque, nec etiam adeſt Cæſarea deciſio, quam ſæpius fruſtra requirunt Dd. tunc judici hoc caſu pro amico judicare permittitur, in tantum, ut hoc caſu poſſit eligere opinionem etiam minus veram, dummodò credat veram *vol.5.d.49.l.*FFFF.3.

in Interpretatione juris ſi caſus jure civili non eſt expreſſus, ſequenda eſt juris Canonici ratio, & è converſo *vol.5.d.*49. *l.*FFFF.3.4.

ad Interpretationem juris veniunt ipſę Leges, Statuta, Reſcripta, Beneficia, Contractus, Stipulationes, Ultimæ Voluntates, Confeſſio, Dicta teſtium, Juramenta, Inſtrumenta, Sententię *vol.5.d.*49. *l.*FFFF.4.GGGG.1.

in Interpretatione juris ita procedendum eſt, ut leges poſteriores trahantur ad priores,

Digitized by Google

priores, & ratio vel extendat, vel reſtringat legem, ut ſi ratio quidem non ſit ſcripta, tunc, cum non niſi unica poteſt aſſignari: nam legem conſtituunt duo, nempe ratio, & authoritas: ratio autem eſt anima, vigor, & medulla ipſius legis. Et ubi conſtat de ratione, perinde licet ab ea argumentari: quòd ſi autem ratio non eſt ſcripta in lege, tunc ratiocinatione ad rationes ex aliis legibus, & argumenta legalia recurrendum eſt *vol.5. d.49. l.*FFFF,4. GGGG.2 3.

in Interpretatione juris illa ratio primò præferri debet, quæ eſt ſecundum jus naturale: ſecundò, quæ eſt ſecundum jus divinum: tertiò, quæ eſt ſecundum æquitatem ſcriptam, illâ, quæ eſt ſecundum rigorem: quartò, quæ eſt ſecundum regulas juris, quàm ea quæ tenet, quod ſit ſpeciale: quintò, quæ eſt ſecundum mentem, illâ, quæ eſt ſecundum verba: ſextò, quæ eſt ſecundum verba, prævalet ei, quæ eſt per ſimilitudinem, vel per incertam rationem. Denique argumentum à ſubjecta materia, prævalet omnibus aliis argumentis *vol.5 d.49.l.*FFFF.GGGG.2.3.

in Interpretatione juris videndum eſt, quæ nam lectio juris prævaleat alteri: quæ ſit authoritas Inſtitut. quæ Codicis, quæ Digeſt. quæ Novellar. ubi pulchrè: ubi itidem tractantur quidam errores, qui in editionem Gothofredi irrepſerunt. Et primo Novellę Conſtitutiones derogant Codici: quinquaginta Conſtitutiones, quæ in novo Codice ſunt inſertæ, derogant LL. Pandectarum, utpote poſteriores, de Inſtitutis dubitatur. Inſtitutiones, quatenus Leges novæ Codicis in eas relatæ ſunt, derogant Digeſtis, ſed quatenus collectæ ex Digeſtis, ex illis ſuppleri debent. Leges ſi contrariæ ſint, poſteriorem præferre debemus priori *vol.5.d.49. l.*GGGG.1.2.3.

Interpretatio juris fit vel explicativè, quod conſiſtit in ſimplici rerum, & verborum declaratione: vel illativè, quando ponimus ea, quæ ſub diſpoſitione, vel ratione legis continentur, vel extenſivè, & hoc fit, vel quoad verba, quando verba in diſpoſitione aliqua, vel lege poſita, non explicantur tenaciter, ſed gratioſè, liberaliter, & latè. Vel quoad res, quando conceſſio caſtri ſimpliciter facta intelligitur facta cum omni jure ſuo. Vel quoad perſonas, ut quando per ſermonem maſculinum intelligitur fœmininus, item, quando beneficium tranſit in heredes, non autem pœna, & appellatione filiorum veniunt nepotes: item, quando immunitas conceſſa marito extenditur ad uxorem: item, quod contra jus diſpoſitum in uxore, diſpoſitum cenſetur in viro. Item, quando privilegium conceſſum legato, vel alii, tribuitur etiam eorum miniſtris. Vel quoad tempus, ut quando beneficium dicitur eſſe perpetuum, vel quod privilegium etiam re integra non expiret morte concedentis: aut quando immunitas ſimpliciter conceſſa comprehendit etiam futura bona, & privilegium ſolutionis, exemptionis, pedagii, comprehendit terras poſtea conſtructas. Vel quoad locum, ut quando officium tabellionatus conceſſum in urbe, poteſt exerceri in ſuburbiis, & Comitatu: Item, quando teſtamentum factum ſecundum ſolennitates unius loci, valet etiam extra illum locum. Sic fit extenſio quoad ſolen-

Digitized by Google

nitatem, ac omnia, quæ favorem reſpiciunt. Reſtrictiva contra fit quoad verba, perſonas, res, & omnia, quæ odium reſpiciunt à contrario *vol.5.d.49.l.*GGGG.2.

in Interpretatione juris ſenſus Legum maximè debet attendi: ſecundò benigniùs ſemper interpretanda eſt lex omnis, atque diſpoſitio: tertiò, ut evitetur abſurdum, iniquitas, inhumanitas, irreprehenſibilitas, quartò, ut aliquid operetur, & ne ſit eluſoria *volum.5. diſp.49. l.*GGGG.3.

Interpretatio juris quoad Legislatorem, & judicem ita fieri debet, ut ſe non extendat latius, quàm ſe extenderit ejus poteſtas, qui legem, vel ſtatutum, vel ſententiam poſuit *volum.5.d.49.l.*GGGG.4. HHHH.1.

Interpretationem Juris, & Legum variat conditio perſonarum, ad quam habetur reſpectus, prout quis eſt excellens, vel humilis, clericus, aut ſæcularis, paganus, vel miles, minor, mulier, ſenex, vel impubes, ruſticus *vol 5.d.49.l.*HHHH.1.

Interpretatio juris variatur etiam maximè ſecundùm materiam favorabilem, & odioſam: quæ intelligitur præcipuè per materiam analogam, æquivocam, & univocam, ubi harum vocum definitiones, ampliationes, & limitationes vide *vol.5. d.49.l.*HHHH.1.2.3.

Interpretatio juris fit ad plures effectus, ut lex explicetur, extendatur, reſtringatur: quando ſcilicet in lege plus, vel minus ſcriptum reperitur: quando autem venit ex interpretatione perinde eſt, quoad effectum, quaſi ex ipſis verbis veniret, maximè ſi comprehenſivè veniret ex mente legis tacita *vol.5.d.49.l.*HHHH.3.

Interpretatio Juris à Principe ſuper dubio verbo facta, præjudicat in præteritum *vol.5.d.49.l.*HHHH.3.

Interpretationi Juris rectæ adverſatur maximè, quando lex malitioſè explicatur, verba captantur &c. quod fieri non debet ſub pœna infamiæ, imò & nimia ſubtilitas rejicienda eſt, & genere peſſimum eſt, quandocunque fraus legibus fieret: ubi etiam vide, quomodo hæc fraus committi poſſit. Limitatur regula, ſi lex eſſet iniqua, & irrationabilis, quia tunc licitum eſſet & honeſtum, legem circumvenire: ſecundò ubi ille modus non ordinaretur ad illum finem, & effectum, ſed ad alium licet incidenter perveniretur ad prohibitum finem *vol.5.d.49.l.*HHHH.4.

in Interpretatione juris fraus multipliciter committitur. Primò fit fraus de re, ad rem, 2. de perſona ad perſonam: 3. de contractu ad contractum: 4. de nomine ad nomen, verbi gratia, quando presbyteri ſolent vocare concubinas ſorores: 5. per additionem, quando uſurarii aliquid retinent ſiliquarum nomine: 6. de modo ad modum. Nam prohibita diſponi non poſſunt ſub conditione, vel pœna: 7. de quantitate, ad quantitatem, verbi gratia, ſtatuto cavetur, quòd pœnæ non poſſunt exigi, jam verò quis promiſit centum, cum hoc pacto, quòd ſi intra annum ſexaginta ſolverit, intelligatur abſolutus à reliquo. Hic fraus fit ſtatuto, quia reſiduum pœna eſt, non ſors *volum.5. d.49. l.*HHHH.4.

Interpretationes libenter nos ad lectionem alicujus materiæ producunt, cumque eò venerimus, evidentiorem præſtant intellectum *vol.7.d.2.l.*d.3.

Inter-

Digitized by Google

Interventio eſt, cùm tertius quidam in judicio prætendit intereſſe ſuum ratione litis motæ, & hinc ſicut reconventio, ita & interventio coram eodem judice proponitur *vol.5.d.*34.*l.*X.1.

Interventio poteſt opponi tàm ante, quàm poſt litis conteſtationem, ita ut ab interveniente poſt publicatas atteſtationes de novo teſtes ad examen produci poſſint *vol.5.d.*34.*l.*X.1.

Interventio poteſt interponi in cauſa appellationis, & poteſt remorari executionem rei judicatæ, imò poteſt executionem trium conformium ſententiarum impedire *vol.5.d.*34.*l.*X.1.

Interveniens poteſt appellare à delegato, etiamſi ejus delegationi ſit adjuncta clauſula, appellatione remota *vol.5.d.*34.*l.*X.1.

Inteſtabilis dicitur primò, qui non poteſt teſtimonium perhibere, ſecundò, qui non poteſt capere ex teſtamento, & ſic eſt vox æquivoca *vol.5.d.*49.*l.*HHHH.1.

Inteſtato Collegio ſuccedunt corpora Collegiorum *vol.2.d.*28.*l.*NN.3.

Inteſtatus Monaſterium ingrediens ſe, ſuaque Deo dedicaſſe, ipſoque ingreſſu omnes res Monaſterio videtur obtuliſſe *vol.2.d.*28.*l.*NN.3.

Inteſtatus quis decedere dicitur, primò, qui teſtamentum non fecit, cum tamen facere poſſet, impuberes tamen, furioſus, & prodigus, etſi teſtamentum condere non poſſint, tamen pro inteſtatis habentur *vol.5.d.*39.*l.*II.2.

Inteſtatus ſecundò decedere dicitur, qui teſtamentum quidem condidit, ſed injuſtum, ſeu minus rectè, putà quia ſolennitates à jure introductas omiſit: tertiò, inteſtatus dicitur, cujus teſtamentum ex poſt-facto ruptum irritumve factum eſt: quartò, inteſtatus dicitur, qui quidem teſtamentum jure fecit, ſed ex eo nemo heres extitit, id eſt, nemo hereditatem adiit *vol.5.d.*39.*l.*II.2.

Inteſtati hereditatem, ſi ſtatutum alicujus loci agnatis deferat, tunc ſi filius impubes, minorve decedat, mater ab ejus ſucceſſione excludetur *volum.5. diſſ.*39. *l.*II.2.

Inventarii exceptio eſt, & durat donec inventarium conſcribatur, ſi præſtò ſint intra tres menſes, vel ſi abfuerint heredes intra annale ſpatium. Nam per hanc exceptionem nulla eſt licentia neque creditoribus, neque legatariis, vel fideicommiſſariis eos vel inquietare, vel ad judicium vocare, vel res hereditarias quaſi ex hypothecarum authoritate vindicare *vol.2.d.*27.*l.*LL.1. *vol.5.d.*16.*l.*X.1.

Inventario non confecto heres creditoribus tenetur in ſolidum, nec item deduci poteſt Falcidia, Trebellanica, item nec à filio legitima *vol.3.d.*10. *l.*F.2.*d.*16. *l.*V.4.X 2.

Inventarium eſt repertorium ſolennem rerum hereditariarum deſcriptionem continens: & eſt juris civilis: cujus cauſa efficiens eſt heres ſive ſuus ſit, ſive extraneus, nobilis, ſive ignobilis, civis, ſive ruſticus, dives, ſive pauper, maſculus, ſive fœmina. Quamobrem uniçuique heredum hoc beneficium tribuitur *vol.3. d.*16.*l.*T.3.

Inventario confecto quantum heres percipere potuiſſet, tantum, ſi non fecit, amoviſſe, vel amovere voluiſſe cenſetur. Igitur inventarium ad amuſſim, ſi quis hoc

Digitized by Google

hoc beneficio gaudere velit, faciendum eſt *vol.3.d.16.l.*T.2.

Inventarium quoque heres fideicommiſſarius conficere debet,ſi tamen à confectione ſe abſtinuerit, tunc ipſe, ſi ſecurus eſſe ſatagit, ne conveniatur, in plus, quàm vires hereditariæ patiuntur, ſibi metuere, ſibi maturè de inventario proſpicere compelletur *vol.3.d.16.l.*T.2.

Inventarium, quod heres directus ritè confecit, fideicommiſſario quoque prodeſt,& ſubſtituto *vol 3.d.16.l.*T.3.4.

Inventarium etiam conficere debent Fiſcus, Eccleſia, Monaſterium, Clerici, milites, bonorum poſſeſſor, & parens in bonis libertorum, ſi aut ipſis ſuccedat,aut hereditatem ipſorum nomine apprehendat, niſi etiam de propria ſubſtantia credita hereditaria ſupplere, & præſumptæ ſuppreſſionis notam incurrere velint *vol.3.d.16.l.*T.4.V.1.

Inventarium multa requiſita habet, tanquam ſubſtantialia,ex quibus ſi minimum quid negligatur, totum peſſùm it: primò requiſitum eſt S. Crucis ſignum, quod heres manupropria præponere jubetur: ſecundò, certo temporis ſpatio inventarii confectionem inchoare,certò itidem complere tenetur, cui præſenti tres menſes, abſenti annus præfixus eſt: tempus autem currere incipit ab hereditatis delatione,non aditione: 3.præſentibus duobus ad minus Notariis id conſcribi,& ſubſcribi debet: quartò,convocatione eorum,quorum intereſt, nempe creditorum,& legatariorum: ſeptimò,id in loco rerum ſitarum confici debet: octavò, res omnes deſcribi debent *vol.3.d.16.l.*V.1.2.3.

in Inventario non malè facit heres, ſi ita proteſtetur,quæ jam poſita non ſunt, & poſtmodùm fortè occurrunt, pro poſitis, è contra inſerta per errorem, pro non inſertis habentur *vol.3.d.16.l.*V.4.

Inventarium ideò conficitur ratione heredis primi, primò, ne ille ultra hereditatis vires conveniri poſſit: ſecundò, néve damnum aliud ſentiat: tertiò,ne de impetrando deliberationis remedio ſolicitus eſſe cogeretur; ratione creditorum autem, ne quid rerum maximè mobilium,quarum non eſt difficilis occultatio, ſupprimatur omniſque malignitatis occaſio præcidatur *vol.3.d.16.l.*V.4.

Inventario confecto heres ultra vires hereditatis conveniri nequit, ut de ſuo nihil penitus amittat,ſed ab omni damno planè immunis conſtituatur, & L.Falcidiæ detractionem ſibi integram conſervat: tertiò,factas impenſas deducere poteſt: quartò, interea temporis dum confectioni incumbit, à creditoribus conveniri nequit: quintò, licet heres uſque ad vires hereditatis conveniri poſſit, quavis tamen fide bona ſolutione facta liberatur: Sextò,actiones, ſi quas non heres habet, incolumes retinet, tàm perſonales, quàm reales *vol.3.d.16.l.*V.4.X.1.

Inventarii ſubjectum ſunt res omnes tàm mobiles, quàm immobiles, tàm corporales,quàm incorporales,tàm propriæ, quàm alienæ in hereditate repertæ, imò & acceſſiones poſt teſtatoris mortem jam perceptæ. Nemo autem ad inventarium conficiendum cogitur, ſed unicuique id liberè permiſſum eſt *vol.3.d.16.l.*X.2.

Inventarium non prohibere poteſt teſtator in creditorum detrimentum, at benè

Digitized by Google

benè quâ commodis heredum, & legatariorum derogatur. Nam primò, nuſpiam interdictum reperitur: ſecundò, minus teſtator rei ſuæ alii traditæ, & relictæ legem dicere prohibetur: tertiò, cum ei liberum fuit heredi extraneo, & legatario ne hilum quidem reliquiſſe, ſic liberum erit, rem etiam propriam heredis, ſeu legatarii ſub conditione relictum oneraſſe *vol.3.d* 16.*l*.X.3.

Inveſtitura feudi poteſt fieri extra regnum, & provinciolam uniuscujusque, quæ, etiam hac libertatis imagine conſtat ut ſi Domini fundus in una, clientelaris in alia regione ſitus ſit, ſerviens prædium regatur more territorii, cui ineſt, non autem conſuetudine feudi dominantis *vol. d.*3.2.*l*.l.2.

Inveſtitura dicitur ab inveſtiendo verbo generali quamlibet poſſeſſionis conceſſionem denotante, unde de præbenda quoque facta inveſtitura dicitur: ſed tamen propriam ſibi doctrina feudalis fecit, nec tamen una ſignificatione. Nam nunc ipſam poſſeſſionem non rarò litteras de inveſtitura teſtantes, frequentius ipſum inveſtiendi, ſeu feudi novi concedendi actum, & juris jam competentis factam recognitionem ſignificat. Sic alia inveſtitura dicitur de veteri, alia de novo feudo fieri *vol.2.d*.15.*l*.I.2. *vol*.3.*d*.3.*l*.t.1. *vol*.5.*d*.17.*l*.rrr.3.*d*.42.*l*.GGG.3.4.

Inveſtitura feudi novi eſt actus ſolennis domini, quo in re idonea alteri jus feudi conſtituit, remotam hujus inveſtituræ cauſam ipſæ feudales conſuetudines conſtituunt: Proximam Dominus inveſtiens, qui & per procuratorem ipſam facere poteſt: quod hodie ſic fit plerunque per Cancellarium, & Conſiliarios *vol.2. d*.15.*l*.I.2. *vol*.5.*d*.42.*l*.BB.1.2. ubi vide differentias feudi novi, & antiqui *diſp*.44. *l*.RRR.3.

Inveſtituram feudi novi facere poſſunt, qui & feudum dare, nempe omnes, quibus libera bonorum adminiſtratio competit etiam Eccleſiaſtici, quorum antiquitus conſuetudo fuerit, feuda dare: Fœminæ etiam, ruſtici, item & alii ignobiles, cùm prohibiti non inveniantur, non autem requirimus, ut Dominus is rei inveſtitæ ſit, cùm de re aliena quoque ignoranti, ad effectum evictionis præſtandæ inveſtitura facta valeat *vol.2.d*.15.*l*.I.2. 3.*d*.31.*l*.QQ.1. *vol*.5.*d*.42.*l*.DDD.4.

Inveſtituram feudi novi nequeunt facere infans, furioſus, Prodigus, cui ſcilicet bonis à magiſtratu interdictum. Pupillus, Minor curatorem habens, quamvis decretum, & authoritas judicis accedat: filiusfam. niſi in bonis caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus, imò, & adventitiis, in quibus uſusfructus patri non adquiritur, cùm ratio prohibitionis ceſſet, item tutor, curator, & quivis rerum adminiſtrator in rebus adminiſtrandis *vol.2.d*.15. *l*.I.3.*d*.31.*l*.QQ.1. *vol*.5.*d*.42.*l*.DDD.4.

Inveſtientes de novo feudo vel prævia obligatione aliqua ad inveſtiendum tenentur, vel ſtatim ab inveſtitura ordiuntur. Obligatio autem illa vel ex conventione eſt, vel ex ultima voluntate, heredes tamen cum eo, cui inveſtitura promiſſa eſt, tranſigere poſſunt, ſolvendo intereſſe, ſed alii ex conventione omninò tradere tenentur: cui autem promiſſio facta eſt, eam negligere non debet, ſed urgere, promiſſor verò ſi liberari velit, inveſtien-

dum ter prius citare debet. Finis internus inveſtituræ eſt feudum ipſum, ejusque conſtitutio, finis externus ſalus, & defenſio Domini *volum.2.d.15.l.*I.3. *vol.5. d.17. l.*rrr.3.*d.*42.*l.*FFF.1.

Inveſtituram feudi novi accipere poſſunt omnes perſonæ, quæ prohibitæ non leguntur. Itaque & fœmina, & pupillus, qui tamen fidelitatis juramentum, donec ætatem doli capacem attigerit, non præſtat: & ſervus, & clericus: & filiusfam. qui accepti feudi, ſi caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe ſit, uſumfructum patri non adquirit: & Spurius niſi ſint feuda dignitatem annexam habentia: item hæreticus, uſurarius, & excommunicatus *volum.2. d.15. l.*I.4.*d.*18.*l.*S.3. *volum.5.diſp.42.l.*DDD.4. EEE.1.2. ubi poſteriores excipiuntur.

Inveſtitura feudi novi fieri debet de rebus immobilibus, ſeu æquipollentibus, ex commercio hominum non exemtis, nec de iis, quorum alienatio interdicta. Æquipollentibus annumerantur feuda de Camera, & Cavena. Item quæ in annuis reditibus conſtituuntur, & jura incorporalia, putà jus vectigalia percipiendi, monetam cudendi, jus venandi, jurisdictionis &c. item ſervitutes reales cum prædio, quibus cohærent, indiſtinctæ in feudum novum dari poſſunt, tum etiam per ſe ſolæ *vol.2.d.15 l* I.4. etiam res Eccleſiaſticæ *ibid.vol.5.d 42.l* EEE.2.3.4.

ab Inveſtitura feudi novi excluduntur actiones de re immobili competentes, item res ipſæ mobiles, & molendina in aquis natantia *vol.5.d.15.l.*I.4.

Inveſtitura ulterius de feudo alieno fieri poteſt; veluti, ſi quis Vaſallus liberos non habeat, & de hujus feudo alteri proſpiciatur in caſum mortis, id eſt, ſi moriatur ille Vaſallus absq; heredibus. Nam tunc inveſtientis ſucceſſores etiam obligantur, exceptis Clericis, quorum morte hæc obligatio extinguitur. Sic etiam ſi Vaſallus non moriatur, ſed quavis ex cauſa Domino feudum aperiatur, alteri concedi poteſt *volum.2.d.15.l.*K.1. *volum.5.d.42. l.*HHH.1. *d.*44.*l.*RRR.4. vide in verbo Feudum.

Inveſtitura etiam pluribus ſimul fieri poteſt, ita ut unus alteri ſuccedat *volum.2. d.15.l.*K.1. *vol.5.d.42.l.*HHH.2.

Inveſtituræ ſolennitates, quæ in verborum, ſignorum, & teſtium adhibitione maximè conſiſtunt: teſtes autem omninò debent eſſe pares Curiæ, qui ſi culpâ omittantur, inveſtitura vitioſa erit, tamen ſi Dominus feudi hos omninò habere non poſſit, extraneos aſſumere poteſt *volum.2. d.15.l* K.1.2. *vol.5. d.42. l.*GGG.3.4. *d.*44. *l.*RRR.4.SSS.1.

Inveſtituræ effectus ſunt, ut feudum conſtituat, dominium utile transferat, ita ut Vaſallus dominium à quovis vindicare poſſit: ſic inveſtitura Vaſallum in poſſeſſionem feudi ipſo jure inducit *vol.2.d.15. l.*K.2. *vol.3.d.3.l.*t.2. *vol.5.d.17.l.*rrr.3.*d.*42. *l.*FFF.1.*d.*44.*l.*RRR.4 maximè ſi propria ſit, non abuſiva, qua tantum jus apprehendendæ poſſeſſionis, & ingrediendæ conceditur *vol.7.d.7.l.*ff.1.

Inveſtitura prior prævalet poſteriori: cujus adjunctum eſt fidelitas, quæ juramento præſtari debet à quovis, etiam Clerico, nec admittitur alius, niſi procurator mandatum generale habens; impuberes tamen liberantur. Juratur autem incolume, tutum, honeſtum, utile, facile, & poſ-

Digitized by Google

& poſſibile, firq; juramentum pro quovis feudo, magno, & modico *vol.1. d.15. l.*K.3. *vol.5.d.*42.*l.*GGG.4.

Inveſtitura tàm purè, quàm ſub conditione fieri poteſt, etiam cum pactis ipſi adjectis, quæ vel fiunt de ſubſtantialibus feudi, & ii illis repugnant, totum contractum feudalem vitiant, ſi tamen in aliud contractus genus incidunt, propter placitum contrahentium omnino ſervanda ſunt, aut de accidentalibus. Contractus autem feudalis illuſtria ſunt juramentum fidelitatis, ſervitia, ſucceſſio maſculorum &c. hæc autem omninò pactis immutari queunt, feudique ita naturalibus immutatis, id improprium ratione naturalium appellari ſolet; quæ tamen bonis moribus contraria ſunt, minimè valent, nec monitu opus: tale dicunt eſſe, ne ob ingratitudinem vaſalli feudum amittatur: an & illud, quod ob delictum filii pater feudum amittat, eò referendum? & negatur: non enim punitur Vaſallus ob delictum filii, ſed ex pacto, quod Dominus ipſo conſentiente inveſtituræ adjecit, feudo privatur *vol.1.d* 15 *l.*K.3.*d.*18 *l.*S.3.*vol.*5.*d.*42. *l.*HHH.1.*d.*44.*l.*RRR.4.

Inveſtitura denique in ſcriptura, ſi negotium hoc feudale ritè confectum ſit, explicari, & confici ſolet deſuper, quæ tamen non eſt de ejus eſſentia, etſi hodie, ut probatio promptior ſit, ubique conſueta habeatur: eaque à teſtibus ad hoc requiſitis plerunque paribus Curiæ adſeritur, & à Principe, ſeu ejus Vicecancellario, aut Secretario ſubſcribitur, & ſigillo munitur, in quam ſcripturam omnia pacta, omneſque inveſtituræ leges inſeri ſolent, unde ipſa nobis in litibus ancora erit, eamque in deciſione omninò ſequemur. Itaque ejus verba clara, & perſpicua, nec dubia eſſe debent. Nam in dubio pro Vaſallo ſtatuendum *vol.1.d.15. l.*K.4. *vol.5. d.42.l.*GGG.4.

Inveſtituræ tenor omnibus controverſiis feudalibus legem præſcribit. Igitur illa maximè attendenda eſt *vol.1.d.18.l.*S.3. *vol.6.d.3.l.*Ee.4.

Inveſtiendus habetur pro inveſtito *vol.4.d.9.l.*nn.3.

Inveſtitus ſimultaneè petere poteſt à judice, ut declaretur conjunctam manum, aut ſimultaneam inveſtituram ſibi in feudo competere *vol.4.d.9 l.*ss.2.

per Inveſtituram fit conceſſio jurisdictionis, unde pro diverſitate, & generalitate inveſtiturarum diverſitas quoque conceſſæ jurisdictionis arguitur. Si itaque inveſtitura ſit facta **mit oberem / und niederem Gericht** / nulla dubitatio eſt, utramque ſpeciem conceſſam: idem dicimus ſi omnimoda jurisdictio fuerit conceſſa, quòd ſi ſimpliciter conceſſa ſit, etiam hoc caſu utraque ipſius ſpecies venit *volum.*4. *d.*17. *l.*hhhh.2. vide in verbo Jurisdictio.

Inveſtitura præbet cauſam, & titulum poſſidendi, & præſcribendi, imò dominium, & poſſeſſionem *vol.6. d.8.l.*Ccc.1. *vol.1.d.1.l.*k 1.*vol.4.d.*17.*l.*hhhh.2.3. *vol.5. d.*20.*l.*ccccc.3.*d.*21.*l.*ffff.1.2.3.4.

ad Inveſtituræ maximè legem recurrendum eſt in feudali lite: aut in defectum probationis Domino hæcce diſcuſſionis particula tribuenda eſt: qui Dominus ex jure feudali cauſam decidet *vol.1.d.*10.*l.*Y.1.*vol.5.d.*42.*l.*YY.4.

in Inveſtituræ interpretatione verba non

non reſtringi, ſed uti ſonant intelligi debent: Item inveſtituræ tenor claris expoſitus verbis, etiamſi contra feudi naturam ſit, ſervandus eſt: ubi vide plura de modo in inveſtituræ interpretatione tenendo *vol.5.d.*42.*l.*YY.4.

Inveſtitura alia eſt vetus, quæ & renovatio inveſtituræ dicitur, quę fit vel à Domini ſucceſſore, vel Vaſallo ſucceſſori: quotieſcunque enim mutatio, vel in ſeniore, id eſt, Domino feudi, vel Vaſallo incidit, ut aut ſeniorem, aut Vaſallum mori contingat, neceſſaria eſt feudi renovatio, quam petere poteſt Vaſallus vel per ſeipſum, vel per procuratorem, adeò, ut ſi intra tempus legitimum renovatio petita non ſit, feudum amittat, niſi fuerit minorennis: tempus autem illud legitimum, & præfinitum eſt annus, & dies, idque currere incipit ab eo die, quo primum reſciverit Vaſallus talem mutationem incidiſſe: idq; tempus à Domino nec coarctari, nec invito Vaſallo prorogari poteſt *vol.5.d.*42. *l.*HHH.1. *d.*43. *l.*PPP.1. 2. *d.*44. *l.*RRR.4.SSS.1. hæc inveſtitura non dicitur feudi acquiſitio, ſed ſolùm feudi recognitio *vol.6.d.*10.*l.*Ooo.4.

Inveſtituræ veteris forma, parum à nova diſtat, niſi quod vetus teſtibus quibuscunque, etiam extraneis contenta ſit: fidelitatis item juramentum veterem comitatur, etſi Vaſallus prius pro ſe, & heredibus ſuis juraverit, quod ſi plures ſint, omnes id pręſtare debent. Sin autem Domini plures ſint, ſufficit uni juraſſe *vol.5. d* 42.*l.*HHH.1.*d.*44.*l.*RRR.4.SSS.1.

Inveſtitura rurſus ſubdividitur in propriam, & abuſivam. Illa dicitur qua Vaſallus rei feudalis poſſeſſionem inducitur: hæc cum feudum absque corporali poſſeſſionis traditione Vaſallo ſolenniter ceditur, tradito aliquo loco ipſius rei, & licet ex hac inveſtitus non ſtatim adipiſcatur poſſeſſionem, hac tamen vacua cogitur Dominus illum immittere, nec præſtando intereſſe liberatur: imò Vaſallus propria authoritate eam vacuam ingredi poteſt *vol.5.d.*42.*l.*HHH.2.*d.*44.*l.*RRR.3. 4. *vol.7.d.*7.*l.*ff.1.

Inveſtitura alia eſt ſimultanea, alia non, id eſt, ſingularis. Illa dicitur quæ ſimul duobus, aut pluribus facta eſt, cujus effectus maximè in ſucceſſione conſpicitur, defuncto enim Vaſallo omnes perſonaliter nominati, & ſic ſimultaneè inveſtiti in capita ſuccedunt *volum.5. diſp.*42. *l.*HHH.2.*d.*44.*l.*SSS.1.

Inveſtituram ſi quis Dominus duobus de eodem feudo fecerit, vel abuſivam utriſque ſimul, vel alterutram propriè: tunc hoc caſu ille, qui prior in poſſeſſione fuerit, præferetur alteri, licet prior etiam abuſivè inveſtitus ſit: ita tamen, ut eidem ad intereſſe teneatur, id eſt, ut vel pecuniam æquivalentem ſolvat, vel aliud feudum ejusdem valoris, & æſtimationis præſtet *vol.5.d.*44. *l.*RRR.3.4.

Inveſtituram veterem, id eſt, feudi renovationem facere Dominus Vaſallo omninò tenetur, nec eam absque cauſa denegare, aut inſolitis capitulis contra ſolitam formam cumulare poteſt invito Vaſallo: & eâdem ratione tempus repetendę inveſtiturę conceſſum dilatare quidem, arctare verò non poteſt *vol.5.d.*44. *l.*SSS.1.

Inveſtituram cum quis accipit alicujus Ducatus, vel Principatus, eo ipſo jura quoque

quoque Principis, aut Ducis conſequitur *vol.*1.*d.*2.*l.*h.1.

Invitus uti non nobilitat, ita etiam invito non confertur nobilitatis beneficium *vol.*4.*d.*9 *l.*ll.3. vide Ignorantia.

Irrelevans quicquid eſt in jure, id veluti ſupervacaneum citra falſi ſuſpicionem, & partis adverſæ injuriam in judicio rectè omitti poteſt *vol.*5.*d.*30.*l.*G.2.

Italiam Barbari ſæpius Imperio rapuerunt *vol.*2.*d.*3.*l.*f.3.

Italia non habet Regem, niſi Cæſarem *vol.*2.*d.*3.*l.*h.2.*d.*4.*l.*t.4.*d.*13.*l.*y.2.*vol.*4.*d.*5.*l.*r.1.*vol.*5.*d.*2.*l.*g.3.

Italiæ quidam Principes, & Urbes fruſtra omnimodam ab Imperio exemptionem, & libertatem ſibi vendicant, nec hujus rei juſtum titulum habent, redigique omni tempore ad ſubjectionem poſſunt *vol.*4.*d.*4.*l.*p.2. vide in verbo Majeſtas nec vendi, nec inobedientia præſcribi poteſt.

in Italia nunc pleræque urbes habent regimen, quod olim habuit Provincia tota: unde earum Præſides, hodie Poteſtates appellantur. Hoc autem beneficium Italiæ accepit à Cæſaribus Germanicis: alii referunt ad Henricum Septimum, alii ad Fridericum Barbaroſſam, alii verius ad Ottonem Magnum *vol.*6.*d.*9.*l.*lii.3.

Judæi inter odioſas perſonas numerantur *vol.*6.*d.*3.*l.*Cc.3.

Judæi ad Chriſtianiſmum converſi, recensque baptizati, omnia delicta, imò & furta per ſolum baptiſmum in ipſo etiam foro ſæculari obliterantur, ſed feciſſe converſionē bona fide debet *vol.*5 *d.*10.*l.*uu.4

Judæos recipere omnes poſſunt, qui Regalia habent, neque receptos licitè expellere poſſunt, niſi ob ſcandalum, aut imminens periculum, ſic nec iis uſuras ſupra legitimum uſurarum modum permittere poſſunt *volum.*2.*d.*6.*l.*ss.4.*diſp.*7.*l* bBb.1.3.*vol.*4.*d.*19.*l.*pppp.5.*volum.*5.*d.*1.*l.*d.3.*d.*21.*l.*kkkkk.3.*vol.*6.*d.*3.*l.*Gg.4.

pro Judæi captivi relaxatione Dominus pignoratitia conſtitutione uti poteſt *vol.*6.*d.*3.*l.*Gg.3.4.

Judæi inter Chriſtianos ſemper tolerati ſunt, & nunc tolerantur, ſed tutius eſt ubi non recepti ſunt, ut ibi nec in poſterum recipiantur, propter blaſphemias in DEUM, & proditiones, & occultas technas in Chriſtianos: tum etiam quod furta promoveant, emendo res furtivas, aut pignori accipiendo, aut occultando, & demum propter uſuras quibus Chriſtianos quaſi non occidunt *volum.*2.*d.*7.*l.*bBb.1.2.

Judæi, quando recepti ſunt, tunc tolerari, imò defendi debent, nec poſſunt expelli *vol.*6.*d.*3.*l.*Gg.4. & contra facientem mandata ſine clauſula decernuntur *ibid.*

Judæi ſi recipiantur, ea conditione recipi debent, ut communi jure Romano, Conſtitutionibus Principum Chriſtianorum, aliiſque certis vivendi legibus, æque ut alii obligentur, ex quibus eſt hæc, ut diſcreto veſtitu utantur *volum.*2.*diſp.*7.*l.*bBb.2.

Judæi etiam favorabilibus ſtatutis comprehenduntur: ita ut immunitas alicujus loci incolis conceſſa, etiam ad Judæos trahatur, illaque gaudere debeant *vol.*6.*d.*3.*l.*Cc.3.

Judæi ubi recepti ſunt ad Chriſtianiſmum cogi non poſſunt, ſtatis tamen temporibus ad lectionem S.Scripturæ, &

S. librorum, audiendasq; conciones compelli poſſunt *v.2.d.7.l.*bBb.2.*v.4.d.2.l.*e.1.

Judæi ubi recepti ſunt nec in bonis, nec in perſona offendi poſſunt, etſi ab oneribus immunes eſſe non debeant, ſic tamen honorum omnium, & dignitatum, officiorumque in Rep. ſunt incapaces, & tributis majoribus, quàm Chriſtiani poſſunt licitè onerari *vol.2.d.7.l.*bBb.2.3.

Judæi etſi ſic tolerentur, tamen conſortium cum ipſis familiare, id eſt, uſus cum ipſis habitandi ſub eodem tecto, manducandi, lavandi, medicamentum accipiendi Chriſtianis interdicitur *vol.2.d.7.l.*bBb.3.

Judęi, ubi capitaliter deliquerunt, non debent è pedib. ſuſpendi *vol 6.d.5.l* Oo.3.

Judęi tunc non ſolùm puniri, ſed etiam omnino expelli poſſunt, quando à blaſphemiis in noſtrâ religionem non ceſſant, aut proditoriè aliquid cũ hoſtibus contra Chriſtianos machinātur *vol.2.d.7.l.*bBb.3.

Judæi publicum officium gerere non poſſunt *vol.3.d.5.l.*ii.3.*vol.6.d.3.l.*Aa.3.

Judæi legibus Romanis vivunt, in actibus humanis nobiscum participant, de eodem corpore civitatis ſunt, pro civibus Romanis habentur: aliorum Judæorum tutores, & Judices fieri poſſunt: regulariter tamen inter Chriſtianos publicis non ſunt præficiendi officiis *volum.6.d.3.l.*Aa.3.Gg.4.

Judæi nec ex fundatione, aut conſtructione alicujus Eccleſiæ jus patronatus acquirere poſſunt *vol.6.d.3.l.*Aa.3.

Judæi qui à Chriſtiana fide ad Judaiſmum deficiunt, à nullo in patrocinium recipi debent *vol.6.d.3.l.*Bb.3.

Judicis imprudentia, & injuriâ caſus fortuiti cenſentur *vol.3.d.9.l.*ccc.1.

Judices in cauſis mercatorum æquitatem ſemper præcipuè ſpectabunt, & ex bono, & æquo lites diriment, nec hic communia jura locum habent: audiant litigantes & facilè: mores autem & conſuetudines mercatorum præcipuè obſervabunt *vol.1.d.15.l.*M.1.

Judex ſeu Conſul à collegio mercatorum electus, in rebus quæ mercaturam attinent, vel inde dependent ordinariam exercent jurisdictionem: extra autem mercantiæ cauſam hæc jurisdictio non æque eſt prorogabilis, niſi forte conſuetudo eam tribuerit *vol.1.d.15.l.*M.1.

Judicum delegatorum, qui Commiſſarii plerunq; vocantur poteſtas *vol.1.d.2.l.*o.4. ſecuritas, & privilegia *volum.2.d.7.l.*hHh.2.3.*vol.4.d.17.l.*dddd.1.2.

Judex etiam externos judicare poteſt, ſi rei in ſe mutuò conſenſerint, quod jus prorogationis dicitur, ab hoc jure Eccleſiaſtici eximuntur. Sic etiam hodie jure hoc coanguſtari ordinarii ſubditis, ne compareant, inhibere, cauſasque ad ſe avocare poſſe receptum eſt *vol.1.d.2.l.*p.1.2.*vol.2.d.3.l.*p.2.

ſine Judicis permiſſu hodie neminem in jus vocare licet *vol.1.d.3.l.*r.3.

Judices hodie in multis locis, dum judicio ſubditis adminiſtrando provincias peragrant, jus hoſpitandi habent: quod jus Albergariæ vulgò vocatur, videturq; hoc jus contra jura introductum *volum.1.d.4.l* y.1.*vol.6.d.8.l.*Fff.4.

Judici immodicè ferocienti fræni temperies adhibenda eſt *vol.2.d.3.l.*i.2.

Judex ſententiam ſemel latam, ſit definitiva, ſit interlocutoria, reſcindere nequit: & quamvis etiam malè pronunciatam,

Digitized by Google

tam, & iniquā vol.1.d.6.l.cc.3.d.7.l.ff.3.gg. 1.hh.1.vol.2 d.1.l.b.1. e.1. vol.4.d.24.l.F.2.

Judex ex actis ſi inferior ſit,ſin ſuperior, & nullum provocationis beneficium agnoſcat ex conſcientia judicare debet vol.1.d.7.l.gg.4. vol.3.d.15.l.S.2. vide etiam paulo inferius.

Judices ab omni corruptela immunes, & puros eſſe convenit, ita ut nec pecuniam accipere liceat,ut in cauſa juſta judicet juſtè vol.1.d.7.l.hh.1. vol.2.d.1.l.d.4. vol.3.d.15.l.Q.2.vol.4.d.20.l.uuuu.2.3.

Judices & bonæ conſcientiæ, & magnæ etiam (ne imperitia litem faciant ſuam) ſcientiæ, doctrinæq; eſſe debent. Nam judex imperitè judicans ex quaſi delicto tenetur vol.1.d.8.l.hh.2. vide in verbo Conſiliarius, & Magiſtratus vol.2. d.1.l.e.1.d.25.l.HH.2.d.29.l.PP.1. vol.3. d.15.l.S.2, vol.4.d.20.l.uuuu.2.d.24 l.D.3. volum.5. diſp.4.l.bb.2.d.18.l.qqqq.3.d.49. l.EEEE.3.4. facit litem ſuam vol.7.d.5. l.x.1.

Judex eſſe poteſt etiam homo illiteratus,etſi in ſcriptis debeat fieri ſententia: ſufficit enim ſi adſeſſores peritos,& literatos habeat vol.6.d.16.l.Eeee.3.

Judex Judicem dare nequit vol.1.d.8. l.nn.2.

Judex corruptus, qui talem ſententiam,unde mors innocentis ſubſecuta ſit, dixerit, lege Cornelia de Sicariis tenetur vol.2.d.1.l.d.2.

Judici ejusque Officialibus,& executoribus injuſtè agentibus, & exequentibus impunè reſiſtere jura permittunt vol.1.d.19.l.R.1.vol.2.d.1.l.e.1.d.7.l.ff.4.

Judicis officium quieſcit donec imploratum ſit: igitur,judex ſine accuſatore condemnare non poteſt,excipe tamen merum officium judicis propter bonum publicum vol.2.d.1.l.e.1. vol.5.d.17.l.rrr.2. vol.6.d.3.l.E.2.

Judicis poteſtas ultra id quod in judicium deductum eſt, excedere non debet, ſed ſecundum allegata, & probata judicare;nihilque in facto ſupplere:hinc multa ſilentio partis prætērita ſubſiſtunt, quæ ſi allegata forent, nullam firmitatem haberent. Plane factum notorium attendere judex poteſt, etiamſi à parte nec allegatum, nec probatum ſit: nam facti quidem quæſtio in poteſtate judicantium eſt, non autem juris authoritas vol.2.d.1. l.e.1. vol.4.d.20.l.uuuu.2.d.23.l.B.1.d.24. l.E.2.d.33.l.FF.1.volum.5.d.46.l.AAAA.1. vol.6.d.19.l.Vuuu.2.

Judicis delegata jurisdictio, quamvis aliàs per mortem aut delegantis, aut delegati finiatur, tamen de jure civili, ſi litis conteſtatio intervenerit, de jure canonico ſi ſola citatio perpetuatur vol.7. d.6.l.bb.2.

nulli Judici licet licet delatum ad ſe crimen minori, aut nulli coërcitioni mandare vol.2.d.1.l.e.1.

Judex ordinarius jure civili non poteſt totam cauſam alteri delegare, ſed oportet coram illo litis conteſtationem fieri, probationes produci,ſententiam dici,appellationes recipi, cætera tamen cognoſcendi membra aliis poſſunt propter legitima impedimenta committi. Aſt jure Canonico vulgo traditur judicem licitè poſſe & principium, & medium,& finem alii delegare, quod tamen de delegato Papæ ſolummodo videtur intelligendum vol.7.d.6.l.bb.2.

Judex

Digitized by Google

Judex Ordinarius poteſt eligi in arbitrum ejus rei, cujus eſt judex *volum.7.d.6. l.*bb.3.

Judicis delegati jurisdictio jure civili conſenſu litigantium de perſona ad perſonam prorogari poteſt, ſecus jure Canonico *vol.7.d.6.l.*bb.2.

Judicis factum cum juri derogare non poſſit, conſequens eſt, invalidum judicis præceptum à pœna juris non excuſare, eaque quæ fiunt à judice, ſi ad ejus non ſpectant officium viribus non ſubſiſtere, etſi benè facta ſint *vol.2.d.1.l.*e.1.

Judex inferior majorem judicare non poteſt: nec uxorem, nec liberos, & eos, quos ſecum habet, tamen ſi ſuperior ſe inferiori ſubjecerit, valet *volum. 2. d.1. l.*e.1.

Judex juſtus ſit: Itaque apud eum exulet odium, vel favor, timor, vel prĉmium, vel ejus expectatio. Nam qui dolo malo adductus, vel pretio, aut gratiâ depravatus iniquè judicat, etiam criminaliter plectitur, cum famæ diſpendio *vol 2 d.1.l.*e.1. *vol.3.d.15.l.*Q.2.S.2.*vol.4.d.*20 *l.*uuuu.2.

Judex per ſordes vel gratiâ, vel odio dolove malo judicans, jure Civili cum damno litis æſtimationem, & expenſarum refuſionem præſtare tenetur, puniturque in triplum ejus, quod accepit, & in duplum, quod promiſſum eſt, ſed nondum traditum. Jus Canonicum per annum tantùm ab officio talem judicem removet, & in æſtimationem litis parti læſæ condemnat *vol.7.d.6.l.*bb.4.

Judex attentus, & diligens ſit; itaque de re prius, quàm de reo inquirat, nec ab executione ſtatim incipiat, plenè inſtruatur de cauſa, cuncta rimetur, interrogandi, reſpondendi, & objiciendi præbeat patientiam, ambas partes diligentiſſimè audiat, ſicut ſe rei veritas habet ita decernat, nihil ex arbitrio domeſticæ voluntatis faciat, juxta leges, ac jura pronunciet, non exemplis, ſed legibus judicet, non præſumptionibus, ſed clariſſimis argumentis; hinc ſatius relinqui impunitum facinus nocentis, quàm innocentem damnaſſe: ſed videndum etiam ne nimia clementia incentivum delinquentibus præbeat. Summa rei eſt miſcere lenitatem cum ſeveritate. Non prius capitalem ferat ſententiam, quàm aut ſua confeſſione, aut certè omnium, qui in interrogationibus adhibiti fuerunt, in unum conſpirante, concordanteq; delicti Reus convictus ſit, aut ſic in objecto crimine deprehenſus, ut vix etiam ipſe, quæ commiſit, negare valeat. Quibus ſic ritè peractis ultio minimè differenda eſt *vol. 2. d.1.l.*e.1.2. *vol.4.d.*20. *l.*uuuu.2. *d.*23.*l.*C.1. *d.*24.*l.*E.2.3.

ob Judicis inferioris negligentiam jurisdictio in ſuperiorem transfertur *vol.6. d.3.l.*Ii.1.

Judex ſecundùm conſcientiam, non ex actis, allegatis, & probatis poſtpoſitâ conſcientiâ judicare debet *volum.4.d.*31. *l.*AA.3.*volum.5.d.*10.*l.*tt.1.2. *volum.4.d.*20. *l.*uuuu. 2. *d.*24. *l.*E, 2. 3. *volum.6. diſp.*19. *l.*Vuuu.2. ubi contrarium affirmatur *ibid.*

Judex ante omnia cognoſcere debet, de qualitate litis, quæ fundat ſuam jurisdictionem: quæ ſi negetur, num jurisdictio ſua ſit, nec ne, cognoſcere non poteſt *volum.2.d.3.l.*l.3. vide in verbo Sententia.

coram Judice eodem poteſt cognoſci cauſa

Digitized by Google

cauſa incidens jure civili, quamvis hæc non ſpectaret ad ejus jurisdictionem: aſt jure Canonico judex Laicus de cauſa ſpirituali etiam incidente cognoſcere non poteſt, ſed debet remittere *volum.7.d.6.l.*bb.2.

Judiciorum vigor, jurisq; publici tutela ob hoc ſolùm in medio eſt conſtituta, ne quisq; ſibi ipſe permittere valeat ultionem *vol.2.d.7.l.*dDd.4.

Judices delegati, id eſt, Commiſſarii, ſancti,& inviolabiles ſunt: Nam injuria delegato facta, deleganti facta cenſetur. In ſpecie verò Commiſſarii Cęſarei (quales etiam ſunt judices ordinationis, ſeu privilegiati primæ inſtantiæ, vulgò die Richter der Außträge) & Imperialis Cameræ ſalvoconductu Imperii utuntur,& ſi contra illum ſalvumconductum læduntur, contra violantem ad pœnam agere poſſunt: aliorum verò judicum Commiſſarii de damno, ac injuria ſibi, ſuisq; rebus illata reſarcienda, apud judicem competentem vel civiliter, vel criminaliter agunt. Et Cameræ Spirenſis Commiſſarii, iisdem privilegiis muniti ſunt, quibus adſeſſores: oſtendere tamen commiſſionem tenentur, ne violatores ignorantiam prætendere poſſint *volum.2.d.7.l.*hHh.1.2.3.

Judicum delegatorum Cæſaris,& Cameræ violatores tenentur primò ad omnia damna, & intereſſe ratione violatæ ſecuritatis illata: ſecundò actione injuriarum, aliove quovis pœnali, etiam criminali, pro qualitate delicti. Tertiò ordinariè rei læſæ Majeſtatis agi queunt; item violati ſalviconductus. His remediis apud Cæſarem, & Cameram violatus uti poteſt, ad quæ Fiſcalem interpellare poſſit, ut pro intereſſe fiſci ſe ipſi agenti conjungat, quod facturus eſt haud dubiè, ſicut in omnibus pœnalibus in allen Peenfällen / ubi pars pœnæ fiſco applicanda venit, pro intereſſe Cæſar. Majeſt. intervenire ſolet *vol.2.d.7.l.*hHh.3.

Judex delegatus ob ſuſpecti crimen recuſari poteſt, ſed non ordinarius: Jus tamen Canonicum ſtatuit etiam ordinarium recuſari poſſe *vol.2.d.*18.*l.*Q.1. vide in verbo Ordinarius.

Judicis, & Magiſtratus authoritas, & juſſus omninò excuſat *volum.2.d.*18.*l.*Q.1. *vol.6.d.*8.*l.*Hhh.3.

contra Judicem exceptio, opponitur omnibus planè judicibus, qui aut natura, aut lege, aut moribus Sacroſanctam jurisdicendi functionem ſuſcipere prohibentur: vel ad judicandum quidem habiles ſunt, juſtas autem ſuſpicionis cauſas evitare non poſſunt. Naſcuntur ejusmodi ſuſpicionis cauſæ ex metu, ſi judex litigatoris ſubditus ſit, vel beneficiarius: ex odio, ſi capitalis Rei ſit inimicus: ex nimio affectu, ſi nosmet ipſos, vel uxorem noſtram, vel liberos &c. adverſarios eſſe contingat *vol.2.d.*27.*l.*KK.3. *vol.*4.*d.*24.*l.*D.3.4.

ubi Judex legitimus eſſe debet, ita & litigator *vol.6.d.*16.*l.*Dddd.3.

Judex ſuſpectus pendente recuſatione ejus coram arbitris procedens in cauſa, attentat, & quidem propriè attentat, ceu tanquam pars ſcilicet reus: ejusdemque proceſſus eſt ipſo jure nullus: idq; verum eſt, licet arbitri nondum fuerint electi, dummodo libellus recuſationis judici oblatus ſit *vol.3.d.2.l.*k.2.3.

Digitized by Google

Judex in propria cauſa nemo eſſe poteſt *vol.6.d.*8.*l.*Iii.1. vide Jus *volum.5.d.*30. *l.*H.4.

Judex præcipuè attentat, ſi pendente adhuc lite ſententiam exequatur: hinc pendente decendio ad appellandum conceſſo, exequens regulariter attentat, ſicut & appellatione à definitiva pendente: interdum tamen appellatio non habet effectum ſuſpenſivum, iiſdemque caſibus judex exequendo non attentat, licet detulerit appellationi *volum.3.diſp.*2. *l.*m.1.

Judex tamen, ut judex in jus vocari non poteſt *vol.7.d.*8. *l.*mm.2.

ad Judicis curiam ſpectat vetare, ne quid indebitum exigatur *volum.3. diſp.*5. *l.*ee.2.

Judex debet poſt textum ſequi maximè gloſſam, præcipuè juncto aliquo famoſo Doctore, verbi gratia, Azone, Bartolo &c. ubi qui excellunt vide *vol.5.d.*49. *l.*FFFF.3.

Judex ſequi debet jus Canonicum, ſi caſus non ſit ex jure civili deciſus, & è contra *vol.5.d.*49. *l.*FFFF.3.4.

Judex illam ſententiam ſequi debet, quæ à pluribus probatur: quando autem tot ſunt opiniones, pro una parte, quot pro altera, & æque validæ rationes utrinque, nec adeſt Cæſarea deciſio, quam ſæpius fruſtra requirunt Dd. tunc hoc caſu judici pro amico judicare permittitur. In tantum ut hoc caſu poſſit eligere opinionem minus veram, dummodo credat veram *vol.5.d.*49.*l.*FFFF.3.

Judici datum, & donatum, ut in bona cauſa verè pronunciet, tanquam ex turpi cauſa datum non poteſt condici *vol.3.d.*13. *l.*N.2.

Judicium extraordinarium, id eſt, proceſſum ſummarium conſtituunt cauſæ non paucæ jure civili. Multo tamen facilius, & pluribus in cauſis jure Canonico admittitur, ut ſummariè procedatur *volum.7.d.*6.*l.*bb.4.

Judicium Reſcindens, & Reſciſſorium inter ſe differunt, ut antecedens, & conſequens. Illud removet omne obſtaculum præſcriptionis, ob quod efficaciter agere non poterat læſus: hoc, obſtaculo remoto, priorem actionem intentandam concedit, haud ſecus, ac ſi nihil unquam impedimenti injectum fuiſſet *vol.6.d.*17. *l.*Gggg.1. *vol.*4. *d.*25.*l.*H.2.

Judicium Reſcindens, & Reſciſſorium rectè cumulari poſſunt *volum.6. diſp.*17. *l.*Gggg.3.

Judicium Reſcindens continuum quadriennium habet, non etiam Reſciſſorium, in quo annus utilis non reperitur immutatus, intra quem reſtituta actio debet intentari, non finiri, ſed litis conteſtatione perpetuatur *vol.6.d.*17.*l.*Gggg.4.

Judicii in unaquaque re tanta diſcretio requiritur, quanta opus eſt ad id, quod agitur, intelligendum *vol.7.d.6.l.*cc.3.

Judicium eſt legitima rei inter litigantes controverſæ coram judice inſtituta diſceptatio, ut is eam ſua ſententia dirimat. Et eſt aut civile, aut criminale, aut ordinarium, aut extraordinarium, illud verò non ex jure veteri, quo formulæ certæ in uſu erant, hodieque ſublatæ ſunt, ſed pro noſtro notamus uſu *vol.3.d.*25.*l.*Q.2. *vol.*4.*d.*20.*l.*uuuu.1,4. *d.*23.*l.*A.3.4. *vol.*4. *d.*13.*l.*qqq.4.

Judi-

Judicium civile eſt, in quo de privato actoris jure, vel commodo agitur: criminale, ubi pœna corporalis delinquenti infligitur, vel pecuniaria fiſco applicatur. Ordinarium eſt, in quo ſolennis ordo, ſeu certus modus rem controverſam tractandi obſervatur; extraordinarium, in quo modus ille ſolennis, ſeu proceſſus non ſervatur *vol.* 3. *d.*15. *l.*Q.2. *vol.*4. *d.* 20. *l.*uuuu.4. *vol.*7. *d* 7. *l.*ii.3.

Judicium civile non tollit criminale *vol.*6. *d.*15. *l.* Zzz.1. & utrumq; hoc ex omni delicto oritur *vol.*7. *d.*7. *l.*ii.3.

in Judiciis bonæ fidei, cùm in bonam fidem ſint concepta, exceptiones inſunt vi, ac poteſtate Judicii. Stricti verò iuris Iudiciis non inſunt, niſi conteſtatæ, quia in his poteſtas Iudicis conſtitutioni judicii, ſeu litis conteſtationi eſt adſtricta *v. l.* 6. *d* 15 *l.* Zzz.2.

Judicium conſtituunt judex, actor, & reus. Judex eſt, qui judicio præeſt, cauſam cognoſcit, ac jure definit: hic ſe in adeundo facilem præbeat, ſed contemni non patiatur, in cognoſcendo nec excandeſcere adverſus eos, quos malos putat, neque precibus calamitoſorum illacrymari debet: id enim non eſt conſtantis, & recti judicis, cujus animi motum vultus detegit, patiens ſit, æquitatem ante oculos habeat, boni, & innocentis viri officio fungatur: Deo, Principi, & legi mundas ſervet manus, nec jurgium alienum ſuam putet prædam, & non tantum ipſe per ſe abſtineat muneribus, ſed nec alios, per quos delinquat, circa ſe habeat, lites diminuat, nullo odio, nulla levitate ducatur, ſuſpectus, & inimicus non ſit, univerſa rimetur, oculis ſuis rem, ſi res exigat, ſubjiciat, terribilis delinquentibus, mitis ſit placidis, & devotis, ipſa verò lege clementior non ſit, ſed veritatem, & legum & juſtitiæ veſtigia ſequatur, nec exemplis, ſed legibus judicet, ſic nec præſumptionibus, ſed clariſſimis argumentis, nec quid durius, nec quid remiſſius ſtatuat *volum.*3. *diſp.*15. *l.*Q.2. *vol.*4. *d.*20. *l.*uuuu.4. *d.*23. *l.*A.3.4.B 1.2.

ob Judiciorum favorem nec Iudex, nec partes, nec procuratores, dum in iis occupati ſunt, in jus vocari poſſunt *vol.*7. *d.*8. *l.*mm.2.

Judices dat magiſtratus, cui ea poteſtas à lege, conſtitutione, SCto, vel more commiſſa eſt: dari verò poſſunt ii, qui neceſſaria, lege, & moribus dari non impediuntur: cœcus, & minor hodie removentur, indocto verò Iuriſperitus præferendus eſt *volum* 3. *d.*15. *l.*Q.2. *volum.*4. *d.*17. *l.*dddd.1.2. *d.*20. *l.*uuuu.2.

Judices multi ſolent in cauſis magni momenti, & perplexis integras Academias, & Prętoria conſulere. & ſententiam ab ipſis exquirere, quæ inde ſententia ex conſilio prudentum lata videtur. Prius verò quàm iſtud fiat, partes citentur, ut acta irrotulari, id eſt, integra obſignari, & mitti conſpiciant: quibus etiam copiam literarum, quæ ad ſapientes hoc nomine cum actis tranſmittendæ ſunt, ſi petant, non denegandam eſſe, & ſi denegetur, partem inde appellare poſſe manifeſtum eſt *vol.*3. *d* 15. *l.*S.2.

Judex in judicando eam opinionem eligere debet, quæ eſt favorabilis: hinc in dubio pro libertate judicandum, item pro dote: in pari cauſa eſt item judicandum pro poſſeſſore, pro reo, pro ea ſen-

Digitized by Google

tentia, quæ humanior eſt, & propter quam res valet,& non perit. Hincinferunt Doctores ſi ſit dubium an aliquis libellus,vel teſtamentum,vel inſtrumentum,vel matrimonium valeat,illam opinionem ſuſtentari,quæ eſt pro libello,teſtamento &c. *volum.5. diſp.*49.*l.*EEEE.4. PFFF.1.GGGG.3.

Judicium cauſarum criminalium intra biennium finiri debet: & hæc eſt inſtantia,id eſt,tempus exercendi judicii,videlicet à litis conteſtatione ad ſententiam uſque in cauſis criminum. Inſtantiæ verò cauſarum civilium exſpirant metâ triennii:poſt quam tamen non perit jus partis, ſed judicium de novo inchoari poteſt in civilibus: Criminales verò cauſæ poſt biennium præteritum reſtaurari nequeunt. Iure Canonico putant Doctores nunquam perire inſtantiam, ſed hæc correctio juri Canonico falsò affingitur, cum idem,quod de hoc dicitur,in civili reperiatur *vol.*7.*d.*6.*l.*bb.4.

Judicis ſententia ita intelligi debet,ut ſe non latius extendat,quàm ſe extenderit ejus poteſtas *vol.*5.*d.*49.*l.*GGGG.4.

in Iudicio alio faciunt fidem etiam acta coram alio judice facta *volum.*5.*d.*49. *l.*GGGG.4.

Judex alios condemnare poteſt,quamvis ſit ejusdem criminis reus *volum.*4 *d.*2. *l.*g.4.*d.*20.*l.*uuuu.2.

Judex à latis in Camera ſententiis facilè recedere non debet *volum.*5. *d.*49. *l.*HHHH.4.

Judex à communi Doctorum opinione, niſi evidenter falſa ſit, recedere non debet *vol.*5.*d.*49.*l.*HHHH.4.

Judex in judicando eam eligere debet juris opinionem, & ſequi,quæ efficacioribus rationibus comprobatur,nec gloſſam ſequi,cùm invenitur textus,nec numerum authorum inſpicere debet, quia errantium multitudo non parit jus, ſed rationes ponderare *vol.*5.*d.*49.*l.*EEEE.3.

Judex in judicando ubi de evidentioribus alicujus opinionis rationibus non conſtat, eliget, ſequeturque eam,quæ eſt tutior: Nam conſilium ipſius legis eſt,eligere tutiorem partem. Item ſequetur eam opinionem,quæ eſt ſimplicior,quia ſimplicitas eſt legibus amica *vol.*5. *d.*49. *l.*EEEE.4.

Judicata, & acta inter alios aliis non nocent *vol.*4.*d.*9.*l.*tt.3.4.

Judicandi munus ſummos honores judici conciliat *volum.*4. *d.*9. *l.* zz.3. *d.*10. *l.*eee.4.

Judicis officium aliud nobile, aliud mercenarium eſt, & quæ nobili judicis officio attribuuntur, ad jus dicentis,ſive magiſtratus officium pertinent *vol.*4.*d.*17. *l.*dddd.1.

Judex ordinarius dicitur qui propriam habet juriſdictionem *vol.*4.*d.*17.*l.*dddd.3.

Judex delegatus dicitur, qui mandatam habet juriſdictionem *volum.*4. *d.*17. *l.*dddd.3.

Judex delegatus non poteſt exequi ſententias, ſed ordinarius *volum.*4. *d.*17. *l.*dddd.3.

Judex,cui arbitrium judicandi conceditur generale,an ad confiſcationem bonorum procedere poteſt *vol.*6.*d.*2.*l.*G.4.

Judex delegatus non habet poteſtatem ſubdelegandi, adeò, ut ſpeciali ſubdelegandi poteſtate ibi opus ſit,qui ſubdelegare velit *vol.*4.*d.*17.*l.*dddd.3.

Judex

Judex à Principe datus omnia poteſt: & ille cui univerſitas cauſarum mandata eſt, niſi perſonæ induſtriam electam eſſe conſtet *vol.*4. *d.*17. *l.*dddd.3.

Judex æquitatem magis quàm ſtrictum jus ſequatur *vol.* 4. *d.* 20. *l*, uuuu. 2. *vol.*6. *d.*19. *l.* Vuuu. 1.

Judex ſecundùm conſcientiam, non ſecundùm acta, & probata judicare debet *vol.*4 *d.*20. *l.*uuuu. 2. *d.*24. *l.*E. 2. vide ſuperius.

Judex ſecundæ inſtantiæ, id eſt, ad quem appellatum eſt, prioris judicis ſententiam partim confirmare, partim verò reformare, & corrigere poteſt *vol.*4. *d.*23. *l.*D. 1.

Judices eſſe prohibentur: primò natura, ut ſurdus, mutus, perpetuò furioſus, impubes: alii lege, ut imperitus minorennis, Cœcus, Infamis, Excommunicatus, Bannitus: alii denique moribus, ut fœmina, ſervus *vol.*4. *d.*24. *l.*D. 3. 4. *vol.*5. *d.*36. *l* DD. 4. quoad fœminam id adeò verum eſt, ut nec arbitri officium ſuſcipere poſſit, niſi jurisdictionem ordinariam habeat *vol.*7. *d.*6. *l.*bb. 3.

Judicis majoris, & minoris concurrente citatione, illius prævalet authoritas *vol.*5. *d* 11. *l.*yy. 1.

Judex inferior, à ſuperiore præventus, oppoſitâ præventionis exceptione ſi procedat, inſanabilem in cauſa nullitatem committit *vol.*5. *d.*11. *l.*yy. 1.

Judex ſuperior, atque mediatus æque competens judex eſt, atque inferior, & ſi per ſaltum ſuperior mox adeatur, illo caſu jurisdictio ſuperioris, non tàm prorogata, quàm inferiori anteverſa, atq; præventa eſt *vol.*5. *d.*11. *l.*yy. 2.

Judex ſuperior, quemcunque in inferioris judicis, & communi diſtrictu commorantem propria authoritate immediatè abſque literis mutui compaſſus, requiſitorialibus, imploratoriis, aut ſubſidialibus (quibus non niſi in citationis alicujus inſinuatione, vel alterius actus jurisdictionalis executione in alterius ſtatus Imperii territorio facienda opus eſt) concurrente inferiore non ſalutato, nec requiſito citare, monere, evocare, mandata affigere, publicare, atque quoſcunq; actus jurisdictionales exercere poteſt, etiam non obſtante, quòd inferiori jurisdictio cum verbis taxativis conceſſa ſit, ut is nihilominus privativè conceſſam jurisdictionem prætendens eam omninò probare debeat *vol.*5. *d.*11. *l.*yy. 2.

quæ in Iudiciis fiunt, & actis publicis inſinuantur ea omnium contractuum ſolennitatem exſuperant *vol.*5. *d.*14. *l.*lll. 1. ſic Iudiciaria authoritas omnem defectum ſolennitatis, formæ, & perſonarum ſupplet *vol.*7. *d.*4. *l.*p. 4.

Iudicium rei alicujus nomine duplex exiſtit: Poſſeſſorium, & Petitorium *vol.*5. *d.*15. *l.*nnn. 3.

Iudex incompetens per litis conteſtationem competens fit. Item ſi partes aliquem judicem eligant, in ipſum conſentiant, ejusque jurisdictioni ſe ſubjiciant, à qua tamen conventione ante aditionem reſilire poſſunt, niſi juramento fuerit confirmata *vol.*5. *d.*15. *l.*ooo. 1.

Iudicium incipit jure civili in perſonalibus demum à litis conteſtatione: in Realibus verò ab ipſa adverſarii citatione, & propoſita petitione. Sic enim ſeparant Dd. reales à perſonalibus actionibus. Sed

jure Canonico indifferenter ſtatim à citatione judicium ſumit initium *vol.5.d.6.* *l.*bb.4.*d.*7.*l.*kk.2.

Iudex inferior, ſi juſtitiam denegaverit, jurisdictionem, quoad cauſam, in qua denegatur juſtitiæ adminiſtratio, amittit *vol.5.d.*15.*l.*ooo.2.

Iudex in propria cauſa unde damnum, vel incommodum ad aliquem redundaturum eſt, nemo eſſe poteſt *volum.5.d.*30. *l.*H 4.*vol.6.d.*8.*l.*Iii.1.vide Ius.

Iudex competens, eſt ſententiæ latæ cauſa efficiens, qui de rebus ad ſuam jurisdictionem, vel notionem ſpectantibus cognoſcit *vol.5.d.*36.*l.*DD.3.4.

Iudex ad certam cauſarum ſpeciem conſenſu partium accedente datus, de cauſis alterius ſpeciei cognoſcere, & ſententiam ferre non poteſt *volum.5.diſp.*36. *l.*DD.4.

Iudici jurisdictionem privatorum conſenſus tribuere non poteſt *volum.5.d.*36. *l.*DD.4.

in Iudicio ſi aliquis ſit præſens, & tertius contra eum novam actionem inſtituere, & libellum offerre vellet, tunc non tenetur is reſpondere *volum.5.d.*36. *l.*EE.2.

Iudices legibus, non exemplis judicare debent *volum.5. diſp.*36. *l.*FF.1. vide ſuperius.

Iudex ſi ſententiam ex conſilio peritorum, vel ſapientis proferat, quæritur, an poſſit eam retractare, ſi peritiores producantur? & negatur *vol.5.d.*36 *l.*FF.2.

Iudex minor, ubi veritatem inveſtigaverit, nulla majori irrogatur injuria *vol.2 d.1.l.*a.2.

Iudiciorum ordinem Princeps ſervare non tenetur *vol.4.d.*2.*l.*g.1.

Iudicii finis conſiſtit in juſtitiæ adminiſtratione, cujus duæ ſunt partes, diſtributio præmiorum, & pœnarum irrogatio *vol.4.d.*20.*l.*uuuu.1.

Iuramentum, vel jusjurandum eſt affirmatio religioſa rei legitimæ, cum quis ſe devovet, ac divinæ ultioni ſubjicit, ſiquidem ſciens fallat: Et mares quidem erectis duobus digitis manus dextræ, fœminæ verò appoſita ad ſiniſtrum pectus dextrâ jurant *vol.1.d.7.l.*gg.2. *vol.2. d.*16. *l.*L.2.*vol.3.d.*11.*l.*H.1.4.*d.*15.*l.*R.3.*volum.4. d.2.l.*i.3 *d.*33.*l.*GG.3.*vol.5.d.*2.*l* k.2.3.*d.*17. *l.*sss.2.

Iuramenti ſpecies variæ ſunt. Eſt voluntarium, quod à parte parti defertur extra judicium. Eſt ſecundò judiciale, quod à parte parti authoritate judicis defertur, judicio inſtituto. Eſt tertiò, neceſſarium, quod à judice cauſâ cognitâ ob inopiam probationum uni litigantium defertur *vol.1 d* 7.*l.*gg.2.*vol.2.d.*16. *l.*L.4. *vol.3.d.*15.*l.*R.3.

Iuramentum deferre poſſunt rei controverſæ, ſive litis Domini, rerum ſuarum adminiſtrationem habentes. Non ergo inſanus, furioſus, prodigus, pupillus, nec minor. Pupillus tamen, ſi ſine tutoris authoritate jusjurandum detulerit, ipſo jure juramentum ab adverſario præſtitum ſubſiſtit viribus, adeoque pupillo obſtat exceptio, ſed ea rurſus replicatione eliditur. Hic notandum quod Ebrius jurare poſſit *vol.1.d.*7.*l.*gg.2. *volum.2.d.*16.*l.*L.4. M.1.*d.*27.*l.*MM.1.*volum.3.d.*11.*l.*H.1.*vol.4. d.*33.*l.*GG.3.

Iuramentum ſic deferri poteſt omnibus

Digitized by Google

bus nullo nec ætatis, nec ſexus, nec ſtatus diſcrimine habito: imò procuratoribus rectè defertur: & in omnibus cauſis, & controverſiis, ſive in perſonam, ſive in rem, ſive in factum, ſive pœnali actione, vel quavis alia agatur, ſive de interdicto. In cauſis tamen matrimonii tunc demum delationem admittunt Dd. ſi pro patrimonio deferatur juramentum *vol.* 1. *d.* 7. *l.* gg. 2. *vol.* 2. *d.* 16. *l.* M. 1. *vol.* 3. *d.* 11. *l.* H. 3. 4.

Iuramentum voluntarium primò impunè recuſare licet: ſed ſemel ſuſceptum, nec revocatum, aut remiſſum omninò præſtandum eſt, adeoque illud parti adverſæ referre non eſt integrum. Præſtiti autem ea vis perhibetur, ut ne perjurio quidem detecto controverſia juramento ſopita reſuſcitari queat, niſi ſpecialiter hoc lege, hoc eſt, conventione exceptum fuerit, vel in cauſa legati, vel fideicommiſſi perjurium commiſſum probetur, in Retractus tamen negotio admittitur probatio contra juramentum *vol.* 1. *d.* 7. *l.* gg. 2. *d.* 10. *l.* V. 1. *vol.* 2. *d.* 16. *l.* M. 1. 2. *vol.* 3. *d.* 1. *l.* f. 3. *d.* 11 *l.* I. 2. *d.* 15 *l.* R. 4.

Iuramenti effectus eſt, quod pariat tàm exceptionem, ſi deferente actore juraverit Reus, modò ambigatur an juratum ſit, quàm actionem, ſi deferente Reo juraverit actor. Hæc autem actio utilis appellatur, & in factum *vol.* 1. *d.* 7. *l.* gg. 2. *vol.* 2. *d.* 16. *l.* M. 2. *d.* 27. *l.* MM. 1. *vol.* 3. *d.* 11. *l.* I. 1. 2. *d.* 15. *l.* R. 4.

Iuramentum judiciale delatum omnino ſuſcipiendum eſt, etiamſi deferens nihil probaverit, etiam eo caſu, quo actor probandi onus aſſumpſit, ac tandem defectus probatione juramentum detulit: valet id etiam in cauſis matrimonialibus, modo pro matrimonio ſuſcipiatur *vol.* 1. *d.* 7. *l.* gg. 2. *volum.* 2. *d.* 16. *l.* M. 1. *d.* 18. *l.* Q. 2. *vol.* 3. *d.* 15. *l.* R. 4. *vol.* 4. *d.* 33. *l.* GG. 3. 4.

Iuramenti tamen recuſandi ſunt juſtæ quædam cauſæ. Et naſcuntur ex facto deferentis, ſi videlicet poſtulante adverſario ipſe recuſet jurare de calumnia, vel juramentum ſemel revocatum tentet rurſus exigere. Secundò ex facto ipſius, cui defertur, ut ſi juramentum referat, vel planè probare voluerit. Tertiò ex reipſa, quæ poſtulatur, hoc eſt, juramento: ſi nempe illud vel juranti noceat lædendo pietatem, gravando exiſtimationem, vel rei familiari damnum inferendo, aut ſi ipſi inutile futurum ſit *vol.* 1. *d.* 7. *l.* gg. 3.

Iuramenti neceſſarii conditiones ſunt, ut judex illud deferat in inopia probationum: in criminalibus autem hoc locum non habet. Porrò cui illud deferendum ſit, actori, an reo, judicis arbitrio permiſſum eſt. Idem juramentum in cauſis matrimonialibus exulat *vol.* 1. *d.* 7. *l.* gg. 3. *vol.* 2. *d.* 16. *l.* M. 2. 3. *d.* 18. *l.* Q. 2. *vol.* 3. *d.* 15. *l.* R. 4. *vol.* 4. *d.* 33. *l.* HH. 3. 4.

Iuramentum latroni de vita per pecuniam redimenda non eſt ſervandum, ſed pecunia ad honeſtas, aut pias cauſas applicanda *vol.* 1. *d.* 12. in Corollar.

Iuramentum ab amantibus præſtitum bellis amaſiis non eſt ſervandum invitis, nec conſentientibus parentibus *vol.* 1. *d.* 12. in Coroll.

Iuramentum fidelitatis triplex videtur. Primum propriè tangit ſubditum, qui ratione territorii, & domicilii Domino obſtringitur, quod maximum eſt. Alterum Vaſallum tangit, quo Domino fidelitas juratur, quamdiu res feudalis detinebitur.

Digitized by Google

tur, quod mixtum dici poteſt tum perſonale, tum reale, magis tamen reale. Tertium quod purè reale eſt, ratione fundorum fit, ac cenſus annuatim ex prædiis pendendi: hoc minimum eſt, quia perſonam planè non tangit, & ſolius poſſeſſionis munus eſt *vol.2.d.3.l.n.3* p.1.*vol.5.d.17.l.*qqq.4.rrr.2.3.4.*d.21.l.*iiiii.4. vide in verbo Homagium.

Iuramentum fit vel ad, vel ſuper Evangelium, vel tactis Evangeliis, utrumque affirmant Catholici, illud negant Proteſtantes *vol.2.d.6.l.*ll.2.

Iuramentum ad rem turpem, flagitioſam, & maleficioſam faciendam nullum eſt, nec obligat jurantem, ſive ſit ſubjectionis generale (quod ad honeſta tantum referendum eſt) ſive ſit ad talem expeditionem ſpeciale (quod non eſt juramentum, ſed perjurium, & magis pejerat, qui id implet, quam qui negligit) *vol.2.d.7.l.*gGg.2.*d.22.l.*AA.4.*vol.3 d.11.l.*H.1.2.*d.13.l.*M.4.*d.15.l.*Q.3. *volum.4.d.2.l.*i.3.4. *vol.6.d* 8.*l.*Hhh.1.

Iuramentum iniquitatis, & ſceleris vinculum non eſt *vol.2.d.7.l* gGg.2.*d.22.l.*AA.4.*d.24.l.*DD.3.EE.1.*vol.3.d.11.l.*H.2.*d.15.l.*Q.3.*vol.4.d.2.l.*i.3.4.*vol.5.d.17.l.*llll.1.*vol.6.d.3.*Ee.4.

Iuramentum fidelitatis Vaſallus Domino præſtare debet, quod tamen fieri poteſt per procuratorem, & ajunt quidam Dominum hoc Vaſallo remittere poſſe, quod alii negant, quia fidelitas eſt res feudi ſubſtantialis, & propria *volum.2.d.3.l.*l.3.n.3.*d.15.l.*K.3.*d.16.l.*L.3. *volum.5.diſp.42.l.*GGG.4. vide in verbo Homagium.

in omni Iuramento excepta cenſetur authoritas ſuperioris *vol.2.d.7.l.*lLl.3.

Iuramenti præterea duo ſunt genera: unum quod de re non controverſa, alterum, quod de re controverſa interponitur. Prioris generis tres ſpecies conſtitui poſſunt; Promiſſorium nempe, adſertorium, & fidelitatis, de hoc ſupra *volum.2.d.16.l.*L.2.

Iuramentum promiſſorium eſt, quod de dando, vel faciendo, adeoque de futuris præſtatur, nullam jure civili pariens obligationem, ſed pacti nudi inſtar ad exceptionem proficiens, nec intereſt ſive ſit abſolutum, ſive acceſſorium pacti, aut contractus per ſe invalidi. Iure verò Canonico major vis eſt hujus juramenti, quandoquidem eo & obligationem, & actionem, ſicut quævis alia conventio producit, etiam nuda *vol.2.d.16.l.*L.2.*vol.3.d.11.l.*H.2.3.I.1.*vol.4.d.2.l.*i.3.

Iuramentum aſſertorium eſt, quod fit de præſenti, vel præterito, cum aſſeritur aliquid eſſe, vel fuiſſe *volum.2. diſp.16. l.*L.3.

Iuramentum de cauſa controverſa adhibetur, aut ſolius religionis injiciendæ cauſa, aut litis, & controverſiæ decidendæ gratia: quod triplex eſt in litibus: calumniæ, teſtimonii, & purgationis. Nam juramentum litis deciſivum vocari ſolet, ejusque finis eſt, ut lites ceſſent. De Iuramento calumnię vide in verbo Calumnia *vol.2.d.16.l.*L.3.*vol.3.d.5.l.*kk.4.*d.11.l.*I.1.*d.15.l.*R.3. Ius Canonicum diſtinguit etiam in juramentum calumniæ, malitiæ, & de veritate dicenda, quas diſtinctiones jus civile ignorat *vol.7.d.6.l.*bb.4.

Iuramentum teſtimonii eſt, quod à teſtibus

ſtibus antequam teſtimonium dicant, de veritate dicenda exigitur, partium tamen conſenſu remitti poteſt *vol.2.d.*16.*l.*L.4. *vol.*3.*d.*15.*l.*R.3.

Juramentum purgationis vocatur, quod reus propter præſumptionem pro actore urgentem ad conſcientiam ſuam purgandam ſubire cogitur *volum.*2.*d.*16.*l.*L.4.*vol.*3.*d.*5.*l.*kk.4.*d.*11.*l.*H.4.*d.*15.*l.*R.3. *vol.*4.*d.*33.*l.*HH.4.

ad Juramenta præſtanda evocatus comparere debet, niſi neceſſitate prohibeatur, vel veniendi neceſſitas jure prohibeatur *vol.*2.*d.*16.*l.*M.3.

Juramentum vi, vel metu extortum non eſt obligatorium *vol.*2.*d.*24.*l.*EE.1. imò eſt obligatoriũ *vol.*6.*d.*17.*l.*Hhhh.2. jure civili non habet opus abſolutione, jure canonico tamdiu obligat, donec abſolutio fuerit impetrata *vol.*7 *d.*6.*l.*bb.4.

Juramento ex jure canonico actus nullus confirmari poteſt, ex civili verò omnis *vol.*3.*d.*5.*l.*ii.3 *vol.*7.*d* 2.*l.*f.2.

Juramentum in rebus ſeriis omninò licitum eſt, quare qui in licitis jurare recuſat laudandus non eſt, ſed monendus, ut ſcrupuloſam conſcientiam deponat, quòd ſi obſtinatione damnabili reſpuat, tanquam hæreticus reputandus eſt *vol.*3. *d.*11.*l.*H.1.4.

Juramentum hos habet comites judicium, veritatem, atque juſtitiam, quod ſi vel omnes, vel unus eorum defuerit, nequaquam erit juramentum *volum* 3.*d.*11. *l.*H.1.*vol.*5.*d.*35.*l.*AA.4.

qui Juramentum calore iracundiæ emittit, non tenetur, ſicut & votum, niſi perſeverantia apparuerit *volum.*3.*diſp.*11. *l.*H.1.

Juramentum omninò verum eſſe debet *vol.*3.*d.*11.*l.*H.2.

Juramentum quo quis poſt ſimplex caſtitatis votum promittit, ſe aliquam in uxorem ducturum, non obligat ante conſummationem matrimonii, imò eſt planè illicitum: nec poſt conſummationem quidem, Promittens, conjugale debitum abſque peccato petere poteſt *vol.*3. *d.*11. *l.*H 2.

Juramentum, quod privato ſolùm contrahentis commodo adverſatur, valet: nam hujuſmodi actus juramento firmatus omninò valet, niſi defectus probatoriæ ſolennitatis, vel formæ à jure requiſitæ obſtet *vol.*3 *d.*11.*l.*H.2.

Juramentum iis quoque actibus, qui per ſe infirmi ſunt, accedere poteſt, & valebit, niſi id legiſlator aliqua ex cauſa prohibeat *vol.*3.*d.*11.*l.*H,3.I.1.

Juramentum fidelitatis ſi Vaſallus præſtare recuſet, juſtè tunc ipſi inveſtitura denegatur, niſi eo pacto adquiſitum ſit feudum, ut ſine juramento fidelitatis habeatur *vol.*3.*d.*11.*l.*H,3. *vol.*5.*d.*17.*l.*rrr.3.

Juramentum in contractibus, vel aliis actibus appoſitum non præſumitur. Hinc eſt, quod nec procurator alterius nomine jurare, nec Notarius in inſtrumento juramentum apponere queat, niſi hic ſpecialiter rogatus fuerit, ille verò ſpeciale mandatum habuerit *vol* 3.*d.*11.*l.*H.3.

Jurari debet, ſicut delatum eſt juramentum: Igitur ſi ego detuli, ut per Deum jurares, tu per caput tuum juraſti, vel filiorum tuorum, non erit ratum juramentum; ex integro enim ſolenniter jurandum eſt *vol.*3.*d.*11.*l.*H.4.

Jurare per membra Christi, & Virginis

ginis Mariæ nullo modo licet, ſicut nec per creaturas in caſibus à jure non expreſſis, cùm id jure improbatum, & graviſſimis pœnis interdictum ſit. Si quis verò tàm audax, atque perverſus eſſet, ut eo, quo prohibetur, modo juraret, is ſacramentum, dummodo ratione materiæ licitum, ſervare cogitur. Nam ſi fidē frangat, bis peccat *vol.3.d.11.l.*H.4. *vol.4.d.2. l.*i.3. hic tamen quædam inter jus civile, & Canonicum differentia eſt: Nam ſecundum illud per creaturas licebat, hoc non permittit, in eo per Deum, & Divos conſentiunt, quoad pœnæ modum diſcrepant *vol.7.d.6.l.*bb.4.

Jurare Epiſcopi, & Sacerdotes cæteri per communem formulam non tenentur, ſed ſolùm per ſacram conſecrationem interrogari debent *vol.3.d.11.l.*H.4.

Juramentum bey Fürſtlichen Ehren / und Trewen pro juramento habetur, hoc tamen, quoad promiſſionis tantum obſervationem, non quoad pœnam *vol.3. d.11.l.*H.4. *vol.4.d.27.l.*P.4. *vol.5.d.2.l.*k.3. *d.14.l.*lll.4. *d.30. l.*A.1.4. *d.31.l.*M.3. *d.33. l.*T.4. *vol.6.d.3.l.*Hh.3.

Juramenti judicialis ea vis eſt, ut litibus finem imponat: ideoque tranſactionis, rei judicatæ, ſolutionis, novandi, delegandive vim habere, atque omnem obligationem tollere dicatur *vol.3.d.11.l.*I.1. *d.15.l* R.4. *vol.5.d.17.l.*sss.2. vide ſuperius.

Juramento judiciali, & voluntario lites finitæ reſtaurari nequeunt, ne reſpectu quidem inſtrumentorum de novo repertorum, quamvis in neceſſario aliud obtineat, nec retractatur, etſi quis perjurium prætexeret. Hæc tamen non extenduntur ad cauſam ultimæ voluntatis falſo juramento deciſam. Nam prolato teſtamento ſi appareat legatario, aut fideicommiſſario non fuiſſe debitum, poterit id heres repetere. Præterea ab hujusmodi juramento, liteque ſic firma appellare non licet *vol.3.d.11.l.*I.2.*d.15.l.*R.4.

Juramenti interpretatio in dubiis in benigniorem partem torquetur, ne perjurii nota incurratur, vel cum quid poteſt à juramento exceptum oſtendi, aut præſumi. Verba verò maximè ſpectanda ſunt, à quibus non eſt recedendum, priusquam de contraria voluntate conſtet, quod ſi obſcura ſint in jurantem potius fieri debet interpretatio, cùm in ejus poteſtate fuerit, apertius verba concipere. Hæc de foro exteriori tantum vera ſunt: nam in interiori juramenta ſecundum jurantis mentem, & ſenſum accipienda eſſe nemo ambigit, ſi jurans fraude, aut caliditate uſus non fuerit *vol.3.d.11.l.*I.2.

Juramenti diſpenſatio, vel abſolutio petitur, quando juramentum quidem obligat mero jure, verum ex aliquo capite ſervandum non videtur: Cùm videlicet ex parte recipientis verſatur turpitudo, vel quando quæſtio eſt de materia, quæ ad liberam ſuperioris poteſtatem pertinet. In omni enim juramento cenſetur excepta authoritas ſuperioris. Ideoque ſi quis in numerum Canonicorum in aliqua Eccleſia ſtatutum juravit, non videtur contra juramentum feciſſe, ſi ex diſpenſatione Pontificis, aliquem ultra numerum in canonicum recipiat *vol.3. d.11.l.*I.5.

Juramentum privato alicui ſuper contractu, vel conventione præſtitum, nec ſummus Princeps abſque juſta, & legiti-

ma cau-

Digitized by Google

ma cauſa remittere poteſt, cum jus tertio quæſitum auferre nequeat *vol.3.d.11. lit.*I.3.

Juramenti tractatio ad judicem ſpectat Eccleſiaſticum. Igitur judex ſæcularis ab eo abſolvere non poteſt, poteſt tamen illud interpretari, cùm juramenta, quæ actibus humanis adſcribuntur, ſint eodem modo intelligenda, quo iidem actus *vol.3.d.11.l.*I.3.

Juramentum illud Epiſcopus ſolvere poteſt: quandocunque aliquid ſub juramento promittitur, de quo dubium eſt an ſit licitum, vel illicitum, nocivum, vel non, ſimpliciter, vel aliquo caſu. Vocari autem adverſarius coram cognoſcente de diſpenſatione tunc debet, quando ita petitur, ut ſimul tollatur obligatio, ſecus ſi ad effectum agendi ſolum *volum.3.d.11. lit.*I.3.

Juramenti remiſſio, antequam juratum eſt, fit, cùm is, qui detulit, parato adverſario jurare, gratiam ei facit. Poſtquam verò juratum eſt, remiſſio fit ab eo in cujus favorem, & commodum promiſſio facta eſt, ad quod etiam cogi poteſt, quotiescunque ex ſua parte illicitum eſt juramentum *vol.3.d.11.l.*I.3.

Juramenti neceſſarii alia ſpecies eſt, nempe jusjurandum in litem, quod ex delatione judicis præſtatur: Cum ab adverſario contumaciter, & dolo malo res vel non exhibetur, vel non reſtituitur, aut dolo ejus factum eſt, quo minus exhiberi, aut reſtitui poſſit. Duas habet ſpecies, unam quantum in litem juratum, alteram quanti res eſt, ſeu quanti intereſt. Illo permittitur actori rem æſtimare pro arbitrio hoc æſtimatur res, quanti revera eſt, unde vulgò illud affectionis, hoc veritatis appellant. Hanc diſtinctionem plures refellunt, ſed tamen in foro retinetur. Deferre autem hoc juramentum omninò judex debet, eſtque in arbitrio judicis id deferre nec ne, niſi de contumacia, & dolo malo manifeſtè liqueat, & defertur ei, qui litem ſuo nomine conteſtatus eſt. Poſtquam juratum eſt, licebit judici vel abſolvere, vel minoris condemnare, quam juratum ſit, nec detegitur jurantis perjurium, ſed refrænatur tantum immoderata ejus affectio, quæ major eſſe poteſt, quàm judex neceſſe habet, conſiderare, quod tamen plurimi de juramento veritatis intelligi nolunt, cùm non facile de perjurio ejus, qui ex neceſſitate juris in litem juravit, quæri ſoleat *volum.3.d.15. lit.*R.4.

Iuramentum ſubjectionis eſt, quod ſubditi Domino territorii præſtant, aliàs **die Huldigung** / idque ſubditi omninò præſtare tenentur *volum.5. d.*17. *l.*qqq.4. ffff.1. vide ſuperius, & in verbo Homagium.

Iuramentum officii præſtant omnes domeſtici, qui ſunt in Principis familia *vol.4.d.21.l.*m.3. *vol.5.d.17.l.* qqq.4. *volum.6. d.3.l.*Hh.4.

Iuramentum non eſt modus introducendi obligationem, etiam de jure Canonico, ſed ſolum robur aliis contractibus addit *vol 4.d.27.l.*M 4. *volum.5.d.17. l.*sss.2.

Iuramentum ſequitur naturam contractus cui adjectum eſt *vol.4.d.27.l.*P.4. *vol.5.d.17.l.*ffff.1. *vol.6.d.3.l.*Hh.4.

Iuramentum in fidejuſſione interpoſitum, habet vim præciſæ, & enixiſſimæ

voluntatis, ac renunciationis *vol*.4.*d*. 27. *l*.P.4.

Iuramentum ſolvit fidejuſſionem *vol*.4. *d*.27.*l*.R.2.

Iuramentum omne, quod ſine interitu animæ, amiſſioneque ſalutis æternæ, ac ſine labecula turpitudinis ſervari poteſt, ſervandum eſt. Quamobrem nec per enormem omninò læſionem reſcindi poteſt *vol*.5 *d* 14.*l*.lll.1.mmm.3.*d*.35 *l*.AA.4. *vol*.6.*d* 17.*l* Kkkk.1.

Iuramentum non obligat ex falſa cauſa, ſemperque intelligitur taciram habere conditionem, nempe ſi dolus malus abfuerit *vol*.5.*d*.14.*l*.lll.3.

Iuramentum regulari poteſt ſecundum naturam contractus, ſuper quo juratur: & juramentum reſtringitur ad conſenſum jurantis, & reſpicit tacitam conditionem intrinſecę voluntatis, quam habet contractus, ſuper quo juratum eſt. Item juramentum contractui appoſitum recipit omnes conditiones, exceptiones, & limitationes, quas recipit ipſe contractus ſuper quo interponitur *volum*.5.*d*.17. *l*.qqq.4.*vol*.6.*d*.3.*l*.Hh.4.

Iuramentum fidelitatis in feudo improprio, uti & in puncto Advocatiæ, & Patrocinii à clientibus patrono non præſtatur *vol*.6.*d*.3.*l*.Hh 4.

Iuramentum eſt perſonalis res: Nam perſonam jurantis non egreditur, nec tranſit ad heredes, quoad perjurium, & ſic quoad pœnas ſpirituales non aſtringit heredes, aut ſucceſſorem. Verùm robur id, quod juramentum addit conrractui, rranſit ad heredem, & ſic eum afficit, quoad obſervationem contractus *vol*.5.*d*.17. *l*.ffff.1.

in Iuramento omni intelligitur ineſſe clauſula, ut exigatur ſecundum formam antiquam, & ideo juramenta contra conſuetudinem antiquam exacta, pręſumuntur, & dicuntur eſſe impreſſiva *vol*.5.*d*.17. *l*.hhhh.2.

Iuramentum, quando eſt appoſitum ſuper contractu, per quem graviſſimè quis læditur, tunc id non valet, ſi nempe graviſſima ſit læſio. Nam præſumitur ineſſe dolus, & deeſſe juſtitia, & veritas &c. *vol*.5.*d*.18.*l*.rrrr.3.vide ſuperius.

Iuramento æquiparatur, aſſeveratio religioſa, ſcilicet quoad obſervantiam contractus: licet aliud vulgo placeat ratione perjurii, vel ratione formalitatis, quę ſcilicet juramentum requirit pro forma *vol*.5.*d*.30.*l*.A.4.

Iuramentum militare Ducibus ſuis milites pręſtare debent, quod pręcipuè obedientiam militarem ſpectat *volum*.5.*d*.19. *l*.aaaaa.3.

Iuramento confirmari nequit, quod ipſo jure nullum eſt *vol* 5.*d*.31.*l*.L.1.

Iuramentum codicilli vim imitari creditur, cum enixæ voluntatis preces ad omnem ſucceſſionis ſpeciem porrigantur *vol*.5.*d*.32.*l*.R.2.

Iuramentum tale, **Jch verpflichte mich an Aydſtatt**/ejusdem cum juramento vero efficaciæ eſt *vol*.5.*d*.33.*l*.T.4.

ex Iuramento promiſſorio quomodo obligatio, & actio oriatur *volum*.5.*diſp*.33. *l*.T.4.

Iuramentum contractui invalido appoſitum corroborat obligationem *vol*.5. *d*.35.*l*.X.4.

Iuramentum, rei judicatæ & tranſactioni æquiparatur: & habet harum naturam

turam, quæ ob quamcunque læſionem retractari non debent *vol.5.d.35.l.*Z.1.

nec Iuramento à ſtatibus alicujus Regni ad patrias leges obſervandas à Principe requiſito, nec comitiorum convocatione, nec populi præſentia Principis Majeſtas minuitur *volum.1.d.1.l.*b.3.*vol.2.d.4.l.*u.1 x.1.*d.5.l.*gg.1.vide in verbo Majeſtas.

Iuramentum ſubjectionis vulgò Huldigung/ vnd Erbpflicht/ non familiaritatis, nec fidelitatis, ei, cui præſtatur, ſuperioritatem acquirit *volum.1.d.2.l.*i.1. *vol.4.d.5.l.*u.1.vide ſuperius, & in verbo Homagium.

Iuramentum Homagii, ſeu ſubjectionis à ſubditis uni per confraternitatem confœderato Principi ſi præſtetur, concipitur illud ſimultaneè in perſonam alterius, quæ tamen præſtatio vivente naturali Domino non importat ſubjectionem *volum.1.d.16.l.*O.3. vide in verbo Homagium, & Pacta ſucceſſoria.

Iuramentum in præjudicium juris publici non valet *vol.2.d.4.l.*x.2.

quo caſu Iuramentum intervenit, ad hunc Principis diſpoſitio generaliter loquens extenditur *vol.7.d.1.l.*b.4.

à Iuramento abſolvere poteſt etiam Princeps ſæcularis *vol.7.d.1.l.*b.4. maximè ad effectum agendi, eaque poteſtas ſoli Cæſari competit, vide Cæſar, exercet tamen & Camera *vol.7.d.9.l.*pp.1.

Iuriſdictio in invitum nullius, quàm judicis competentis, valida eſt *vol.1.d.2.l.*p.1.2. vide in verbo Forum, & Iudex.

Iuriſdictiones ſeparatæ, ſeparatos requirunt judices *vol.2.d.27.l.*KK.2.

Iuriſdictionis fructus, id eſt, pœnæ, & mulctæ ipſam juriſdictionem ſequuntur *vol.1.d.2.l.*i.1.2.*d.*12.*l.*C.3.*vol.2.d.3.l* p.1. *vol.3.d.1.l.*h.3.4.*d.3.l.*t.3.*volum.4.d 3.l.*o.1. *d.5.l.*u.1.*d.17 l.*hhhh.3.*vol.6 d.3.l.*Gg.1.

Iuriſdictio eſt radix, ac fundamentum omnium onerum, & ſervitiorum *volum.6.d 8 l.*Ccc.2.

Iuriſdictio criminalis, ſi ſola ſit, non ſtatim ſuperioritatem, niſi etiam adſit civilis, convincit *vol.1.d.2.l.*i.1.

Iuriſdictio civilis etiamſi ſola ſit, ſuperioritatem habenti acquirit *vol.1. diſſ.2.l.*i.1.

Iuriſdictio legitima, à jure dicundo ita dicta, eſt publica de cauſa criminali, vel civili ſtatuendi poteſtas. Quamobrem juriſdictio duplex eſt criminalis, & civilis, ſoliſque privatorum cauſis eſt aſtricta *vol.1.d.2.l.*k.2.*vol.2.d.19.l.*T.3.*vol.4.d.17.l.*cccc.3.

Iuriſdictionis conceſſio alicui à Principe facta, ipſi optimum titulum ejus exercendæ acquirit: ſic juriſdictio à Cæſare, vel Rege alicui rectè concedi poteſt *vol.1.d.2.l.*k.1.*vol.4.d.17.l.*hhhh.2..3.*vol.5.d.20.l.*ccccc.3 *d.21.l* ffff.1.2.3.4.

Iuriſdictio, quando cum Caſtro alicui ſimpliciter conceſſa eſt, tunc arguitur etiam conceſſum merum imperium, modò juriſdictio caſtro cohæſerit: ſic etiam, quando quoque ſimpliciter, & ſine territorio conceditur, conceſſum etiam cenſetur merum imperium, modò conceſſio facta fuerit indefinitè *vol.1.d.2.l.*k.2.*vol.6.d.8.l.*Ccc.2.

Iuriſdictio unico actu poſſideri, aut parari poteſt, ſi adverſarius acquieſcat *vol.7.d.7.l.*ff.1.*&* 4.

Iuriſdictio generalis præſcribi poteſt, ſi præſcribens animo juriſdictionem univerſa-

Digitized by Google

verſalem ſibi habendi poſſederit; animus autem ex exercitio eorum, quæ ſigna univerſalis juriſdictionis ſunt, colligitur: alii in tantum extendunt hanc concluſionem, ut aſſerant quamvis juriſdictionem præſcriptione temporis immemorialis acquiri poſſe: contra alii hoc negant vol.1. d.2.1.l.1.2.vol.2.d.3.l.i,1 k,1.o.3.d 14.l E.3. d.18 l.P.2. volum.4.d.5.l.u.1.d 9.l.tt.3.d.17. l.hhhh.3.4.vol.5.d.11.l.yy.2.3 d.17.l.dddd.2. d.2o.l.ccccc.3.d.21.l.ffff.3 4.vide in verbo Imperium, & Majeſtas.

Iuriſdictio criminalis exercetur in quosvis maleficos, & criminoſos in territorio jus dicentis repertos, non habito reſpectu unde ſint, & etiam ob delictum alibi comiſſum vol 1.d.2.l.l.3. vide in verbo Forum.

à Iuriſdictione criminali ordinaria eximuntur, Primò Illuſtres à ſolo Principe, ſecundò, milites à Magiſtratu militum condemnandi. Doctores verò, & Clerici, priusquam huic juriſdictioni tradantur, degradandi ſunt vol.1,d.2.l.l.3.4.vol 2.d.1. l.d.4.

Iuriſdictio baſſa, & ſimplex, & harum munera: quæ præcipuè conſiſtere videntur in cognitione, & definitione cauſarum vol.1.d.2.l.m.2.3.vol 5 d.17 l.ſſff.2.

Iuriſdictio voluntaria, & contentioſa, & harum munera vol.1.d.2.l.m.3.vol.4. d.17.l.dddd.3.

Iuriſdictio ſæpe vocatur Imperium, & è contra, quia unum ſine altero eſſe non poteſt vol.6.d.4.l.Nn.2.

Iuriſdictio jus dicentibus activè, territorio paſſivè inhçret, ultra autem aſſignatam provinciam non extenditur vol.1.d.2. l.p.1.vol.3.d.5.l.cc.4.vol.5.d.2o.l.ccccc.2. d.21.l.eeeee.2.vol.6.d.5.l.Oo.2. igitur jus dicenti extra territorium impunè non paretur *ibid.*

ad Iuriſdictionis effectum conſervandum, nemo in alieno teritorio ab externo Magiſtratu capi, aut offendi poteſt, perſecutio tamen licita eſt: Iuriſdictio enim ſe extra territorium ſuum non extendit vol.1.d.2.l.p.2.vol.2.d.7.l iIi.1.2.kKk.1. vol.4.d.5.l.u.2.

Iuriſdictionem itaque ſuam nemo exercere poteſt in his perſonis, quæ ſunt juriſdictionis alienæ vol.7.d.9.l.pp.1.

Iuriſdictio mutuo privatorum conſenſu ei, cujus antea nulla fuit, quæri non poteſt vol.1.d.6.l.cc.1.

Iuriſdictio privatorum nulla eſt vol.1. d.6.l.dd 2.

Iuriſdictio non eſt diviſibilis, ſed eſt tantundem in territorii qualibet parte, quantùm in toto vol.6.d 5.l.Oo.2.

contra Juriſdictionis turbatorem, uti interdicto Uti poſſidetis eam ſibi aſſerens experiri, aut ſi malit, turbatorem incontinenti propria authoritate expellere poteſt, adeoque omnibus magiſtratibus juriſdictionem ſuam pœnali judicio, denegatione actionis, miſſione in poſſeſſionem bonorum, captis pignoribus, indicta mulcta, contra inobedientes defendere permiſſum vol.1.d.2.l.p.2.3.vol.2.d.1. l.e.1.vol.4.d.17 l.hhhh.4.

Iuriſdictionales actus territoria Principum conſtituunt: ſicuti limites, & fines vol.2.d.3.l.m.4.

Iuriſdictiones plures, & diverſæ plurium etiam Dominorum in una, & eâdem Provincia concurrunt, alius ſummum imperium, alius juriſdictionem ſimpli-

Digitized by Google

ſimplicem, alius jus gladii, alius alia jura prætendit *vol.2.d.3.l.*o.3.4.*vol.4.d.5.l.*u.2. *d.*12.*l.*lll.1. *vol.5.d.*11.*l.*ccc.2,3.4.*d.*17.*l.*ttt. 1.2.*d.*21.*l.*eeee.4.*d.*30.*l.*G.4.

Iurisdictionis modi diſtincti ſunt, nec ab una ſpecie ad aliam colligere licet *vol.* 2.*d.*3.*l.*o.3. *vol.5.d.*11.*l.*ccc.3.4.

Inrisdictio ſpecialis, & ima generali, & quævis haud derogat: isque qui, quoad quid dominium habet, ſuperioritatem ſibi adſerere non poteſt: Ita Colonia Agrippina jus carceris, vitæ, necisq; Præſul Elector habet, & ſic de pluribus aliis *vol.* 2.*d.*3.*l.*o.3.4.

Iurisdictio per hæc præcipuè probatur, quando quis mandatis meis paret, & ad requiſitionem meam comparet, ſi homagium mihi præſtat, ſi ſtatutis meis ſe ſubjiciat, ſi onera, mulctam, & pœnas ſibi imponi patitur *vol.2. d.*3 *l* p.1.2.

Iurisdictionis teſſera eſt appellatio, ita ut appellatio judicis à quo ſubjectionem, judicis ad quem ſuperioritatem deſignet: etſi multi prætereant Curias Dominorum quibus Homagio obſtricti ſunt, alii verò provocent ad aliorum tribunal, quibus nulla ex parte ſubjecti ſunt. Ille verò qui ſponte in alterius jurisdictionem compromittit, ſubditus non erit *volum.*2.*d.*3 *l.*p.1.2. *vol.*3.*d.*3.*l.*t.1. *vol.*4.*d.*19. *l.*nnnn.2. vide in verbo Appellatio.

Iurisdictionem non exercet in prima inſtantia ſuperior Princeps, in Principis inferioris, & Vaſalli ſubditos *vol.* 2. *d.*6. *l.*tt.3.rr.2.

Iurisdictionis poſſeſſio vel quaſi docetur per adminiſtrationem juſtitiæ, adminiſtrando etiam eam per Officiales, & Magiſtratus, cùm & jus eligendi judices, & magiſtratus penes Principem ſit, ejusque ſuperioritatem arguat, & patia ſint exercere jurisdictionem per ſe, vel per alium, eademque ratione libros officialium demonſtrare in iis locis, in quibus datiæ exactæ ſunt &c. ejus eſſe jurisdictionem, cujus ſunt Officiales reſponſum eſt. Iurisdictio item docetur, per jus appellationis, quod eſt jus quoddam ſuperioritatis *vol.*2.*d.*18.*l.*P.3. *vol* 3.*d.*15.*l.*S.4. in Coroll. *vol.*4.*d* 17 *l.*dddd.4.

Iurisdictionis fructus, & emolumenta, puta pœnarum, & mulctarum &c. licet non neceſſariò inferant jurisdictionem, attamen ex horum perceptione quandoque probari quaſi poſſeſſionem jurisdictionis certum eſt *vol.*3.*d.*3 *l.*t.3. *vol.* 6.*d.*3.*l.*Gg.1. ſæpius enim contingit, ut alter jurisdictionem, alter jurisdictionis fructus, id eſt, mulctas &c. habeat *ibid.*

Iurisdictionis quaſi poſſeſſio per actus criminales, ut ſunt erectio Furcarum, vel patibuli: Libri proceſſuum, inquiſitionum, Urpheudarum, ſententiarum condemnatoriarum, & ſimilium probabiliter evincitur: etſi per hujusmodi ſigna tanquam accidentalia non neceſſariò, & ſubſtantialiter probetur *vol.*3 *d.*3 *l.*t.3.

Iurisdictio per jus patrocinii, aut patronatus omninò inferri, aut probari non poteſt: cum jus patrocinii ſit ſola, & nuda protectio *volum.*6. *d.*3. *l.*Ff.4. Gg.1. vide Patrocinium.

Iurisdictio probatur per ſolutiones Ruſticorum, & operarum præſtationes. vide Ruſtici.

Iurisdictio probatur per Collectam. Vide Collecta.

Iurisdictionalia, id eſt, ea, quæ jurisdictionis

ctionis ſunt, alteri vendi licitè poſſunt *vol.*3.*d*.5.*l*.dd.1.

Iurisdictio ſui natura hanc habet innatam proprietatem, ut à concedentis voluntate dependeat, ab eoque poſſit quandoque revocari *vol.*3.*d*.5.*l*.hh.4.

Iurisdictio, & proprietas ex jure gentium hodie communes non ſunt *vol.*3.*d*.5.*l* mm.4.

Iurisdictionis, & proprietatis fructus hodie in ſuo percipi non vetantur *vol* 3.*d*.5 *l*.nn.1.

Iurisdictio loco circumſcribitur *vol*.3.*d*.5.*l*.nn.1.

Iurisdictionem, qui ex Principibus habet in terra, eam in mari quoque terræ adjacenti uſque ad centeſimum milliare habet *vol* 3.*d* 5 *l* nn.1.

Iurisdictione utens in parte conſervat illam in totum, ſi illa ex individuis ſit, aut nemo partem vacantem occupet *vol*.3.*d*.5.*l*.nn.3.

pro Iurisdictione defendenda ſolo cohærente actio confeſſoria, & negatoria competit *vol*.3.*d*.5.*l*.qq.4.

Iurisdictio conſiſtit in conſtitutione legis generalis, quæ ad ſolum Cæſarem ſpectat *vol*.4 *d*.2 *l*.a.2.

Iurisdictio Principibus Imperii à Cæſare cumulativè, non privativè eſt conceſſa: nec jurisdictio omnimoda, quæ eſt Majeſtatis, privativè alicui concedi poteſt *vol*.4.*d*.3.*l*.n.3. *volum*.5.*d*.11.*l*.xx.2 3.4. yy.1.2. *diſp*.21.*l*.ffff.2.3. hhhhh.4.*diſp*.29.*l*.uuuuuu.1.

Iurisdictio etſi territorio contineatur, tamen ſæpè contingit, ut in eodem territorio reperiantur caſtra, aliiq; diſtrictus, in quos proprietatem, aut jurisdictionem non habeam *vol*.4.*d*.5.*l*.u.2.*vol*.5.*d*.1.*l*.c.4.*d*.21.*l* eeeee.4.vide ſuperius.

à Iurisdictione Cæſaris exempti ſunt vel transactione, vel privilegiis Rex Hiſpaniarum ratione Burgundiæ, Archiduces Auſtriæ, Dux Lothaiingiæ, & Dux Wirtembergiæ *vol*.4.*d*.8.*l*.hh.2.

Iurisdictioni alterius etiam inferioris ſe volens ſubjicere quis poteſt, prorogandoque ſuam jurisdictionem coram non ſuo judice litigare *vol*.4.*d*.9.*l* xx.2.

Iurisdictio duabus partibus conſtituentibus abſolvitur, cognitione, & imperio, ita ut unius nomine alterum intelligatur: harum autem parte officia, & connexa *ibid*. vide *volum*.4.*d*.17.*l*.cccc.4. dddd.1.*vol*.5.*d*.1.*l* c.2.3.

Iurisdictionis poteſtas primò penes Conſules fuit: inde etiam ceratus eſt Prætor urbanus primum, tum peregrinus, tandem tutelaris, & fideicommiſſarius: qui omnes ſuis judiciis præſidebant *vol*.4.*d*.17.*l*.dddd.1 2.

Iurisdictio in caſu abſentiæ, vel magni impedimenti alteri mandari, & prorogari poteſt: prorogatio autem tum valebit, ſi conſenſus adſit. Nam errantis nulla eſt jurisdictionis prorogatio *volum*.4.*d*.17.*l*.dddd 1.2.3.

Iurisdictio à mero imperio omnino diſtincta eſt *vol*.4.*d*.17.*l*.dddd 2.3.

Iurisdictio propriè eſt poteſtas, vel notio jure Magiſtratus, vel ſpeciali lege competens de cauſis civilibus cognoſcendi, & judicatum exequendi *volum*.4.*d*.17.*l*.dddd.3.

Iurisdictionis prorogatio nunc reſtrictior eſt, adeò, ut invito ordinario ſuperiore, alterius jurisdictio à ſubdito prorogari

rogari non poſſit *volum*.4.*d*.17.*l*.dddd.3. *vol.6 d*.3.*l*.Bb.1.

Iurisdictionem alterius Vaſallus ſine conſenſu Domini de re feudali prorogare non poteſt *vol*.4.*d*.17.*l*.dddd.3.

Iurisdictionis prorogatio, ut fiat, requiritur ſimilitudo poteſtatis *vol*.4. *d*.17. *l*.dddd.3.

Iurisdictionis prorogatio fit cum omnibus qualitatibus: Et ſi ab ordinarii ſententia, verbi gratia, per privilegium de non appellando obtentum appellari non poſſit, tunc nec à ſententia illius, cujus jurisdictionem quis prorogavit *vol*.4. *d*.17.*l*.dddd.3.

Iurisdictionem poſt Conſules, & Prætores translato ad Principes imperio præcipuè habuit urbis Præfectus: maximam verò habuit Præfectus Prætorio. Nam hic ſummam omnium judiciorum poteſtatem etiam in ipſos Senatores habuit, vice ſacra judicavit, & hoc absque appellatione, pater Imperii, & Provinciarum dictus *vol*.4.*d*.17.*l*.dddd.4. *& ſeqq*.

Iurisdictionem in Provinciis poſt Prętores Prætorio, & Præſides Provinciarum habuerunt & alii minores Magiſtratus: quos ibi vide *vol*.4.*d*.17.*l*.eeee.1.2.

Iurisdictionem à Principe eſſe conceſſam in dubio nunquam præſumitur: quin eandem, & majorem penes ſe retinuerit *vol* 4.*d*.17.*l*.ffff.4.

Iurisdictio duobus modis competit, vel per conceſſionem, vel per præſcriptionem, & ſic duplex eſt: ſuperior: & inferior Ober/vnd Niedergericht *vol*.4.*d*.17. *l*.hhhh.2.*vol*.5.*d*.20.*l*.ccccc.3.

Iurisdictio conceditur per inveſtituram. Iurisdictio autem non illicò conceſſa videtur, etſi caſtrum alicui cum pertinentiis concedatur: ſecus tamen ſi caſtrum concedatur nomine Univerſitatis, aut Provinciæ, vel caſtro competat jurisdictio *vol*. 4. *d*.17. *l*.hhhh.2.3. *vol*.6. *d*.8. *l*.Ccc.1.

Iurisdictio conceſſa videtur, ſi regalia conceſſa ſint, non autem conceſſo caſtro, vel jurisdictione regalia conceſſa videntur *volum*.4. *d*.17.*l*.hhhh.3. *volum*.6. *d*.8, *l*.Ccc.1.

Iurisdictio non limitatur caſtro, villis, & prædiis, & in dubio ea pertinet ad Principem *vol*.4. *d*.17.*l*.hhhh.3.

Iurisdictione rectè conceſſa quæritur, an quoad concedentem privativè, vel cumulativè ſit intelligenda? Illud aſſeritur, quoad primam inſtantiam, ita ut præventioni locus non ſit. Attamen hic ſemper reſervata cenſetur ſuperioritas, cujus rei hi ſunt effectus, ut in caſu negatæ, vel protractæ juſtitiæ, vel ſi ſuſpecti moveatur quæſtio, ſuperior cognoſcere, cauſas avocare, inferiorum Dominorum ſubditos immediatè citare, reſcribere etiam poſſit, ſi inferiorum ſubditi querelas deferant *vol*.4.*d*.17.*l*.hhhh.3.*vol*.5.*d*.11.*l* xx.2. 3.4.yy.1.2.contrariũ docetur *l*.bbb.2.3.4.

Iurisdictio ſi neque conceſſione, neque præſcriptione quæſita ſit, tunc ſuperior contra inferiorem, fundatiſſimam habet intentionem. Si autem inter duos inferiores controverſia ſit, ille obtinebit, qui titulum docebit. In meris quidem poſſeſſoriis actus ſolummodò poſſidendi conſideratur, in mixtis verò cauſa poſſidendi: tùm autem dicitur mixta cauſa poſſeſſorii, quando poſſeſſioni jus ipſum reſtituit *vol*.4.*d*.17.*l*.hhhh.4.

Iurisdictionis concurrentia, vel concurrens jurisdictio eſt publica cognoſcendi de cauſis poteſtas pluribus,& cuilibet in ſolidum,ac ut ſingulis competens. Vi cujus unus à parte actrice primum aditus, alterum concurrentem citatione reo inſinuatâ,deque ejus executione judici,ſeu ejus actuario relatione facta,atque ab eo ad acta relatâ, præveniendo, ſolus,excluſo altero cauſam cognoſcere, definire, ac executioni tradere poteſt, nec alter poſt legitimam præventionem citra vitium turbationis ullo modo, niſi data prævenientis negligentia,ſe ulterius de cauſa præventa intromittere valet *vol.5.d.*11.*l.*xx.2.

Iurisdictionem omnem caſtri concedens ſi in caſtro conceſſo delinquat,non tamen poteſt ab adquirente caſtri illius, vel poſſeſſore puniri, aut diſtringi *vol.5. d.*11.*l.*xx.4.

Iurisdictio inter regalia minora connumeratur *vol.5.d.*11.*l.*xx.4.

de Iurisdictione etiam omnimoda inveſtitus non poteſt ſuperioris inveſtientis jurisdictionem impedire. Hic enim jurisdictionem Vaſallorum, etiam illis invitis moderatur,cùm major jurisdictio trahat ad ſe minorem *vol.5.d.*11.*l.*xx.4. yy.1.

Iurisdictio majoris facit ceſſare minorem *vol.5.d.*11.*l.*yy.1.

Iurisdictio ordinaria dicitur quaſi naturalis,amica legibus,& favorabiliter interpretanda. Multo igitur eſt favorabilior jurisdictio Principis, cum omnium ordinariorum in ejus territorio jurisdictio ab illo proficiſcatur: viciſſim verò, cùm omnis translatio jurisdictionis à Principe in alium ſit odioſa *volum.5.d.*11.*l.*yy.1.

Iurisdictio ejus erit, cujus eſt territorium, ac cum cæteris concurret, nec hic jurisdictio ſpecialis derogat generali. Nam jurisdictio ſpecialis venit cumulativè ad generalem, atque etiam ordinarium inferiorem, nec generalis derogat univerſali, ſed invicem concurrunt *vol.5. d.*11.*l.*yy.1.2.

Iurisdictio quando præſcribitur,quæritur an cumulativè, an verò privativè præſcribatur? Reſpondetur aliquando cumulativè, aliquando privativè,ubi vide *vol.5.d.*11.*l.*yy.23.

Iurisdictio non niſi ex legitima citatione prævenitur,& perpetuatur *vol.5.d.*11. *l.*eee.3.

Iurisdictio omnis à Principe pendet. Quare ea competit aut jure magiſtratus, aut immediatè à Principe conceditur *vol.5.d.*13.*l.*iii 3.

Iurisdictio omnimoda,& libertas in æternum præſcribi non poteſt *vol.5.d.*17. *l.*dddd.2.vide ſuperius.

inter Iurisdictionem, & Iurisdictionis fructus diſtinguendum eſt, ita, ut in uno,eodemque caſtro,ſeu pago alii juriſdictionis exercitium,alii pœnas,mulctas, aliaque commoda jurisdictionalia habere poſſint *volum.5.diſp.*21.*l.*iiiii.1 *vol.6.d.*3. *l.*Gg.1.

Iurisdictio Centenia der Centgraffen Gerechtigkeit/ quæ ſit, & unde dicatur *vol.5.d.*21.*l.*iiiii.1.

Iurisdictio Vogtheica, die Vogtheiliche Obrigkeit/ quæ ſit: & eſt iurisdictio tantum ad civilia ſpectant *volum.5. d.*21. *l.*iiiii.2.

Digitized by Google

Iurisdictio probatur per actus jurisdictionales, tâm Eccleſiaſticos, quàm ſæculares *vol.5 d.21.l.*iiiii.2.3.4. vide ſuperius.

Iurisdictionis eſt, novarum furcarum erectio *vol.5.d.21.l.*lllll.1. vide ſuperius.

Iurisdictionem inferiorem exercent Nobiles mediati in caſtris ſuis in ruſticos ſubditos, cujus ratione ipſi non exiguum emolumentum habent, prout erunt à Principe ſuo inveſtiti, ut ſi etiam cum imperio mero, & illud exercebunt *vol.5.d.21. l.*lllll.1.

Iurisdictiones debent eſſe diſtinctæ *vol.5.d.23.l.*qqqqq.2. nec debent confundi *vol.7.d 5.l.*y.4.

Iurisdictio in dubio cumulativè, non privativè cenſetur conceſſa *volum.5. d.46. l.*ZZZ.3. imò nunquam privativè conceditur *vol.7.d.9.l.*nn.4.

in Iurisdictione Status aliquis imperii cum ſuis Vaſallis etiam cum Iurisdictione inveſtitis concurrit *vol.5.d* 11.*l.*bbb.2.

in Iurisdictione Status aliquis Imperii cum ſuis civitatibus provincialibus concurrit *vol.5.d.*11.*l.*bbb.4.

Iurisdictionem nullius agnoſcunt Aſſeſſores Parlamentorum, & Principum Conſiliarii, niſi ſolius Parlamenti, & Aulæ *vol.5.d.29.l.*uuuuuu.1.

Iurisdictio unico actu præſcribi poteſt vide in verbo Præſcriptio.

Iurisdictio ſumma, id eſt, **die Landsfürſtliche Obrigkeit/** vide in ſuperioribus, & in verbo Territorialis ſuperioritas, & in verbo Imperium, & in verbo Princeps.

Iurisdictio voluntariè transferri debet, id eſt, nemo debet ad ſubjectionem alicujus Principis, niſi juſto titulo Princeps ſit, cogi: aliàs talis Princeps Tyrannus cenſebitur *vol.6. d.3.l.*Z.1.2.

Iuris vobabulo variæ attribuuntur ſignificationes: & Jus nonnunquam Facto, nunc corpori, nunc Conventioni opponitur *vol.6.d.4.l.*Kk.1.2. Mm.4. Nn.2. ubi etiam vide quare, & quid ſit Juris, & Facti *ibid.*

Iuri communi cùm derogatur, Principis ſubſcriptione opus eſt *volum.1.d.16. l.*N.3.

Iuris verbo dum agitur, nihil intereſt ſive dicatur aliquid eſſe juris, ſive in jure conſiſtere, ſive jus in aliquo contineri, ſive jus in aliquo verti *vol.6.d.4.l.*Kk.2.

in Iure noſtro multa ratione reciprocationis tolerantur, quæ aliàs nulla eſſent *vol.1.d.16.l.*N.4.

Iuris quæ ſunt, & civilia; non tolluntur per ea, quæ ſunt facti, & naturalia *vol.6. d.4.l.*Kk.3.

in Iure pari potior conditio eſt, quæ tempus occupat *vol.1.d.16.l.*O.3.

in Iuribus incorporalibus ad tuendam poſſeſſionem unicus ſufficit actus *vol.2. d.3.l.*p.4.*d.*14.*l.*E.4. *vol.6.d.3.l.*Z.1. vide Incorporalia.

Iure dantis reſoluti, reſolvitur & jus accipientis; idem dicendum de jurisdictione, quæ morte concedentis expirat, niſi ordinaria ſit *vol.2.d.6.l.*oo.4.

Ius ſibi ipſi dicere nemo poteſt *vol.2.d.6. l.*xx 1. *d.7. l.*dDd.4. gGg.4. hHh.1. *d.*17. *l.*N.2.*d.*24.*l.*DD.2. *vol.2.d.5.l.*rr.1.2, *vol.6. d.*8.*l.*lii.1. *vol.7.d.4.l.*m.4. hinc nemo ſibi ipſi permittete valet ultionem *ibid.* nec quod per Magiſtratum fieri debet ſingulis eſt concedendum *ibid.*

Iuris nemo plus in alium transferre

Digitized by Google

poteſt, quàm ipſe habuit *vol.2. d.6.l.tt.2. d.11.l.uVu.4.l.B.4.vol.4.d.13.l.*ppp.2.

Jura decipientibus non ſubveniunt *vol.2.d.7.l.*lLl.3. *vol.3.d.1.l.*c.4.

Jura ſunt æquiſſima *vol.6.d.17.l.*Ffff.4.

Jura omnia ſtatim adquiruntur Patri à filio, & multo magis à ſervo Domino *vol.6.d.4.l.*Mm.2.

Juriſconſultorum ſententiæ in lecturis multò meliores ſunt, quàm in conſiliis, itaque ſi à ſeipſis in his diſſideant, his relictis, illæ amplectendæ ſunt *volum.2. d.*8. *l.*oOo.4.in Coroll.

quæ Juris ſunt, ipſo jure tranſeunt in heredes maximè ſuos *vol.2.d.*14.*l.*B.1.

Juris benignitas vigilantibus, non ſupinè negligentibus ſubvenit *volum.2.d.14. l.*F.4.

ubi Jure civili caſus quiſpiam apertè deciſus reperitur, at jure Canonico vel non definitus, vel incertus, aut dubius, tunc ſervatur jus civile in utroque foro, & ècontrà *vol.2.d.*18.*l.*S.2.

ut Jura juribus concordentur nihil novum eſt *vol.7.d.14.l.*n.4.

in Jure repetiti conſenſus magna vis eſt, & authoritas *vol.7.d.4.l.*n.4.

Jura debiliora ſemper in executionibus præmittuntur, antefortiora aggrediantur *vol.7.d.4.l.*o.1.

qui Jure ſuo utitur nemini facit injuriam *vol.2.d.23.l.*CC.2.

quod Juris naturalis, & gentium eſt, per civile tolli nequit *vol.2.d.24.l.*DD.3.

quæ Juris gentium ſunt omnibus hominibus, & gentibus competunt *volum.2. d.24.l.*DD.4.

à Jure communi omnis receſſus eſt odioſus *vol.3.d.5.l.*hh.2.

à Jure illo, quod diu æquum viſum eſt, non debet facilè recedi, niſi evidens ſubſit utilitas *vol.6.d.*8.*l.*Eee.2.

Jura incorporalia, verbi gratia, patronatus, ſervitutis &c. totaliter ſunt in toto, & qualibet ejus parte *vol.3.d 5.l.*nn.1.vide ſuperius in verbo Incorporalia.

Juris eadem eſt ratio in toto, quoad totum, ſicut in parte, quoad partem *vol.6. d.*10.*l.*Ppp.2.

Juris nulla ſententia eſt generalis, & perpetua, ut non aliquam exceptionem admittat *vol.3.d.6.l.*tt.1.

Juris quod quiſq; in alium ſtatuit, ipſe eodem jure utatur *vol.5.d.46.l.*AAAA.1. *vol.4.d.9.l* kk 1.

Juris concluſiones ſynopticæ ſex claſſibus delineatæ *vol.3.d.17.l* Y.1.per tot.

Jura derogatoria ſtrictè accipienda ſunt, & quod mutatum non eſt, ita obſervari debet *vol.4.d.6.l.*cc.2.

in Jure communi quando aliquid expreſſum non eſt, tunc negotia vel ſecundum regionis conſuetudinem diſponenda, vel ſecundùm conventionis legem implenda ſunt *vol.6.d.*8.*l.*Eee.2.

à Juris uſu, & executione erroneè ad ipſum jus concluditur *vol.4.d 16.l.*xxx.3.

Juris executio, quæ differtur in certum tempus, non facit conditionale ipſum jus *vol.4.d.*16.*l.*xxx,3.

Jure publico, quod eſt introductum, huic pactis privatorum derogari nequit *vol.4.d.27.l.*Ll.4.

Juris idem eſt, & tantundem in parte, quod, & quantum in toto *vol.m.5.diſp.23. l.*ppppp.2.*vol.3.d.5.l.*nn.1.

Jure ipſo cui eſt proſpectum, auxilio extraordinario (ad quod non niſi in ſubſidium

Digitized by Google

ſidium devenimus) non eſt opus *volum.7. d.1.l.b.3.*

Jure quod conceditur, fruſtra precibus imploratur *vol.5.d.27.l.bbbbbb.4.*

quod à Juris communis præceptis exorbitat, ad conſequentias non eſt trahendum *vol.5.d.30.l.E.3.*

ubi de Juris quæſiti privatione agitur, ibi benignior facienda eſt interpretatio *vol.5.d.30.l.E.3.*

Jure ſuo ob damnum alterius nemo uti prohibetur *vol.5.d.30.l.E.3. vol.6. d.3. l.Cc.3.*

Jure permittente quando quis aliquid facit, tunc eo utilitatem ſuam principaliter quærere, nec ad æmulationem alterius id facere in dubio cenſetur. Et æmulationem alleganti incumbit probatio *vol.6.d.3.l.Cc.3.*

Jura poſteriora derogant prioribus *vol.5.d.30.l.G.3.*

Jura incorporalia individua ſunt *vol.5. d.34.l.X.3.*

Juriſconſultus, vide Interpres juris, & Interpretatio.

Juriſperiti, qui in praxi verſantur, pari cum Doctoribus, Profeſſoribus, & Studioſis ſecuritate, paribusque privilegiis gaudent. Itaque Advocati, & procuratores partium litigantium tutò ad locum judicii venire, ibidem cauſam agitare, atque inde recedere ſecurè poſſunt, ac debent: nec ibid. propter ſuas lites conveniri poſſunt, ſed revocandi domum jus habent: Nec in eos pro debito manus injici poſſunt, nec etiam in cauſa criminali capi, & torqueri. Item beneficio competentiæ fruuntur, etiam quoad honoraria ſua. Maximè autem hoc in Advocatis, & Procuratoribus Cameræ Spirenſis cernitur, qui parem cum Adſeſſoribus ſecuritatem habent, uti & Studioſi practicantes, quorum tamen ſecuritas ad perſonam reſtringit ſe, reliquorum ad domeſticam etiam familiam ſe extendit, & practicantes ſi conductis, empriſve domibus familiam egerint, & Oeconomiam inſtituerint, mox Imperio Senatus Spirenſis ſubjacebunt *vol.2.d.7.l.lLl.4.*

qui Jurisprudentiam tàm certa habere Principia ſtatuunt, quàm Mathematica valdè errant *vol.7.d.10.l.ss.1.*

Jurisprudentia duabus continetur rebus; Cognitione legum, & facultate quadam prudenter easdem applicandi, & etiamſi jus deficiat, de facto reſpondendi *vol.7.d.10.l.ss.1.*

Jurisprudentia igitur divinarum, atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia *vol.4.d.14.l.rrr.4.d.26. l.H.4.vol.7.d.10.l.rr.3.*

Jurisprudentiæ igitur non ſolùm utraque Philoſophia, ſed etiam Theologia juncta eſſe debet *vol.7.d.10.l.ss.2 3.*

ex Jurisprudentia non turpe compendium, ſtipesque deformis, aut futilium, ac captioſarum ratiuncularum defenſio, ſed laudis augmenta ſunt quærenda *vol.6. d.19.l.Ssss.4.*

Jurisprudentia omnibus hominibus æqualiter ſecuritatem tribuit: Magnatum favorem conciliat: ſubſidia vitæ neceſſaria confert. Hinc pretio nummario non eſt æſtimanda, aut dehoneſtanda, ſed eſt ſanctiſſima *vol.6.d.19.l.Ssss.4.*

Jurisprudentiæ, & Philoſophiæ principia emendandi, illuſtrandi, & complen-

Digitized by Google

di ſunt, quæ ſunt principia probandi in Theologia *vol.7.d.*10*.l.*tt.2.

Jura municipalia tunc maximè orta ſunt, quando gentium irruptionibus cum Imperio Romano jus quoque civile extinctum fuit *vol.*4*.d.*17*.l.*eeee.1.

Jure municipali quando quid diſpoſitum non eſt, tunc id juris civilis diſpoſitioni relictum cenſetur *volum.*4. *diſp.*17. *l.*eeee.2.

Jura Provincialia inferiorum à Cæſare Principum in ſuis tantum Provinciis valent *vol.*4*.d* 17*.l.*eeee.2.

in Jurium abdicationibus, & remiſſionibus non expreſſa reſervatio, quæ ſemper vi ipſa, & juris præſumptione facta cenſetur, ſed potius è contrario expreſſa renunciatio requiritur *vol.* 4*.d.*17*.l.*ffff.4.

Jurium remiſſio non cenſetur facta, niſi ejusmodi actus interceſſerit, unde neceſſario ea inferri debeat, & cum eo ita ſit connexa, ut inde ſeparari nequeat *vol.*4. *d.*17*.l.*ffff.4.

Juris ſtricti rigori æqualitas ſemper præferenda eſt *vol.*4*.d.*26*.l.*H.2.*vol.*7*.d.*10. *l.*ss.1.4.

Juris ſtricti quando eſt aliqua conſtitutio, tunc nihil in eâ venit, niſi quod de præciſa ejus natura, vel nominatim expreſſum eſt *vol.*6*.d.*3*.l.*Ff.4.

contra Juris rationes evidentiſſimas nequaquam communes opiniones, inveteratæque conſuetudines probandæ ſunt *vol.*7*.d.*10*.l.*ss.4.

Juris finis eſt duplex, alius eſt juſtitia, alius eſt omnes homines, quibus fit juſtitiæ adminiſtratio. Nam ſalus populi ſuprema lex eſt *vol.*4*.d.*26*.l.*H.4.

Juris objecta bifariàm accipi poſſunt, nimirum pro totali, quod eſt judicium, & pro partiali, quod tripliciter dividitur. In perſonas, quibus; res, de quibus, & actiones, per quas reddi jus conſuevit *volum.*4. *d.*26*.l.*I.3.

Jureconſulti non minus circa jus publicum, quàm privatum occupari debent, imò plus *vol.*5*.d.*17*.l.*qqq.2.

Juris publici quæ ſunt, non poſſidentur *vol.*5*.d.*17*.l.*dddd.2.iiii.1.2.

in Jure conſtituto multa ex legislatorum voluntate, non ratione pendent *vol.*7*.d.*10*.l.*tt.4.uu.1.

in Juris conſtituti rationes inquirere prohibet Neratius *vol.*7*.d.*10*.l.*uu.1.

Jus tamen in omnibus æquitatem magis ſpectat. Itaque non eſt ars legum Romanarum ſed æqui, & boni *volum.*7*.d.*10. *l.*ss.1.4.

Jus idem eſſe, ubi par eſt ratio *volum.*6. *d.*16*.l.*Bbbb.3.

Jus quærendum faciliùs amittitur, quàm quæſitum, & quæſitum fortius eſt, quàm quærendum, imò magis favorabile, cùm in quæſitis agatur de damno, in quærendis de lucro *vol.*1*.d.*12*.l.*E.3.

Jus quæſitum Princeps alteri nequit auferre *vol.*2*.d.*3*.l.*m.1.*vol.*7*.d.*2*.l.*f.1. vide Princeps: *vol.*7*.d.*4*.l.*s.3. ne quidem ex plenitudine poteſtatis *ibid.d.*5*.l.*u.4.

Jus alicui quæſitum, ſine facto ſuo, ipſi auferri non poteſt *vol.*6*.d.*2*.l.*I.4*.d.*3*.l.*S.3. Ii.1.

Jus ſibi ipſi dicere nemo poteſt *vol.*2. *d.*6*.l.*xx.1*.d.*7 *l.*dDd.4.gGg.4.hHh.1*.d.*17. *l.*N.2*.d.*24*.l.*DD.2. *vol.*2*.d.*6*.l.*rr.2. *vol.*6. *d.*8*.l* Iii.1.

Jus aliquod in aliqua re, qui habet, omnia illa etiam habere cenſetur, ſine quibus

Digitized by Google

bus id expediri nequit *volum.6.d.3.l.*Ff.4. vide Conceſſio.

Jus unius non debet fieri injuria alterius, ſed æquum eſt, ut utrinque jus, & æqualis omni ex parte honeſtatis, juſtitiæ, conventionum, & fidei inviolabilitas ſervetur *vol.2.d.7.l.*gGg.3.

Jus itaque noſtrum tàm Sanctum eſt, etſi conditores ejus Ethnici fuerint, ut nec rectius, nec ſanctius, nec honeſtius univerſa Theologorum Schola ſancire valuiſſet *vol.7.d.*10.*l.*tt.2.

Jus nemo alteri acquirere poteſt, qui in ejus non eſt poteſtate *volum.5. d.*42. *l.*BBB.2.

Jus idem, quod quis in alios dixit, in ſe etiam experiri, & ſibi dici pati debet *volum.4.d.9.l.*kk. vide ſuperius.

Jus ſemel extinctum ampliùs non reviviſcit *vol.5.d.42.l.*GGG.1.

Jus aliquod non utendo amittitur *volum.6.d.3.l.*Ii.1.

in Jus vocare non licet ſine venia Novercam, Præceptorem, Seniorem, ſive Dominum feudi. Item Doctorem, dum in ipſo Doctoratus actu eſt *volum.4.d.23. l.*B.2.3. vide Citatio.

in Jus vocatio, ſeu citatio non inducit litispendenriam *vol.4.d.23.l.*B.3. vide in verbo Litispendentia.

Jus quæſitum faciliùs remitti poteſt, quàm quærendum *vol.3.d.*14.*l.*lll.1.

Jus ipſi nobis dicere poſſumus, ubi judicum copia haberi non poteſt *vol.5.d.*19. *l.*zzzz.3.

Jus ſuum Princeps alteri auferre nequit, quaſcunque addat clauſulas. Nam quod ſine clauſulis illis juſtè facere nequit, iisdem adjectis iniquum eſſe non deſinet, niſi juſtiſſimis ex cauſis id feciſſe probetur *volum.2 d.3.l.*m.1.*volum.5 diſp* 19. *l.*aaaaa.1.*d.*21.*l.*ffff.2.*d.*23.*l.*ppppp.2. vide in verbo Princeps.

Jus Patronatus etiam ſine Epiſcopi conſenſu (qualis regulariter requiritur, atque ſine eo laicus jus Advocatiæ in alium transferre nequit) compatrono, vel alii Eccleſiæ, locove religioſo donari poteſt *vol.6.d.3.l.*Y.4.

Jus Patronatus, quâ tale, cum jurisdictione ſuprema, aut qualitate ſuperioritatis nihil habet commune, ſed facultatem tantum continet, parochum idoneum, & ſacro munere dignum cœtui Eccleſiaſtico intra præfinitum tempus præſentandi *vol.5.d.*30.*l.*G.4.H.1. Itaque ex hoc jure aliquis mutandæ religionis jus evincere non poteſt *volum.6.d.3.l.*Ff.4. tamen curare debet, ne bona Eccleſiæ ſuæ dilapidentur *ibid.l.*Ii.2. quæ defendere debet *ibid.*

Jus Patronatus ſucceſſione etiam adquiritur *vol.1.d.*12. in Corollar. *vol.6.d.3. l.*Z.1.

Jus Patronatus vendi non poteſt, niſi cum univerſitate omnium bonorum *vol.6.d.3.l.*Y.4.

Jus Patronatus unica præſentatione acquiri poteſt *vol.6.d.3.l.*Z.1.

Jus Patronatus unius Eccleſiæ, penes duos in ſolidum eſſe poteſt *volum.6.d.3. l.*Y.2.

Jus Patronatus bonis alicujus confiſcatis, Fiſco non obvenit, ſed Eccleſiæ libertatem acquirit *vol.6.d.3.l.*Aa.3.

Jus Patronatus Laicus contra Laicum præſcribit 40. annis, contra Eccleſiam verò non niſi præſcriptione temporis immemo-

Digitized by Google

memorialis *vol.5.d.35.l.AA.4.BB.1.vol.6.d.3.l.Z.1.*

Jus Patronatus licet in fideicommiſſarium non transeat, tamen interveniente Epiſcopi conſenſu legari poteſt *vol.6.d.3.l.Z.1.*

Jus dat præmium facinoroſis, & rebellibus NB. merentibus benè de publico. Igitur filius patrem, è contrà, ſi ad patriam delendam venit, occidere ſine ſcelere poteſt *vol.2.d.1.l.a.2.*

Jus qui non proprio, ſed alieno nomine dicit, non etiam propriam, id eſt, ordinariam, ſed mandatam, id eſt, delegatam juriſdictionem habere dicitur *vol.4.d.18.l.kkkk.1.*

Jus publicum omnes ſcire debent: Cęterùm, ſi quis per ſe jus non novit, poteſt id, conſulendo peritiores conſequi: at intolerabile eſt, in jure verſantem jus ignorare. Porrò ſcire leges non eſt earum verba tenere, ſed vim, ac poteſtatem *vol.2.d.1.l.b.3.*

Jus Publicum eſt, quod ad ſtatum Reip. ſpectat, & non tàm rebus divinis, quàm humanis occupatur. Conſiſtit autem in Sacris, Sacerdotibus, Magiſtratibus, jure militari legibus condendis *volum.4.d.14.l.rrr.4.d.26.l.I.1.vol.5.d.13.l.iii.2.3.4.d.17.l.rrr.3.4.*

de Jure publico olim parum ſcriptum, & annotatum eſt *vol.5.d.13.l.iii.1.2.d.17.l.rrr.4.*

Jus publicum non in una, & eadem ſignificatione accipitur. Quandoque enim pro jure communi accipitur, nonnunquam ſic, quod à populi, vel Principis populum repræſentantis authoritate pendet. Sed propriè, & ſtrictè ſumptum eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat, eſtque, uti privatum ex naturalibus, gentium, & civilibus præceptis collectum, nec jus ſacrum diſtinguendum eſt à publico *vol.5.d.13.l.iii.3.d.17.l.rrr.3.4.*

Jus publicum Germaniæ hodiernum non ex veteri jure publico, nec lege Regia, ſed ex Capitulationibus, & legibus Imperii fundamentalibus, Aurea Bulla, Receſſibus Imperii, Tranſactione Paſſavienſi, & Pace religionis ſumendum. Cùm rariſſimè evenire poſſit, ut formæ Reip. mutata idem jus publicum exiſtat *vol.7.d.10.l.xx 1.*

Jus ſacrum circa religionem verſatur, quam non Reip. ſed Remp. religioni accommodare debemus *vol.5.d.13.l.iii.2.*

Jus publicum, id eſt, commune ſcriptum pactis, & cautionibus privatorum tolli, & mutari non poteſt *vol.5.d.14.l.lll 1.d.17.l.rrr.4.*

Juris generales regulæ per tantam factorum varietatem, circumſtantiarum diverſitatem, & ipſius quoque humanæ naturæ inconſtantiam vitiantur *volum.7.d.10.l.ss.1.*

Jurisprudentia itaque generalis ſperari poteſt, non optari *vol.7.d.10.l.ss 1.*

Jus in cauſa eſt poſitum, & ex re conſtituendum *vol.6.d.19.l.Tttt.1.*

Jus omne ex facto oritur *volum.7.d.10.l.ss.1.*

Jus reformat quęlibet minima facti varietas *vol.7.d.10.l.ss.1.*

Jus cujuſcunque verſatur vel in re, vel in perſona *vol.6.d.2.l.F.4.*

Jus omne verſatur aut circa acquiſitionem, aut conſervationem, aut amiſſionem *vol.7.d.7.l.gg.4.*

Jus civile, & prætorium ſibi invicem opponuntur *vol.2.d.14.l.*C.3.

Jus autem univerſum confluxit ex tribus fontibus, nimirum vel ex præceptis naturalibus, vel gentium, vel rationis civilis *vol.7.d.*10.*l.*uu.3.

Jus gentium per civile reſtringi, ac corrigi poteſt *vol* 3.*d.*5.*l.*ll.3. *vol.*7.*d.*10.*l.*tt.1.

Jus civile, ubi naturale, & gentium non ſuffecit, ortum eſt, ita dictum à civitate, ſed quando nomen civitatis non additur, intelligitur jus Romanum *volum.*7. *d.*10.*l.*tt.4.

Jus civile Princeps mutare poteſt *volum.*4.*d.*5.*l.*q.3. *vol.*5.*d.*49.*l.*EEEE.2.3.

Jus civile vel eſt, quod omnibus, aut pluribus in quaque civitate utile: vel eſt, quod neque in totum à jure naturali recedit, nec per omnia ei ſervit: ideoque tùm civile propriè efficimus, cùm aliquid addimus, vel detrahimus juri naturali *vol.*7.*d.*10.*l.*tt.4.

Jus civile accipitur latè, & comprehendit omnes partes juris, ut genus: ſtrictè pro omni parte juris, excepto prætorio: ſtrictiſſimè pro LL.12.tab. ut in dubio hæ leges intelliguntur. Vide *ibid.* quomodo jus ſcriptum, & non ſcriptum interpretandum ſit, item juris ſcripti differentiam, quam facit Lex, Plebiſcitum, SCta, Conſtitutiones Principum, Edicta Prætorum, Reſponſa prudentum *vol.*5. *d.*49.*l.*GGGG.3.4.

Iuris civilis plura videntur, quæ tamen origine ſunt vel juris naturalis, vel gentium: propter formam autem, quam adjicit jus civile, ideò ad hoc ſæpe rediguntur, veluti & alia una eademque res haud infrequenter diverſo reſpectu, diverſo jure cenſetur, ut matrimonium, patria poteſtas, defenſio, quæ omnibus juris ſpeciebus adſcribuntur *volum.*7. *diſp.*10. *l.*uu.3.

Ius civile Lotharius Cæſar reſtituit *volum.*4. *d.*17 *l.*eeee.1. *vol* 7.*d.*10.*l* uu.4. cum ante Gothorum, Francorum, Ripuariorum, Baioariorum, Burgundionum, Saxonumque jura vigerent. Id factum anno 1137. cùm everſa Melfitanâ Civitate Apuliæ à Piſanis Legum Romanarum corpus repertum eſſet *ibid.* Illud tamen ubique non omnimodè receptum eſt, ſed jura municipialia pleriſque locis robur ſuum retinuerunt, cum introductum eſſet non ut hæc tolleret, ſed ut eorum defectus suppleret, & juris atrem doceret *ibid.*

Ius civile dividitur in ſcriptum, & non ſcriptum: illud ſubdividitur in Legem, Plebiſcitum &c. SCtum, Conſtitutionem Principum, Magiſtratuum edicta, & Reſponſa Prudentum: ubi horum definitiones vide *vol* 4.*d.*26.*l.*I.2.

Ius civile non ſcriptum intelligitur illud, quod uſu introductum tacitus populi conſenſus approbavit, vocaturque conſuetudo *vol.*4.*d.*26 *l.*I.3.

Ius privatum eſt, quod ad ſingulorum utilitatem pertinet, eſtque in prohibitione injuriarum, augmentatione utilitatis ſingulorum & tribuendo cuiq; jus ſuum *vol.*4. *d.*26.*l.*I.1.

Ius Gentium eſt, quod ratio naturalis inter homines omnes conſtituit, & apud omnes peræque cuſtoditur: cui tamen jus civile, & ratio Reip. per omnia non ſervit, ſed ab eo nonnunquam ſaluberrimè recedit; cum addendo, tum detra-

Digitized by Google

hendo *vol.*4.*d.*14.*l.*rrr.4.*d.*26,*l.*I.I. vocatur etiam jus naturale ſecundarium, ut hoc modo ab altero jure naturali, cujus ſigna etiam in brutis conſpiciuntur, & quod primævum dicitur,diſtinguatur:dicitur autem jus naturale,quia poſitum eſt in natura humana, quæ ſola eſt rectæ rationis particeps, & quia natura,ac eſſentia propria hominis eſt ratio.Ratione verò inhæſionis abjecti dicitur jus gentium, quia apud omnes æquum eſt, & bonum *vol.*7.*d.*10.*l.*ss.3. Hinc dicitur, quod lex naturæ ſit ratio ſumma inſita à natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria *ibid.*ss.4. ex quo omnis juris fundamentum, ac baſis conſtituitur, & ex cujus divino naturæ fonte omnes alii juris, & legum bonarum,juſtarum,& æquarum rivuli fluunt,ac ortum trahunt *ibid & *tt.3.

Iuris gentium pleraque breviter tacta vide *vol.*7.*d.*10.*l.*tt.3.

Iuris gentium quæ ſunt,ſæpè vel propter utilitatem majorem, vel propter neceſſitatem ſupervenientem mutantur *volum.*7.*d.*10.*l.*tt.4.

Ius gentium aliquo modo à Cæſare reſtringi, & in ſpecie, ne quis certa loca præternavigare, ſed merces ſuas ibi venum exponere cogatur, inhiberi poteſt *vol.*3.*d.*5.*l.*kk.4.*vol.*4.*d.*14 *l.*sss.1.

Ius gentium à ſummo Principe ex plenitudine poteſtatis ſine juſta cauſa tolli non poteſt: ſi verò publica prohibendi cauſa eum moveat, totum fluminis, & maris uſum interdicere poteſt *vol.*3.*d.*5.*l.*mm.4.

Iuris gentium ignorantiam nemo prætendere debet *vol.*7.*d.*7.*l.*ii.4.

Ius Canonicum conſuetudine tolli poteſt,niſi in jure divino,& naturali fundatum ſit *vol.*3.*d.*5.*l.*ll.1.

Ius Canonicum,& civile ſi diſcrepent, quæritur quodnam in deciſione alicujus controverſiæ alteri præferendum ſit? Et ſunt, qui Ius Canonicum civili indiſtinctè tàm in foro ſæculari, quàm Eccleſiaſtico præferendum exiſtiment: Quidam diſtinguunt, ut in foro ſæculari jus civile præferatur Canonico, & cauſa nec ſpiritualis ſit,nec conſcientiam concernat: in foro autem Eccleſiaſtico præferatur Jus Pontificium maximè ſi cauſa talis ſit,quæ conſcientiam,& pietatem concernat *vol.* 5 *d.*42.*l.*YY.4.

Ius Canonicum ſtrictius eſt interpretandum,quàm civile: & Ius legis generalis,& ſpecialis inter ſe differt. Nam illud admittit contra ſe interpretationem,hoc non,nempe extenſivè.Item inter jus Pœnale, & odioſum differentia eſt,quod illud pœnam corporis, vel exiſtimationis imponit. Odioſum dicitur, quicquid odium aliquod continet contra humanitatem, æquitatem, favorem. Ius exorbitans dicitur,quod ſingulari ratione præter jus commune aliquid diſponit de novo vel ſupplendo,vel addendo. Ius correctorium dicitur, quod jus commune corrigit, & immutat: hæc quomodo reſtringantur,& amplientur *ibid.* vide *vol.*5. *d.*49.*l.*GGGG.4.

Ius Canonicum, & Pontificium Iurisprudentiæ civilis partem eſſe alii negant, alii affirmant *vol.*4.*d.*14.*l.*rrr.4.

inter Ius Canonicum,& civile quandoq, apparet,non autem revera eſt contrarietas, quæ, ſi appareat, adhibita diſtinctio-

Digitized by Google

ſtinctione facilè tolli poteſt. Aliquando tamen vera eſt pugna, ubi aliquando etiam Ius Canonicum præfertur, aliquando verò jus civile *vol.*4.*d.*27. in Corollar.

Iuris Canonici diſpoſitio ſervatur, ubi in cauſis animæ ſalutem, & hominis conſcientiam concernentibus, veluti de fide, aut peccato verſamur, non tantum in foro Eccleſiaſtico, ſed etiam civili, atque adeò, ut judices civiles ad obſervantiam ejus cenſurâ Eccleſiaſticâ compelli poſſint *vol.*5.*d.*14.*l.*lll.2.

Iure Canonico in Deciſionibus cauſarum uti, & ex eo judicare licet rectè, & optimè Chriſtiano magiſtratui *vol.*5. *d.*14. *l.*mm.3. in Corollar.

Ius naturale, & gentium omnibus hominibus tàm nobilibus, quam ignobilibus commune eſt *vol.*2.*d.*24.*l.*FF.2.

Ius naturale eſt pleniſſimæ interpretationis, & ſemper ad id datur favorabilis recurſus: unde & in dubio ea opinio tenenda, quæ eſt pro jure naturali *vol.*5. *d* 44 *l.*GGGG.3.

Ius naturæ tollere Princeps nequit, quia eſt immutabile, & ipſo Principe ſuperius *vol.*2.*d.*4.*l.*x.3. *vol.*4.*d.*13.*l.*ppp.2. 3.*d.*16.*l.*xxx. 2.3.*d.*26.*l.*I 1. *volum.*6.*diſp.*8. *l.*Aaa.2.

à Iure tamen naturali interdum in certis quibusdam caſibus receditur, ut ad id ipſum adeundi via ſit commodior; imò violatur quaſi in minori, ut ad id ipſum perveniatur in majori, ſive receditur ab uno, ut conſervetur utrumque *vol.*7.*d.*10. *l.*uu.1. plura hujus rei exempla vide *ibid.* & uu.2.

Jus Naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit, ut marem fœminæ conjungere, liberos procreare, & educare, vim vi repellere *vol.*4.*d.*26.*l.*I.1. *vol.*7.*d.*8. *l.*ss.3. vocatur etiam jus naturale primævum, & non ſpectat ad rationales animæ potentias, quia illæ conſtituunt jus naturale gentium, ita non magis pertinet ad vegetativę bruti, & irrationalis animi partis potentias, quæ ſcilicet neque per ſe rationalis eſt, neque rationis capax, ſed ad ſenſitivam rationis expertis animæ facultatem, quę ut docent Ethici rationis quodammodo eſt particeps, & ſimplici ratione informari poteſt, medium quaſi tenens inter reliquas duas animæ potentias locum. Sequitur quidem edere, bibere, dormire, aliaque, quæ absque ulla ratione ex naturæ neceſſitate ab hominibus fiunt, naturalia quidem eſſe, non tamen juris naturalis *vol.*7.*d.*10.*l.*ss.3.

de Jure autem, & Juſtitia quicquid dicitur, Æquitas ubique prævalet, ſive jus non ſcriptum ſupplendum, ſive ſcriptum, & nimis ſtrictum leniendum ſit. Æquitas autem eſt Legis generaliter conſtitutæ in caſu, & ſpecialibus circumſtantiis ſecundum naturalem rationem recta interpretatio. Magna eſt igitur cum jure naturali affinitas. Quicquid enim per ſe, & ſua vi lex naturæ jubet, aut vetat, illud Æquitas ſpecialiter in hoc, vel illo caſu interpretatur *vol.*7.*d.*10.*l.*un.4.

Jus autem hoc ſimul ſumptum, Romanum olim nuncupatum, nunc commune dicitur, quod eo ob præſtantiam omnes fermè gentes utantur, quanquam Romanum Imperium propterea non agnoſcant *vol.*7.*d.*10.*l.*uu.4.

Juſtitia res omnium eſt pulcherrima, optima, & præſtantiſſima *vol.*2.*d.*1.*l.*d.4.

Zz 2 ad Iu-

Digitized by Google

ad Iuſtitiam nati ſumus, ejusque ubique locorum tantus ſenſus eſt, ut apud omnes homines communi judicio æquum, & bonum ſit *vol.* 7 *.d.*10*.l.*ss.4.

Iuſtitia à Principibus (qui privilegio de ab ipſis non appellando fruuntur) denegatâ, tunc Proceſſus à Camera contra ipſos decernuntur *vol.*2*.d.*6*.l.*tt.3.4.

Iuſtitia eſt jubar Reip. clariſſimum, & orbis totius validiſſimum vinculum *vol.*4. *diſp.*2*. l.*f.2*.d.*10*.l.*aaa.3*.diſp.*15*.l.*ttt.4*.d.*20. *l.*uuuu.1*. d.*26*. l.*H.2.3. eſt ſanitas politiarum: vinculum, & coagulum humanæ ſocietatis, nihilque magis ornat, aut firmat Remp. quàm ſervata juſtitia *volum.*7*.d.*10. *l.*uu.3.

Iuſtitiam Princeps ex omnibus virtutibus maximè colere, & amplecti debet *vol.*4*.d.*2*.l.*f 2.h.1*.d.*15*.l.*ttt.4*.d.*26*.l.*H.2.3. *vol.*5*.d.*17*.l* uuu.1.

ſine Iuſtitia Regnum diu conſiſtere non poteſt *volum.*4*. d.*6*.l.*cc.2*.d.*15*.l.*ttt.4. *d.*26*.l.*H.2.3.

Iuſtitia remota, quid ſunt Regna niſi magna latrocinia *vol.*6*.d.*1*.l.*A.2.

Iuſtitia ſocietati humanæ, Politiæ, & Imperio initium dedit *vol.*4*. d.*10*. l.*aaa. 3.4.

Iuſtitiæ adminiſtratio expeditur exercitio jurisdictionis, quam vocamus actum publicum, quo Magiſtratus ſubditis juxta leges, & æquitatis normam jus dicit. Ad quam requiruntur maximè, conſtantia, ſeveritas, & lenitas *vol.*4*.d.*20. *l.*uuuu.1.

Iuſtitiæ igitur ratio conſiſtit in operatione ſecundum convenientem ordinem, & operationem ſuam *volum.*7*.d.*10. *l.*uu.3.

Iuſtitiæ adminiſtratio eſt duplex: nempe extrajudicialis, cum ſine proceſſu judiciario ex æquo, & bono Magiſtratus, vel per ſeipſum, vel per Commiſſarios jus dicit. Et judicialis, cum per ordinarium judicium jus reddit *vol.*4*.d.*20*.l.*uuuu.1.

Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas vis ſuum cuique tribuendi: Eſtque vel univerſalis, vel particularis: ſecundò, diſtributiva, & commutativa; ejusque præcepta ſunt honeſtè vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere. Cujus duæ ſunt poſitiones, bonum videlicet hominum, publicum, & privatum. Unde jus emergit itidem publicum, & privatum *vol* 4*.d.*26*.l.*H.4.l.1.

ob Iuſtitiam vel denegatam, vel protractam, item nullitatem, judicis recuſationem, & aliam ob cauſam extra appellationem ſolus Cæſar, non etiam Cameta adiri poteſt *vol.*5*.d.*11*.l.*bbb.1.

ſi Iuſtitiam Iudex vel protrahat, vel deneget, an appellatio locum habebit? non putatur: Hoc enim caſu cauſa rectâ devolvitur ad ſuperiorem per viam ſimplicis querelæ. Illo autem promotoriales à proximè ſuperiore petendæ, & obtinendæ, in quibus inferiori judici certus terminus præfigitur, intra quem in cauſa procedat, & juſtitiam faciat cum effectus devolutivi comminatione: quod ſi facere negligat rectâ ad ſuperiorem cauſa devolvitur, nec eſt opus ulla appellatione *vol.*7 *d.*5*.l.*y.3.

L.

ob LÆſę Majeſtatis crimen, etſi capitale ſit, tranſigi tamen non poteſt, imò accuſator etiã invitus accuſationem proſequi tenetur *vol.*1*.d.*7*.l.*ff.4*.d.*11*.l.*G.1.

Læſæ Majeſtatis crimen eſt, quo ſubditus aliquis ſupremum ſuum Magiſtratum, vel ſummam, & univerſam Remp. cui ſubeſt, doloſè offendit, vel eſt, quod adverſus populum Romanum, vel ejus ſecuritatem committitur *vol.7 d.9.l.*qq.3.

Læſæ Majeſtatis crimen aliud eſt perduellionis, aliud propriè Majeſtatis crimen appellatur. Promiſcuè tamen de utroque in Pandectis, & Codice tractatur *vol.7.d 9.l.*qq.3.

Læſæ Majeſtatis crimen in Regem Romanorum committitur *volum.2.d.4.l.*y.4. *vol.6.d.2.l.*K.3.

Læſæ Majeſtatis crimen in Imperii Electores committitur *vol.2. d.4.l.*z.2. *d.7. l.*fFf.1.*&* 2.*vol.4.d.6.l.*bb.3.*d* 19.*l.*oooo.4. *vol.5.d.*12.*l.*hhh.2. *vol.6.d.2.l.*K.3.*vol.7.d.9. l.*qq 3.

Læſæ Majeſtatis crimen etiam in urbes Imperiales committitur *volum.2.d.4. l.*dd.4.*vol.4.d.6 l.*cc.1.

Læſæ Majeſtatis crimen in Principum Conſiliarios committitur, etſi quis eos privato ſolùm odio ductus lædat *volum.2. d.7.l.*hHh.2. *vol.4.d.6 l.*cc.2.*volum.7.d.9. l* qq.3.

Læſæ Majeſtatis crimen in Commiſſarios Cęſareos, & Cameræ Spirenſis committitur, nam ipſe committens violari cenſetur *vol.2.d.7.l.*hHh 3.

Læſæ Majeſtatis crimen principaliter & propriè in Cæſarem & Imperii ſtatum committitur, ſecundariò etiam in Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Reſp. ſuperiorem non recognoſcentes: quia ſuperiorem recognoſcentium Majeſtas propriè nulla eſt, adeoq; nec lædi poteſt *vol.2.d.*25 *l.*HH.3.*vol.4.d.6.l.*bb.2. 3.*&* 4.*&* cc.4.*d.*12. *l.*ggg.4. *volum.5.d.*20. *l.*cccc.3.*vol.6.d.2.l.*K.3.*vol.7.d.9.l.*qq.3.

Læſæ Majeſtatis crimen nunc capitali ſupplicio punitur *vol.2.d.*25. *l.*HH.3. non ſolum is qui revera perpetrat, ſed qui id ſolum tentat, & conatur, effectu etſi non ſuccedente *ibid. vol.*4 *d.6. l.*dd.1. *vol.6.d.2. l.*K.3. bona omnia confiſcantur, memoria delinquentis damnatur, infamia etiam liberis irrogatur, niſi ſint poſt delictum nati. Liberi etiam à maternis bonis matre hoc crimen committente excluduntur *ibid.* Quod ſi filii in alio loco habitant, criminis paterni obnoxii non ſunt *ibid. vol.7.d.9.l.*qq.3.

Læſæ Majeſtatis crimen deferre & accuſare poſſunt omnes, & contra omnes, ſic hoc permiſſum erit Vaſallo contra Dominum, & filio contra Patrem *vol.5. d.*42.*l.*III.4 *d.*43.*l.*MMM.2 3.

Læſæ Majeſtatis crimen, Clericus in Principem committens ejus juriſdictione ſubire cogitur *vol.4 d.2. l.*q.1. aut quid aliud in Rempublicam moliatur, aut privilegiis ſuis abutatur *vol.4.d.*12 *l.*hhh.3.

Læſæ Majeſtatis crimen, eſt crimen ſceleratiſſimum ſacrilegio proximum; atrociſſimum, ſummum crimen vis publicæ, enormiſſimum & graviſſimum criminum atque peccatorum omnium maximum, & nunc proh dolor uſu frequentiſſimum, ſive Majeſtatem Divinam, quam Blaſphemię lædunt, ſive humanam ſpectes quam rebelliones & ſeditiones lædunt *vol.4.d.6.l.*aa.2.

Læſæ Majeſtatis lex Julia, originem ſuam propriè à Cajo Julio Cæſare, etſi prius fuerit, ſumpſit: ubi pulchrè, ab Au-

guſto maximè confirmata *volum.4.diſp.6. l.*aa.3.

Læſæ Majeſtatis crimen in Pontificem ſummum committi, aſſerunt pleriq; noſtri, negant Proteſtantes *vol.4.d.6.l,*cc.3. *vol.6.d.2.l,*K.3.

Læſæ Majeſtatis crimen, Clerici non committunt *vol.4.d.6.l.*cc.4.

Læſæ Majeſtatis crimen in Principes Imperii committitur *volum.4.d.6.l.*bb.3. & 4.*vol.5.d.46.l.*AAAA.3. *vol.6.d.2.l.*K.3. *vol.7.d.9.l.*qq.3.

Læſæ Majeſtatis crimen in Comites & Barones committitur, qui immediatè Imperio ſubſunt, ejusque ſtatus ſunt, non in eos qui Landſaſſii ſunt *vol.4.d.6.l.*bb.4.

Læſæ Majeſtatis crimen committitur ſolùm à ſubditis *vol.4.d.6.l.*cc.4.*vol.7.d.9. l.*qq.3.

Læſæ Majeſtatis crimen committitur dicto vel facto: dicto ſi quis Principi maledixerit: facto maximè, ſi quis Principem prodat vel Rempublicam. 2. ſi quis monetam adulterat. 3. ſi quis privatos carceres conficiat *vol.4.d.6.l.*cc.4.

in Læſæ Majeſtatis judicio ſummariè proceditur, & quilibet etiam infans, miles, ſervus, mulier, uxor contra maritum, filius contra Patrem, & è contra, ad accuſandum & teſtificandum admittitur excepto capitali inimico: neq; quisquam vel dignitate, vel privilegiis ſuis tormentis eximitur *vol.4.d.6.l.*cc.4.

Læſio nulla ſubeſſe creditur, quando tàm damnum, quàm Lucrum contingere poteſt, adeò, ut tali caſu ne minori quidem per reſtitutionem in integrum ſubveniatur *volum 6.d.3.l.*Cc.3. vide Periculi Pretium.

Læſionem enormem ubi actus ſucceſſivus continere incipit, tunc etiam conceſſio aliqua revocanda eſt *volum.6. d.3. l.*Cc.2.

ex Læſione datur reſtitutio in integrum, vide in verbo Reſtitutio.

Læſio ultra dimidium juſti pretii in tranſactione locum non habet *vol.3.d.13. l.*N.1. vide in verbo Tranſactio.

Læſio ſive ex propoſito, ſive reipſa contingat, in jure paria reputantur *vol.4. d.17.l.*L.4.

ex Læſione ultra dimidium juſti pretii aliquis venditionem reſcindere poteſt *vol 1.d.12.l.*E.4.*d.15.l.*K.3. *vol.3.d.13.l.*N.1. *vol.4. d.30.l.*Z.2. *vol.3.d.9.l.*fff.3.

Læſio tunc contingit, ſi quis rem, quæ decem aureis valet, 21 emit *volum.1.d.15. l.*K.3.

Læſio hæc locum habet in venditione decreto judicis celebrata *vol.3.d.13.l.*N.1.

Laicorum ſtatuta cum generalia ſunt, obligant etiam Clericos & Eccleſiam *vol.1.d.12.l.*yy.2.

Laicus ſi jurat, Evangelia ipſa tangere debet, etiam ſi Princeps ſit *vol.2.d.6.l.*ll.1.

Laicus, ſi jus patronatus habet intra quatuor menſes præſentare debet, aliàs devolvitur *vol.2.d.6.l.*pp.2.

Laicus in cauſis ſpiritualibus nec Iudex, nec Arbiter eſſe poteſt *volum.2.d.9. l.*sSs.4. *vol.3.d.3.l.*r.1.

Laici Eccleſiaſtica negotia tractare non debent *vol.6.d.3.l.*Z.4.

Laici decimas ſummi Pontificis conceſſione acquirere poſſunt: verum ejusmodi conceſſio ad Novalium decimas non extenditur, niſi earum quoque mentio ſpecialiter facta ſit *vol.3.d.6.l.*tt.1.

Laicus

Laicus Princeps, quamvis Eccleſiaſticos judicare non poſſit, nihilominus tamen auferre poteſt judicibus ſuis, ut perſonæ Eccleſiaſticę certis caſibus ſuper obligatione ipſis quæſita non audiantur *vol.6.d.2.l.*N.4.

Landtſaſſiæ vox, id eſt, **Landtſäſſerey** noviter adinvēta eſt, & eſt vel facti, & ſumitur pro inſiſtentia, ſeu poſſeſſione prædii, quod quis habet in alicujus Domini territorio, vel juris, & ſumitur pro omni debita obedientia quam quis committit Domino ſuo: & hi Landtſaſſii ſive Nobiles, ſive Barones, ſive Plebei, nihil aliud ſunt quàm ſubditi, ſive homines jurisdictionales, quibus in omnibus à Territorii Domino præcipi ac mandari poteſt, qui Ducem ſive Principem agnoſcunt, ac nominant **jhren Erbherren vnd Landtsfürſten** / & ei omne obſequium promittunt, omniq́ue modo jurisdictioni Domini ſe ſubmittunt, hi autem neceſſariò domicilium in eo loco habere debent, nam ſi ſolùm bona quædam aut feudum poſſideant Landtſaſſii, aut ſubditi non erunt *vol.5.d.17.l.*eeee.4.

Landtſaſſiæ jus, ubi obtinuit, ibi quivis, ſit Comes, Nobilis, Baro, ſi domicilium ibi habeat & habitet, illius Principis ſubditus erit, in cujus territorio habitat in tantum ut & ſi hic Comes feudum ab Imperio obtineat, tamen ratione domicilii, **vnd wegen der Landſäſſerey** ſubditus non Imperii, ſed Principis illius erit, etſi id ipſum domicilium ſit Imperii feudum, quod paſſim in Bavaria & Saxonia videre licet, igitur ille Comes qui nulla alia bona quàm illud Imperii feudum quo ut domicilio utitur, poſſidet, debebit tamen Principi illius territorii præſtare homagium, & fidelitatis juramentum *vol.5.d.17.l.*eeee.4.

Laniones ſordidam & vilem artem exercent *vol.4.d.9.l.*yy.1.

Latrones communi ſecuritate nō gaudent, imò à Magiſtratu graviter perſequendi ſunt, & ab impeditis impunè occiduntur, ſed in captivitatem redacti nunquam amplius ad libertatem proclamare poſſunt *vol.2.d.7.l.*dDd.2.

Lauda ſunt inappellabilia *volum.7.d.5.l.*y.3. vide Appellatio ubi agitur de Compromiſſo, vide Compromiſſum.

Laudationis exceptio juvat reum qui ſive reali ſive perſonali actione pulſatus, in qua potior eſt authoris defenſio, laudare authorem poteſt & petere, ut ei litis cauſa denuncietur, ſi enim denominatus ad reſpondendum ſe offerat, lite reus eximitur *vol.2.d.27.l.*KK.3.

Laudemium in alienatione feudi & emphyteuſi vulgò **Entrag**: id eſt, ſolutio quædam propter novam inveſtituram & recognitionem feudalem Domino debetur ſi is in alienationem conſentiat, nam aliâs jure commiſſi res ipſa ad Dominum revertitur: & ſolvitur plerumque ab emptore, & debetur hoc laudemium in omnibus caſibus, etiam in venditione ad tempus celebrata, velut ſub pacto retrovendendi facta, imò in & ex ipſa retrovenditione etiā diſcedentibus à contractu perfecto contrahentibus: demum in permutatione, datione in ſolutum, donatione *vol.1.d.12.l.*xx.1.2. etſi etiam Emphyteuſis in dotem detur, vel donatio ob ingratitudinem aut liberorum ſupervenientiam revocetur, non ſi venditio reſcinda-

ſcindatur remedio *l.* 2. C. *de reſcind. vend. ibid.l.*xx.3.*vol.*3.*d.*8.*l.*zz.2.

Laudemium etiam tenetur ſolvere conſanguineus retrahens feudum à Domino qui id emit, aut jure feudi ab alio retraxit emptore *vol.*1.*d.*12.*l.*xx.2.

Legatum inter plures æque conjunctos virilibus ſemper dividitur portionibus, ſed tamen re, & verbis conjuncti reliquis omnibus præferuntur *vol.*1.*d.*3.*l.*q.3. *vol.*6.*d.*10.*l.*Ppp.4.

Legatum uxorem, cui à marito ſub conditione, ſi caſtè vixerit, relictum ſit, ſecundò nubentem amittere ajunt, Canoniſtæ, ſed videtur improbandum *vol.*1. *d.*3.*l.*r.1.*vol.*5.*d.*41.*l.*TT.3.

Legato conditio aliqua adſcripta, per quam libertas matrimonii tàm carnalis, quàm ſpiritualis impeditur, Rejicitur *vol* 6 *d.*12.*l.*Ttt.1.

Legatum quod uni ſub conditione eſt, ſcindi ex accidenti conditio non debet,& omnis numerus eorum qui in locum ejus ſubſtituuntur, pro ſingulari perſona eſt habendus *vol.*1.*d.*12.*l.*A.2.

Legatum, cujus conditio certa eſt, & quæ non poteſt non exiſtere, purum dicitur *volum.*6.*d.*12.*l.*Ttt.2.

Legata tot cenſentur, quot res relictæ, etſi etiam unâ, itaque legatarius poteſt unam repudiare, & alteram petere *vol.*1. *d.*12.*l.*D.2. ſic tamen non poteſt acceptare legatum pro parte, & pro parte repudiare *vol.*6.*d.*10.*l.*Ppp.4.

Legatarius inter quem, & teſtatorem capitales inimicitiæ ſupervenerunt, ſpe legati cadit *vol.*1.*d.*12. *l.*F.1.*volum.*3. *d.*10. *l.*D.4.

Legatum ſub conditione ſi liberos ſuſceperint, cum Clerici non eſſent, facti Clerici petere poſſunt *volum.*2. *d.*28. *l.*NN 3.

Legatum ſenibus, aliiſque infirmioribus relictum ad honorem Civitatis pertinet *vol.*2.*d.*28.*l.*NN.3.

Legata pia non admittunt deductionem Trebellianicæ *vol.*3.*d.*5.*l.*ll 4.

Legata ſi tributis obnoxia ſint, ea quæ ante mortem teſtatoris imponuntur ad hæredem quæ poſt mortem ad legatarium ſpectant *vol.*3.*d.*5.*l.*ll 4.

Legatarius poſt mortem teſtatoris efficitur Dominus rei legatæ *vol.*3.*d.*5.*l.*ll.4. *d.*9.*l.*D.3. *vol.*7 *d.*4.*l.*m.4. idem de fideicommiſſariis dicendum, qui legatariis jam per omnia ſunt adæquati *ibid.*

Legata pro malè ablatis libera ſunt, cùm non præſtet beneficium, qui reddit debitum *vol.*3.*d.*5.*l.*ll.4.

in Legatis & fideicommiſſis, ſtatim ex mora uſuræ & fructus peti poſſunt *vol.*3. *d.*7.*l.*xx.1.

Legata hodie & ex teſtamento & ex codicillis ab inteſtato relinqui poſſunt,& fideicommiſſis per omnia exæquata ſunt, & legatum & fidei commiſſum ii demum poſſunt relinquere, qui teſtandi jus habent *vol.*3.*d.*10.*l.*D.2.

Legari illis ſolum poteſt qui ex teſtamento capere poſſunt, adeò ut legatum incapaci relictum ſit nullum alimentorum legato excepto quod incapax interdum conſequi poteſt *volum.*3.*d.*10.*l.*D.2. & 3.

Legata & fideicommiſſa etiam incertæ perſonæ quin & civitates & Collegia percipere poſſunt, & quamvis in nomine, cognomine, pronomine, agnomine legata-

Digitized by Google

legatarii teſtator erraverit; ſi de perſona conſtat, nihilominus valet legatum: & corpora legati omnia & jura, & ſervitutes poſſunt *vol.* 3. *d.* 10. *l.* D. 2.

Legandam rem actu vel potentiâ in rerum naturâ & in commercio eſſe neceſſe eſt, aliâs legatum non ſubſiſtit *vol.* 3. *d.* 10. *l.* D. 2.

Legari poteſt non ſolum teſtatoris & hæredis res ſed etiam aliena: ita legato fundo communi, ſi portio non adjecta ſit, ſed MEUM nominaverit, portio debebitur: nec tamen legata, re quæ legatarii propria eſt, legatum inutile eſt, niſi fortè adjecta ſit conditio *vol.* 3. *d.* 10. *l.* D. 2.

Legata aut purè aut ſub conditione, aut in diem, aut ſub demonſtratione, modo, & cauſa relinqui poſſunt, imò legatum in alterius arbitrium conferri veluti conditio poteſt *vol* 3 *d.* 10 *l.* D 3.

Legatum conditionale, quia non ſtatim ab initio, ſed poſt mortem vim, & effectum demum accipit, conditione pendente nihil juris tribuit *vol.* 6. *d.* 4 *l.* Ll. 3.

Legatum falſa cauſa non vitiat, & quamvis probatur, teſtatorem non fuiſſe aliâs legaturum, tamen legatum ſubſiſtit, & locum habet doli exceptio *vol* 3. *d* 10. *l* D. 3.

Legatum in unam cauſam factum ſi ex ea nullus appareat uſus, in aliam pro legatarii utilitate verti poteſt *volum.* 6. *d.* 8. *l.* Fff. 2.

Legatum ſi ſub modo & conditione relictum ſit, modus, vel conditio impleri debet, niſi per legatarium ſtet, quo minus modus impleatur, qua in re modus à conditione diſcrepat ad quam etiam legatum, quod dotis cauſa fit referri poteſt, & legata pœnæ cauſa relicta hodie firma ſunt *vol.* 3. *d.* 10. *l.* D 3.

Legata generaliter re, Electio eſt legatarii, niſi aliud Teſtator dixerit, vel rem legatam non reliquerit *vol.* 3. *d.* 10. *l* D. 3.

Legatorum effectus hic eſt, ut ab adita hæreditate, recta via ad eum, cui legatur, transeat dominium, retrotrahatque eorum agnitio ad tempus aditionis, ita ut ne momento quidem in perſona hæredis legatum conſtitiſſe intelligatur: poſſeſſionem autem propria authoritate apprehendere legatarius non poteſt, niſi legato velit privari: tamen ſi legatum relictum ſit à teſtatore, propria authoritate capi poteſt: hinc ſi res legata ſine facto, dolo & culpa hæredis perierit, legatario decedit, ejusque deterior fiat conditio, quod ſic accipiendum, ſi hæres moram in ſolvendo, non commiſerit *volum.* 3. *d.* 10. *l.* D. 3. *vol* 6. *d.* 4. *l.* Ll. 3. Nn. 2. *d.* 17. *l.* Hhhh. 3. *vol.* 7. *d.* 4 *l.* m. 4.

Legati itaque poſſeſſio legatario præſtanda venit ab herede ob cauſam Falcidiæ, ſi ipſe occupet, perdit legatum *vol.* 7. *d.* 4. *l* m. 4.

Legatæ rei dominium poſt aditionem, & agnitionem ipſo jure tranſit ad legatarium: poſſeſſio verò ſine reali apprehenſione non tranſit *vol.* 6. *d.* 4. *l* Nn. 2. *vol.* 7. *d.* 4. *l.* m 4.

Legatum invito, ignoranti, & furioſo acquiritur *vol.* 6 *d.* 4. *l.* Ll. 3.

Legatariis id, quod relictum eſt perſequi licet, non ſolum per actiones perſonales, ſed etiam per in rem, & hypothecariam: neutiquam autem via executiva iis agere conceſſum, præterquam ſi teſtator juſſit eos legata à ſibimet ipſis acci-

Digitized by Google

pere: tribus autem iſtis actionibus legatorum ſimul legatarius uti non poteſt,& quamdiu rem vindicare cupit in perſonam agere non poteſt *vol.3.d.10.l.D.3.* & 4. Hypothecaria agere poteſt,quia bona hereditaria tacitè obligata habet *volum.7.d.4.l.q.3.* vide Hypotheca. Præter autem dictas actiones ſuperſunt duæ aliæ,utpote interdictum Salvianum,& ſaluberrimum beneficium *l.fin. C. de Edict.* D. Adriani tollendo, utrumque via Prætoria utiliſſimum,illud ratione pignoris, hoc ratione teſtamenti. Adhuc aliud remedium recenſent Dd. in Camera Imperiali communiter uſitatum,& à Dd. executivum vocatum, in quo de plano, ſine ſtrepitu,ac figura judicii proceditur *ibid.* addunt Canones Epiſcopi implorationem quanquam de piis ſolum cauſis loqui videantur,id cum & leges faciant & quidam canones generales ſint, videtur univerſaliter procedendum *volum.7.d.6. l.dd.1.*

Legatario non ſolum res principales, ſed uſuræ quoque & fructus præſtandi ſunt,in tantum ut legatæ rei alienatione conſentiens actionibus ſuis non privetur,ſed pretii reſtitutionem petere poſſit *vol.3.d.10. l.D.4.*

Legata autem res illic petitur,ubi relicta eſt,vel ubi domicilium hæres habet, niſi probetur eo loco voluiſſe teſtatorem eam præſtari,ubi petitur,vel abſque dolo alio eam hæres tranſtulerit,& teſtatori ea reſervatur libertas, ut legatum illi cui reliquit adimere,& ſi libet in alium transferre poſſit, & ſi dixerit quod adimere nolit *vol.8. d 10.l.D.4.*

Legatæ rei parte alienata, pars quæ non eſt alienata, omninò debetur, pars autem alienata, ita demum, ſi adimendi animo alienata ſit,nec ſi res legata pignori data ſit,adempta videtur *vol.3.d.10.l.D.4.*

ex Legato pluribus relicto reſultat Jus accreſcendi *vol.3.d.10.l.D.4.* vide Accreſcendi Jus.

pro Legatis ad pias cauſas & locis piis relictis hodie actio dupli competit non etiam pro aliis quæ Oeconomus Eccleſiæ, ſi hæres ea inficietur, vel juramento vel per teſtes, vel alia media probare poteſt *vol.3.d 11.l.H.3.*

Legata ad certos uſus vix in alios uſus converti poſſunt præſertim ſi piis cauſis legata ſint, poſſunt tamen aut de hæredum conſenſio aut Principis ordinatione *vol.4.d.5.l.y.1.*

in Legatorum ad pias cauſas converſione ad alios uſus requiritur Epiſcopi authoritas *vol.4.d.5 l.y.1.*

Legatarius in teſtamento teſtis eſſe poteſt *vol.4. d.5.l.z.3.*

Legatum mulieri ſub conditione ne nubat,obtinebit tamen mulier,etſi conditionem non ſervet, nam hæc conditio pro non ſcripta habetur *volum.5. diſp.41. l.TT.3.*

Legata aliquâ re cujus nullum commercium eſt,nec æſtimatio ejus legatario debetur *vol.5.d.42.l.FFF.2.*

Legatarius dominium legati nanciſcitur à die aditæ ab hærede hæreditatis,imò & ante, ſi periculum ſit ne hæres legata perdat, decoquat, abliguriat *vol.5. d.4.l.z.4.*

Legatum ſi alicui ſub hac conditione relictum ſit, ſi quis religionem ſuam mutet,& fortaſſis legantis accipiat,tunc illa condi-

Digitized by Google

conditio pro impoſſibili & ſic pro non ſcripta habetur, & legatum legatario, etſi religionem non mutet, manebit, ubi pulchrè *volum.5.d.*30.*l.*H.1.2.

Legatum incertæ perſonæ relinqui poteſt *vol.2.d.5.d.*32 *l.*P.4.

Legatum ſi mihi ſit aliquid cum onere: tunc onus non debet eſſe majus legato, aliàs non tenebor ad illud onus *vol.6. d.*10.*l.*Ppp.2.

inter Legatum uſusfructus & aliarum rerum hæc eſt differentia, quòd in hoc ſive purè ſive ex die relictum ſit, dies legati cedat à morte teſtatoris, at in illo uſusfructus legato dum cedit dies cum peti poteſt, ſi purè legatus eſt, cedit ab adita hæreditate, ſin ex die, cum & adita eſt hæreditas & dies venit, quod ſi in ſingulos dies, vel menſes, vel annos, item ſi alternis annis relictus ſit, tum plura ſunt legata & per ſingula tempora adjecta cedunt *vol.5. d.*48.*l.*CCCC.4.

Legatum ſi tutori à tutela ſe excuſanti tanquam indigno aufertur, illud non Fiſcō, ſed pupillo cedit *vol.7.d.9.l.*qq.3.

Legatum, aut fideicommiſſum ſi vel uni, vel alteri, quod tabulas teſtamenti celarit, auferatur, illud quoque Fiſco non conceditur, ſed ſcripto heredi accreſcit *vol.7.d.9.l.*qq.3.

Legatum deſtruitur ob inimicitias capitales inter legatarium, & teſtatorem *vol.6.d.16.l* Eeee.4.

Legatum deſtruitur morte legatarii: finitur etiam capitis diminutione perſeverante *vol.6 d.4.l.*Kk.3.

Legatum eſt juris, non facti *vol.6.d.*4. *l.*Ll.3. imò eſt juris, & facti Nn.1.

Legatum annuum eſt facti: quia petendum ex tempore, quod eſt facti, & omnis juris expers. Itaque in illo tot ſunt legata, quot anni, ejusque dies non ſemel cedit, ut aliorum legatorum, ſed ſæpe, id eſt, quotannis *vol 6. d.*4.*l.*Nn.1.

Legatorum non violandorum religio parit ſecuritatem *volum.2. diſp.*7.*l.*yy.1. & gGg.1.

Legationis modus, id eſt, mittendorum legatorum ratio res omninò in Imperiis & rebus neceſſaria eſt: ſunt enim legati, non lingua modò ſed oculi, & aures regnorum *vol.2.d.7.l.*cEc.4. & gGg.1. *vol.4.d* 2.*l.*f.2.

Legatorum jus cum hominum præſidio munitum, tum Jure Divino vallatum eſt: quocirca ſive ad amicos mittantur, ſive ad exteros, & ſive pacis ſint, ſive belli nuncii, omni jure Sancti habentur ab omni injuria defenſi, ac muniti eſſe debent, hinc jure civili Romano ii, qui legatos hoſtium offendiſſent hoſtibus dedebantur: & nunc ii qui Oratores Principum vel illorum comites offendunt, variis pœnis, gravibusque afficiuntur: limitatur tamen hoc, ſi quis ex privata inimicitia legatum offendat *volum.2. diſp.7. l.*gGg.1.*d.*28.*l.*NN.2. & 3.

Legati inferiorum Principum ſi arreſtentur, non propterea ſtatim mandata ſine clauſula à Camera Spirenſi pro relaxatione impetrari poſſunt, ſed ea cauſæ cognitionem ſibi reſervavit *volum.2. diſp.7. l.*gGg.1.

Legati omninò admittendi & audiendi ſunt, quod ſi non fiat contra jus gentium eſt *vol.2. d.7.l.*gGg.1.

Legati conſtante legatione in jus vocari nulla omninò actione poſſunt, nec

Digitized by Google

ipſi etiam alios convenire debent, ſic neque in perſona, neque in bonis poſſunt pignorari aut jure repreſſaliarum capi, vel detineri *vol.2.d.7.l.*gGg 1.& 2. quod ſi ante ſuſceptam legationem negotium illis moveatur, etiam abſentes defendi debeant *ibid.* itaque jus habent ex loco ubi conſiſtunt, revocandi domum, ſed hoc ex contractu ante legationem inito *d.28. l.*NN.4. *vol.5.d.4.l.*aa.3.

Legatorum quoque bona ſarta & tecta defenduntur, nec pro rebus quas ſui uſus, non mercimonii cauſa deferunt, vectigal aut portorium ſolvere tenentur, iiſque hoſpitia non condigna modò, ſed in primis tuta præbentur, in quæ quaſi in Sacraria non intrandum niſi petita veniâ, & reverenter, denique ab iis apud quos legatione perfunguntur uſque adeo non damnis, ut potius donis afficiendi ſunt, & Princeps qui eos ad alium Principem miſit, damnum rerum, quas uſui ſuo & honori ſui Principis ſecum portarunt puta veſtes, vel argentaria at ſine ſua culpa amiſerunt, ipſis emendare cogitur, ut & procurare, ut ipſis à legatione redeuntibus quævis omninò damna & lucra per abſentiam eorum data, ablata, intercepta reſarcit & reſtituit iiſque legatione perfunctis biennii vacatio, ab omnibus civilibus muneribus tribuitur *vol.2. d.7. l.*gGg.2 *vol.3.d.5 l.*gg.1.

Legati ut ſancti, & ab omni offenſione, damnoque ſecuri ſint, multa requiruntur, id eſt, ut legatos eſſe notum ſit, quæ legationis qualitas non eſt originaria, cui ad contrarii uſque probationem ſtandum ſit, ideò ea ſe muniens, ipſam adeſſe probare tenetur, 2. ne ſint inſtructi mandato rei turpis, quod ipſo jure nullum eſt, quocirca ſi legatus iſtius modi mandati vigore aliquid noxium molitus fuerit, prætextus ejus, ſecurum ipſum minimè præſtabit: mitius tamen agitur cum legato qui miniſterium alieno quam qui initium proprio dedit flagitio: tantò magis excuſandus eſſet legatus, ſi inſtructio ipſius nihil ſcelerati præ ſe ferret. Princeps autem ejus aliquid ſubdolæ machinationis ſub ea occultaſſet, quod ipſummet quoque legatum primum deceptum, quo rem magis ſerio majorique confidentia ageret, Principem ad quem eum ablegavit fœlicius deciperet *vol.2. d.7.l.*gGg.2.& 3.

ad Legationem requiritur tertiò, ut legati mandati ſui putà legitimi fines diligenter cuſtodiant, non excedant, nec niſi injuncto munere fungantur. Nec propriis, nec alienis negotiis interim ſe immiſceant, litibusve ſe implicent, atque ſic miniſterium ſuum ſtricte, nec minus candidè atque ſincerè exequantur. Quantumvis etiam mandatum generale cum libera habeant, id tamen non extendant ad ea, quæ jure mandari nequeunt putà ad illicita, cum notam infamiæ ſubeat legatus, qui tale mandatum Principis ſui ad ſcelera producit, neque ad ea de quibus veriſimiliter cogitatum non eſt *vol.2 d.7. l.*gGg.3.

hic Legatus Pontificis, etſi ei generalis legatio commiſſa ſit, ſine ſpeciali mandato non debet manus extendere ad ea, quæ in ſignum privilegii ſingularis Pontifici conceſſa ſunt *vol.7.d.9.l* nn.3.

ad Legationem requiritur quartò, ne legati conſtante legatione contrahant, quia

quia tum ab actione ex contractu ſecuri non erant: multo verò minus delinquant, quia de delictis tempore legationis perpetratis coguntur judicium pati, ſive ipſi deliquerint ſive ſervi eorum, ubi latè: nam ſi ſuam authoritatem ſanctam, ſeque ab injuria immunes eſſe volunt, debent ipſi omninò nihil in Principem & ſtatum ſeu generaliter ſeu in ſpecie committere, ſed ſanctitatem & honeſtatem colere *vol.2.d.7.l.*gGg.3.*&* 4.

ad Legationem requiritur quintò, ut legati eant per vias rectas, quod ſi non curent, Princeps à quo ipſis damna illata refundere non tenetur *volum.2.diſp.7. l.*hHh.1.

ad Legationem requiritur ſextò, ne legationem deſerant, item ne legatione perfecta ſubſiſtant, alioquin privilegia ſuæ ſecuritatis, cum aliis perdunt, omnia autem quæ de legatis Domini etiam ad eorum comites, miniſtros, & famulos pertinent *vol.2 d.7.l.*hHh.1.

Legatis Principes omninò uti debent, ac prudenter faciunt, ſi per eos ceu viros bonos & prudentes negotia curent, & controverſias, nec ipſi ſæpius conveniant, aut colloquia cum aliis deſcendant *vol.4. d.2.l.*f.2.

Legatos alterius Principis etiam non adeò gratos ſplendidè Princeps excipere debet, clementer audire, & magnificè tractare, ne de inhoſpitalitate conquerendi occaſionem præbeat *volum.4. d.2. l.*f.2.

Legati ſint ingenioſi, dexteri, perſpicaces, memores, graves, nobiles, modeſti, ac cum neceſſarium eſt, audaces *vol 5. d.2.l.*k.2.*d.*29.*l.*tttttt.2.3.

Legati omninò mandatum legationis habere debent, idq; exhibere poſſe *vol.5. d.2.l.*k 3.*d.*29.*l.*tttttt.3.

Legatus, ſi aliquid machinetur contra ſtatum Reip. apud quam verſatur, puniri poteſt, ſecus ſi ſolummodò privatum hominem offendat *vol.5.d.*13 *l* iii.3.

Legatis ſecundum generale mandatum, ſecretiora mandata addantur, ne per exhibitionem generalis ſi in eo omnia continerentur, ſecreta inſtructiones pandetentur *vol.5.d.*29.*l.*tttttt.3.

Legati ex eorum perſona quorum vices gerunt, æſtimantur, & honore ac æſtimatione eadem reputantur *volum 5.d.*29. *l.*xxxxxx.1.

Legati Principum in Comitiis non eo jure gaudent, id eſt, honore & ſeſſione; ſi alii Principes adſint *volum.5. diſp* 29. *l.*xxxxxx.1.

Legati Electorum in Comitiis reliquos Principes præcedunt, alios autem Electores præſentes ſequuntur, excepto die electionis Cæſareæ, ubi unusquisque Electoris ſui locum occupat *volum.5.d* 29. *l.*xxxxxx.1.

Legitima debetur liberis ex legis providentia non judicio teſtatoris *vol.7.d.2. l.*h.2.

Legitima ad minus neceſſariò liberis relinqui debet, etſi inſtitutio non complet legitimam ad complementum agitur *vol.5. d.*10.*l.*B.4.

ad Legitimæ actionem nemo admittitur niſi, qui ab inteſtato ſuccedit, quanquam multi ita ſuccedant, & tamen hanc actionem non habeant *vol.7 d.2.l.*d 3 4.

Legitima variis nominibus in jure notatur, quæ ibi vide *vol.7.d.2 l.*d.4.

Digitized by Google

*vol.*7 *d* 2.*l*.h.1. niſi tale ingrediatur, quod bona habere poteſt *ibid*.

Legitima in totum tolli nequit, nam jure naturæ debetur & ſurrogatur in locum alimentorum *vol*.5.*d* 14.*l*.lll.4.

Legitima ſtatuto minui poteſt *volum*.5. *d*.31.*l*.M.1.*vol*.6.*d* 2.*l*.M.3.

Legitima vivo patre, & ante mortis tempus peti poteſt, ſi Pater omnia bona, aut majorem partem donaverit *vol*.7.*d*.2. *l*.h.1.

Legitima vivo patre peti poteſt, ſi patris bona confiſcantur *vol*.7 *d* 2.*l*.h.1.

Legitimam tamen vivus pater, ſi volet, ſolvere poteſt, ſed dilapidata à filio repeti nequit, quanquam ille tum huic alimenta præſtare debeat, non autem patris heres *vol* 7.*d*.2 *l*.h.1.

in Legitima utpote jure naturæ debita filius gravari fideicommiſſo nequit *vol*.5. *d*.32.*l*.P.3.

Legitima filiorum omninò gravari nequit, & hæc portio naturalis nullo modo filiis prohiberi poteſt, niſi in bonis maternis, ubi nihil filiis reſervatur *volum*.6.*d*.2. *l*.M.3. ſic legitima Fiſco applicari non poteſt *ibid* *d*.12 *l*.Ttt.1.*d*.18.*l*.Rrtr.4.

Legitima debetur ex omnibus bonis: eam tamen filius propria authoritate propter æris alieni incertitudinem apprehendere non poteſt, ſed debet expectare donec ipſi à judice aſſignetur, vel jam aſſignata ab herede ſolvatur *vol*.7.*d*.2. *l*.h.4. niſi eam de re certa deduci velit Pater *ibid*.

Legitimam ab omni tempore liberam filius conſequi debet, quamvis alienationem ob filii & hæredis imbecillitatem, cui pietatis causâ credendum eſt teſtatorem conſulere voluiſſe, ad tempus inhiberi poſſe Doctores tradunt contrarium in omnimoda alienationis prohibitione ſtatuentes. Illud certum eſt gravamen legitimæ impoſitum filii conſenſu, & approbatione ſuſtineri: ſimplici tamen aditione ex teſtamento quo in legitimâ gravatus fuit filius, ejusmodi conſenſus vel approbatio non continetur *vol*. 5. *d*. 32. *l*.E 3.

Legitimam filius ſine omni gravamine etiam æris alieni conſequi debet *volum*.7. *d*.2.*l*.h. 2.3.

Legitimæ nec dies, id eſt, ut poſt tantum temporis ſolvatur, nec locus nec modus adjici poteſt, nec obtrudi ullum legati, fideicommiſſi, impenſarum funebrium, prohibitionis, alienationis, libertatis datæ &c. onus *vol*.7 *d*.2.*l*.h.2.

Legitimam, uti filius, ſic pater conſequetur liberam, niſi ad ſecundas tranſierit nuptias *vol*.7.*d* 2.*l*.h.2.

Legitimam etiam arrogati & conjugis ſuperſtitis quidam liberam debere eſſe contendunt *vol*.7.*d*.2.*l*.h.2.

Legitima etiam conſuetudinaria, vel ſtaturaria, id eſt, quando dos legitimæ ſuccedit, gravari nequit *vol*.7.*d*.2.*l*.h.2.

Legitimam an filius non habuerit, & ſic querela inofficioſi agere poſſit, mortis tempus eſt inſpiciendum, nempe an eo tempore quartam bonorum partem teſtator reliquerit? ſi non, tunc habet filius querelam, niſi ſpecialiter judicium patris agnoverit, ac hæredibus querelam pacto vel transactione remiſerit *volum*.5. *d*.33. *l*.S.4.

in Legitima cum filius gravari nequeat, an in eo, ſi ultra illam pater ei aliquid

quid relinquat, poterit? omninò *volum.*7. *d.*2. *l* h.3.

Legitimam filia ex feudo, merè tamen hereditario, capere poteſt, ſi aliunde non habeat *vol.*5 *d.*42.*l.*GGG.2.

an Legitima à patre vivo filio aſſignata augebitur, ſi facultates ejus augeantur? omninò ſi ante mortem augeantur, non verò ſi poſt *vol.*7.*d.*2.*l.*h.1.

in Legitima filii, ſi pupillus deceſſerit, heredes, vel ſubſtituti gravari poſſunt *vol.*7.*d.*2.*l.*h.3.

Legitima illo ſolo gravamine affici poteſt, quod in commodum ejus vergit, & ſic videtur poſſe gravari fideicommiſſo pupillari *vol.*7.*d.*2.*l.*h.3.

Legitimæ gravamen, ſi filius approbavit, valebit *vol.*7.*d.*2.*l.*h.4.

Legitima præcedit legata, item fideicommiſſa *vol.*7.*d.*2.*l.*h.4.

Legitima in pecunia ſolvi non poteſt, niſi agatur de regnis, aut Principalibus *vol.*7.*d.*2.*l* h.4.

Legitima quomodo in re aliena, reſtitutioni, aut fideicommiſſo ſubjecta, aut in fructibus ſolis, aut in re, quæ aliàs imputaretur, aut in re Emphyteutica, aut feudali ſolvi debeat, inſpiciendi authores *vol.*7.*d.*2.*l.*h.4.

Legitimam judex non in omnibus bonis, ſed ſi poſſibile eſt, in una tantum, aut altera re: poterit etiam commode facere partes per ipſum filium, & heredem, & deinde dare electionem filio, vel ècontra, aut ſorte rem dirimere *volum.*7.*d.*2. *l.*h.4.i.1.

in Legitimam omnia ea imputantur, quæ lex imputare expreſsè jubet *volum.*7. *d.*2.*l.*i.1.

Legitima ex quibuscunque bonis detrahetur, ea omnia quoque in legitimam imputantur *vol.*7.*d.*2.*l.*i.1.

in Legitimam imputabitur dos, & donatio propter nuptias, dos autem profectitia, non adventitia *vol.*7.*d.*2.*l.*i.1.

in Legitimam imputabitur donatio inter vivos, ſi contemplatione Legitimæ factam eam eſſe conſtet, & ſi defunctus eam imputari, & conferri voluerit *vol.*7. *d.*3.*l.*i.1.

in Legitimam imputabitur mortis cauſa donatio *vol.*7.*d.*2.*l.*i.1.

in Legitimam imputabuntur fructus percepti, non ex judicio teſtatoris, ſed contra ejus voluntatem, & quidem ultra legitimam, & alii ex bonis dummodo enixe appareat de mente teſtatoris *vol.*7. *d.*2.*l.*i.1.

in Legitimam imputabuntur res alienatæ quæ vis ſive mobiles ſint, ſive immobiles, ſive ſe moventes, ſive nomina debitorum *vol.*7.*d.*2.*l.*i.1.

de his quæ in Legitimam non imputantur, primò hæ generales regulæ tenendæ ſunt: de quibus imputandis lex nihil diſpoſuit, ea omnem prorſus imputationem effugiunt. Item ex quibuscunque bonis non poteſt detrahi legitima, ea nec imputanda. Item, quicquid debetur filiis, ut filiis, non ut heredibus, in legitimam imputari nequit: Item, quæ tanquam æs alienum capiuntur, non imputantur: Item quæ non provenerunt ex ſubſtantia defuncti, nulli ſunt obnoxia imputationi *vol.*7.*d.*2.*l.*i.1.

in Legitimam non imputatur donatio ſimplex, quæ ſtatim robur habet, ac vires, aut ſi ejusmodi donatio facta ſit propter

guſto maximè confirmata *volum.4.diſp.6.l.*aa.3.

Læſæ Majeſtatis crimen in Pontificem ſummum committi, aſſerunt pleriq; noſtri, negant Proteſtantes *vol.4.d.6.l.*cc.3. *vol.6.d.2.l.*K.3.

Læſæ Majeſtatis crimen, Clerici non committunt *vol.4.d.6.l.*cc.4.

Læſæ Majeſtatis crimen in Principes Imperii committitur *volum.4.d.6.l.*bb.3. & 4.*vol.5.d.46.l.*AAAA.3.*vol.6.d.2.l.*K.3. *vol.7.d.9.l.*qq.3.

Læſæ Majeſtatis crimen in Comites & Barones committitur, qui immediatè Imperio ſubſunt, ejusque ſtatus ſunt, non in eos qui Landſaſſii ſunt *vol.4.d.6.l.*bb.4.

Læſæ Majeſtatis crimen committitur ſolùm à ſubditis *vol.4.d.6.l.*cc.4.*vol.7.d.9.l.*qq.3.

Læſæ Majeſtatis crimen committitur dicto vel facto: dicto ſi quis Principi maledixerit: facto maximè, ſi quis Principem prodat vel Rempublicam. 2.ſi quis monetam adulterat. 3.ſi quis privatos carceres conficiat *vol.4.d.6.l.*cc.4.

in Læſæ Majeſtatis judicio ſummariè proceditur, & quilibet etiam infans, miles, ſervus, mulier, uxor contra maritum, filius contra Patrem, & è contra, ad accuſandum & teſtificandum admittitur excepto capitali inimico: neq; quisquam vel dignitate, vel privilegiis ſuis tormentis eximitur *vol.4.d.6.l.*cc.4.

Læſio nulla ſubeſſe creditur, quando tàm damnum, quàm Lucrum contingere poteſt, adeò, ut tali caſu ne minori quidem per reſtitutionem in integrum ſubveniatur *volum 6.d.3.l.*Cc.3. vide Periculi Pretium.

Læſionem enormem ubi actus ſucceſſivus continere incipit, tunc etiam conceſſio aliqua revocanda eſt *volum.6. d.3. l.*Cc.2.

ex Læſione datur reſtitutio in integrum, vide in verbo Reſtitutio.

Læſio ultra dimidium juſti pretii in transactione locum non habet *vol.3.d.13. l.*N.1. vide in verbo Transactio.

Læſio ſive ex propoſito, ſive reipſa contingat, in jure paria reputantur *vol.4. d.27.l.*L.4.

ex Læſione ultra dimidium juſti pretii aliquis venditionem reſcindere poteſt *vol 1.d.12.l.*E.4.*d.15.l.*K.3. *vol.3.d.13.l.*N.1. *vol.4. d.30.l.*Z.2. *vol.3.d.9.l.*fff.3.

Læſio tunc contingit, ſi quis rem, quæ decem aureis valet, 21 emit *volum.1.d.15. l.*K.3.

Læſio hæc locum habet in venditione decreto judicis celebrata *vol.3.d.13.l.*N.1.

Laicorum ſtatuta cum generalia ſunt, obligant etiam Clericos & Eccleſiam *vol.1.d.12.l.*yy.2.

Laicus ſi jurat, Evangelia ipſa tangere debet, etiam ſi Princeps ſit *vol.2.d.6.l.*ll.1.

Laicus, ſi jus patronatus habet intra quatuor menſes præſentare debet, aliâs devolvitur *vol.2.d.6.l.*pp.2.

Laicus in cauſis ſpiritualibus nec Iudex, nec Arbiter eſſe poteſt *volum.2.d.9. l.*sSs.4.*vol.3.d.3.l.*r.1.

Laici Eccleſiaſtica negotia tractare non debent *vol.6.d.3.l.*Z.4.

Laici decimas ſummi Pontificis conceſſione acquirere poſſunt: verum ejusmodi conceſſio ad Novalium decimas non extenditur, niſi earum quoque mentio ſpecialiter facta ſit *vol.3.d.6.l.*tt.1.

Laicus

Laicus Princeps, quamvis Eccleſiaſticos judicare non poſſit, nihilominus tamen auferre poteſt judicibus ſuis, ut perſonæ Eccleſiaſticę certis caſibus ſuper obligatione ipſis quæſita non audiantur *vol.6.d.2.l.*N.4.

Landtſaſſiæ vox, id eſt, Landtſäſſerey noviter adinvēta eſt, & eſt vel facti, & ſumitur pro inſiſtentia, ſeu poſſeſſione prædii, quod quis habet in alicujus Domini territorio, vel juris, & ſumitur pro omni debita obedientia quam quis committit Domino ſuo: & hi Landtſaſſii ſive Nobiles, ſive Barones, ſive Plebei, nihil aliud ſunt quàm ſubditi, ſive homines juriſdictionales, quibus in omnibus à Territorii Domino præcipi ac mandari poteſt, qui Ducem ſive Principem agnoſcunt, ac nominant ihren Erbherren vnd Landtsfürſten / & ei omne obſequium promittunt, omniq́ue modo juriſdictioni Domini ſe ſubmittunt, hi autem neceſſariò domicilium in eo loco habere debent, nam ſi ſolùm bona quædam aut feudum poſſideant Landtſaſſii, aut ſubditi non erunt *vol.5.d.17.l.*eeee.4.

Landtſaſſiæ jus, ubi obtinuit, ibi quivis, ſit Comes, Nobilis, Baro, ſi domicilium ibi habeat & habitet, illius Principis ſubditus erit, in cujus territorio habitat in tantum ut & ſi hic Comes feudum ab Imperio obtineat, tamen ratione domicilii, vnd wegen der Landſäſſerey ſubditus non Imperii, ſed Principis illius erit, etſi id ipſum domicilium ſit Imperii feudum, quod paſſim in Bavaria & Saxonia videre licet, igitur ille Comes qui nulla alia bona quàm illud Imperii feudum quo ut domicilio utitur, poſſidet, debebit tamen Principi illius territorii præſtare homagium, & fidelitatis juramentum *vol.5.d.17.l.*eeee.4.

Laniones ſordidam & vilem artem exercent *vol.4.d.9.l.*yy.1.

Latrones communi ſecuritate nō gaudent, imò à Magiſtratu graviter perſequendi ſunt, & ab impeditis impunè occiduntur, ſed in captivitatem redacti nunquam amplius ad libertatem proclamare poſſunt *vol.2.d.7.l.*dDd.2.

Lauda ſunt inappellabilia *volum.7.d.5.l.*y.3. vide Appellatio ubi agitur de Compromiſſo, vide Compromiſſum.

Laudationis exceptio juvat reum qui ſive reali ſive perſonali actione pulſatus, in qua potior eſt authoris defenſio, laudare authorem poteſt & petere, ut ei litis cauſa denuncietur, ſi enim denominatus ad reſpondendum ſe offerat, lite reus eximitur *vol.2.d.27.l.*KK.3.

Laudemium in alienatione feudi & emphyteuſi vulgò Entrag: id eſt, ſolutio quædam propter novam inveſtituram & recognitionem feudalem Domino debetur ſi is in alienationem conſentiat, nam aliâs jure commiſſi res ipſa ad Dominum revertitur: & ſolvitur plerumque ab emptore, & debetur hoc laudemium in omnibus caſibus, etiam in venditione ad tempus celebrata, velut ſub pacto retrovendendi facta, imò in & ex ipſa retrovenditione etiā diſcedentibus à contractu perfecto contrahentibus: demum in permutatione, datione in ſolutum, donatione *vol.1.d.12.l.*xx.1.2. etſi etiam Emphyteuſis in dotem detur, vel donatio ob ingratitudinem aut liberorum ſupervenientiam revocetur, non ſi venditio reſcinda-

Digitized by Google

ſcindatur remedio *l.* 2. *C. de reſcind. vend. ibid.l.*xx.3.*vol.*3.*d.*8.*l.*zz.2.

Laudemium etiam tenetur ſolvere conſanguineus retrahens feudum à Domino qui id emit, aut jure feudi ab alio retraxit emptore *vol.*1.*d.*12.*l.*xx.2.

Legatum inter plures æque conjunctos virilibus ſemper dividitur portionibus, ſed tamen re, & verbis conjuncti reliquis omnibus præferuntur *vol.*1.*d.*3.*l.*q.3. *vol.*6.*d.*10.*l.*Ppp.4.

Legatum uxorem, cui à marito ſub conditione, ſi caſtè vixerit, relictum ſit, ſecundò nubentem amittere ajunt, Canoniſtæ, ſed videtur improbandum *vol.*1. *d.*3.*l.*t.1.*vol.*5.*d.*41.*l.*TT.3.

Legato conditio aliqua adſcripta, per quam libertas matrimonii tàm carnalis, quàm ſpiritualis impeditur, Rejicitur *vol* 6 *d.*12.*l.*Ttt.1.

Legatum quod uni ſub conditione eſt, ſcindi ex accidenti conditio non debet, & omnis numerus eorum qui in locum ejus ſubſtituuntur, pro ſingulari perſona eſt habendus *vol.*1.*d.*12.*l.*A.2.

Legatum, cujus conditio certa eſt, & quæ non poteſt non exiſtere, purum dicitur *volum.*6.*d.*12.*l.*Ttt.2.

Legata tot cenſentur, quot res relictæ, etſi etiam unâ, itaque legatarius poteſt unam repudiare, & alteram petere *vol.*1. *d.*12.*l.*D.2. ſic tamen non poteſt acceptare legatum pro parte, & pro parte repudiare *vol.*6.*d.*10.*l.*Ppp.4.

Legatarius inter quem, & teſtatorem capitales inimicitiæ supervenerunt, ſpe legati cadit *vol.*1.*d.*12. *l.*F.1.*volum.*3. *d.*10. *l.*D.4.

Legatum ſub conditione ſi liberos ſuſceperint, cum Clerici non eſſent, facti Clerici petere poſſunt *volum.*2. *d.*28. *l.*NN 3.

Legatum ſenibus, aliiſque infirmioribus relictum ad honorem Civitatis pertinet *vol.*2.*d.*28.*l.*NN.3.

Legata pia non admittunt deductionem Trebellianicæ *vol.*3.*d.*5.*l.*ll 4.

Legata ſi tributis obnoxia ſint, ea quæ ante mortem teſtatoris imponuntur ad hæredem quæ poſt mortem ad legatarium ſpectant *vol.*3.*d.*5.*l.*ll 4.

Legatarius poſt mortem teſtatoris efficitur Dominus rei legatæ *vol.*3.*d.*5.*l.*ll.4. *d.*9.*l.*D.3. *vol.*7 *d.*4.*l.*m.4. idem de fideicommiſſariis dicendum, qui legatariis jam per omnia ſunt adæquati *ibid.*

Legata pro malè ablatis libera ſunt, cùm non præſtet beneficium, qui reddit debitum *vol.*3. *d.*5.*l.*ll.4.

in Legatis & fideicommiſſis, ſtatim ex mora uſuræ & fructus peti poſſunt *vol.*3. *d.*7.*l.*xx.1.

Legata hodie & ex teſtamento & ex codicillis ab inteſtato relinqui poſſunt, & fideicommiſſis per omnia exæquata ſunt, & legatum & fidei commiſſum ii demum poſſunt relinquere, qui teſtandi jus habent *vol.*3.*d.*10.*l.*D.2.

Legari illis ſolum poteſt qui ex teſtamento capere poſſunt, adeò ut legatum incapaci relictum ſit nullum alimentorum legato excepto quod incapax interdum conſequi poteſt *volum.*3.*d.*10.*l.*D.2. & 3.

Legata & fideicommiſſa etiam incertæ perſonæ quin & civitates & Collegia percipere poſſunt, & quamvis in nomine, cognomine, pronomine, agnomine legata-

Digitized by Google

legatarii teſtator erraverit; ſi de perſona conſtat, nihilominus valet legatum: & corpora legati omnia & jura, & ſervitutes poſſunt *vol.3.d.10.l.D.2.*

Legandam rem actu vel potentiâ in rerum naturâ & in commercio eſſe neceſſe eſt, aliàs legatum non ſubſiſtit *vol.3. d.10.l.D.2.*

Legari poteſt non ſolum teſtatoris & hæredis res ſed etiam aliena: ita legato fundo communi, ſi portio non adjecta ſit, ſed MEUM nominaverit, portio debebitur: nec tamen legata, re quæ legatarii propria eſt, legatum inutile eſt, niſi fortè adjecta ſit conditio *vol.3.d.10.l D.2.*

Legata aut purè aut ſub conditione, aut in diem, aut ſub demonſtratione, modo, & cauſa relinqui poſſunt, imò legatum in alterius arbitrium conferri veluti conditio poteſt *vol 3 d.10 l.D 3.*

Legatum conditionale, quia non ſtatim ab initio, ſed poſt mortem vim, & effectum demum accipit, conditione pendente nihil juris tribuit *vol.6.d.4 l.Ll.3.*

Legatum falſa cauſa non vitiat, & quamvis probatur, teſtatorem non fuiſſe aliàs legaturum, tamen legatum ſubſiſtit, & locum habet doli exceptio *vol 3. d 10. l D.3.*

Legatum in unam cauſam factum ſi ex ea nullus appareat uſus, in aliam pro legatarii utilitate verti poteſt *volum.6.d.8. l.Fff.2.*

Legatum ſi ſub modo & conditione relictum ſit, modus, vel conditio impleri debet, niſi per legatarium ſtet, quo minus modus impleatur, qua in re modus à conditione diſcrepat ad quam etiam legatum, quod dotis cauſa fit referri poteſt, & legata pœnæ cauſa relicta hodie firma ſunt *vol.3.d.10. l.D.3.*

Legata generaliter re, Electio eſt legatarii, niſi aliud Teſtator dixerit, vel rem legatam non reliquerit *vol.3.d.10.l D.3.*

Legatorum effectus hic eſt, ut ab adita hæreditate, recta via ad eum, cui legatur, transeat dominium, retrotrahatque eorum agnitio ad tempus aditionis, ita ut ne momento quidem in perſona hæredis legatum conſtitiſſe intelligatur: poſſeſſionem autem propria authoritate apprehendere legatarius non poteſt, niſi legato velit privari: tamen ſi legatum relictum ſit à teſtatore, propria authoritate capi poteſt: hinc ſi res legata ſine facto, dolo & culpa hæredis perierit, legatario decedit, ejusque deterior fiat conditio, quod ſic accipiendum, ſi hæres moram in ſolvendo, non commiſerit *volum.3.d.10. l.D.3.vol 6.d.4.l.Ll.3.Nn.2.d.17.l.Hhhh. 3.vol.7.d.4 l.m.4.*

Legati itaque poſſeſſio legatario præſtanda venit ab herede ob cauſam Falcidiæ, ſi ipſe occupet, perdit legatum *vol.7. d.4.l m.4.*

Legatæ rei dominium poſt aditionem, & agnitionem ipſo jure tranſit ad legatarium: poſſeſſio verò ſine reali apprehenſione non tranſit *vol.6.d.4.l Nn.2. vol.7. d.4.l.m 4.*

Legatum inviro, ignoranti, & furioſo acquiritur *vol.6 d.4.l.Ll.3.*

Legatariis id, quod relictum eſt perſequi licet, non ſolum per actiones perſonales, ſed etiam per in rem, & hypothecariam: neutiquam autem via executiva iis agere conceſſum, præterquam ſi teſtator juſſit eos legata à ſibimet ipſis acci-

Digitized by Google

pere: tribus autem iſtis actionibus legatorum ſimul legatarius uti non poteſt,& quamdiu rem vindicare cupit in perſonam agere non poteſt *vol.3. d.*10. *l.*D.3. & 4.Hypothecaria agere poteſt,quia bona hereditaria tacitè obligata habet *volum.7.d.4.l.*q.3. vide Hypotheca. Præter autem dictas actiones ſuperſunt duæ aliæ,utpote interdictum Salvianum,& ſaluberrimum beneficium *l.fin.* C. *de Edict.* D. Adriani tollendo, utrumque via Prætoria utiliſſimum,illud ratione pignoris, hoc ratione teſtamenti. Adhuc aliud remedium recenſent Dd. in Camera Imperiali communiter uſitatum,& à Dd. executivum vocatum, in quo de plano, ſine ſtrepitu,ac figura judicii proceditur *ibid.* addunt Canones Epiſcopi implorationem quanquam de piis ſolum cauſis loqui videantur,id cum & leges faciant & quidam canones generales ſint, videtur univerſaliter procedendum *volum.7.d.6. l.*dd.1.

Legatario non ſolum res principales, ſed uſuræ quoque & fructus præſtandi ſunt,in tantum ut legatæ rei alienatione conſentiens actionibus ſuis non privetur,ſed pretii reſtitutionem petere poſſit *vol.3.d.*10. *l.*D.4.

Legata autem res illic petitur,ubi relicta eſt,vel ubi domicilium hæres habet, niſi probetur eo loco voluiſſe teſtatorem eam præſtari,ubi petitur,vel abſque dolo alio eam hæres tranſtulerit,& teſtatori ea reſervatur libertas, ut legatum illi cui reliquit adimere,& ſi libet in alium transferre poſſit, & ſi dixerit quod adimere nolit *vol.*8. *d* 10.*l.*D.4.

Legatæ rei parte alienata, pars quæ non eſt alienata, omninò debetur, pars autem alienata, ita demum, ſi adimendi animo alienata ſit,nec ſi res legata pignori data ſit,adempta videtur *vol.3.d.*10.*l.*D.4.

ex Legato pluribus relicto reſultat Jus accreſcendi *vol.3.d.*10.*l.*D.4. vide Accreſcendi Jus.

pro Legatis ad pias cauſas & locis piis relictis hodie actio dupli competit non etiam pro aliis quæ Oeconomus Eccleſiæ, ſi hæres ea inficietur, vel juramento vel per teſtes, vel alia media probare poteſt *vol.3.d* 11. *l.*H.3.

Legata ad certos uſus vix in alios uſus converti poſſunt præſertim ſi piis cauſis legata ſint, poſſunt tamen aut de hæredum conſenſio aut Principis ordinatione *vol.4.d.5.l.*y.1.

in Legatorum ad pias cauſas converſione ad alios uſus requiritur Epiſcopi authoritas *vol.4.d.5 l.*y.1.

Legatarius in teſtamento teſtis eſſe poteſt *vol.4. d.5.l.*z.3.

Legatum mulieri ſub conditione ne nubat,obtinebit tamen mulier,etſi conditionem non ſervet, nam hæc conditio pro non ſcripta habetur *volum.5. diſp.*41. *l.*TT.3.

Legata aliquâ re cujus nullum commercium eſt,nec æſtimatio ejus legatatio debetur *vol.5.d.*42.*l.*FFF.2.

Legatarius dominium legati nanciſcitur à die aditæ ab hærede hæreditatis,imò & ante, ſi periculum ſit ne hæres legata perdat, decoquat, abliguriat *vol.5. d.4.l.*z.4.

Legatum ſi alicui ſub hac conditione relictum ſit, ſi quis religionem ſuam mutet,& fortaſſis legantis accipiat,tunc illa condi-

conditio pro impoſſibili & ſic pro non ſcripta habetur, & legatum legatario, etſi religionem non mutet, manebit, ubi pulchrè *volum.5.d.*30.*l.*H.1.2.

Legatum incertæ perſonæ relinqui poteſt *vol.2.d.5.d.*32 *l.*P.4.

Legatum ſi mihi ſit aliquid cum onere: tunc onus non debet eſſe majus legato, aliàs non tenebor ad illud onus *vol.6. d.*10.*l.*Ppp.2.

Inter Legatum uſusfructus & aliarum rerum hæc eſt differentia, quòd in hoc ſive purè ſive ex die relictum ſit, dies legati cedat à morte teſtatoris, at in illo uſusfructus legato dum cedit dies cum peti poteſt, ſi purè legatus eſt, cedit ab adita hæreditate, ſin ex die, cum & adita eſt hæreditas & dies venit, quod ſi in ſingulos dies, vel menſes, vel annos, item ſi alternis annis relictus ſit, tum plura ſunt legata & per ſingula tempora adjecta cedunt *vol.5.d.*48.*l.*CCCC.4.

Legatum ſi tutori à tutela ſe excuſanti tanquam indigno aufertur, illud non Fiſco, ſed pupillo cedit *vol.7.d.9.l.*qq.3.

Legatum, aut fideicommiſſum ſi vel uni, vel alteri, quod tabulas teſtamenti celarit, auferatur, illud quoque Fiſco non conceditur, ſed ſcripto heredi accreſcit *vol.7.d.9.l.*qq.3.

Legatum deſtruitur ob inimicitias capitales inter legatarium, & teſtatorem *vol.6.d.*16.*l* Eccc.4.

Legatum deſtruitur morte legatarii: finitur etiam capitis diminutione perſeverante *vol.6 d.4.l.*Kk.3.

Legatum eſt juris, non facti *vol.6.d.* 4. *l.*Ll.3. imò eſt juris, & facti Nn.1.

Legatum annuum eſt facti: quia petendum ex tempore, quod eſt facti, & omnis juris expers. Itaque in illo tot ſunt legata, quot anni, ejusque dies non ſemel cedit, ut aliorum legatorum, ſed ſæpe, id eſt, quotannis *vol.6.d.4.l.*Nn.1.

Legatorum non violandorum religio parit ſecuritatem *volum.2.diſp.7.l.*yy.1. & gGg.1.

Legationis modus, id eſt, mittendorum legatorum ratio res omninò in Imperiis & rebus neceſſaria eſt; ſunt enim legati, non lingua modò ſed oculi, & aures regnorum *vol.2.d.7.l.*eEe.4. & gGg.1. *vol.4.d* 2.*l.*f.2.

Legatorum jus cum hominum præſidio munitum, tum Jure Divino vallatum eſt: quocirca ſive ad amicos mittantur, ſive ad exteros, & ſive pacis ſint, ſive belli nuncii, omni jure Sancti habentur ab omni injuria defenſi, ac muniti eſſe debent, hinc jure civili Romano ii, qui legatos hoſtium offendiſſent hoſtibus dedebantur: & nunc ii qui Oratores Principum vel illorum comites offendunt, variis pœnis, gravibusque afficiuntur: limitatur tamen hoc, ſi quis ex privata inimicitia legatum offendat *volum.2.diſp.7. l.*gGg.1.*d.*28.*l.*NN.2. & 3.

Legati inferiorum Principum ſi arreſtentur, non propterea ſtatim mandata ſine clauſula à Camera Spirenſi pro relaxatione impetrari poſſunt, ſed ea cauſæ cognitionem ſibi reſervavit *volum.2. diſp.7. l.*gGg.1.

Legati omninò admittendi & audiendi ſunt, quod ſi non fiat contra jus gentium eſt *vol.2.d.7.l.*gGg.1.

Legati conſtante legatione in jus vocari nulla omninò actione poſſunt, nec

Aaa 2 ipſi

Digitized by Google

ipſi etiam alios convenire debent, ſic neque in perſona, neque in bonis poſſunt pignorari aut jure repreſſaliarum capi, vel detineri *vol.2.d.7.l.*gGg 1.*&* 2. quod ſi ante ſuſceptam legationem negotium illis moveatur, etiam abſentes defendi debeant *ibid.* itaque jus habent ex loco ubi conſiſtunt, revocandi domum, ſed hoc ex contractu ante legationem inito *d.*28. *l.*NN.4.*vol.5.d.4.l.*aa.3.

Legatorum quoque bona ſarta & tecta defenduntur, nec pro rebus quas ſui uſus, non mercimonii cauſa deferunt, vectigal aut portorium ſolvere tenentur: iisque hoſpitia non condigna modò, ſed in primis tuta præbentur, in quæ quaſi in Sacraria non intrandum niſi petitâ veniâ, & reverenter, denique ab iis apud quos legatione perfunguntur uſque adeo non damnis, ut potius donis afficiendi ſunt, & Princeps qui eos ad alium Principem miſit, damnum rerum, quas uſui ſuo & honori ſui Principis ſecum portarunt puta veſtes, vel argentaria at ſine ſua culpa amiſerunt, ipſis emendare cogitur, ut & procurare, ut ipſis à legatione redeuntibus quævis omninò damna & lucra per abſentiam eorum data, ablata, intercepta reſarcit & reſtituit iisque legatione perfunctis biennii vacatio, ab omnibus civilibus muneribus tribuitur *vol.2. d.7. l.*gGg.1 *vol.3.d.5 l.*gg.1.

Legati ut ſancti, & ab omni offenſione, damnoque ſecuri ſint, multa requiruntur, id eſt, ut legatos eſſe notum ſit, quæ legationis qualitas non eſt originaria, cui ad contrarii uſque probationem ſtandum ſit, ideò ea ſe muniens, ipſam adeſſe probare tenetur, 2. ne ſint inſtructi mandato rei turpis, quod ipſo jure nullum eſt, quocirca ſi legatus iſtius modi mandati vigore aliquid noxium molitus fuerit, prætextus ejus, ſecurum ipſum minimè præſtabit: mitius tamen agitur cum legato qui miniſterium alieno quam qui initium proprio dedit flagitio: tantò magis excuſandus eſſet legatus, ſi inſtructio ipſius nihil ſcelerati præ ſe ferret. Princeps autem ejus aliquid ſubdolæ machinationis ſub ea occultaſſet, quod ipſummet quoque legatum primum deceptum, quo rem magis ſerio majorique confidentia ageret, Principem ad quem eum ablegavit fœlicius deciperet *vol.2. d.7.l.*gGg.2.*&* 3.

ad Legationem requiritur tertiò, ut legati mandati ſui putà legitimi fines diligenter cuſtodiant, non excedant, nec ſibi injuncto munere fungantur. Nec propriis, nec alienis negotiis interim ſe immiſceant, litibusve ſe implicent, atque ſic miniſterium ſuum ſtricte, nec minus candidè atque ſincerè exequantur. Quantumvis etiam mandatum generale cum libera habeant, id tamen non extendant ad ea, quæ jure mandari nequeunt putà ad illicita, cum notam infamiæ ſubeat legatus, qui tale mandatum Principis ſui ad ſcelera producit, neque ad ea de quibus veriſimiliter cogitatum non eſt *vol.2 d.7. l.*gGg.3.

ne Legatus Pontificis, etſi ei generalis legatio commiſſa ſit, ſine ſpeciali mandato non debet manus extendere ad ea, quę in ſignum privilegii ſingularis Pontifici conceſſa ſunt *vol.7.d.9.l* nn.3.

ad Legationem requiritur quartò, ne legati conſtante legatione contrahant, quia

Digitized by Google

quia tum ab actione ex contractu ſecuri non erunt: multo verò minus delinquant, quia de delictis tempore legationis perpetratis coguntur judicium pati, ſive ipſi deliquerint ſive ſervi eorum, ubi latè: nam ſi ſuam authoritatem ſanctam, ſeque ab injuria immunes eſſe volunt, debent ipſi omninò nihil in Principem & ſtatum ſeu generaliter ſeu in ſpecie committere, ſed ſanctitatem & honeſtatem colere *vol.2.d.7.l.*gGg.3.& 4.

ad Legationem requiritur quintò, ut legati eant per vias rectas, quod ſi non curent, Princeps à quo ipſis damna illata refundere non tenetur *volum.2.diſp.7.l.*hHh.1.

ad Legationem requiritur ſextò, ne legationem deſerant, item ne legatione perfecta ſubſiſtant, alioquin privilegia ſuæ ſecuritatis, cum aliis perdunt, omnia autem quæ de legatis Domini etiam ad eorum comites, miniſtros, & famulos pertinent *vol.2 d.7.l.*hHh.1.

Legatis Principes omninò uti debent, ac prudenter faciunt, ſi per eos ceu viros bonos & prudentes negotia curent, & controverſias, nec ipſi ſæpius conveniant, aut colloquia cum aliis deſcendant *vol.4. d.2.l.*f.2.

Legatos alterius Principis etiam non adeò gratos ſplendidè Princeps excipere debet, clementer audire, & magnificè tractare, ne de inhoſpitalitate conquerendi occaſionem præbeat *volum.4. d.2. l.*f.2.

Legati ſint ingenioſi, dexteri, perſpicaces, memores, graves, nobiles, modeſti, ac cum neceſſarium eſt, audaces *vol 5. d.2.l.*k.2. *d.29.l.*tttttt.2.3.

Legati omninò mandatum legationis habere debent, idq; exhibere poſſe *vol.5. d.2.l.*k 3.*d.29.l.*tttttt.3.

Legatus, ſi aliquid machinetur contra ſtatum Re.p. apud quam verſatur, puniri poteſt, ſecus ſi ſolummodò privatum hominem offendat *vol.5.d.*13 *l* iii.3.

Legatis ſecundum generale mandatum, ſecretiora mandata addantur, ne per exhibitionem generalis ſi in eo omnia continerentur, ſecretæ inſtructiones panderentur *vol.5.d.29.l.*tttttt.3.

Legati ex eorum perſona quorum vices gerunt, æſtimantur, & honore ac æſtimatione eadem reputantur *volum 5.d.29. l.*xxxxxx.1.

Legati Principum in Comitiis non eo jure gaudent, id eſt, honore & ſeſſione; ſi alii Principes adſint. *volum.5. diſp 29. l.*xxxxxx.1.

Legati Electorum in Comitiis reliquos Principes præcedunt, alios autem Electores præſentes ſequuntur, excepto die electionis Cæſareæ, ubi unusquisque Electoris ſui locum occupat *volum.5.d 29. l.*xxxxxx.1.

Legitima debetur liberis ex legis providentia non judicio teſtatoris *vol.7.d.2. l.*h.2.

Legitima ad minus neceſſariò liberis relinqui debet, etſi inſtitutio non complet legitimam ad complementum agitur *vol.5.d.*10.*l.*B.4.

ad Legitimæ actionem nemo admittitur niſi, qui ab inteſtato ſuccedit, quanquam multi ita ſuccedant, & tamen hanc actionem non habeant *vol.7 d.2.l.*d 3 4.

Legitima variis nominibus in jure notatur, quæ ibi vide *vol.7.d.2 l.*d.4.

Digitized by Google

Legitima diverſo reſpectu favorabilis eſt, & odioſa *vol.7.d.3.l.d.4.*

Legitima eſt portio ejus, quòd ab inteſtato quis conſequutus fuiſſet quæ interdum appellatur Falcidia, nonnunquam debitorum bonorum Subſidium, aliquando Quarta *vol.3.d.*10. *l.*F.4. G.1. *vol.5.d.*14. *l.*mmm.1. vel eſt portio, quam naturali ratione dictante jus civile parentibus, & liberis ex patrimonio teſtato defuncti abſque omni onere deducto prius ære alieno, & impenſa funeris aſſignat *vol.7.d.2.l.*d.4.

Legitimam quando filius ſolam recipit, non tàm dicitur à parentibus aliquid recipere, quàm ab ipſa lege, nec ipſi de ſuo dare, ſed neceſſario relinquendum ſolvere, & filius rem debitam recipere: unde & jura filium creditorem in Legitima appellant *volum.6.d.16.l.*Aaaa.4.*d.*18. *l.*Rrrr.4.

Legitima & hereditatis, & bonorum quota eſt *vol.7.d.2.l.*d.4.e.1.

Legitima inofficioſi teſtamenti querelam amovet, ſive iſta, ſive pars ejus relicta ſit, hæc, ſi tantùm ſit, ad ſupplementum agitur *vol.3.d.*10.*l.*F.4. & parentibus etiam legitima relinqui debet, ſi quis inofficioſi querelam excludere velit *ibid. l.*E.1.*vol.7.d.2.l.*d.3.e.4.

Legitimam ſolam ſpreta Patris hereditate filius retinere non poteſt *vol.7.d.2. l.*e.1.

Legitima debetur liberis natura, fratribus ex civili magis ratione, quàm naturali: illa igitur ſtatuto tolli non poteſt, minui tamen poteſt *vol.3.d.*10.*l.*G.1. & debetur quidem non ſolum ex poſitivo, ſed etiam naturali jure *vol.7.d.2.l.*e.2.3. quomodo autem ſæpe imminuatur, imò ferè tollatur vide *ibid. l.*e.3 4. arrogatis, & adoptivis debeatur vide *ibid. l.*f.1. & legitimatis *ib.* ubi plura de legitimatis. Et poſthumis *ibid.* & nepotibus *ibid.*

Legitima non debetur Spuriis, & nothis *volum.7.d.2.l.*e.4.f.2. niſi à matre *ibid.* ſi non ſit illuſtris *ibid.* legitima nec debetur naturalibus *ibid.*

Legitimæ quantitas hodie pro numero liberorum varia eſt, ut ſi liberi ſint quatuor vel pauciores, legitima ſit triens, ſin quinque vel plures ſemiſſis *vol.3.d.*10. *l.*G.1. *vol.7. d.2. l.*e.1. in Curialibus & iiſdem nuptis fœminis eſt dodrans, id eſt, novem unciæ, aut tres quadrantes *ibid.* Parentum triens eſt, Collateralium quadrans *ibid.l.*e.2.

Legitima an ejus partis, quæ ab inteſtato venire debebat, an verò totius ſubſtantiæ defuncti portio ſit? eſt difficilis quæſtio *volum.7.d.2.l.*e.2. ſicut non minus difficilis quæſtio eſt, quando mater cum fratribus teſtato defuncti concurrit *ibid.*

Legitimæ petitio fit condictione ex lege, & inſtituitur ab heredibus non legatariis, & licet heres qui ex Patrimonio defuncti, vel inſtitutionis vel legati, ſi tamen filius ex diſpoſitione Patris, inter vivos aliquid acceperit, in legitimam id nequaquam imputabit: legitimæ verò computationem effugiunt ſumptus ſtudiorum cauſa facti, item alimenta *vol.3.d.*10. *l.*G.1.

Legitima hoc modo vivo teſtatore peti non poteſt, ſed mortis tempus eſt expectandum *vol.7.d.2.l.*g.4. cujus æſtimatio ab eodem tempore ineunda eſt, ita ut augmentum, neque decrementum mortuo

tuo patre admittat,etſi de incremento intrinſeco alia poſſit eſſe opinio *ibid.* peti non poteſt,niſi mortuo patre,etſi hic monaſterium ingreſſus ſit *vol.7.d.6.l.*dd.1.

in Legitimę negotio adeò mortis tempus eſt expectandum, ut nec à patre prodigo peti poſſit *vol.7.d.2.l.*h.1.

in Legitima tempus mortis teſtatoris adeò expectandum,ut quamvis filius delinquat,tamen pater eam pro filio ſolvere cogi non poſſit: imò filius,ſi poſtea pater moritur, non tenebitur pro delicto anteriori per eam ſatisfacere *vol.7. d.2. l.*g.4. quanquam ſæpe ſtatutum efficiat contrarium *ibid.*

ad Legitimam ſupplementi petitio evaneſcit,ſi exhæredatus ſupplemento renunciavit, aut ſi intra tempus juſtum ad ſuppletionem legitimæ agere non ſuſtinuit, & denique, ſi cauſa teſtamento inſerta, & ab hærede inſtituto probata ſit *vol.3.d.*10.*l.*G.1.

Legitima debetur nepotibus, etſi pater eorum fuerit exheredatus *vol.7. d.2. l.*f.2.

quoad Legitimam aſcendentes naturalibus præferuntur: illis enim neceſſitas eſt legis relinquere partem propriæ ſubſtantiæ competentem *vol.7.d.2.l.*f.2.

Legitima non debetur filiæ,quæ dote accepta cum juramento hereditati renunciavit *vol.7.d.2.l.*f.2.

Legitima nec hæreticis, nec bannitis, nec exheredatis juſtè debetur *vol.7.d.2. l.*f.3.4. nec Monachis Cordigeris, Minoritis,aut ſimilibus *ibid.*

Legitima renunciante filia cæteris integra debetur, & hoc caſu parens ſecurè teſtabitur, etiamſi hujus filiæ, veluti quæ pro mortua habetur nullam mentionem faciat, nec hujus portio reliquis detrahetur *vol.7.d.2.l.*f.4. quid ſit dicendum tunc quando filia ſtatuto à ſucceſſione, aut legitima excluditur,*ibid.* vide ſub *l.*g.1.

Legitima hodie inſtitutionis titulo eſt relinquenda *volum.3.d.13.l.*M.3. *vol.7.d.2. l.*g.3.

Legitima quoque à filiis patri, & matri debetur *vol.7.d.2.l.*g.1.& quamvis quidam aſſerant, hoc ſtatuto tolli poſſe, id vix videtur admittendum *ibid.* imò nec hæc per piæ cauſæ ſpeciem, ſicut nec liberis,ita nec parentibus adimi poteſt *ibid.*

Legitimam petere poſſunt fratres, ſi turpis perſona inſtituta ſit,ſed ſolùm conſanguinei, non uterini, nec ex fratre nepotes, nec fratres ſociales,familiares, aut contubernales *vol.7.d.2.l.*g.2.

Legitima, ut diximus, ſemper inſtitutionis titulo, & ſic ex teſtamento eſt relinquenda, excipe unicum fortaſſis caſum,quo pater inofficioſas fecit donationes,tunc enim etiam non facto teſtamento legitimæ ratio habebitur *volum.7.d.2. l.*g.4.

in Legitimæ negotio Pater cenſebitur teſtatus fuiſſe, etiamſi Codicillos tantùm fecerit, quibus fortè legata, vel fideicommiſſa reliquerit *vol.7.d.2.l.*g.4.

ſi Legitimæ minima pars veluti duo tantum nummi relinquantur, conſtabit teſtamentum, & agetur ſolummodo ad ſupplementum *vol.7.d.2.l.*g.4.

Legitimam pater vivus tunc dimittere cogitur, ſi filius fiat Chriſtianus *vol.7. d.2. l.*h.1.

Legitimam etiam pater vivus dimittere cogitur, ſi Monaſterium ingrediatur *vol.7.*

Digitized by Google

vol.7 d 2.*l*.h.2. niſi tale ingrediatur, quod bona habere poteſt *ibid.*

Legitima in totum tolli nequit, nam jure naturæ debetur & ſurrogatur in locum alimentorum *vol.5.d* 14.*l*.Ill.4.

Legitima ſtatuto minui poteſt *volum.5. d.*31.*l*.M.1.*vol.6.d* 2.*l*.M.3.

Legitima vivo patre, & ante mortis tempus peti poteſt, ſi Pater omnia bona, aut majorem partem donaverit *vol.7.d.2. l*.h.1.

Legitima vivo patre peti poteſt, ſi patris bona confiſcantur *vol.7 d* 2.*l*.h.1.

Legitimam tamen vivus pater, ſi volet, ſolvere poteſt, ſed dilapidata à filio repeti nequit, quanquam ille tum huic alimenta præſtare debeat, non autem patris heres *vol* 7.*d*.2 *l*.h.1.

in Legitima utpote jure naturæ debita filius gravari fideicommiſſo nequit *vol.5. d*.32.*l*.P.3.

Legitima filiorum omninò gravari nequit, & hæc portio naturalis nullo modo filiis prohiberi poteſt, niſi in bonis maternis, ubi nihil filiis reſervatur *volum.6.d.2. l*.M.3. ſic legitima Fiſco applicari non poteſt *ibid d*.12 *l*.Ttt.1.*d*.18.*l*.Rrrr.4.

Legitima debetur ex omnibus bonis: eam tamen filius propria authoritate propter æris alieni in certitudinem apprehendere non poteſt, ſed debet expectare donec ipſi à judice aſſignetur, vel jam aſſignata ab herede ſolvatur *vol.7.d.2. l*.h.4. niſi eam de re certa deduci velit Pater *ibid.*

Legitimam ab omni tempore liberam filius conſequi debet, quamvis alienationem ob filii & hæredis imbecillitatem, cui pietatis causâ credendum eſt teſtatorem conſulere voluiſſe, ad tempus inhiberi poſſe Doctores tradunt contrarium in omnimoda alienationis prohibitione ſtatuentes. Illud certum eſt gravamen legitimæ impoſitum filii conſenſu, & approbatione ſuſtineri: ſimplici tamen aditione ex teſtamento quo in legitimá gravatus fuit filius, ejusmodi conſenſus vel approbatio non continetur *vol.5. d.*32. *l*.E.3.

Legitimam filius ſine omni gravamine etiam æris alieni conſequi debet *volum.7. d*.2.*l*.h.2.3.

Legitimæ nec dies, id eſt, ut poſt tantum temporis ſolvatur, nec locus nec modus adjici poteſt, nec obtrudi ullum legati, fideicommiſſi, impenſarum funebrium, prohibitionis, alienationis, libertatis datæ &c. onus *vol.7 d*.2.*l*.h.2.

Legitimam, uti filius, ſic pater conſequetur liberam, niſi ad ſecundas tranſierit nuptias *vol.7.d* 2.*l*.h.2.

Legitimam etiam arrogati & conjugis ſuperſtitis quidam liberam debere eſſe contendunt *vol.7.d*.2.*l*.h.2.

Legitima etiam conſuetudinaria, vel ſtatutaria, id eſt, quando dos legitimæ ſuccedit, gravari nequit *vol.7.d*.2.*l*.h.2.

Legitimam an filius non habuerit, & ſic querela inofficioſi agere poſſit, mortis tempus eſt inſpiciendum, nempe an eo tempore quartam bonorum partem teſtator reliquerit? ſi non, tunc habet filius querelam, niſi ſpecialiter judicium patris agnoverit, ac hæredibus querelam pacto vel transactione remiſerit *volum.5. d*.33. *l*.S.4.

in Legitima cum filius gravari nequeat, an in eo, ſi ultra illam pater ei aliquid

quid relinquat, poterit? omninò *volum.7. d.2.l.h.3.*

Legitimam filia ex feudo, merè tamen hereditario, capere poteſt, ſi aliunde non habeat *vol.5 d.42.l.*GGG.2.

an Legitima à patre vivo filio aſſignata augebitur, ſi facultates ejus augeantur? omninò ſi ante mortem augeantur, non verò ſi poſt *vol.7.d.2.l.*h.1.

in Legitima filii, ſi pupillus deceſſerit, heredes, vel ſubſtituti gravari poſſunt *vol.7.d.2.l.*h.3.

Legitima illo ſolo gravamine affici poteſt, quod in commodum ejus vergit, & ſic videtur poſſe gravari fideicommiſſo pupillari *vol.7.d.2.l.*h.3.

Legitimæ gravamen, ſi filius approbavit, valebit *vol.7.d.2.l.*h.4.

Legitima præcedit legata, item fideicommiſſa *vol.7.d.2.l.*h.4.

Legitima in pecunia ſolvi non poteſt, niſi agatur de regnis, aut Principalibus *vol.7.d.2.l* h.4.

Legitima quomodo in re aliena, reſtitutioni, aut fideicommiſſo ſubjecta, aut in fructibus ſolis, aut in re, quæ aliàs imputaretur, aut in re Emphyteutica, aut feudali ſolvi debeat, inſpiciendi authores *vol.7.d.2.l.*h.4.

Legitimam judex non in omnibus bonis, ſed ſi poſſibile eſt, in una tantum, aut altera re: poterit etiam commode facere partes per ipſum filium, & heredem, & deinde dare electionem filio, vel ècontra, aut forte rem dirimere *volum.7.d.2.l.*h.4.i.1.

in Legitimam omnia ea imputantur, quæ lex imputare expreſsè jubet *volum.7. d.2.l.*i.1.

Legitima ex quibuscunque bonis detrahetur, ea omnia quoque in legitimam imputantur *vol.7.d.2.l.*i.1.

in Legitimam imputabitur dos, & donatio propter nuptias, dos autem profectitia, non adventitia *vol.7.d.2.l.*i.1.

in Legitimam imputabitur donatio inter vivos, ſi contemplatione Legitimæ factam eam eſſe conſtet, & ſi defunctus eam imputari, & conferri voluerit *vol.7. d.3.l.*i.1.

in Legitimam imputabitur mortis cauſa donatio *vol.7.d.2.l.*i.1.

in Legitimam imputabuntur fructus percepti, non ex judicio teſtatoris, ſed contra ejus voluntatem, & quidem ultra legitimam, & alii ex bonis dummodo enixe appareat de mente teſtatoris *vol.7. d.2.l.*i.1.

in Legitimam imputabuntur res alienatæ quæ vis ſive mobiles ſint, ſive immobiles, ſive ſe moventes, ſive nomina debitorum *vol.7.d.2.l.*i.1.

de his quæ in Legitimam non imputantur, primò hæ generales regulæ tenendæ ſunt: de quibus imputandis lex nihil diſpoſuit, ea omnem prorſus imputationem effugiunt. Item ex quibuscunque bonis non poteſt detrahi legitima, ea nec imputanda. Item, quicquid debetur filiis, ut filiis, non ut heredibus, in legitimam imputari nequit: Item, quæ tanquam æs alienum capiuntur, non imputantur: Item quæ non provenerunt ex ſubſtantia defuncti, nulli ſunt obnoxia imputationi *vol.7.d.2.l.*i.1.

in Legitimam non imputatur donatio ſimplex, quæ ſtatim robur habet, ac vires, aut ſi ejusmodi donatio facta ſit propter

Digitized by Google

benemerita filii, quæ tamen probanda ſunt *vol.7.d* 2.*l.*i.1.

in Legitimam non imputantur fructus percepti judicio videlicet teſtatoris, & ex ipſa quidem legitima *vol.7.d.2 l.*i.1.

in Legitimam non imputantur ſumptus ſtudiorum cauſa facti *vol.7.d.2.l.*i.1. & hoc modo etiam impenſæ pro gradu Doctoratus factæ *ibid.*

in Legitimam non imputantur expenſæ pro filio ad honores conſequendos factæ, ſi illi non tranſeant heredes *vol.7.d.2. l.*i.1.

in Legitimam non imputatur pretium pro redemptione filii captivi à patre ſolutum *vol.7.d.2.l.*i.1.

pro Legitima conſequenda omnes hereditariæ actiones competunt tàm aſcendentibus, quàm deſcendentibus *vol.7. d.2. l.*i.1.2.

Legitimæ conſequendæ actiones contra omnes competunt tàm legatarios, quàm heredes *vol.7.d.2.l.*i.2.

Legitimâm legata non minuunt *vol.7. d.2. l.*1.2.

pro Legitimæ ſupplemento condictio maximè competit *vol.7.d.2 l.*i.2.

Legitimæ condictio 30 annorum ſpatio finitur *vol.7.d.2 l.*i.2.

in Legitimæ petitæ libello ſufficit, ſi legitima ſimpliciter petatur nulla re, vel quantitate expreſſa *vol.7.d.2.l.*i.2.

Legitimæ judicium eſt ordinarium, non ſummarium *vol.7.d.2. l.*i.2.

Legitimatio ſpuriorum è priori concubina ſuſceptorum, aliâs ſubſequenti matrimonio valida, tamen ſi intermedium aliud matrimonium intercedat, vires amittit, nullaque eſt *volum.1. d.3.l.*q.1. quamvis omnes Doctores contrarium ſentiant.

Legitimati per ſubſequens matrimonium in omnibus juris communis articulis, legitimis, & naturalibus liberis verè comparantur *vol.1 d.3. l.*1.4. *vol.2.d.*28. *l.*NN.2.*vol.7.d.2.l.*f.1. conſequuntur etiam jus primogenituræ, & hoc modo legitimantur etiam nepotes ex filio præmortuo *ibid.* quod etiam valet in legitimatis ex reſcripto Principis *vol.3.d.1.l* d 4.*vol.4. d.9.l.*oo 4. in Germania hoc tamen non valet *ibid. diſp.*10. *l.*ddd.1. *d.*32. *l* DD.2.3. *volum.5.d.*28.*l.*iiiii.2.*d.*32 *l.*Q.2.*d.*33.*l.*S.2. *d.*39.*l.*KK.2.3.LL.4.*d.*42.*l.*EFE.3.*vol.6.d.*18. *l.*Oooo.4.

Legitimati per ſubſequens matrimonium in feudis tamen non ſuccedunt *vol.1.d.3.l.*r.4. *vol.2.d.*20.*l.*X.2. *vol.4.d.27. l.*R.4. in Coroll. *vol.5.d.35. l.*BB.3.*d.*39. *l* KK.2. ubi aſſeritur in praxi contrarium ſervari *ibid.d.*42.*l.*FFF.3.

Legitimati per reſcriptum in feudis ſuccedere poſſe videntur, ſi hoc inſit reſcripto, *vol.5.d.*12.*l.*ggg.1. & fratres conſentiant, quod neceſſarium videtur *vol.7. d.2.l.*f.1.

Legitimatus per legem nec ſuus nec agnatus fit, adeoque lex eum adoptivo comparat *vol.2.d.*20.*l.*X.2.

Legitimationis exceptio & reum & actorem convenit, quidam enim ob pueritiam, quidam ob caſum legitimam in judicio ſtandi perſonam non habent ideoque nec litem intendere poſſunt, nec incipere: his adde filiumfam. in poteſtate conſtitutum, ſi de bonis iis agat in quibus uſusfructus ſpectat ad Patrem *vol.2. d.27.l.*KK.4.

Legiti-

Legitimatio unius ex pluribus ejuſdem qualitatis prodeſt omnibus *volum.* 2. *d.*28.*l.*NN.2.

Legitimatus ſemel qui eſt, petere poteſt ad illius legitimationis confirmationem iterum legitimari *vol.*4 *d.*9.*l.*ss.2.

Legitimandi facultas Comiti Palatino data ultra Nobiles non extenditur *vol.*4.*d* 9.*l.*xx.4 *vol.*7.*d.*9.*l* 00.3.

Legitimati per reſcriptum Principis patris nobilitatem, ſi Nobilis fuerit non conſequuntur, niſi hoc clarè expreſſum ſit in conceſſione Principis *volum.*4.*d.*10.*l.*ccc.4.

Legitimatus propria liberorum Appellatione propriè non venit, ſed fictè, nec enim ipſi definitio filii convenit *vol.*5.*d.*14.*l.*mmm.1. unde legitimorum & agnatorum jus ex accidente tantùm obtinet,& conſequitur *ibid.*

Legitimati per ſubſequens matrimonium tàm teſtatæ quàm inteſtatæ ſucceſſionis jus nanciſcuntur,quam ſicad fideicommiſſi petitionem admittantur *vol.*5.*d.*32.*l.*Q 2. filii ſui efficiuntur *d.*33.*l.*S.3.*d.*39.*l.*KK.2.

unde Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſi à Patre in teſtamento præteritus ſit, teſtamentum nullum dicere poteſt *vol.*7.*d.*2.*l.*f.1.

Legitimantur etiam Nothi,ſi pater eos ſuos appellârit, nam tunc juſtum matrimonium præſumitur, nec alia probatio requiritur, etſi multi ſint, ſufficit unum tantùm ſuum appellaſſe *vol.*5.*d.*39.*l.*KK.3.4.LL.4.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium non requirit dotalia inſtrumenta, requirit tamen ut vir & mulier ſint ejusdem conditionis, & demum ſufficit ad hanc legitimationem, ſi matrimonium etiam in articulo mortis contrahatur *vol.*5.*d.*39.*l.*KK 2.*vol.*7.*d.*6.*l.*cc.4.

Legitimatio etiam illa valet per ſubſequens matrimonium:verbi gratia,ſi mortuus ſit filius antequam pater matrimonium contrahat, ejus tamen filii, id eſt, nepotes avi per ſubſequens matrimonium legitimabuntur *vol.*5.*d.*39.*l.*KK.2.

Legitimationem per ſubſequens matrimonium non impedit matrimonium intermedium *vol.*5.*d* 39.*l.*KK 2.

Legitimati per reſcriptum Principis & vice hujus per noſtros Palatinos Comites, tunc demum Patri ſuccedunt, ſi nulli alii legitimi liberi extent *volum.*5.*diſp.*39.*l.*KK.3.LL..4.

Legitimatio Nothi per reſcriptum, tunc legitimis reliquis obeſt, ſi Princeps in Inſtrumento expreſsè hujus rei mentionem faciat *vol.*5.*d.*39.*l.*KK.3.LL.4.hoc enim modo liberorum appellatione venit, & ſubſtitutum excludit *vol.*7.*d.*2.*l.*f.1. & ſtante ſtatuto, quo maſculi fœminas excludunt, idem poterit *ibid.*

Legitimatio Nothi per reſcriptum non revocatur, etiamſi pater poſtea ducat uxorem,& habeat liberos *vol.*5.*d.*39.*l.*KK 3. *volum.*7.*d.*9.*l.*00.4. ſed tunc quando legitimatio patitur, alios non debet habere legitimos liberos *ibid.*

Legitimatione facta pater liberorum matrem uxorem ducere nequit *vol.*7.*d.*9.*l.*00.4.

ad Legitimationem Nothi per reſcriptum non opus eſt ut conſentiant agnati *vol.*5.*d.*39.*l.*KK.3.*volum.*7.*d.*9.*l.*00. ipſi tamen naturales conſentire debent *ibid.*

Digitized by Google

Legitimatio debet fieri vivo patre, non mortuo, & abſolutè, i.e. ad primæva jura naturæ, honores, dignitates, & reliqua jura perſonalia, Patre expreſſim, & ſpecificè conſentiente *vol.7.d.2.l.f.1.*

nam qui Legitimatus ea fortaſſis conditione ſolùm eſt, ut ex teſtamento ſuccedat, quatenus, & in quantum patri videbitur ſi ei vel minus legitima, vel nihil prorſus fuerit relictum, nec ad ſupplementum aget, nec querelam aut aliud quod remedium intentabit, & diſpenſatus potius, quam legitimatus dicetur *vol.2. d.2.l.f.1.*

Legitimati per reſcriptum non continentur ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſione, extantibus maſculis legitimis *vol.5.d.39.l.*KK.3.

Legitimati per reſcriptum ſimpliciter à ſucceſſione feudorum arcentur *volum.5. d.39.l.*KK.3.

Legitimati per oblationem Curiæ olim omnia per hunc actum ſucceſſionis jura naniſcebantur, ſed hoc hodie deſiit *vol.5.d.39.l* KK.3.

Legitimationem non ſolùm ſimpliciter, ſed etiam ad ſucceſſiones in alieno quoque territorio ſibi vendicat Pontifex *vol.7.d.9.l.*oo.4.

Legitimatio eſt ſymbolum ſupremæ dignitatis, quæ in Gallia à ſola regia Majeſtate confertur, ſed in Imperio noſtro Romano-Germanico etiam ab illis quibus Princeps Romanus illam poteſtatem nominatim dedit *vol.2.d.4.l.*t.3.*vol.5.d.12. l.*ggg.1. ſic etiam à Camera Spirenſi conferri non poteſt *vol.7.d.9.l.*oo.4. Cęſar verò etiam ſuos liberos, ſicut & Pontifex legitimare poteſt *ibid.*

Legitimi actus ſunt: Mancipatio: Hereditatis aditio, Servi optio; Datio tutoris; Acceptilatio; vera ſolutio &c. *volum.6. d.12.l.*Ttt.2.

Legitimi actus ſunt, qui inventi, & approbati ſunt à lege, & quacunque juris parte, vel ſunt ii ex quibus ſtatim effectus aliquis, isque purus ſequitur *vol.6.d.12. l.*Ttt.2.

Legitimi actus conditionem non recipiunt *vol.6.d.21.l.*Ttt.2.

Leiningenſes Comites bannitos Imperii recipere & defendere poſſunt *vol.2. d.18.l.*R.4.

Lennones turpiſſimam artem exercent, ut & lenocinium non minus turpe eſt quàm corpore quæſtum facere *vol 4. d.9.l.*yy.2.

Lex poſterior priorem tollit quatenus illi contraria eſt *vol.5.d.30.l.*A.4.

Lex probabili dubitandi ratione ſuffulta eſſe debet, priusquam plenam aſſumat firmitatem *vol.6.d.19.l.*Tttt.1.

Lex ſi quid non requirat id nec nos requirere debemus *vol.2.d.6 l.*mm.4.nn.4.

Lex correctoria ultra caſus legis correctæ evagari non debet *vol.2.d.7.l.*dDd.1. *vol.3.d.10.l.*G.2.

Lex ubi non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus *volum.2 d.24. l.*DD.4.*&* EE.4. *vol.4.d.9.l.*xx 3.*d.13. l.*ppp.1.qqq.2. *vol.5.d.49.l.*HHHH.3.*vol.6.d.5.l.*Pp.1.

Lex vel ſtatutum generaliter & indiſtinctè diſponens, comprehendit etiam perſonas & cauſas privilegiatas: niſi tamen in ſpecie illius caſus privilegiatæ reperiantur: per leges enim generales non videtur auferri privilegium ſpeciale in corpore juris clauſum *vol.3.d.1.l.*c.3.

Lex

Digitized by Google

Lex ſine titulo de ſola poſſeſſione non benè præſumit *vol.3.d.5.l.*rr.3.

Lex generalis & ſpecialis inter ſe differt, nam illa admittit contra ſe interpretationem, hæc non: nempe extenſivam *vol.5.d.49.l.*GGGG.4.

Lex nova quoties obligationem introducit, nec cautum ſit eadem lege quo genere actionis experiamur, ex lege agendum eſt *vol.3.d.5.l.*rr.2.

Lege nova quod ſpecialiter non eſt expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumque regulis cenſetur relictum *vol.7.d.9.l.*oo.4.

Legis beneficio indignus eſt, qui in legem commiſit *vol.1.d.15.l.*M.2. *vol.2.d.7.l* dDd.4. *vol.3.d* 1.*l.*c.1. *volum.5.d.5.l.*ff.4. *vol.7.d.1.l.*b.3.

à Lege quoties pro forma aliquid traditur, tunc illud præciſè ſervandum, nam forma legis non ſervata actus nullus eſt, etſi forma illa in re minima conſiſtat *vol.2.d.6.l.*kk.2.*d.*8.*l.*oOo.2.

Legum optima interpres conſuetudo *vol.2.d.6.l.*kk.3.

Legis & Imperii præſidium pro innocentibus militat *vol.2.d.7.l.*dDd.4.

Leges non tribuunt beneficia ſua delinquentibus nec ipſis dant immunitatem à pœnis *vol.2.d.7.l* dDd.4.

ex Lege quod alicui datum eſt, nullo modo poteſt per privatum auferri *vol.2.d.8.l.*oOo.2.

contra Legem manifeſtam quæcunq; diſpoſitio eſt, illa cenſetur eſſe nulla *vol.2.d.7.l.*oOo.2.

Legis proviſio ubi ceſſat, proviſio hominis ſurrogatur *vol.2.d.20.l.*Y.4.

quæ Legibus introducuntur non ſunt in Judicis poteſtate, & quicquid per leges fit hominis ſcientiam non deſiderat *vol.6.d.13.l.*Xxx.1.

ſine Lege erubeſcimus loqui *volum.4.d.24.l.*DD.4.*vol.7.d.4.l.*q.2.*d.*10.*l.*ss.4.

quod Legibus expreſsè ſancitum non eſt, ſuperſtitioſis hominum adinventionibus præſumendum non eſt *vol.7.d.4.l.*q.2.

ſine Lege Doctori loquenti, quantumvis magnæ ſit authoritatis non eſt eredendum *vol.7.d.4.l.*q.2.

Leges callidis, doloſis, verſutis, vafris, omne commodum & lucrum prorſus adimunt *vol.3.d.1.l.*c.4.

Legis vel ſtatuti privationem inducit, tempus ſine purgatione moræ, qui enim privilegio legis aut ſtatuti uti non vult, cùm poteſt, non poterit cùm volet *vol.3.d.1.l.*g 3.

in Legis diſpoſitione debet attendi tempus currens, ſeu quando legi contravenitur, nec reduci ad tempus quo diſpoſitio edita eſt, quia lex dat formam negatio non ſecundùm præterita, ſed futura, & ſemper loquitur, quando caſus venit, de quo lex diſponit *vol.3.d.5.l.*mm.3.

Leges in toto jure non diſponunt niſi de eo, de quo in iis quæritur, & dubitatur: Cætera verò vel idonea præſupponunt, vel in aliis legibus relinquunt *volum.6.d.9.l.*LIl.2.

Legis verbum intellectus ſumitur ſecundùm tempus prolationis, non ſecundùm id, quod poſtea contingit *vol 9.d.5.l.*mm.4.

Legis non omnium 20. DD. de LL. ejusq; genuinis exemplis diſputatio ſingularis *vol.5.d.45.l.*TTT.3.4.per tot.

Leges ſcire non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem *volum.4.d.*20. *l.*uuu.2. *vol.*7. *d.*10. *l.*rr.3. non ſola earum authoritate, ſed ratione niti: aliàs omnes memoriter leges ediſcendo Juriſperiti eſſe poſſent *ibid.*

Legibus cum omnia comprehendi poſſunt per conſequentiam ad ſimilia eſt procedendum *vol.*7. *d.* 10. *l.*rr.4.

Leges omnibus debent eſſe communes *vol.*4. *d.*27. *l.*Q.1.

Legem nemo ſibi dicit, à qua non liceat ſibi recedere *vol.*5. *d.*17. *l.*uuu.1. *vol.*6. *d.*5 *l.*Pp.1.

Legem rei ſuæ, quam volet, quisque figere poteſt *vol.*6. *d.*3. *l.*Bb.4.

Leges poſteriores trahi debent ad priores *vol* 5. *d.*49. *l.*FFFF.4. GGGG.2.3. & poſteriores, ex prioribus declarantur *vol.*7. *d.*4 *l* n.4.

Legibus inimica eſt obſcuritas *vol.*7. *d.*10. *l.*ss.1.

Legem ratio vel extendit vel reſtringit, nam ratio eſt, anima, vigor, medulla ipſius legis, etſi de ratione conſtet, perinde licet ab ea argumentari, ut ab ipſa lege: quod ſi autem ratio non eſt ſcripta in lege, tunc ratiocinatione ad rationes, ex aliis legibus, & argumenta legalia recurrendum eſt *volum.*5. *d.*47. *l.*FFFF.4. *vol.*6. *d.*5. *l.*Oo.4. Pp.1. *vol.*7. *d.*10. *l.*rr.1. ubi pulchrè. & ss.3.4.

Leges itaque ſcriptæ, & poſitivæ ſunt quidem Principia Juriſconſulti, & poteſt ſimpliciter ad leges provocari: nec eſt Juriſconſulti quatenus talis, ſemper de legibus diſputare, quod ideo fieri debet, quod præſupponatur legibus ineſſe rationem boni, & æquitatis, ideoque authoritati præcipientis eſſe ſtandum: verùm ſi de legum, & æquitatis cauſis dubitatio aliqua oriatur, non poteſt JCtus, tanquam JCtus, id eſt, ex ſuis legibus authoritatem legum defendere, ad alias recurrendum erit diſciplinas *volum.*7. *d.*10. *l.*rr.4.

in Legum interpretatione ratio ea potior habetur, primò quæ eſt ſecundum jus naturale, ſecundò quæ eſt ſecundùm jus divinum: tertiò quæ eſt ſecundum æquitatem ſcriptam, illâ, quæ eſt ſecundum rigorem, quartò quæ eſt ſecundum regulas juris, illâ, quæ tenet, quod ſit ſpeciale: quintò quæ eſt ſecundum mentem, quàm quæ eſt ſecundum verba: ſextò quæ eſt ſecundum verba, illâ, quæ eſt per ſimilitudinem vel per incertam rationem. Denique argumentum à ſubjecta materia prævalet omnibus aliis argumentis *vol.*5. *d.*49. *l.*FFFF.4. GGGG.2.3. *volum.*6. *d.*5. *l.*Oo.4. Pp.1.

Leges igitur à ratione deflectentes, id eſt, quæ nec bonæ, nec æque, nec utiles, nec honeſtæ ſunt, tanquam non ex genuina materia juris factæ, ſed ut informes errorum abortus, non modò non habendæ erunt leges, ſed ne appellandæ quidem *vol.*7. *d.*10. *l.*ss.4.

Legum quidem ſemper rationes ſunt, ſed eas ſæpè Jurisconſulti ignorant, nec hoc eorum exiſtimationi detrahit *vol.*7. *d.*10. *l.*rr.4.

Leges quoad legislatorem & judicem ita intelligendæ ſunt ut non extendantur latius quam ſe extenderit ejus poteſtas, qui legem vel ſtatutum, vel ſententiam poſuit *vol.*5. *d.*49. *l.*GGGG.4.

in Legibus itaq; intelligendis judicio opus

Digitized by Google

opus eſt omninò, & quod non ex nuda hominis opinione, nec ex affectuum impulſu, ſed ex certa rationis formula procedat: aliâs enim facilè etiam ſub prætextu generalium regulatum juris, ſive æqui boni perniciosè erratur *volum*.7.*d*.10. *l*.uu 2.

Legibus patriis obtemperandum eſt, ut Imperii, ordiniſque authoritas conſervetur, nec obtemperantium, atq; obedientium reſpectus cum manifeſta, ac extrema Reip. pernitia confundatur *vol*.7. *d*.10.*l*.uu.1.2.

Lex fundamentalis regni nihil eſt aliud quàm pacta quædam communi conſenſu ſancita & approbata, ſub quibus hæc vel illa Reſpublica, ſigillatim ita conſtituta eſt, & quibus tanquam fundamentis inſiſtit, quibuſque regimenta in Principem ſeu Magiſtratum transferuntur certis conditionibus quarum à varus capitulis dicitur aliquando capitulatio, aliquando lex Imperii *volum*.5.*d* 17.*l*.kLkk.1.2.3.4. *vol*.1.*d*.22.*l*.T.3 4.

Leges hæ regni fundamentales omnino obſervandæ ſunt, nec aliunde contra mentem, & verba interpretationes trahendæ, etiamſi defectum vel vitium & incommoditatem quandam conjunctam habeant *vol*.5.*d*.17.*l* kkkk.2.3.4.

& Leges revera non ſemper ſimpliciter optimæ, & ad juſtitiam veram omnes formatæ eſſe poſſunt, ſed illa rectitudo conſtans juſtitiæ interdum aliquantum obliquanda, & ad ſtatum politiæ, conditionemque populi accommodanda eſt. Qui ſtatus politicus cum ſit à natura ordinatus non poſſunt media ad eum finem ducentia naturæ contrariari, ſed erunt ipſi convenientiſſima. Hinc aliqui duplicem faciunt juſtitiam, aliam abſolutè conſideratam, aliam habito reſpectu ad ſtatum civitatis. Indeque aliud verum eſt in rebus ipſis, aliud verum judiciale: aliud verum in Theoria, aliud in Praxi *volum*.7. *d*.10 *l*.uu.2.

Leges fundamentales non ſunt unius modi, ſed vel plures, vel pauciores, prout Reſpublica eſt liberior, vel Monarchico, Ariſtocratico, vel Democratico temperamento adſtricta *vol*.5.*d*.17.*l*.kkkk.2.3.4.

Legi uni quod deeſt, ex alia ſuppleri debet *vol*.5.*d*.23.*l*.qqqqq 2,*d*.30.*l*.H.2.

ex Lege quod lucrum mihi datur moriens teſtamento aut ullo alio pacto mihi auferre non poteſt *vol*.5.*d*.23.*l*.qqqqq.3.

Legum beneficia idoneis & capacibus, non incapacibus ſcripta ſunt *vol*.5. *d*.28.*l*.iiiiii.2.

Leges ita ſcribi ſolent ut in perpetuum robur obtineant *vol*.5.*d*.30.*l*.H,3.

Leges abrogari poſſunt, modò eorum conſenſus circa abrogationem adſit, qui in condendo neceſſariò fuit adhibitus *vol*.5.*d*.30.*l*.H.4. *vol*.6.*d*.5.*l*.Pp.1.

Lex, ſi quem in Principatu ſuccedere juber, eum parens nullo modo à ſucceſſione dimovere poteſt *vol* 1.*d*.1.*l*.d.1.*d*.22. *l*.V.2.& 3.*vol*.2.*d*.6.*l* rr.3.& 4.

Leges fundamentales regni dicuntur, quæ communi Regni conſenſu ſancitæ & approbatæ ſunt, ſub quibus hæc vel illa Reſpublica ſigillatim ita conſtituta eſt, & quibus tanquam fundamentis nititur, ſuntque ut plurimum de Reip. commiſſione, de ſummi Magiſtratus conſtitutione, de pacis & tranquillitatis publicę conſervatione *vol*.1.*d*.22.*l*.T.3.V.4. quas Prin-

ceps.

Digitized by Google

ceps ipſe comiter obſervare debet *vol.*4. *d.*12.*l.*iii.1. & lll.1. *volum.*5 *d.*17.*l.*kkkk.1. 2.3.4.

Leges in Regno tales ferantur, quibus populus ad Principis venerationem & obſequium: Princeps ad juſtitiam & populi ſalutem curandam informetur, nec tamen iis dignitas principalis enervetur *vol.*1.*d.*22.*l.*V.4.

Leges univerſales condere etſi jus ſupremæ Majeſtatis ſit, tamen hodie Cæſar eas, absque Principum conſenſu condere non poteſt *vol.*5.*d.*30.*l.*zzzzzz.3. vide Cæſar, Princeps, Regalia, Majeſtas.

Leges in Ariſtocratia tales ſint, quibus ſubditi ad amorem & obedientiam ſingulorum Optimatum incitentur; Optimates verò ab inferiorum contumeliis, calumniis, & inſimulationibus averſantur *vol.*1.*d.*22.*l.*X.2.

Leges in Democratia tales ſint quæ Magiſtratibus *ἰσονομίαν*, hoc eſt, juris & legum æqualitatem non *ἰσομοιρίαν*, id eſt, rerum æqualitatem, ſemper occinant & probent: ſubditos verò divites ad publica miniſteria promptos reddant, pauperes autem divitum odio, inſidiis, & invaſione abſterreant *vol.*1.*d.*22.*l.*X.3.

Leges condere ſolius eſt Principis *vol.*2. *d.*1. *l.*b.2. *volum.*4. *d.*12. *l.*hhh.1. & mutare *ibid.*

Legem cujus eſt jubere, ejusdem eſt & abrogare, derogare, obrogare, ſurrogare *vol.*1.*d.*6.*l.*cc.3.*vol.*4.*d.*13.*l.*rrr.1. quod tamen fieri nō debet niſi publica utilitas id exigat *vol.*6.*d.*5.*l.*Pp.1.*vol.*7.*d.*10.*l.*uu.2.3.

Legem ſubditis in præjudicium ſuperioris condere aut contractum inire non licet *vol.*1.*d.*8.*l.*hh.3.

Lex generaliter loquens, non debet reſttingi ad habiles, ſed generaliter intelligi *vol.*2.*d.*1.*l.*a.2.*vol.*7.*d.*4.*l.*n.4.

Leges utiles Reipublicę interpretatione adjuvandæ *vol.*2.*d.*1.*l.*a.2.

Leges decenter ferri, latæque ad effectum deduci debent *vol.*2.*d.*1.*l.*a.3.

Legis verba cui non competunt, ei nec competit diſpoſitio legis *volum.*6.*diſp.*18. *l.*Pppp.3.

Legis verba ſi adeò clara ſunt, ut ſalva ratione recti ſermonis ea nequeant recipere interpretationem ex æquo & bono, tunc ſimpliciter lex ſervanda eſt: ubi verò legis verba non ſunt adeò clara, ut ſalva ratione recti ſermonis recipere nequeant interpretationem ex æquo & bono, tunc illa præferenda; tunc enim non inſpici ſolùm debet verborum cortex, ſed vis ipſorum, & loquentis intentio, & leges rebus, non verbis impoſitæ ſunt, ut interpretationem reſpuant, ſed dubitatur, quid ſit æquum, Princeps conſulendus eſt. Porrò in ambigua voce legis ea ſignificatio attendenda, quæ vitio caret, & ſi ſit impropria, quamvis regulariter verba ſint propriè accipienda; abſurdum item ſemper vitari debet, quandoque tamen toleratur abſurdum, ut evitetur abſurdius, leges ita accipiendæ, ne ſint ſupervacaneæ, ut oratio aliquid egiſſe videatur, ut lex titulo ſub quo poſita eſt, congruat, verba obſcurè prolata, ad communem intelligentiam reducenda, intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi: quia non ſermoni res, ſed rei ſermo eſt ſubjectus, una lex ex altera declaretur, nam leges legibus concordandæ. Optima etiam legum interpres conſuetudo:

Digitized by Google

tudo: itaque in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudo, aut rerum perpetuò ſimiliter judicatarum authoritas vim legis obtinere debet: item conſtitutiones tempore poſteriores derogant his, quæ ipſis præceſſerunt, ſi contrariæ inveniantur. Cæterùm quidquid nova lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumque regiis relictum intelligitur *vol.2.d.1. l.*b.3. & 4.

Legi omnes obtemperare debent, & ad ejus præſcriptum omnes qui in ea Republica ſunt, vitam inſtituere, nemoque facere poteſt ne leges locum habeant, ne pactis quidem juramento firmatis: itaque eas accurratè cuſtodire, & transgreſſores competentibus pœnis ſubjicere neceſſe eſt *vol.2.d.1.l.*b.4.*d.6.l.yy.*1. *volum.*4.*d.*12. *l.*hhh.1.

Lex cum aliquid fieri jubet, tunc id intermitti vetat, proinde ſi contra factum erit, non valet, quod factum erit, non valet, quod actum eſt, tanquam contra legem factum *vol.6.d.*18.*l.*Pppp.4.

Legum contraria ſunt: primò quod plærique leges ita accipiant, ut unde minimè convenit, inde injuſtarum ſibi actionum anſam præbeant, quibus artibus fraus legi fit: ſecundò nulla lex ſummæ, & perpetuæ rerum humanarum varietati ſufficit, nec dubium eſt omnibus ſemper temporibus negotia, quæ legum laqueis nondum innodata ſint, quæ cum ita ſint, non debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum varietatem temporum humana quoque varientur ſtatuta: præſertim cum urgens neceſſitas, vel evidens utilitas id expoſcit, leges tamen, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt, non ſine graviſſima cauſa mutandæ ſunt, illud certum eſt, leges futuris dare formam negotiis, non ad facta præterita revocari, id tamen ſi legislator expreſſerit, hoc ad præteritos caſus, in negotiis & controverſiis necdum transactionibus vel definitivis ſententiis, ſeu alio legitimo modo ſopitis referri debet *vol.2.d.1.l.*b.4.c.1, *vol.7.d.*10. *l.*uu.2,3. mutatio autem ſi fieri debet, expediri debet non ſolum urgente maxima cauſa vel utilitatis, & neceſſitatis, ſed etiam in tempore, ſine tumultu, honeſtè, ſine ſcandalo, & ſine dolo malo *ibid.*.

Leges ergò civiles ad utilitatem Reip. & conditionem rerum humanarum, ſtatumque præſentem ſunt accommodandæ, & ſicut gubernatoribus, ſive naucleris mutanda ſæpiſſimè eſt velificatio, utcunque in alto ventus eſt, ita & leges Rerump. gubernatoribus: ſicut & Medicina ſæpius variat. Nam quod medicamenta morbis, hoc exhibent jura negotiis *vol.7.d.*10.*l.*uu.3.

quæ contra Leges fiunt, pro infectis habenda ſunt *vol.6.d.16.l.*Cccc.3.

Legem ſuperioris inferior abrogare nequit *vol.2.d.*4 *l* x.3.

Leges ad populorum mores & naturam non præciſè accommodari & conformari debent, flectendæ tamen ſunt ita, ut vitia in iis corrigantur, virtutes verò excitentur *vol.2.d.5.l.*gg.2.

Leges liberaliores populis magnanimis, uti olim Græcis, Romanis, hodie Germanis, Gallis, Hiſpanis, Brittannis, Belgis, Polonis, Suecis, Danis: ſeveriores verò leges, ſervilibus, ut Moſcovitis, Tartaris, Syris, Aphris ferendæ &c. *vol.2.d.*5. *l.*gg.2.

lgg.2. vol.4.d.12.l.iii.2. & hi metu, illi amore, & benevolentia continendi *ibid.*

Leges ſecuritatem omnibus hominibus æqualiter tribuunt *vol.2 d.7.l.yy.1.*

Leges ſilent inter arma, imò lex ipſa in caſu neceſſariæ defenſionis contra injuſtas offenſiones, ſingulis arma in manus porrigit *vol.2.d.7.l.yy.4.*

Lex generalis etſi propter publicam utilitatem feratur, nunquam tollit privilegia quæ è diametro ei adverſantur, quia conſuetudines & privilegia particularia Cæſar ignorare, ideò nec eis derogare creditur, ſi tamen privilegia corpori juris ſint incluſa, ea Princeps ſcire, &, lege contraria tollere creditur *volum.3.diſp.5. l.hh 4.*

Legem in genere ſuo non vincit conſuetudo, & majorem ea ipſa poteſtatem habet, ſed ſi legi ita conſuetudo contraria ſit, ut ea ſtare non poſſit, à recentiori conſuetudine antiquior lex tollitur *volum.3. d.5.l.ll.1.*

Leges omnes & conſuetudines ad tria illa juris præcepta, honeſte vivere: neminem lædere, ſuum cuiq; tribuere accommodari debent *vol.3.d.5.l.mm.3.*

Leges & ſtatuta non ligant res & perſonas extra jurisdictionem ſtatuentium poſitas, ita ut nec Cæſar leges ferre poſſit, quæ ligent non ſubditos, maximè ſi in præjudicium tertii tendant *volum.3.d.5. l.nn.3.&4.*

Legis, ſtatuti, & privilegii, communi cauſa ceſſante ceſſat & ipſa diſpoſitio, non autem ſi ex accidenti, vel ſolum in particulari perſona cauſa ceſſat *vol.3.d.5. l.oo.4.*

Lex nova quoties obligationem introducit, nec cautum ſit eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege agendum eſt *vol.3.d.5.l.rr.2.*

Leges quibus Princeps in ingreſſu regni ſe vel tacitè vel expreſsè obſtringit, omnino Principem ligant, quæ plerumque capitulationes vocantur *volum.4. diſp. 1. l.)()()(.3.*

Legum per Imperium generalium ſanctio, cum ſimultaneo Imperatoriæ Majeſtatis, Statuumq; Imperii conſenſu fieri conſuevit *vol.4.d.4 l.p.1.& 2.*

Legum vinculo ſubdiri colligandi & obſtringendi ſunt *vol.4.d.12.l.hhh 2.*

Leges 12. tabulis ex Græcia allatæ, & à decemviris ad id conſtitutis promulgatæ ſunt *vol.4.d.12.l.mmm.2.3.& 4.*

Leges 12. tabulis legi Regiæ non dederunt cauſam *vol.4.d.12.l.mmm.2 3.&4.*

Leges 12. tabulis appellantur fons omnis publici privatiq; juris, & finis æqui juris *vol.4 d.12.l.mmm.3.*

Lex omnis in eventum ac munus Dei eſt *vol.4.d.13.l.ooo.4.*

Lex carens executione eſt quaſi campana aut nota ſine piſtillo, & velut Magiſtratus mutus & mortuus *vol 4.d.20. l.uuuu.1.*

Legibus ſtat, conſiſtit, inſtituitur, conſervatur Reſpublica atq; Reip. omnino neceſſariæ ejusque fundamentum ſunt *vol 4.d.26 l.H.2.3.*

Lex regaliter dicitur commune præceptum, virorum prudentum conſilium, delictorum coërcitio, præmiorum diſtributio *vol.4.d.26.l.H.3.*

quæ Legis ſunt non dicuntur tranſlata & conceſſa, niſi in ſpecie omninò exprimantur eſſe conceſſa *vol.5.d.17.l.ffff.2.*

Leges

Leges condere non eſt Imperii meri vel mixti, vel jurisdictionis, ſed legis & poteſtatis *vol.5.d.17.l.fff.3.* & ſolius Principis *d.36.l.FF.1.*

Lex Regia ſumitur propriiſſimè pro illa qua populus Romanus Principi & in Principem omne Imperium ſuum & poteſtatem contulit, vocatur alio nomine lex Auguſti: Item lex imperii, licet & aliarum legum regiarum fiat mentio *vol 4. d.13. l.*lll 3. & 4. & mmm.1. & nnn.4. eâ tamen inprimis non ſunt abſolute uſi Imperatores *volum.5.diſp.11.l.*xx.2.3.*diſp.17. l.*kkkk.2.*d* 20.*l.*ddddd 3. in Coroll.*d.23. l.*ttttt.2.3.*vol 6.d.2.l.G.*1.

Legis Regiæ ſub Veſpaſiano ſcriptæ ita accipienda verba ſunt, ut quæcunque ex uſu Reipubl. Majeſtateq; divinarum, humanarum, publicarum, privatarumq; rerum eſſe cenſebit Princeps ea agere, facere, jus, poteſtasque ipſi ſint uti Auguſto fuit *vol.4.d 12.l.*ggg.4.*d.12.l.*iii.1. cœpit verè ſub Auguſto, confirmata eſt poſtmodum *ibid.d.13.l.*lll 3. & 4 & mmm 1.2. 3. & 4. & nnn.1.2.3. & 4.*d.15. l.*ttt.1.*d.*17. *l.*cccc.2.*d.*19 *l.*mmmm 4 *& ſeqq vol.5.d.*13. *l.*iii.2.3.*d.*17.*l.*xxx.3. & aaaa.4 & kkkk.2.

Lex commiſſoria contractibus apponi non poteſt, nam eſt lex fallax quæ ita concipitur, ut ſi quis debitor ad certum diem creditori non ſatisfaciat, is ſibi pignus non habeat, ita tamen paciſci poſſumus, ut debito ſuo die non ſoluto res pignori data, juſto pretio empta ſit *volum.2.d.11. l* xXx.1.2. *vol.5.d.*38.*l.*HH.1.

Libellus ſupplex eſt, in quo controverſiam ſuam quis enarrat, & ut ſibi adverſus adverſarium proceſſus & citatio decernantur petit, aut ſtatim controverſiæ puncta cumulat, & decretum petit: eſt inquam ſcriptura quę intentionem Actoris comprehendit *vol.3.d.15.l.*E.4.*vol.5.d.3. l.*r.4. libelli aliàs variæ ſunt ſignificationes *ibid.*

Libellus alius ſimplex eſt ſeu ſummarius, alius articulatus, ad hunc omnia quæ ulterius peragi neceſſum eſt referantur, in omni autem cauſa libellus actionis absque diſtinctionis fœdere ad ſententiam uſque definitivam, in eodem judicio corrigi ac mutari poteſt, modo Actor reo ſpatium deliberandi det, de nova edita petitione ſuſcipienda, eique expenſas temerariæ vocationis & editionis refundat: hodiè tamen in Camera Imperiali libello ſemel edito, variatio nulli permittitur *vol.2.d.18.l.P.3 & 4.*

Libelli inepti exceptio eſt, ſi libellum aptum rei, & propoſito negotio competentem non eſſe conſtet: Ejus verò ineptitudo potiſſimùm arguitur ex nulla vel mala conſequentia, ex obſcuritate, ex inepta itidem actionum cumulatione *vol.2.d.27.KK.4.vol.3 d.15.l.Q.4.volum.5. d.3.l.u.1.*

pro Libello in dubio pronuntiandum eſt *vol.5.d.49.l.*EEEE 4.

Libellus eodem judicio absque diſcrimine uſque ad ſententiam definitivam, & corrigi & mutari poteſt, modò Actor reo ſpatium deliberandi de nova, petitione ſuſcipienda concedat, & expenſas ob priorem temerariè factam vocationem refundat, in Camera verò, libello edito variatio ejus omninò interdicta eſt *vol.3. d.15.l.Q.4.vol.5.d.3.l.y.2.3.*

in Libello actionis nomen ſecundum jus civile exprimi debet, at jure Canoni-

co omitti poteſt *vol.*3.*d.*15.*l.*Q.4. *vol.*4. *d.*23.*l.*B.3.*vol.*5.*d.*3.*l.*u.2.3.

in Libello plures hodiè actiones cumulari poſſunt, quædam tamen prohibitæ ſunt *vol.*3.*d.*15.*l.*Q.4.*vol.*4.*d.*23.*l.*B.3.4. *vol.*5.*d.*3.*l.*x.1.

Libellus ratione generis cauſæ alius civilis, alius criminalis eſt: ille eſt verborum conceptio brevis & aperta, quâ in civilibus diſceptationibus utimur, dum rem noſtram, aut id, quod nobis deberi putamus futuræ litis ſpeciem civiliter proponentes; hæc eſt, quando aliquem apud judicem criminis reum deferimus *vol.*3.*d.*5. *l.*s.1.2.

Libelli ſunt partes duplices, aliæ neceſſariæ, aliæ voluntariæ: illæ ſunt tres, nempe exordium, narratio, petitio, ſeu libelli concluſio, in qua cauſa actionis, ſeu petitionis neceſſariò exprimi debet. ubi pulcherrimè *vol.*5.*d.*3.*l.*t.1.2.3.4.

in Libello articulato hæc præcipuè requiruntur, ne articuli ſint multiplices, impertinentes, obſcuri, captioſi, negativi, facti alieni, criminales, impoſſibiles, contrarii, credulitatis, vagi, incerti, generales, ſuperflui, ſint autem maximè juris *vol.*5. *d.*5.*l.*x.1.2.

Libelli articuli notoriè impertinentes (qui non ſunt ex viſceribus libelli deſumpti, & formati, eique, & propoſitæ actioni conformes) nequaquam in judicio recipiendi ſunt. Quid ſi non liqueat judici an relevantes ſint? Reſpondetur illos eſſe recipiendos cum uſitata clauſula ſalvo jure impertinentium *vol.*6 *d.*19.*l.*Vuuu.1.

Libelli articulos in dubio modicè pertinentes eſſe ſufficit *vol.*6. *d* 19.*l.*Vuuu.1.

Libelli voluntariæ ſive arbitrariæ partes, libellis neceſſariò non inſeruntur, iis tamen ab eruditis Advocatis pro rei, ac cauſæ qualitate, variiſque rerum circumſtantiis, adjungi ſolent: earumque aliæ Exordio, aliæ Narrationi, aliæ verò petitioni, ſive libellorum concluſioni pro rei ſtatu inſeruntur, quod ibi vide *vol.*5. *d.*3.*l.*x.3. 4. & y.1.2.3. ubi pulcherrimè clauſulæ libellorum recenſentur *ibid.*

Libelli finis eſt, agentis deſiderium proponere, judicem & reum de futura lite inſtruere, actionemque fundare: ejus verò effectus varii ſunt, creditur enim actor fateri, quæcunque libello complexus eſt, reus verò deſuper deliberare tenetur, item rem libellus litigioſam facit, præſcriptionem interrumpit, operatur, ut bonæ fidei poſſeſſor ſemper de dolo poſt conventionem cavere teneatur, actionem item perpetuæ, moram inducit *vol.*5.*d.*3.*l.*y.3.

Libellus qui partim verus, partim falſus eſt, id eſt, quando quis petit decem, & ipſi non debentur, niſi quinque, licitè tamen in totum negari non poteſt *volum.*5. *d.*34.*l.*X.4.

Libellus ſi ineptus ſit, ſententia ſuper eo lata nulla erit *vol.*5.*d.*36.*l.*DD.3.

Liberatio teſtamento legata obligationem diſſolvit, quare huic legatario non ſolùm datur actio ex teſtamento, ut ſibi acceptum feratur, quod liberationis cauſa legatum eſt, verùm etiam exceptio competit liberationis legatæ in factum aut doli mali ex teſtamento *volum.*3. *d.*12. *l.*L 4.

Liberalitas Principis fræno non ſubjacet nec unquam dicitur, excedere meritum accipientis, quare Principis aſſertioni cir-

ni circa merita ſtatur, huic ſi quid apponat gratiam præponderare meritis, id probare debet *vol.*3.*d.*5.*l.*ii.1.

Liberalitas Cæſaris, & Principum eſt propria *vol.*6.*d.*3.*l.*V.4.

in Liberalitate Principis facta duobus, vel pluribus datur jus accreſcendi *vol.*6.*d.*10.*l.*Ooo.3.

ad Liberorum educationem excitantur parentes naturali ſtimulo: nomine autem educationis non tantum victus ſignificatur veſtiarium & habitatio, ſed etiam morum & liberalium artium inſtitutio, ad quam ſumptus impenſi in hæreditatis collationem non veniunt, ſi tamen utiliter collocati ſint pro ratione dignitatis & familiæ, item quando filius non habuit aliqua bona penes patrem, nam tunc ex pietate debita ductus, ſumptus filio miſiſſe præſumitur *volum.*2.*diſp.*18.*l.*Q.4. & R.1.

Liberi ratione bonorum adventitiorum à Patre adminiſtratorum tacitam hypothecam in bonis parentum habent *vol.*7.*d.*4.*l.*q.2. vide Hypotheca, tam patris ad ſecunda vota transeuntis, quam matris, etiam vitrici *ibid.*

qui Liberos ſuos exponunt, cauſam mortis, dolo malo præbuiſſe, dicendi ſunt, & expoſiti ſi perierint, pœna ſecundum L. Cornel. ordinariâ tenentur, niſi eos in locis frequentibus expoſuerint, tunc enim arbitraria ſolùm pœnâ afficiuntur *vol.*1.*d.*25.*l.*HH.4.

Liberi, patris conditionem ſequuntur non matris *volum.*4.*d.*8.*l.*gg.1.*d.*9.*l.*oo.1. 2.3. & yy.4. *d.*10.*l.*ccc.3.*d.*14.*l.*sss.4. *vol.*7. *d.*9.*l.*oo.3.

in Liberis aviti ſanguinis & virtutis vena præſumitur, & mores, temperamentum corporis ſequi creduntur *vol.*4.*d.*9. *l.*oo.3.*l.*ccc.4.

Liberorum numerus favorabilem reddit cauſam aliquam. Sic olim liberorum numerus patribus in dicendis ſententiis, in petitione Magiſtratus, aut officii alicujus primas efficit: in theatro honoratiorem locum: annua munera &c. pariebat *vol.*6.*d.*16.*l.*Eeee.2.

Liberi ſunt quodammodo Domini hæreditatis in vita patris *vol.*7.*d.*2.*l.*d.4.

Liberi in patria poteſtate conſtituti & ſui hæredes, vivo Patre non ſunt Domini earum rerum, quarum dominium habet pater, qui duo Domini in ſolidum eſſe nequeunt. Ergò ſi Domini ſint, ſaltem per fictionem juris ſunt *vol.*5. *d.*6.*l.*kk.3. in Coroll.

Liberis, aut Libertis actio famoſa contra Parentes, aut Patronos non datur *vol.*6.*d.*16.*l.*Ffff.2.

Liberis, & Libertis ſemper honeſta, & ſancta perſona patronorum, & parentum eſſe debet *vol.*6.*d.*16.*l.*Ffff.2.

Liberi naſcuntur & æquales omnes homines, & nullius juriſdictioni ſunt ſubjecti, niſi ſpontè ſe ſubjiciant, & jura ſua in alium transferant *vol.*5.*d.*17.*l.*ttt.4. & xxx.4.

Liberis etſi hæreditas debeatur jure divino, & civili, tamen factio teſtamenti parentibus ſemper fuit permiſſa *vol.*7.*d.*2. *l.*d.4.

Liberis nihil debetur, niſi à morte parentis, & ſic creditores etiam in legitima liberis præferuntur *vol.*7.*d.*2.*l.*h.4.

Liberorum appellatio communis & generalis eſt, ita ut quosvis deſcendentes

Legitimatio debet fieri vivo patre, non mortuo, & abſolutè, i.e. ad primæva jura naturæ, honores, dignitates, & reliqua jura perſonalia, Patre expreſſim, & ſpecificè conſentiente *vol.7.d.2.l.f.1.*

nam qui Legitimatus ea forraſſis conditione ſolùm eſt, ut ex teſtamento ſuccedat, quatenus, & in quantum patri videbitur ſi ei vel minus legitima, vel nihil prorſus fuerit relictum, nec ad ſupplementum aget, nec querelam aut aliud quod remedium intentabit, & diſpenſatus potius, quam legitimatus dicetur *vol.2. d.2.l.f.1.*

Legitimati per reſcriptum non continentur ſtatuto excludente fœminas à ſucceſſione, extantibus maſculis legitimis *vol.5.d.39.l.*KK.3.

Legitimati per reſcriptum ſimpliciter à ſucceſſione feudorum arcentur *volum.5. d.39.l.*KK.3.

Legitimati per oblationem Curiæ olim omnia per hunc actum ſucceſſionis jura nanciſcebantur, ſed hoc hodie deſiit *vol.5.d.39.l.*KK.3.

Legitimationem non ſolùm ſimpliciter, ſed etiam ad ſucceſſiones in alieno quoque territorio ſibi vendicat Pontifex *vol.7.d.9.l.*oo.4.

Legitimatio eſt ſymbolum ſupremæ dignitatis, quæ in Gallia à ſola regia Majeſtate confertur, ſed in Imperio noſtro Romano-Germanico etiam ab illis quibus Princeps Romanus illam poteſtatem nominatim dedit *vol.2.d.4.l.*r.3.*vol.5.d.12. l.*ggg.1. ſic etiam à Camera Spirenſi conferri non poteſt *vol.7.d.9.l.*oo.4. Cęſar verò etiam ſuos liberos, ſicut & Pontifex legitimare poteſt *ibid.*

Legitimi actus ſunt: Mancipatio: Hereditatis aditio, Servi optio; Datio tutoris; Acceptilatio; vera ſolutio &c. *volum.6. d.12.l.*Ttt.2.

Legitimi actus ſunt, qui inventi, & approbati ſunt à lege, & quacunque juris parte, vel ſunt ii ex quibus ſtatim effectus aliquis, iſque purus ſequitur *vol.6.d.12. l.*Ttt.2.

Legitimi actus conditionem non recipiunt *vol.6.d.21.l.*Ttt.2.

Leiningenſes Comites bannitos Imperii recipere & defendere poſſunt *vol.2. d.18.l.*R.4.

Lennones turpiſſimam artem exercent, ut & lenocinium non minus turpe eſt quàm corpore quæſtum facere *vol 4. d.9.l.*yy.2.

Lex poſterior priorem tollit quatenus illi contraria eſt *vol.5.d.30.l.*A.4.

Lex probabili dubitandi ratione ſuffulta eſſe debet, priusquam plenam aſſumat firmitatem *vol.6.d.19.l.*Tttt.1.

Lex ſi quid non requirat id nec nos requirere debemus *vol.2.d.6.l.*mm.4.nn.4.

Lex correctoria ultra caſus legis correctæ evagari non debet *vol.2.d.7.l.*dDd.1. *vol.3.d.10.l.*G.2.

Lex ubi non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus *volum.2. d.24. l.*DD.4.*&* EE.4. *vol.4.d.9.l.*xx 3.*d.13. l.*ppp.1.qqq.2. *vol.5.d.49.l.*HHHH.3.*vol.6.d.5.l.*Pp.1.

Lex vel ſtatutum generaliter & indiſtinctè diſponens, comprehendit etiam perſonas & cauſas privilegiatas: niſi tamen in ſpecie illius caſus privilegiatæ reperiantur: per leges enim generales non videtur auferri privilegium ſpeciale in corpore juris clauſum *vol.3.d.1.l.*c.3.

Lex

Lex ſine titulo de ſola poſſeſſione non benè præſumit *vol.3.d.5.l.*rr.3.

Lex generalis & ſpecialis inter ſe differt, nam illa admittit contra ſe interpretationem, hæc non: nempe extenſivam *vol.5.d.49.l.*GGGG.4.

Lex nova quoties obligationem introducit, nec cautum ſit eadem lege quo genere actionis experiamur, ex lege agendum eſt *vol.3.d.5.l.*rr.2.

Lege nova quod ſpecialiter non eſt expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumque regulis cenſetur relictum *vol.*7. *d.9.l.*oo.4.

Legis beneficio indignus eſt, qui in legem commiſit *vol.1.d.15.l.*M.2.*vol.2.d.*7. *l* dDd.4. *vol.3.d* 1.*l.*e.1. *volum.5.d.*5. *l.*ff.4. *vol.7.d.1.l.*b.3.

à Lege quoties pro forma aliquid traditur, tunc illud præcisè ſervandum, nam forma legis non ſervata actus nullus eſt, etſi forma illa in re minima conſiſtat *vol.2. d.6.l.*kk.2.*d.*8.*l.*oOo.2.

Legum optima interpres conſuetudo *vol.2.d.6.l.*kk.3.

Legis & Imperii præſidium pro innocentibus militat *vol.2.d.7.l.*dDd.4.

Leges non tribuunt beneficia ſua delinquentibus nec ipſis dant immunitatem à pœnis *vol.2.d.7.l* dDd.4.

ex Lege quod alicui datum eſt, nullo modo poteſt per privatum auferri *vol.2. d.8.l.*oOo.2.

contra Legem manifeſtam quæcunq; diſpoſitio eſt, illa cenſetur eſſe nulla *vol.* 2. *d.7.l.*oOo.2.

Legis proviſio ubi ceſſat, proviſio hominis ſurrogatur *vol.2.d.*20.*l.*Y.4.

quæ Legibus introducuntur non ſunt in Judicis poteſtate, & quicquid per leges fit hominis ſcientiam non deſiderat *vol.6. d.13.l.*Xxx.1.

ſine Lege erubeſcimus loqui *volum.*4. *d.*24.*l.*DD.4.*vol.7.d.*4.*l.*q.2.*d.*10.*l.*ss.4.

quod Legibus expreſsè ſancitum non eſt, ſuperſtitioſis hominum adinventionibus præſumendum non eſt *vol.*7. *d.*4. *l.*q.2.

ſine Lege Doctori loquenti, quantumvis magnæ ſit authoritatis non eſt credendum *vol.*7 *d.4.l.*q.2.

Leges callidis, doloſis, verſutis, vafris, omne commodum & lucrum prorſus adimunt *vol.3.d.1.l.*c.4.

Legis vel ſtatuti privationem inducit, tempus ſine purgatione moræ, qui enim privilegio legis aut ſtatuti uti non vult, cùm poteſt, non poterit cùm volet *vol.*3. *d.1.l.*g 3.

in Legis diſpoſitione debet attendi tempus currens, ſeu quando legi contravenitur, nec reduci ad tempus quo diſpoſitio edita eſt, quia lex dat formam negatio non ſecundùm præterita, ſed futura, & ſemper loquitur, quando caſus venit, de quo lex diſponit *vol.3. d.5.l.*mm.3.

Leges in toto jure non diſponunt niſi de eo, de quo in iis quæritur, & dubitatur: Cætera verò vel idonea præſupponunt, vel in aliis legibus relinquunt *volum.6.d.9. l.*Lll.2.

Legis verbum intellectus ſumitur ſecundùm tempus prolationis, non ſecundùm id, quod poſtea contingit *vol* 9.*d.*5. *l.*mm.4.

Legis non omnium 20. DD. de LL. ejusq; genuinis exemplis diſputatio ſingularis *vol.5.d.45.l.*TTT.3.4.per tot.

Digitized by Google

Leges ſcire non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem *volum.*4.*d.*20.*l.*uuu.2. *vol.*7.*d.*10. *l.*rr.3. non ſola earum authoritate, ſed ratione niti: aliàs omnes memoriter leges ediſcendo Juriſperiti eſſe poſſent *ibid.*

Legibus cum omnia comprehendi poſſunt per conſequentiam ad ſimilia eſt procedendum *vol.*7.*d.*10.*l.*rr.4.

Leges omnibus debent eſſe communes *vol.*4.*d.*27.*l.*Q.1.

Legem nemo ſibi dicit, à qua non liceat ſibi recedere *vol.*5.*d.*17.*l.*uuu.1. *vol.*6. *d.*5.*l.*Pp.1.

Legem rei ſuæ, quam volet, quisque figere poteſt *vol.*6.*d.*3.*l.*Bb.4.

Leges poſteriores trahi debent ad priores *vol* 5.*d.*49.*l.*FFFF.4. GGGG.2.3. & poſteriores, ex prioribus declarantur *vol.*7.*d.*4 *l* u.4.

Legibus inimica eſt obſcuritas *vol.*7. *d.*10.*l.*ss.1.

Legem ratio vel extendit vel reſtringit, nam ratio eſt, anima, vigor, medulla ipſius legis, etſi de ratione conſtet, perinde licet ab ea argumentari, ut ab ipſa lege: quod ſi autem ratio non eſt ſcripta in lege, tunc ratiocinatione ad rationes, ex aliis legibus, & argumenta legalia recurrendum eſt *volum.*5.*d.*47.*l.*FFFF.4.*vol.*6. *d.*5.*l.*Oo.4.Pp.1.*vol.*7.*d.*10.*l.*rr.1. ubi pulchrè.& ss.3.4.

Leges itaque ſcriptæ, & poſitivæ ſunt quidem Principia Juriſconſulti, & poteſt ſimpliciter ad leges provocari: nec eſt Juriſconſulti quatenus talis, ſemper de legibus diſputare, quod ideo fieri debet, quod præſupponatur legibus ineſſe rationem boni, & æquitatis, ideoque authoritati præcipientis eſſe ſtandum: verùm ſi de legum, & æquitatis cauſis dubitatio aliqua oriatur, non poteſt JCtus, tanquam JCtus, id eſt, ex ſuis legibus authoritatem legum defendere, ad alias recurrendum erit diſciplinas *volum.*7.*d.*10. *l.*rr.4.

in Legum interpretatione ratio ea potior habetur, primò quæ eſt ſecundum jus naturale, ſecundò quæ eſt ſecundùm jus divinum: tertiò quæ eſt ſecundum æquitatem ſcriptam, illâ, quæ eſt ſecundum rigorem, quartò quæ eſt ſecundum regulas juris, illâ, quæ tenet, quod ſit ſpeciale: quintò quæ eſt ſecundum mentem, quàm quæ eſt ſecundum verba: ſextò quæ eſt ſecundum verba, illâ, quæ eſt per ſimilitudinem vel per incertam rationem. Denique argumentum à ſubjecta materia prævalet omnibus aliis argumentis *vol.*5. *d.*49. *l.*FFFF.4. GGGG.2.3. *volum.*6.*d.*5. *l.*Oo.4.Pp.1.

Leges igitur à ratione deflectentes, id eſt, quæ nec bonæ, nec æque, nec utiles, nec honeſtæ ſunt, tanquam non ex genuina materia juris factæ, ſed ut informes ettorum abortus, non modò non habendæ erunt leges, ſed ne appellandæ quidem *vol.*7.*d.*10.*l.*ss.4.

Legum quidem ſemper rationes ſunt, ſed eas ſæpè Juriſconſulti ignorant, nec hoc eorum exiſtimationi detrahit *vol.*7. *d.*10.*l.*tt.4.

Leges quoad legislatorem & judicem ita intelligendæ ſunt ut non extendantur latius quam ſe extenderit ejus poteſtas, qui legem vel ſtatutum, vel ſententiam poſuit *vol.*5.*d.*49.*l.*GGGG.4.

in Legibus itaq; intelligendis judicio opus

opus eſt omninò, & quod non ex nuda hominis opinione, nec ex affectuum impulſu, ſed ex certa rationis formula procedat: aliâs enim facilè etiam ſub prætextu generalium regularum juris, ſive æqui boni perniciosè erratur *volum.7.d.10.l.uu 2.*

Legibus patriis obtemperandum eſt, ut Imperii, ordinisque authoritas conſervetur, nec obtemperantium, atq; obedientium reſpectus cum manifeſta, ac extrema Reip. pernitia confundatur *vol.7.d.10.l.*uu.1.2.

Lex fundamentalis regni nihil eſt aliud quàm pacta quædam communi conſenſu ſancita & approbata, ſub quibus hæc vel illa Reſpublica, ſigillatim ita conſtituta eſt, & quibus tanquam fundamentis inſiſtit, quibusque regimenta in Principem ſeu Magiſtratum transferuntur certis conditionibus quarum à variis capitulis dicitur aliquando capitulatio, aliquando lex Imperii *volum.5.d 17.l.*kLkk.1.2.3.4. *vol.1.d.22.l.*T.3 4.

Leges hæ regni fundamentales omnino obſervandæ ſunt, nec aliunde contra mentem, & verba interpretationes trahendæ, etiamſi defectum vel vitium & incommoditatem quandam conjunctam habeant *vol.5.d.17.l* kkkk.2.3.4.

& Leges revera non ſemper ſimpliciter optimæ, & ad juſtitiam veram omnes formatæ eſſe poſſunt, ſed illa rectitudo conſtans juſtitiæ interdum aliquantum obliquanda, & ad ſtatum politiæ, conditionemque populi accommodanda eſt. Qui ſtatus politicus cum ſit à natura ordinatus non poſſunt media ad eum finem ducentia naturæ contrariari, ſed erunt ipſi convenientiſſima. Hinc aliqui duplicem faciunt juſtitiam, aliam abſolutè conſideratam, aliam habito reſpectu ad ſtatum civitatis. Indeque aliud verum eſt in rebus ipſis, aliud verum judiciale: aliud verum in Theoria, aliud in Praxi *volum.7.d.10 l.*uu.2.

Leges fundamentales non ſunt unius modi, ſed vel plures, vel pauciores, prout Reſpublica eſt liberior, vel Monarchico, Ariſtocratico, vel Democratico temperamento adſtricta *vol.5.d.17.l.*kkkk.2.3.4.

Legi uni quod deeſt, ex alia ſuppleri debet *vol.5.d.23.l.*qqqqq 2.*d.*30.*l.*H.2.

ex Lege quod lucrum mihi datur moriens teſtamento aut ullo alio pacto mihi auferre non poteſt *vol.5.d.23.l.*qqqqq.3.

Legum beneficia idoneis & capacibus, non incapacibus ſcripta ſunt *vol.5.d.28.l.*iiiiii.2.

Leges ita ſcribi ſolent ut in perpetuum robur obtineant *vol.5.d.*30.*l.*H.3.

Leges abrogari poſſunt, modò eorum conſenſus circa abrogationem adſit, qui in condendo neceſſariò fuit adhibitus *vol.5.d.*30.*l.*H.4. *vol.6.d.5.l.*Pp.1.

Lex, ſi quem in Principatu ſuccedere jubet, eum parens nullo modo à ſucceſſione dimovere poteſt *vol* 1.*d.*1.*l.*d.1.*d.*22. *l* V.2.& 3. *vol.2. d.6.l* rr.3.& 4.

Leges fundamentales regni dicuntur, quæ communi Regni conſenſu ſancitæ & approbatæ ſunt, ſub quibus hæc vel illa Reſpublica ſigillatim ita conſtituta eſt, & quibus tanquam fundamentis nititur, ſuntque ut plurimum de Reip. commiſſione, de ſummi Magiſtratus conſtitutione, de pacis & tranquillitatis publicę conſervatione *vol.1.d.22.l.*T.3.V.4. quas Princeps

Digitized by Google

ceps ipſe comiter obſervare debet *vol.*4. *d.*12. *l.*iii.1. *&* lll.1. *volum.*9. *d.*17. *l.*kkkk.1. 2.3.4.

Leges in Regno tales ferantur, quibus populus ad Principis venerationem & obſequium: Princeps ad juſtitiam & populi ſalutem curandam informetur, nec tamen iis dignitas principalis enervetur *vol.*1. *d.*22. *l.*V.4.

Leges univerſales condere etſi jus ſupremæ Majeſtatis ſit, tamen hodie Cæſar eas, absque Principum conſenſu condere non poteſt *vol.*5. *d.*30. *l.*zzzzzz.3. vide Cæſar, Princeps, Regalia, Majeſtas.

Leges in Ariſtocratia tales ſint, quibus ſubditi ad amorem & obedientiam ſingulorum Optimatum incitentur; Optimates verò ab inferiorum contumeliis, calumniis, & inſimulationibus averſantur *vol.*1. *d.*22. *l.*X.2.

Leges in Democratia tales ſint quæ Magiſtratibus ἰσονομίαν, hoc eſt, juris & legum æqualitatem non ἰσομοιρίαν, id eſt, rerum æqualitatem, ſemper occinant & probent: ſubditos verò divites ad publica miniſteria promptos reddant, pauperes autem divitum odio, inſidiis, & invaſione abſterreant *vol.*1. *d.*22. *l.*X.3.

Leges condere ſolius eſt Principis *vol.*2. *d.*1. *l.*b.2. *volum.*4. *d.*12. *l.*hhh.1. & mutare *ibid.*

Legem cujus eſt jubere, ejusdem eſt & abrogare, derogare, obrogare, ſurrogare *vol.*1. *d.*6. *l.*cc.3. *vol.*4. *d.*13. *l.*rrr.1. quod tamen fieri nõ debet niſi publica utilitas id exigat *vol.*6. *d.*5. *l.*Pp.1. *vol.*7. *d.*10. *l.*nu.2.3.

Legem ſubditis in præjudicium ſuperioris condere aut contractum inire non licet *vol.*1. *d.*8. *l.*hh.3.

Lex generaliter loquens, non debet reſtringi ad habiles, ſed generaliter intelligi *vol.*2. *d.*1. *l.*a.2. *vol.*7. *d.*4. *l.*n.4.

Leges utiles Reipublicę interpretatione adjuvandæ *vol.*2. *d.*1. *l.*a.2.

Leges decenter ferri, latæque ad effectum deduci debent *vol.*2. *d.*1. *l.*a.3.

Legis verba cui non competunt, ei nec competit diſpoſitio legis *volum.*6. *diſp.*18. *l.*Pppp.3.

Legis verba ſi adeò clara ſunt, ut ſalva ratione recti ſermonis ea nequeant recipere interpretationem ex æquo & bono, tunc ſimpliciter lex ſervanda eſt: ubi verò legis verba non ſunt adeò clara, ut ſalva ratione recti ſermonis recipere nequeant interpretationem ex æquo & bono, tunc illa præferenda; tunc enim non inſpici ſolùm debet verborum cortex, ſed vis ipſorum, & loquentis intentio, & leges rebus, non verbis impoſitæ ſunt, ut interpretationem reſpuant, ſed dubitatur, quid ſit æquum, Princeps conſulendus eſt. Porrò in ambigua voce legis ea ſignificatio attendenda, quæ vitio caret, & ſi ſit impropria, quamvis regulariter verba ſint propriè accipienda; abſurdum item ſemper vitari debet, quandoque tamen toleratur abſurdum, ut evitetur abſurdius, leges ita accipiendæ, ne ſint ſupervacaneæ, ut oratio aliquid egiſſe videatur, ut lex titulo ſub quo poſita eſt, congruat, verba obſcurè prolata, ad communem intelligentiam reducenda, intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi: quia non ſermoni res, ſed rei ſermo eſt ſubjectus, una lex ex altera declaretur, nam leges legibus concordandæ. Optima etiam legum interpres conſuetudo:

Digitized by Google

tudo: itaque in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudo, aut rerum perpetuò ſimiliter judicatatum authoritas vim legis obtinere debet: item conſtitutiones tempore poſteriores derogant his, quæ ipſis præceſſerunt, ſi contrariæ inveniantur. Cæterùm quidquid nova lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumque regulis relictum intelligitur *vol.2.d.1.* *l.*b.3.& 4.

Legi omnes obtemperare debent, & ad ejus præſcriptum omnes qui in ea Republica ſunt, vitam inſtituere, nemoque facere poteſt ne leges locum habeant, ne pactis quidem juramento firmatis: itaque eas accurratè cuſtodire, & tranſgreſſores competentibus pœnis ſubjicere neceſſe eſt *vol.2.d.*1.*l.*b.4.*d.6.l.yy.1.* *volum.4.d.*12. *l.*hhh.1.

Lex cum aliquid fieri jubet, tunc id intermitti vetat, proinde ſi contra factum erit, non valet, quod factum erit, non valet, quod actum eſt, tanquam contra legem factum *vol.6.d.*18.*l.*Pppp.4.

Legum contraria ſunt: primò quod plærique leges ita accipiant, ut unde minimè convenit, inde injuſtarum ſibi actionum anſam præbeant, quibus artibus fraus legi fit: ſecundò nulla lex ſummæ, & perpetuæ rerum humanarum varietati ſufficit, nec dubium eſt omnibus ſemper temporibus negotia, quæ legum laqueis nondum innodata ſint, quæ cum ita ſint, non debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum varietatem temporum humana quoque varientur ſtatuta: præſertim cum urgens neceſſitas, vel evidens utilitas id expoſcit, leges tamen, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt, non ſine graviſſima cauſa mutandæ ſunt, illud certum eſt, leges futuris dare formam negotiis, non ad facta præterita revocari, id tamen ſi legislator expreſſerit, hoc ad præteritos caſus, in negotiis & controverſiis necdum tranſactionibus vel definitivis ſententiis, ſeu alio legitimo modo ſopitis referri debet *vol.2.d.*1.*l.*b.4.c.1.*vol.7.d.*10. *l.*uu.2.3. mutatio autem ſi fieri debet, expediri debet non ſolum urgente maxima cauſa vel utilitatis, & neceſſitatis, ſed etiam in tempore, ſine tumultu, honeſtè, ſine ſcandalo, & ſine dolo malo *ibid.*.

Leges ergò civiles ad utilitatem Reip. & conditionem rerum humanarum, ſtatumque præſentem ſunt accommodandæ, & ſicut gubernatoribus, ſive naucleris mutanda ſæpiſſimè eſt velificatio, utcunque in alto ventus eſt, ita & leges Rerump. gubernatoribus: ſicut & Medicina ſæpius variat. Nam quod medicamenta morbis, hoc exhibent jura negotiis *vol.7.d.*10.*l.*uu.3.

quæ contra Leges fiunt, pro infectis habenda ſunt *vol.6.d.*16.*l.*Cccc.3.

Legem ſuperioris inferior abrogare nequit *vol.2.d.*4.*l.*x.3.

Leges ad populorum mores & naturam non præciſè accommodari & conformari debent, flectendæ tamen ſunt ita, ut vitia in iis corrigantur, virtutes verò excitentur *vol.2.d.*5.*l.*gg.2.

Leges liberaliores populis magnanimis, uti olim Græcis, Romanis, hodie Germanis, Gallis, Hiſpanis, Brittannis, Belgis, Polonis, Suecis, Danis: ſeveriores verò leges, ſervilibus, ut Moſcovitis, Tartaris, Syris, Aphris ferendæ &c. *vol.2.d.*5. *l.*gg.2.

Lgg.2. vol.4.d.12.l.iii.2. & hi metu, illi amore, & benevolentia continendi *ibid.*

Leges ſecuritatem omnibus hominibus æqualiter tribuunt *vol.2 d.7.l.yy.1.*

Leges ſilent inter arma, imò lex ipſa in caſu neceſſariæ defenſionis contra injuſtas offenſiones, ſingulis arma in manus porrigit *vol.2.d.7.l.yy.4.*

Lex generalis etſi propter publicam utilitatem feratur, nunquam tollit privilegia quæ è diametro ei adverſantur, quia conſuetudines & privilegia particularia Cæſar ignorare, ideò nec eis derogare creditur, ſi tamen privilegia corpori juris ſint incluſa, ea Princeps ſcire, &, lege conrraria tollere creditur *volum.3.diſp.5. l.hh 4.*

Legem in genere ſuo non vincit conſuetudo, & majorem ea ipſa poteſtatem habet, ſed ſi legi ita conſuetudo contraria ſit, ut ea ſtare non poſſit, à recentiori conſuetudine antiquior lex tollitur *volum.3. d.5.l.ll.1.*

Leges omnes & conſuetudines ad tria illa juris præcepta, honeſte vivere: neminem lædere, ſuum cuiq; tribuere accommodari debent *vol.3.d.5.l.mm.3.*

Leges & ſtatuta non ligant res & perſonas extra jurisdictionem ſtatuentium poſitas, ita ut nec Cæſar leges ferre poſſit, quæ ligent non ſubditos, maximè ſi in præjudicium tertii tendant *volum.3.d.5. l.nn.3.&4.*

Legis, ſtatuti, & privilegii, communi cauſa ceſſante ceſſat & ipſa diſpoſitio, non autem ſi ex accidenti, vel ſolum in particulari perſona cauſa ceſſat *vol.3.d.5. l.oo.4.*

Lex nova quoties obligationem introducit, nec cautum ſit eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege agendum eſt *vol.3.d.5.l.rr.2.*

Leges quibus Princeps in ingreſſu regni ſe vel tacitè vel expreſsè obſtringit, omnin ò Principem ligant, quæ plerumque capitulationes vocantur *volum.4. diſp.1. l.)()()(.3.*

Legum per Imperium generalium ſanctio, cum ſimultaneo Imperatoriæ Majeſtatis, Statuumq; Imperii conſenſu fieri conſuevit *vol.4.d.4 l p.1.&2.*

Legum vinculo ſubdiri colligandi & obſtringendi ſunt *vol.4.d.12.l.hhh 2.*

Leges 12. tabulis ex Græcia allatæ, & à decemviris ad id conſtitutis promulgatæ ſunt *vol.4.d.12.l.mmm.2.3.& 4.*

Leges 12.tabulis legi Regiæ non dederunt cauſam *vol.4.d.12.l.mmm.2 3.&4.*

Leges 12. tabulis appellantur fons omnis publici privatiq; juris, & finis æqui juris *vol.4 d.12.l.mmm.3.*

Lex omnis in eventum ac munus Dei eſt *vol.4.d.13.l.ooo.4.*

Lex carens executione eſt quaſi campana aut nota ſine piſtillo, & velut Magiſtratus mutus & mortuus *vol 4.d.20. l.uuuu.1.*

Legibus ſtat, conſiſtit, inſtituitur, conſervatur Reſpublica atq; Reip. omnino neceſſariæ ejusque fundamentum ſunt *vol 4.d.26 l.H.2.3.*

Lex regaliter dicitur commune præceptum, virorum prudentum conſilium, delictorum coërcitio, præmiorum diſtributio *vol.4.d.26.l H.3.*

quæ Legis ſunt non dicuntur tranſlata & conceſſa, niſi in ſpecie omninò exprimantur eſſe conceſſa *vol.5.d,17.l.ffff.2.*

Leges

Leges condere non eſt Imperii meri vel mixti, vel jurisdictionis, ſed legis & poteſtatis *vol.5.d.17.l.ffff.3.*& ſolius Principis *d.36.l.FF.1.*

Lex Regia ſumitur propriiſſimè pro illa qua populus Romanus Principi & in Principem omne Imperium ſuum & poteſtatem contulit, vocatur alio nomine lex Auguſti: Item lex imperii, licet & aliarum legum regiarum fiat mentio *vol* 4. *d.13. l.*lll 3. & 4. & mmm.1.& nnn.4. eâ tamen inprimis non ſunt abſolute uſi Imperatores *volum.5.diſp.11.l.*xx.2.3.*diſp.17. l.*kkkk.2.*d* 20.*l.*ddddd 3. in Coroll.*d.23. l.*ttttt.2.3.*vol 6.d.2.l.*G.1.

Legis Regiæ ſub Veſpaſiano ſcriptæ ita accipienda verba ſunt, ut quæcunque ex uſu Reipubl. Majeſtateq; divinarum, humanarum, publicarum, privatarumq. rerum eſſe cenſebit Princeps ea agere, facere, jus, poteſtasque ipſi ſint uti Auguſto fuit *vol.4.d* 12.*l.*ggg.4.*d.*12.*l.*iii.1. cœpit verè ſub Auguſto, confirmata eſt poſtmodum *ibid.d.*13 *l.*lll 3.& 4 & mmm.1.2. 3.& 4. & nnn.1.2.3.& 4.*d.*15 *l.*ttt.1.*d.*17. *l.*cccc.2.*d.*19 *l.*mmmm 4 *& ſeqq vol.5 d.*13. *l.*iii.2.3.*d.*17.*l.*xxx.3. & aaaa.4.& kkkk.2.

Lex commiſſoria contractibus apponi non poteſt, nam eſt lex fallax quæ ita concipitur, ut ſi quis debitor ad certum diem creditori non ſatisfaciat, is ſibi pignus non habeat, ita tamen paciſci poſſumus, ut debito ſuo die non ſoluto res pignori data, juſto pretio empta ſit *volum.2.d.*11. *l* xXx.1.2.*vol.5.d.*38.*l.*HH.1.

Libellus ſupplex eſt, in quo controverſiam ſuam quis enarrat, & ut ſibi adverſus adverſarium proceſſus & citatio decernantur petit, aut ſtatim controverſiæ puncta cumulat, & decretum petit: eſt inquam ſcriptura quæ intentionem Actoris comprehendit *vol.3.d.15.l.*E.4.*vol.5.d.3. l.*r.4. libelli aliàs variæ ſunt ſignificationes *ibid.*

Libellus alius ſimplex eſt ſeu ſummarius, alius articulatus, ad hunc omnia quæ ulterius peragi neceſſum eſt referantur, in omni autem cauſa libellus actionis absque diſtinctionis fœdere ad ſententiam uſque definitivam, in eodem judicio corrigi ac mutari poteſt, modo Actor reo ſpatium deliberandi det, de nova edita petitione ſuſcipienda, eique expenſas temerariæ vocationis & editionis refundat: hodiè tamen in Camera Imperiali libello ſemel edito, variatio nulli permittitur *vol.2.d.*18.*l.*P.3 *&* 4.

Libelli inepti exceptio eſt, ſi libellum aptum rei, & propoſito negotio competentem non eſſe conſtet: Ejus verò ineptitudo potiſſimùm arguitur ex nulla vel mala conſequentia, ex obſcuritate, ex inepta itidem actionum cumulatione *vol.2.d.*27.KK.4.*vol.*3 *d.*15.*l.*Q.4.*volum.5. d.3.l.*u.1.

pro Libello in dubio pronuntiandum eſt *vol.5.d.49.l.*EEEE 4.

Libellus eodem judicio absque diſcrimine uſque ad ſententiam definitivam, & corrigi & mutari poteſt, modò Actor reo ſpatium deliberandi de nova, petitione ſuſcipienda concedat, & expenſas ob priorem temerariè factam vocationem refundat, in Camera verò, libello edito variatio ejus omninò interdicta eſt *vol.3. d.15.l.*Q.4.*vol.5.d.3.l.*y.2.3.

in Libello actionis nomen ſecundum jus civile exprimi debet, at jure Canoni-

co omitti poteſt *vol.* 3. *d.* 15. *l.* Q. 4. *vol.* 4. *d.* 23. *l.* B. 3. *vol.* 5. *d.* 3. *l.* u. 2. 3.

in Libello plures hodiè actiones cumulari poſſunt, quædam tamen prohibitæ ſunt *vol.* 3. *d.* 15. *l.* Q. 4. *vol.* 4. *d.* 23. *l.* B. 3. 4. *vol.* 5. *d.* 3. *l.* x. 1.

Libellus ratione generis cauſæ alius civilis, alius criminalis eſt: ille eſt verborum conceptio brevis & aperta, quâ in civilibus diſceptationibus utimur, dum rem noſtram, aut id, quod nobis deberi putamus futuræ litis ſpeciem civiliter proponentes: hæc eſt, quando aliquem apud judicem criminis reum deferimus *vol* 3. *d.* 5. *l.* s. 1. 2.

Libelli ſunt partes duplices, aliæ neceſſariæ, aliæ voluntariæ: illæ ſunt tres, nempe exordium, narratio, petitio, ſeu libelli concluſio, in qua cauſa actionis, ſeu petitionis neceſſariò exprimi debet. ubi pulcherrimè *vol.* 5. *d.* 3. *l.* t. 1. 2. 3. 4.

in Libello articulato hæc præcipuè requiruntur, ne articuli ſint multiplices, impertinentes, obſcuri, captioſi, negativi, facti alieni, criminales, impoſſibiles, contrarii, credulitatis, vagi, incerti, generales, ſuperflui, ſint autem maximè juris *vol.* 5. *d.* 3. *l.* x. 1. 2.

Libelli articuli notoriè impertinentes (qui non ſunt ex viſceribus libelli deſumpti, & formati, eique, & propoſitæ actioni conformes) nequaquam in judicio recipiendi ſunt. Quid ſi non liqueat judici an relevantes ſint? Reſpondetur illos eſſe recipiendos cum uſitata clauſula ſalvo jure impertinentium *vol.* 6 *d.* 19. *l.* Vuuu. 1.

Libelli articulos in dubio modicè pertinentes eſſe ſufficit *vol.* 6. *d* 19. *l.* Vuuu. 1.

Libelli voluntariæ ſive arbitrariæ partes, libellis neceſſariò non inſeruntur, iis tamen ab eruditis Advocatis pro rei, ac cauſæ qualitate, variiſque rerum circumſtantiis, adjungi ſolent: earumque aliæ Exordio, aliæ Narrationi, aliæ verò petitioni, ſive libellorum concluſioni pro rei ſtatu inſeruntur, quod ibi vide *vol.* 5. *d.* 3. *l.* x. 3. 4. & y. 1. 2. 3. ubi pulcherrimè clauſulæ libellorum recenſentur *ibid.*

Libelli finis eſt, agentis deſiderium proponere, judicem & reum de futura lite inſtruere, actionemque fundare: ejus verò effectus varii ſunt, creditur enim actor fateri, quæcunque libello complexus eſt, reus verò deſuper deliberare tenetur, item rem libellus litigioſam facit, præſcriptionem interrumpit, operatur, ut bonæ fidei poſſeſſor ſemper de dolo poſt conventionem cavere teneatur, actionem item perpetuæ, moram inducit *vol.* 5. *d.* 3 *l.* y. 3.

Libellus qui partim verus, partim falſus eſt, id eſt, quando quis petit decem, & ipſi non debentur, niſi quinque, licitè tamen in totum negari non poteſt *volum.* 5. *d.* 34. *l.* X. 4.

Libellus ſi ineptus ſit, ſententia ſuper eo lata nulla erit *vol.* 5. *d.* 36. *l.* DD. 3.

Liberatio teſtamento legata obligationem diſſolvit, quare huic legatario non ſolùm datur actio ex teſtamento, ut ſibi acceptum feratur, quod liberationis cauſa legatum eſt, verùm etiam exceptio competit liberationis legatæ in factum aut doli mali ex teſtamento *volum.* 3. *d.* 12. *l.* L 4.

Liberalitas Principis fræno non ſubjacet nec unquam dicitur, excedere meritum accipientis, quare Principis aſſertioni cir-

ni circa merita ſtatur, huic ſi quid apponat gratiam præponderare meritis, id probare debet *vol.3.d.5.l.*ii.1.

Liberalitas Cæſaris, & Principum eſt propria *vol.6.d.3.l.*V.4.

in Liberalitate Principis facta duobus, vel pluribus datur jus accreſcendi *vol.6. d.*10.*l.*Ooo.3.

ad Liberorum educationem excitantur parentes naturali ſtimulo: nomine autem educationis non tantum victus ſignificatur veſtiarium & habitatio, ſed etiam morum & liberalium artium inſtitutio, ad quam ſumptus impenſi in hæreditatis collationem non veniunt, ſi tamen utiliter collocati ſint pro ratione dignitatis & familiæ, item quando filius non habuit aliqua bona penes patrem, nam tunc ex pietate debita ductus, ſumptus filio miſiſſe præſumitur *volum.2.diſp.*18.*l.*Q.4. & R.1.

Liberi ratione bonorum adventitiorum à Patre adminiſtratorum tacitam hypothecam in bonis parentum habent *vol.7.d* 4.*l.*q.2. vide Hypotheca, tam patris ad ſecunda vota transeuntis, quam matris, etiam vitrici *ibid.*

qui Liberos ſuos exponunt, cauſam mortis, dolo malo præbuiſſe, dicendi ſunt, & expoſiti ſi perierint, pœna ſecuncundum L. Cornel. ordinariâ tenentur, niſi eos in locis frequentibus expoſuerint, tunc enim arbitraria ſolùm pœna afficiuntur *vol.2.d.25.l.*HH.4.

Liberi, patris conditionem ſequuntur non matris *volum.*4. *d.*8.*l.*gg.1. *d.9.l* oo.1. 2.3. & yy.4. *d.*10. *l.*ccc.3.*d.*14. *l.*sss.4. *vol.*7. *d.9.l.*oo.3.

in Liberis aviti ſanguinis & virtutis vena præſumitur, & mores, temperamentum corporis ſequi creduntur *vol.4.d.9. l.*oo.3.*l.*ccc.4.

Liberorum numerus favorabilem reddit cauſam aliquam. Sic olim liberorum numerus patribus in dicendis ſententiis, in petitione Magiſtratus, aut officii alicujus primas efficit: in theatro honoratiorem locum: annua munera &c. pariebat *vol.6.d.*16.*l.*Eeee.2.

Liberi ſunt quodammodo Domini hæreditatis in vita patris *vol.7.d.2.l.*d.4.

Liberi in patria poteſtate conſtituti & ſui hæredes, vivo Patre non ſunt Domini earum rerum, quarum dominium habet pater, qui duo Domini in ſolidum eſſe nequeunt. Ergò ſi Domini ſint, ſaltem per fictionem juris ſunt *vol.5. d.6.l.*kk.3. in Coroll.

Liberis, aut Libertis actio famoſa contra Patentes, aut Patronos non datur *vol.6.d.16.l.*Ffff.2.

Liberis, & Libertis ſemper honeſta, & ſancta perſona patronorum, & parentum eſſe debet *vol.6.d.16.l.*Ffff.2.

Liberi naſcuntur & æquales omnes homines, & nullius jurisdictioni ſunt ſubjecti, niſi ſponte ſe ſubjiciant, & jura ſua in alium transferant *vol.5.d.*17.*l.*ttt.4. & xxx.4.

Liberis etſi hæreditas debeatur jure divino, & civili, tamen factio teſtamenti parentibus ſemper fuit permiſſa *vol.7.d.2. l.*d.4.

Liberis nihil debetur, niſi à morte parentis, & ſic creditores etiam in legitima liberis præferuntur *vol.7.d.2.l.*h.4.

Liberorum appellatio communis & generalis eſt, ita ut quosvis deſcendentes

 intel-

intelligat & complectatur *volum.5.d.*32 *l.* Q 1.ubi pulchrè *vol.6.d.*16.*l.*Bbbb.1.*d.*18. *l.*Oooo.3.

Libertas una omnium erat jure naturali *vol.6.d.*8. *l.*Aaa.2.

Libera omnia fuerunt à primævo rerum ſtatu, & ſic adhuc intelligi debent, niſi doceatur ſervitus. Quod non ſolùm obtinet in homine, ſed etiam in prædiis, juribus incorporalibus, & jurisdictionalibus *vol.6.d.*8.*l.*Aaa.2.

Libertatis in perſonis reſtrictio eſt extremè odioſa, & in uno atque altero tantùm caſu difficulter recepta *volum.2.d.*7. Lzz.4.

Libertas onerari non debet, ut illi præjudicare nemo poſſit, & pactum perpetuam ejus privationem inducens ſit invalidum *vol.6.d.*3.*l.*Bb.4.

Libertatis hic etiam favor eſt ut in dubio pro liberatione potiùs, quàm obligatione pronuntiandum ſit, ut res ad liberam ſui naturam redeat *volum.2.diſp.*7. *l* zz.4.

pro Libertate in dubio judicandum, cum quælibet res præſumatur libera niſi de ſervitute doceatur *vol.6.d.*3.*l.*Z.2.*d.*8. *l* Aaaa.2.3.

Libertate donari magnum eſt beneficium *vol 6.d.*8.*l.*Aaa.4.

Liberto patroni perſona ſancta eſſe debet, & libertus Patroni cum vitæ tum famæ parcere tenetur, unde eum in jus vocare ſine Prætoris permiſſu, doli, injuriarum, aliave quavis actione famoſa convenire (etſi atrociùs tractati injuriarum agere poſſint) itemque ultra id quod facere non poteſt, exigere non debet *volum.2.d.*7.*l.*mMm.4 *vol.6.d.*8.*l.*Hhh.4.

Libertus liberti mei non eſt meus libertus *vol.6.d.*3.*l.*Cc.5.

Libertus patrono ad multa debetur, ad honorem, obſequia, & Reverentiam: non ſolum ipſi, ſed etiam Patroni liberis, & privignis: ſic, ut ſi ſufficiẽter coleretur, patronus propria authoritate libertum capere poſſet *vol.6.d.*8.*l.*Aaa.4.

Libertinis interdictum eſt dignitatibus non autem eorum filiis *volum.4.d.*9. *l.*uu 3.

in Liberti bona patronus etiam jus patronatus exercet *vol.6.d.*8.*l.*Aaa.4.

Libertus patrono etiam operas debet, ſi tales pactæ ſint pro manumiſſione, aliâs non Sed non debet nimis aſſiduis gravari *vol.6.d.*8.*l.*Aaa.4.Ccc.3.

Libertas publica res eſt, & omnibus rebus favorabilior libertas eſt, tum Rempublicam liberis hominibus frequentari oportet *vol.2.d.*1.*l* a.3.

Libertate ſolita nemo Principum & Regum pollet, omnes juſtis armis ad Imperii ſubjectionem cogi poſſunt *volum.2. d.*3 *l.*h.1.

Libertas Venetis, Florentinis, Lucenſibus aliisq; vel vendita vel conceſſa, aut omninò nulla, aut certè ſalva Cæſaris ſuperioritate data *vol.2.d.*3.*l* i.2.

Libertatem multi in Imperio ſtatus ob ſingularia merita acquiſiverunt *vol.2.d* 2. *l.*i.4.k.1.

Libertatem multi in Imperio ſtatus ob rebellionem & demerita perdiderunt *vol.2.d.*3.*l.*k.1.*&* p.4.

Libertas res aurea eſt, omnia prius quis tentare debet, quam illam amittere *vol.6. d.*3.*l.*P.4.

Libertas vivat, vivat libertas *vol* 2.*d.*3. *l.*q 1.

l.q.1 quæ omnia pecunia commodo præferenda, & lumen vitæ eſt *volum.6.diſp.8.* *l*.Aaa.3. eſt res inæſtimabilis *volum.7.d.4.* *l*.q.3.

Libertas Eccleſiaſtica non ita accipienda eſt, ut Clerus à ſubjectione Principum ſit exemptus *vol.4.d.17.l*.ffff.1.2.

Libertas Eccleſiaſtica in hoc conſiſtit, ut Clerus ea quæ ad cultum ſactum & religionem pertinent, liberè & absque metu facere, vindicem & præſidem contra hæreticos habere poſſit Principem *vol.4.* *d.17.l*.ffff.1.2.

Libertas Italiæ primam originem ſub Henrico IV. & Gregorio VII. cœpit *vol.4.d.17.l*.hhhh.1.2.

Libertatem Principes & Urbes ita habent, non quod ab omni ſubjectione tuti ſint, ſed quod majora beneficia & privilegia reliquis à Cæſare acceperint *vol.4.* *d.17.l*.hhhh.1.

Libertas præſcribi poteſt contra prætendentem ſuperioritatem curſu temporis, cujus apud homines nulla extat memoria, etſi præſcribens titulum nullum habeat *vol.4 d 17.l*.iiii.4. & kkkk.1. ubi etiam dicitur libertatem & immunitatem à collectis præſcribi poſſe ſpatio 40. annorum, & dddd.2.

Libido contra naturam puniebatur olim mulcta nummûm decem millium, mox pœna capitalis, tandem ignis jure civili. At canonico in clericos depoſitione, ſuspenſione, relegatione in Monaſterium: in laicos excommunicatione *vol.7.* *d.6.l*.ee.1.

Libri à ſtudioſis in ædes & muſæa ſua ab aliis conducta illati, tacito pignore non tenentur *vol.5.d.38.l*.GG.4. *volum.7.* *d.4.l*.q.4.

Licitatione quando res inter ſocios aut cohæredes dividuntur, tunc eæ res non ſubjacent retractui *vol.1.d 12.l*.D.4. *vol.3.d.1.l*.d.1.

Licitatio ut & adjudicatio non fit principaliter in finem alienationis, ſed ut ſocii aut cohæredes concordentur, ſic diviſio non eſt alienatio *vol.1.d.12.l*.E.1.

in Licitantium concurſu quæritur an primus per ſecundum majorem ſummam offerentem liberetur? quod affirmatur *vol.3.d.5.l*.ii 2.

Licitum quid privatorum conventione evenire non poteſt quod jure publico eſt illicitum *vol.2.d.21.l*.CCC.3.

Licentiatus pro Doctore habetur *vol.4.* *d.9 l*.mm.1.

Ligna ex ſylva præſertim venatoria, vel foreſta excindi non debent. vide in verbo Foreſta.

Limitata poteſtas, limitatum producit effectum *vol.2 d.3.l*.o.3.

de Linea prima ad ſecundam, & de ſecunda ad tertiam nunquam in familiis illuſtribus tranſitus fit, etſi in una vel altera, milleſimo quis ſit gradu conſtitutus, quamdiu ex prima & ſecunda aliquis ſupereſt *vol.4. d.16.l*.zzz 4.

Liquidum dicitur, quod probatur teſtibus, inſtrumento, confeſſione partis & ejusmodi probationibus quę in promptu afferri poſſunt, *vol.1.d.12.l*.B 3. vide in verbo Probatio.

in il Liquidis oblatio cum depoſitione partis, & cautione pro reſiduo habet vim ſolutionis, *vol.1.d.12.l*.B.3.

Liqui-

Liquidandum habetur pro liquido *vol.*4. *d.*9.*l.*nn.3.

Lites vel cauſæ legitimis transactionibus finitæ, Imperiali reſcripto reſuſcitari non poſſunt *vol.*2.*d.*1.*l.*b.1.

Lites biennio terminentur *vol.*2.*d.*3. *l.*q.1. *vol.*7. *d.*5.*l.*z.4. vide Appellatio in quarto fatali.

Litium debet eſſe finis *volum.*7. *diſp.*10. *l.*uu.1.

Litigioſi exceptio eſt, qui rem litigioſam emptione, vel donatione, vel aliquo alio contractu, ſibi acquiſitam proſequitur. Ad irritum enim ejusmodi alienatio conſtituitur, & proinde ac ſi non interveniſſet, re priſtino loco reſtitutâ, per eosdem lis peragitur, per quos inchoata fuit: litigioſi nomine res non tantum continentur tàm mobiles quàm immobiles, ſed nomina etiam debitorum, ambigua chyrographa *vol.*2. *d.*27. *l.*ll.2. *vol.* 3. *d.*2. *l.*l 3. & 4.

Litigii cœpti, id eſt, litispendentiæ ratione continentia cauſæ inducitur, & judicis, ſub quo cœpta eſt lis, jurisdictio uſque ad finem cauſæ fundatur: hæc autem litispendentia vult, ut lis cœpta, pendens, vel inſtituta, coram uno judice, vel in uno judicio non dividatur, & diſtrahatur in alia plura, aut diverſa judicia, ad diverſos cognitores, ſive judices *vol.*5.*d.*15.*l.*nnn.3. *diſp.*34. *l.*V.4. vide in verbo Continentia cauſæ.

Litigioſam rem facit non denunciatio, ſed lis mota, in realibus quidem adverſario citato, & propoſita petitione: in perſonalibus verò facta litis conteſtatione *vol.*2.*d.*27.*l.*LL.2. & *vol.*3.*d.*2.*l.*l.4.

Litigioſam rem nec donare licet, nec pro derelicta habere, nec in feudum dare, nec uſumfructum in ea conſtituere, vel ſervitutem imponere, nec locare in Emphyteuſim, nec pignori vel hypothecæ dare, quia nec in ſacrum dedicare licet *volum.*3. *d.*2.*l.*l.3. ergò nullo modo alienare poteſt *diſp* 9. *l.*bbb.4. *volum.*6. *diſp.*17. *l.*Kkkk.3.4.

Litigioſæ rei diviſio inter coheredes facta, non cenſetur prohibita, idem dicendum de diviſione inter conſortes litis, & ſocios, ſic nec locatio ad tempus aliquod interdicta eſſe reo poſſeſſori videtur *vol.*3 *d.*2.*l.*l.3. & 4.

Litigioſa res fit ita, ut alienari nequeat, non tantùm per actionem realem, ſed etiam perſonalem, qua in effectu dominium petitur, quia etiam actione de poſſeſſione tantùm mota alienatio rei prohibita videtur *vol.*3.*d.*2. *l.*l.4.

Litigioſa res fit in actionibus realibus per citationem, in perſonalibus verò per litis conteſtationem *vol.*6. *d.*17. *l.*Kkkk. 3.4.

Litigioſa non fit res ex criminali actione inſtituta *vol* 3.*d.*2.*l* l.4.

Litigioſa non fit res per ſolam hypothecę conſtitutionem, ſicut nec per ſolam denunciationem ne res vendatur, ſic res non fit litigioſa mota quæſtione ſuper opere in re facto *vol.*3. *d.*2.*l.*l.4.

Litigioſa res revocari poteſt ab eo, qui eam ſibi acquiſivit, imò hæc alienatio poteſt ab iis remediis revocari, putà, conditione, vel exequendo ſententiam pro Actore contra Reum alienatorem rei litigioſæ latam, contra eum, qui rem litigioſam ſibi acquiſivit, adeò, ut executio fieri poſſit, ſine novo proceſſu contra emptorem

rem

rem ignorantem ſe rem litigioſam emiſſe *vol.3 d.2.l.*o.1.*&* 2.

Litigioſam rem alienatam acquirens ſcienter, & rem reſtituere, & pretio ejuſdem carere tenetur *volum.3.d.2.l.*o.4.*d.*9. *l.*bbb.4.

Litigioſam rem alienans & vendens ſcienti præter pretium acceptum,tantundem fiſco inferre tenetur: ignoranti autem vendens tenetur emptori pro re evicta, precium cum alia tertia parte reddere, & præterea quantitatem integro precio parem fiſco inferre,& hæ pœnæ etiam locum habent,tum,ſi quis rem litigioſam alii dono dat *vol.3.d.2 l.*o 4 *d* 9.*l.*bbb.4.

Litigioſę res alienari omnino non poſſunt *vol.4 d.27.l.*L 2.

Lis ſi de facto quidē pendeat,ſed quę ſit ipſo jure nulla,tunc lis pro pendente non habetur,nec attentatis locus,ſi de nullitate litis notoriè conſter,cave in continenti probari poſſit, quod ſi verò dubium ſit, idq; altiorem indaginem deſideret,tunc interim,dum de hoc litigatur,lis pro pendente habenda eſt, & attentatis locus, adeoque revocationem attentatorum petere poteſt,non tantùm is,qui litem de jure ſubſiſtere propugnat,ſed etiam,qui eam nullam eſſe dicit, *vol* 3. *d* 2 *l.*l.1.2.& 3

Lis coram arbitratore non eſt,nec litigium,nec res litigioſa *vol.*3.*d.*2.*l* k.3.

Lis nulla eſt ante citationem impetratam,quæ in judiciis criminalibus realiter fit,i.e.per capturam perſonæ, ergò nec attentatum *vol.3.d.2.l.*k.3.

Litis conteſtatio & rei controverſæ apud judicem ab utraque parte teſtato facta profeſſio, affirmante videlicet Actore, plerumq; contradicente reo, quo reſpectu alia dicitur affirmativa,alia negativa:quamvis non niſi negativam eſſe veriùs putem, *vol.3.d.*15 *l.*R.3. *vol.4.d.23. l.*B.4.

Litis conteſtatio ſemper in malæfidei poſſeſſione ponit, *vol.5.d.*16.*l.*ppp.3.*vol.*7. *d.*7. *l.*hh.4.

Litis conteſtatio etiam in ſecunda juſtitia, id eſt, in judicio Appellationis neceſſaria eſt *volum* 4. *d.*23.*l.*B.4. *vol.*5. *d.*18. *l.*xxxx.4.

Litis conteſtatio in omni cauſa judiciali,& judicio neceſſaria eſt *vol.*4 *d.*24. *l.*.E.2. quod etiam ab ea incipit *vol.7.d.*5. *l.*u.3. & hoc quidem jure civili,ſed canonico in cauſis matrimonialibus, electionis,& ſimilibus,ſi agatur de matrimonio contracto, vel contrahendo, & reus per contumaciam abſit, lite non conteſtata, rectè pronuntiatur,ſecùs ſi agatur de matrimonio ſeparando,& utraq; parte præſente tractetur *vol.*7.*d.*6.*l.*bb.4.

Litem conteſtando rem noſtram meliorem,non deteriorem reddere ſolemus *vol.7.d.*4.*l.*r.1.

ante Litem conteſtatam licet mutare libellum,ſed non poſt, quia ſi quid novi poſt litem conteſtatam in judicium venit, alia judicis interpellatione opus eſt, *vol.*5.*d.*34.*l.*V.4.

ante Litis conteſtationem Procurator quaſi re adhuc integra, etiam ſine cauſa revocari poteſt,ſecus verò poſt *vol.5.d.*34. *l.*V.4.

Lite non conteſtata judex in cauſa definitivè pronuntiare non poteſt, etſi pronunciaverit,committit nullitatem,idque obtinet quoad juris rigorem, in Camera autem contra ſervatur, *vol.5.d.*34.*l.*V.4.

de Litis conteſtatione *volum.6.diſp.23. l.*Yyyy.3.*per tot.*

Litis conſors, pro conſorte abſente in negotio communi civili tamen, poſt litem legitimè ordinatam ſine mandato agere & excipere poteſt, dummodo de rato caveat, & aliàs idoneus ſit ad agendum *vol.*5.*d.*4.*l.*z.4.

Litis nomen rem in judicium deductam denotat *vol.*7. *d.*5.*l.*z.4.

Lite cecidiſſe Feſto dicitur, qui ejus rei, de qua agebatur, cauſam amiſit *vol.*7.*d.*5. *l.* z.4.

inter Litem & inſtantiam multum intereſt *vol.*7.*d.*5.*l.*z.4.

poſt Litem inchoatam omnes pœnales actiones in heredes tranſeunt, & temporales perpetuantur *vol.*7.*d.*4.*l.*r.1.

in Lite ordinanda & inchoanda actoris, in definienda rei partes favorabiliores ſunt *vol.*5.*d.*3.*l.*u.2. vide Reus.

Litis renunciatæ exceptio reo proficit contra actorem qui liti renunciavit, ſed valida renunciatio eſſe oportet *volum.* 2. *d.*27.*l.*MM 2.

Lites transactionibus legitimis definitæ, imperiali reſcripto reſuſcitari non debent, *vol.*5.*d.*35.*l.*Z.1.

ut Litibus finis imponatur, transactio eſt inventa *vol.*5.*d.*35 *l* Z.1.

Lites Magiſtratus in Republica tollat, maximè inter Nobiles & Potentes, imò & ſuſpiciones *vol.*4.*d.*22.*l.*zzzz.2.

Lite pendente poſſeſſor in ſua poſſeſſione turbari non debet *vol.*7 *d.*7.*l.*hh.4.

Litispendentia coram Arbitris mera partium voluntate per compromiſſum electis non eſt: hinc alienatio rei, de qua tunc controvertitur, facta attentatum non eſt, quod ſit ſolum lite pendente *vol.*3. *d.*2.*l.*k.3.

Litispendentiam non producit citatio *vol.*4.*d.*34.*l.*B.3. imò producit *vol* 5.*d.*34. *l* V.4.

in Litispendentia propriè attentata committuntur, ſed ea non debet eſſe extrajudicialis, ſed judicialis: qualis eſt ſi pendeat appellatio, nullitatis ſententiæ accuſatio, reſtitutio in integrum, ſupplicatio, reviſio, reductio ad arbitrium boni juri: querela oblata judicis ut revocet ſententiam ſuã & ſimiliter nec refert ſive cauſa ſit civilis, ſive criminalis, ſive ordinarius, ſive ſummarius, vel etiam exequutivus in eo judicio obſervetur proceſſus: hinc durante mandato committitur attentatum *vol.*3.*d.*2.*l.*k.2.& 3.

Litispendentiam non inducit novi operis nunciatio, inducit verò eam inhibitio *vol.*3.*d.*2.*l.*k.3.

Lis pendere incipit ad effectum cauſandorum attentatorum variis modis, & primò quidem à tempore citationis decretæ, reſpectu Actoris, vel inſinuatæ, reſpectu rei, ſic & mandata cum vel ſine clauſula, impetrata, ratione Impetrantis, & inſinuata ratione Rei conventi litispendentiam inducunt: ita etiam appellationis interpoſitio facit eam pendere reſpectu Appellantis: & inſinuatio reſpectu judicis à quo, & appellati *vol.*3. *d.*2. *l.*k.3.*vol.*5.*d.*34.*l.*V.4.

Litispendentia etiam in cauſis Mercatorum locum habet *vol.*6.*d.*11.*l.*Sss.1.

Litispendentia finitur variis modis, ut ſententia definitiva, poſtquam tranſiit in rem judicatam: ſententia abſolutoria ab obſervatione judicii, & inſtantiæ: ſententia in-

tia interlocutoria reſpectu articuli ſuper quo ea eſt lata: renunciatione ipſius actionis & cauſæ, vel tantùm inſtantiæ; transactione: morte litigantium, & aliis modis *vol,3.d.2.l* k 4. *& l.*1.

Literas alterius etiam privatas nuncio qui aufert, furti, ſin ſolùm aperit, falſi tenetur *vol.2.d.7.l.*1l1.3.

Literæ ſi ſuſpectæ, aperiri poſſunt *vol.*2. *d.7.l.*1l1.3.

Livoniam Imperio rapuit Poloniæ Rex *vol 2.d.3.l.*f.4.

Lyriſtæ ſordidam & vilem artem exercent *vol.4.d.9.l* yy.2.*d.*10.*l.*eee.4.

Locatio non eſt alienatio, ſiquidem locator Dominus prædii manet, modò ſolvatur ſingulis quibusque annis merces, ſecus eſt ſi unicum tantum conductor ſolvat, puta mille taleros pro 30. vel 20. annis *vol.*1.*d.*12.*l.*E.1.

Locatio dominium non transfert, & in concurſu creditorum eadem in eo valent, quæ in depoſito *vol.7.d.*4.*l.*m.2.

Locatio ad longum tempus Emphyteuſi æquiparatur nam ex locatione longiore, ſemper utile dominium transfertur *vol.3.d.*1.*l.*d.1.

Locare ædes ſuas quilibet poteſt, ita ut propterea primo haud liceat alteri, qui poſt eum Domini voluntate ad eandem conductionem acceſſit, litem, vel ullam moleſtiam inferre; in qua tamen re jure Canonico ſcholaribus, ſive ſtudioſis ſingulare privilegium datum eſſe vulgò, ſed falsò ſcribunt *vol.7.d.6.l.*cc.1.

Locatio eſt actus poſſeſſorius, ergò licitus *vol.3.d.2.l.*l.4.

Locatio poſſeſſionem non probat, cum & de re aliena & ab alio poſſeſſa locatio fieri poſſit, quod ſic intelligendum, ſi contra tertium poſſeſſio allegetur, non ſi inter ipſos contrahentes agatur, quia tunc locatio poſſeſſionem probat, cum conductor quæſtionem dominii refricare non poſſit, & ipſis contrahentibus, ſua confeſſio obſtat *vol.3.d.3.l.*t.1.

in Locatione non propter damnum quod contingit, remiſſionem conſequitur conductor: quia contractus bonæ fidei eſt locatio, in qua, uti & emptione, ſe licet naturaliter circumſcribere, ſed damnum tale eſſe debet, quod abſorbeat ita fructus, ut dimidium juſtæ penſionis non ſuperſit, ratio autem nulla habetur ejus damni, quod fructibus jam perceptis accidit, nam id conductorem tanquam Dominum ſequitur *vol 3.d.5.l* ii.4.

in Locatas ædes inquilini res illatæ ſunt locatori tacitè obligatæ *vol.7. d.*4. *l.*q.4. vide hypotheca: id tamen intelligendum ſolum eſt de prædio urbano: non ruſtico *ibid.*

Locator ædium: habet contra conductorem actionem locati, actionem pignoratitiam, actionem L. Aquiliæ *vol.7. d.4.l.*q.4.

in Locatione caſus inſolitos, vel qui culpâ & occaſione locantis contingunt, vel rei locatæ ſubſtantiam in totum auferunt, locator non fert, aut præſtat *vol 3. d 5.l.*kk 1.

Locationis propria eſt merces, & ſine ea locatio intelligitur nulla *volum.3.d.9. l.*ccc.3.

Locatæ rei penſiones ad quem pertineant, illuſtris eſt controverſia *vol.3.d.9. l.*ddd.2.

Locatores plerumque ex redactione

 penſio-

penſionum alimenta ſibi parant: alimentorum autem pia,& exempta eſt *vol.7.d.1. l.c.1.& 2.*

Locatio & emptio inter hęc differunt, primò, quia hæc pretium, illa mercedem poſtulat: 2. in hac pretium in pecunia numerata, in illa merces in qualibet re fungibili conſiſtere poteſt: 3. in hac agitur de re ipſa in accipientem transferenda, in illa tantùm de uſu rei: 4. unde res locata non ſemper fit accipientis, res verò vendita ſit emptoris: 5. hac perfecta periculum emptorem concernit, in illa locatorem: 6. ex hac datur actio, empti & venditi, ex illa locati, conducti *vol.3.d.9.l.*fff.3.

in Locatione fiſcali, ſi conductor fundum à fiſco conductum alii locaverit, quod quidem fieri poteſt, ipſe tamen damnum, ſi quod culpâ conductoris ſecundi Fiſcus ſentiat, reſarcire cogitur *vol.6. d.2 l.*K.1.

Locationes publicarum rerum debent fieri per adminiſtratores, exacta à conductoribus cautione: requiritur inſuper ſubhaſtatio *vol.4.d.5.l.*z.1.

Locatoris alicujus ſucceſſor univerſalis debet ſtare colono anteceſſoris *vol.6. d.2.l.*K.1.

Locatori quando fiſcus ſuccedit, tunc is non tenetur ſtare colono anteceſſoris *vol.6.d.2.l.*K.1.

in Locatione publicarum rerum conductores inviti manere non tenentur, niſi conductores fructus maximos ex conductione jam finita, acceperint: tum enim quinquennio finito in conductione etiam inviti detinentur *vol.6.d.2.l* K.1.

Locationes fiſcales vel in perpetuum, vel ad tempus fieri poſſunt, atque hoc publico Edicto emiſſo, ſub licitatione, ubi is, qui alios oblatione ſuperat, præfertur *vol.6.d.2.l.*K.1.

Loci non tuti exceptio eſt, ſi vel in ipſo judicii loco vel in iis locis per quæ transire neceſſatiò cogitur reus, periculum aliquod vel injuria immineat, putà, ob bellum, peſtem, privatas inſidias, incarcerationem &c. reus benè tamen faciet, ſi hoc judici per litteras, aut aliter inſinuat, quod ſi judex non attendat, ipſe hac exceptione tutus eſt *vol.2.d.27.l.*KK.3.

Loci inhoneſti exceptio etiam valet, quando nimirum judex in aliquem locum inhoneſtum reum adeſſe juſſerit, quo caſu impunè non paretur, ſed hoc rariſſimè fit, nec in judice præſumendum *vol.2.d.27.l.*KK.3.

Loca omnia naturaliter libera ſunt, ergò ubi impoſita non reperitur gabella, ibi eam non deberi ratio ipſa dictitat *vol.3. d.5.l.*nn.1.

Loci deſtructione jus patrocinii, & alia jura, quæ ad locum everſum ſpectabant, amittuntur *vol.6.d.3.l.*Ii.2.

Locus à proprietate termini, cedit loco à ſubjecta materia *vol.6.d.6.l.*Rr.2.

Longobardiæ Urbes olim tremebant Imperium, nunc lenta libertate tumeſcunt *vol.2.d 3.l.*f.4.*d.*4.*l.*u.4.*vol.13.d.2.l.*γ.3.

Longobardiæ Urbes Imperio ſubſunt *vol 4 d 17.l.*ffff.3.& hhhh.1.

Loquentis perſona in generali ſermone ſemper excipitur *vol.3.d.5.l.*gg 2.

in Locutione quavis quantumvis generali, termini præſupponendi ſunt habiles *vol.5.d.30.l* C.4.

Lovanienſis Academia privilegiorum ſuorum

ſuorum habet ſingularem defenſorem *vol.6.d.3.l.Ii.2.*

Lotharingiæ Dux nec in prima, nec in ulteriore inſtantia forum in Camera Spirenſi ſortitur, excepto quod contributionem, pacemque publicam concernit, Imperio tamen ſubeſt *vol.1.d.8.l.*pp.2. *vol.2. d.4.l.*u.2.*d.13.l.y.2. volum.5.d* 2.*l.*g.2.*d.23. l.*sssss.4.*d.29.l.*rrrrrr.4.*vol.1.d.*2.*l.*r.2.

à Lotharingiæ Duce appellari non poteſt *volum.7.d.9.l.*pp.3. vide Appellatio. Hoc privilegium obtinuit anno 1542. ex tranſactione Norimbergenſi *ibid.*

Lubeca olim Daniæ Regi ſubdita civitas, nunc Imperialis eſt *vol.2.d.3.l.*p.3.

Luca 12000. aureorum libertatem emit à Rodolpho Primo Cæſare *vol.2.d.3. l.o.2.d.4.l.*u.4.*d.13.l.y.*3.

Lucro ſuo, inhiare cuivis licitum eſt *vol.2.d.5.l.*hh.3.

Lucrum ubicunque alicui auffertur alterius intuitu, accidit lucrum ei, cujus intuitu eſt ablatum *vol.7.d.2.l.*g.1.

Lucrum ex aliena jactura non debet fieri *vol.7.d.7.l.*hh.4.

Luminibus ne officiatur jus acquiſitum, intelligitur de luminibus quæ nunc ſunt, & quæ poſtea fuerunt *volum.3. d.5. l.*hh.2.

Lupanaria tolerantur *volum.7. diſp.*10. *l.*uu.2.

Luſatia olim Poloniæ Regi ſubdita Provincia, nunc Bohemiæ Regno unita eſt *vol.2.d.3.l.*p.3.

Luxus conſiſtit potiſſimum in pecunia, ædibus, conviviis, veſtibus &c. quorum abuſus omninò impediri, erui, & eradicari debet *vol.4.d.22.l.*zzzz.3.4.

M.

S.C. MAcedoniani exceptio eſt contra creditorem, qui pecunias mutuas dat his, qui in poteſtate parentis ſunt, nam hoc S. C. hoc facere prohibentur, nec huic beneficio renunciari poteſt *volum.2.d.27.l.*LL.2.*d.28.l.*NN.3. *d.29.l.*PP.1. *vol.5.d.8.l.*pp.3.4. *vol.1.d.*10. *l.*ss.2. ceſſat tamen hæc exceptio in aliis rebus numero, pondere, & menſura conſiſtentibus, niſi fraus SC. facta fuerit *ibid.*

Mœnia Urbis qui violaverit capite punitur *vol.5.d.13.l.*kkk.3.

Mœnia ſi Urbs perdat ex furore hoſtili privilegia tamen urbis non perdit, ex delicto autem ſi perdat, & privilegia perdit *vol.5.d.13.l.*kkk.3.

Magiſtratus ſi quid per injuriam fecit, vel quaſi privatus, vel fiducia Magiſtratus, omninò injuriarum poterit conveniri *vol.1.d.19.l.*R.1. eadem remedia contra illum competunt *vol.6.d.*8. *l.*Hhh.4. *vol.7.d.8.l.*mm.2.

Magiſtratus contemptus graviſſimas meretur pœnas *vol.6. d.1.l* B.1.

Magiſtratus unusquisque vi ſuæ juriſdictionis eandem totam vel pro parte alteri mandare poteſt *vol.1.d.2 l* o.4.

Magiſtratui hoſtes, deprædatores & ſubditos aufugientes extra territorium perſequi licet *volum* 2 *d.2.l.*l.4. *vol.2.d.7. l.*iIi.2. *vol* 5 *d.*20.*l.*ddddd 2 *d.21.l.*iiiii.1.

Magiſtratus ex eo officio, quod ipſe gerit, aliquid emens in quadruplum punitur *vol* 6.*d.2.l* L.3.

Magiſtratus Imperio quàm diligentiſſimè obediatur *vol.2. d.1.l.*a.3. *d.7.l.*fFf.3. & puniatur ille, qui jus dicenti non ob-

 tempe-

temperat *vol.6.d.2.l.*L.3. *vol.7.d.5. l.*u.2. *d.*10. *l.*uu. magiſtratibus omninò parendum eſt, etiamſi non ſemper ex voto vivamus: eos imprudentiæ, & injuſtitiæ accuſare non debemus, noſtram ſapientiam venditare, aut hominibus novitatis, & nimiæ licentiæ cupidis legum, ac magiſtratus odium inſtillare *ibid.*

Magiſtratus eſt gradus dignitatis cum Reip. admiſtratione *volum.2.d.1.l.*c.1. *d.5. l.*gg.1.2. *vol.4.d.5.l.*vv.1. itaque per mercaturam & dona nemo ad illum promoveri debet *vol.4.d.12.l.*hhh.1.*d.*13.*l.*rrr.2.

Magiſtratui minor 25. annis præfici non debet, inchoatus autem 25. annus habetur pro pleno, tamen ſi Princeps aſſumpſerit, ejus juriſdictio valebit; *olum.2 d.*1. *l.*c.2.*d.*6.ss.1.

à Magiſtratu excludi debet, id eſt, qui ſubeſſe non novit, nec diſcipulus fuit: 2. qui indignus eſt inferiori ordine, indignus eſt & ſuperiori: 3 is qui pertinaci ſtudio ſe ingerere vult & pecuniam dat: 4. & is qui vano officii nomine immania lucra ſectatur: 5. omnes quicunque ob culpam vel negligentiam fuerint judicatò diſcincti, & interverſione notati: 6. debitores Rerumpublicarum niſi priùs in id, quod Reipublicæ debent, ſatisfecerint, hic autem ii intelliguntur, qui ex adminiſtratione, non qui ex mutuata pecunia debitores Reip. facti ſunt: 7. famoſi, & notati: 8. Rei criminum poſtulati, niſi purgaverint innocentiam ſuam: 9. ii qui ultimis negotiationibus, abjectisque officiis vel deformibus miniſteriis funguntur, etiamſi meruerint: 10. nemini plura officia committantur, in ſumma ut Resp. non tantùm ſalva ſit, ſed augeatur & floreat, Magiſtratus committendi iis, qui irreprehenſibiles, providi, & idonei ſint, qui ſciant, velint & valeant utiliter regere, qui manus abſtineant furto, ſeu munerum acceptione, jurentque in admiſſione ſe pro adminiſtrationibus neque dediſſe quidpiam, neque daturos unquam poſtmodum fore, ſive per ſe, ſive per interpoſitam perſonam, aut venditionis, donationisve titulo, aut alio velamento cujuscunque contractus: & ob hoc, exceptis ſalariis, nihil penitùs tàm in adminiſtratione potitos, quàm poſt depoſitum officium pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis quam gratuitò meruerunt, accepturos, nec novi veteres de muneribus dejicere conentur: itaque gradatim honores deferantur, ſic majoribus honoribus conjunctos, ad minores devocari non oportet, dignitates enim non debent minui, ſed augeri: nec unaquaque de cauſa quis muneri ſuo renunciare debet, ſed illud tantùm deferre, quod id amplius explere non poteſt: quibus, ſi egregiè pro Rep. laboraverint, hoc privilegii datum ut per ſubſtitutum idoneum deſervire poſſint. Illud poſtremò eſt notandum ut poſſibile ſit, eos officiales habeamus, qui & armis & legibus ſimul præeſſe poſſint, aliàs perpetuæ inter utramque profeſſionem contentiones erunt *vol.2.d.1.l.c.2.3 & 4.*

Magiſtratus Præfecti maximè ad ærarium Principis attendant; itaque qui certam pecuniam ad certum uſum delegatam retinet, neque in eum uſum conſumit, Lege Julia de reſiduis tenetur: Item qui publicam pecuniam ſub ſpecie publici creditoris ſine principali auctoritate cuiquam

cuiquam commodaverit aut dederit, capitali ſententiæ ſubjungetur: is autem, qui aurum ſic privatis commodis profuturum occultè aut cautionis aut ſponſionis fide, ut debitor redditurus acceperit, ablatis bonis omnibus perpetuò deportabitur. Generaliter qui tempore adminiſtrationis, quocunque modo publicas pecunias ſubtraxerunt, Lege Julia peculatus obnoxii ſunt, imò etiam adjutores, vel ablatorum receptores. Cæterùm Magiſtratus non dolum tantùm, ſed & latam negligentiam debent, nec pecuniæ tantùm verùm etiam exiſtimationis periculum ſuſtinent *vol.* 2.*d.*1.*l.*c.4.*&* d.1.

Magiſtratus ſubditis, tanquam patres filiis præſint, pauperibus ac in neceſſitate poſitis faveant, nec vel ob dignitatem, improbitatemvè aliorum, vel quod non habent quod offerant, ipſos audire contemnant, contraque veritatem opprimant, debitas ſubditis prærogativas etiam in levioribus accuratè ſervent, omnibusque aliis licitis modis populi amorem ſibi acquirant, ſint æqui in judiciis, innoxios cuſtodiant: ſubditis quidem cum aſpera quadam humanitate ſe venerandos, latrocinantibus verò & maleficis terribiles, & horrendos ſe demonſtrent, omnia cum magna fiducia peragentes: neque tamen moroſitate ſint graves, atque intolerabiles, & ad gubernandum inepti, à furore & miſericordia nimia temperent, itaque nec excandeſcere adverſus eos, quos malos putant, nec precibus calamitoſorum illachrymari decet, ergò nec prece, nec pretio, nec minis flectatur, nec eos circa ſe habeant, qui muneribus circumaguntur: neque tamen in totum xenii abſtinere jubentur, ſed modum adjicere, in qua re tria præcipuè attentanda ſunt, ſcilicet dantis & accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus *vol.*2.*d.*1.*l.*d.1.*&* 2.*d.*7.*l.*xx 3. *vol.*7. *d.*5. *l.*u.2.

Magiſtratus non ſe invicem impediant, nec alii creditum, alius ſubtrahat: inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcat, ſuperior, quid viciſſim inferiori debeat, non ignorare ſe demonſtret *vol.*2. *d.*1. *l.*d.2.

Magiſtratus extra territorium ſuum pro privato habetur *vol.*2.*d.*1. *l.*d.2.*d.*7. *l.*FFf.4. *volum.*4.*d.*19.*l.*rrrr.3. *volum.*5.*d.*20. *l.*ddddd.2.*d.*21.*l.*iiiii.1.

Magiſtratus ſi per imprudentiam erraverint, non pudeat ſuos emendare errores, ita tamen ut inveniant occaſionem aliquam congruentem nec nimia humilitate regendi frangatur authoritas *vol.*2.*d.*1.*l.*d.3.

Magiſtratus ſuos, accuſare ſubditis non licet, niſi in crimine furti, tamen ſi calumniis & injuriis vexentur, id aut per Epiſcopum aut per Optimates tentare poſſunt, tunc enim Princeps ad hanc rem advertere tenebitur: quod ſi accuſationes falſæ ſint, amariſſimis pœnis excipiantur, in dubio autem pro Magiſtratu præſumptio eſt. Porrò Magiſtratus & de familiæ & de officialium ſuorum delictis tenentur *vol.*2 *d.*1. *l.*d.3.

Magiſtratus in ſua adminiſtratione conſilia ſua præcipitare non debent, ſed cautè agere, & pleraque ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tempore profundius conſiderare, imò etiam ad fortuitos & inopinatos caſus, quamvis de iis nemo teneatur,

neatur, anxius reſpicere tenentur, ſic ſi conſilia noſtra divina neceſſitate ſuperentur, bonæ fidei voluntas pro facto nobis reputabitur *vol.* 2.*d.*1.*l.*d.3.

Magiſtratuum digna mercede compenſentur, & tùm honeſta ſalaria ipſis conſtituantur, tùm competens ipſis à ſubditis reverentia præſtetur, & amplis privilegiis muniantur. Primò ne torturæ c. poſt depoſitam dignitatem ſubjici poſſint: ſecundò ut liberum habeant commeatum, & ubique in provincia habitare poſſint, & in criminali judicio conventi dandæ fidejuſſionis concuſſione liberentur, juratoria cautione ab illis tantummodò exponenda, & in cauſa injuriarum per procuratorem agere poſſint, ubi autem hoc privilegium non obtinet, tunc cauſæ cognitio ſoli Principi reſervabitur. Huic fit ut patriciatus dignitas filium à patria poteſtate ilicò liberet, nec pater patria poteſtate prohibere poteſt, ne filius patriæ obſequatur & inſerviat. Cæterùm major dignitas nulli debet, circa prioris dignitatis privilegia præjudicium facere *vol.*2.*d.*1.*l.*d.3. publicis tamen commodis non poſſunt obſiſtere privilegia dignitatum *ibid.*

Magiſtratus ſtatus inferiores in poſſeſſione libertatis defendat *vol.*2.*d.*3.*l.*h.1.

Magiſtratus quamdiu cum Imperio eſt, in jus vocari non poteſt *volum.*2.*d.*7. *l* fFf 3. nam corpora ipſorum ſacroſancta habentur *ibid.* nec torqueri *d.*28.*l.*NN 3. 4. *vol.*4.*d.*24.*l.*E.1. *vol.*7.*d.*8.*l.*mm.2. niſi in officio delinquant: vel actio tempore peritura ſit: vel quando Magiſtratus terminos mandatorum ſuorum egrediens poteſtatem non habet, aut per injuriam quid fecit, aut judicavit, aut aliquid impiè præcepit, ſuadetur tamen melius eſſe, ut expectetur tempus, donec magiſtratu abeant, niſi ſint minores magiſtratus, poteſtate, & imperio deſtituti *volum.*7.*d.*8. *l.*mm.2.

Magiſtratui injuria illata graviſſimè punitur *vol.*2.*d.*7.*l.*fFf 3.

Magiſtratus authoritas in reddendo jure debet eſſe inviolabilis *volum.*2.*d.*7. *l.*fFf.3. uti & in exequendo *ibid. vol.* 4.*d.*13. *l.*rrr.2.

Magiſtratus aut Judex, ſi vim injuſtam inferat, ei jure reſiſti poteſt, dum enim injuſtè potentiâ ſua abutitur, vim atq; injuriam infert, pro privato habetur. Sin autem Magiſtratus judicialiter vim injuſtam inferat, id eſt, de facto in judicio contra jus procedat, diſtinctionem admittit: utrùm ſcilicet damnum ſit reparabile vel irreparabile. Priore caſu, Magiſtratui reſiſtere non licet, ſive de injuſtitia cauſæ non apertè conſtet Magiſtratui, quia tùm pro eo juſtitiæ præſumptio militat: ſive de cauſæ injuſtitia notoriè liqueat, quia tùm pro qualitate cauſæ ſubdito variis juris remediis contra Magiſtratum conſulitur, quocirca vim illatam patietur potiùs quàm vi oppoſita repellet, poſteriore caſu, quando ſcilicet damnum eſt irreparabile, veluti detruſio in carcerem ſqualidum, tenebricoſum aut cum jactura ſanitatis conjunctum, tortura, mors denique ipſa, magiſtratui tale damnum inferenti licitè reſiſtitur *vol.*2. *d.*7.*l.*fFf.4. *d.*24.*l.*DD.4.*vol.*4.*d.*14.*l.*sss.2. *d.*19 *l.*rrrr.3.4.

Magiſtratus ſi omiſſo juris ordine & extra-

extrajudicialiter vim inferat, reſiſti ei poſſe extra dubium eſt *vol.2.d.7.l.*fFf.4.

Magiſtratus ſeu judicis ſecuritas in obeundo officio ſuo ultra territorii ſui fines non extenditur, propterea ſi jurisdictionem extra territorium exerceat, variis actionibus, puta, de vi publica, de ambitu, & injuriarum tenetur *volum.2.d.7.l.*fFf.4. & kKk.1.

quod per Magiſtratum publicè fieri debet, id ſingulis omninò non eſt conceſſum *vol.2.d.17.l.*N.2.

Magiſtratus autem ſi militari manu poſſeſſionem ingrediatur, ſpolium non committit *vol.2.d.17.l.*N.4.

Magiſtratus ideò à Deo conſtitutus eſt, ut pacatam & quietam Remp. conſervet, itemque ut per illum vim & injuriam nobis illatam vindicemus, non ut eo neglecto nobis ipſis jus dicamus *vol.2. diſſ 24. l.*DD.2. tum ut leges exequantur *vol.4.d.12. l.*hhh.1.

Magiſtratus auxilium aliquando expectari non poteſt, itaque quando contingit, ut aliquid per Magiſtratum publicè fieri nequit, eo caſu, quod Magiſtratui debetur (ſi periculum ſit, ne expectato judice id damnum inferatur, quod nullo judicis auxilio deinceps reparari atque reſarciri poſſit) privato, tunc non eſt denegandum, id eſt, privatus à ſeipſo auxilium petere debet *vol.2.d.24.l.*DD.2.

Magiſtratus defendat ſubditum *vol.2. d.24.l.*EE.2.

Magiſtratus ſemel judicata mutare non poteſt *vol.4.d.12.l.*hhh 1.

Magiſtratus ſupremi factum, non debet exiſtimari ſine ratione, & motu ſingulari factum, ideoque nunquam improbari *vol.6.d.1.l.*E.2.

Magiſtratuum conſtituendorum jus inter regalia refertur, etſi enim liberæ tantum civitates, ſed & quam plurimæ mixti ſtatus tali Magiſtratuum conſtituendorum poteſtatem habeant *volum.4. d.5.l.*t.3. hocque jus Majeſtati omnino cohæret, aut inter regalia majora refertur *vol.4.d.13.l.*rrr.2. *vol.5.d.12. l.*hhh.2. hocque jus ſolus Cæſar habere videtur *d.13. l.*iii.3. nunc jure regalium c. alii Principes *vol.5.d.17.l.*xxx.3. *d 21.l.*kkkk.3.

Magiſtratus minor & inferior officialem ſuperioris Magiſtratus in ſuo territorio delinquentem punire poteſt *vol.4.d.5. l* t.3.

ad Magiſtratum aſſumuntur, multis in locis ſolum Nobiles, ut Venetiis, Raguſiæ & Norimbergæ *vol.4.d 5.l.*vv.1.

Magiſtratus vel in perpetuum, quod præſtabilius eſt vel ad tempus tantùm eliguntur *vol.4 d 5.l.*vv.1.

ad Magiſtratum cives potiùs, quàm incolæ cooptandi ſunt *vol.4.d.5.l.*vv.1.

Magiſtratus vileſcunt quoties obſcuris hominibus committuntur *vol 4.d.9. l* pp.2.& 3.

Magiſtratus ſolus Cæſar conſtituit *vol.4.d.19.l.*nnnn.2.

nulli Magiſtratui poteſtas ulla propter ſeipſum, ſed eos, qui ab eo fovendi & corrigendi ſunt, competit *vol 5.d.11.l.*xx.4.

Magiſtratus poſſeſſio tribus quaſi completur & acquiritur, Electione, Acceptatione, atque ingreſſu officii *volum.5.d.17. l.*xxx.2.

Magiſtratus delicta ſeverè puniant, & mulctas diligenter exigant, quod ſi in hoc negligentes ſint, ipſi puniantur *vol.6.d.2. l.*L.3.

Digitized by Google

Magiſtratus ſic dictus eſt, quod is, qui hunc honorẽ gereret, eſſet à populo creatus magiſter populi *vol.*5.*d.*17.*l.*xxx.4.

Magnificentia eſt omnium virtutum gratiſſima, ad dilectionem & amicitiam homines facit promptiſſimos, ſubditosq; pacis & bellorum tempore devotiſſimos *vol.*4.*d* 9.*l.*ll.3.*d.*10.*l.*aa.4.

Major pars præjudicat minori, ſed ita, ſi ſint ſimul. Nam fortè aliàs minor potuiſſet ad ſe trahere majorem *volum.*7.*d.*1. *l.*a.4.b.1.

Major pars Collegii Univerſitatis aut Civitatis minorem poteſt ligare *vol.*3.*d.*5. *l.*cc.3. vide in verbis Univerſitas & Electio *vol.*7.*d.*4.*l.*t.3.

à Majori ad minus negativè procedit argumentum *vol.*6.*d.*3.*l.*Z.1.

Major creditorum pars, ſi nomen remittat, minor conſentire debet, modò ad actum remiſſorium citati fuerint *volum.*7. *d.*4.*l.*t.3.

Majori numero minor ineſt *vol.*3.*d.*5. (*l.*gg.4.

Majorum antiqua prædia in externas manus tranſire, imaginesque aut non fixas, aut revulſas videre, lugubre eſt *vol.*7. *d* 4.*l.*r.2.

Majeſtas eſt ſumma, & perpetua, ita ut à ſolo Deo dependeat *vol.*1.*d.*1.*l.*a.2.*d.*2. *l.*d.3.4.*d.*6.*l.*cc.3. poteſtas inquam in perſonas ac res ſuæ ditionis *d.*22.*l.*T.3. *vol.*2. *d.*4.*l.*r.4.& u.1.*d.*6.*l.*qq.3.*d.*7.*l.*cEe.1.& 3. *d.*5.*l.*q.1 *d.*12.*l.*ggg.3. & 4 *d.*13 *l.*nnn.4. & ooo.1.2.*d.*19.*l.*mmmm.3.4.

Majeſtatis jus primum eſt in condendis legibus: 2. in bello indicendo: 3. in Magiſtratibus creandis, & dignitatibus conferendis: 4. in extrema provocatione, jure vel injuria, damnatorum abſolutione: 5. jus nummi percutiendi, imagine ſignandi, ejus valorem & poteſtatem conſtituendi: 6. in imponendis vectigalibus ac tributis, ad hæc reliqua referri poſſunt *vol.*1.*d.*1.*l.*b.4.c.1.2.3.*d.*2.*l.*e.2. 3.4.*d.*6.*l.*cc.3 4. & dividitur iterum vel in primarium, quod eſt poteſtas juris dicendi, & belligerandi: & ſecundarium, quod eſt poteſtas indicendi munera tàm realia quàm perſonalia *d.*22.*l.*T.3.*vol.*2.*d.*3.*l.*g.1. *d.*4.*l.*i.3.*vol.*3.*d.*5.*l.*ee.3. *vol.*4.*d.*2.*l.*a.2.*d.*3. *l.*n.4. & o.1.*d.*4.*l.*o.3. & 4. *d.*12.*l.*hhh.1. & 2.*d.*13.*l.*rrr.1.& 2.*d.*17.*l.*eeee.1.& *ſeqq.* ffff.1.& *ſeqq.* gggg.1. & *ſequ. ntib. diſp* 19. *l.*mmmm 4. *vol.*7. *d.*9. *l.*oo.1.2.3.4. pp.1. 2.3.4.

Majeſtas uti condere leges, ſic veluti lex animata à Deo miſſa hominibus eas publicæ utilitatis, & neceſſitatis gratia mutare, corrigere, in contrarium diſpenſare, & abrogare poteſt *vol.*7.*d.*10.*l.*uu.3.

Majeſtas nec inobedientia alicujus ſubditi Principis præſcribi, nec vendi, aut emi poteſt, cum tanquam res ſacra, imò ſacratiſſima commercio hominum ſit exempta. *vol.*1.*d.*1.*l.*d.2.*d.*2.*l* e.2.4.f.1.2. & h.2.*d.*4.*l.*t.1.*d.*6.*l.*dd.1. nec alteri communicari, *vol.*2.*d.*3.*l* g.2. & h.1. & i.1. & 2. *d.*4.*l.*u.2. & 3.*d.*13.*l.*β.3. & 4. & γ.1. & 2. *d.*14. *l.*C.4. *d.*20. *l.*V.4.*d.*6. *l.*qq.2. *d.*18. *l.*S.4.*vol.*3.*d.*5 *l.*ee.3. *vol.*4.*d.*2.*l.*l.3. nec dividi nec communicari *d.*3.*l.*n.4 *d.*4.*l.*p.2. nec concedi *d.*12. *l.*hhh.4. & iii.2. *d.*17. *l.*ffff.1.2.3.*d.*19.*l.*mmmm.4. *volum.*5.*d.*17. *l.*dddd.2. & iiii.1.2. *d.*21. *l.*fffff.2.3. *d.*23. *l.*sssss.2.3.

Majeſtas non tantum & unicè apud Principem unum, hoc eſt, in Monarchia conſiſtit, ſed eſt apud optimates & populum,

pulum,hoc eſt,in Ariſtocratia,& Democratia reſidet *vol.1. d.22. l.*V.1.X.1. *vol.*4. *d.2.l.*a.2.*d* 13.*l.*ooo.2.

Majeſtas Principis nec juramento à ſtaribus requiſito, nec comitiorum convocatione, nec populi præſentia minuitur *vol.1 d.1.l* b.2.3.

Majeſtas Cæſaris vel Regis conſilio, quod vel à Principibus Imperii, vel Regni Optimatibus petere tenetur,non minuitur,imò augeri videtur *vol.*2.*d.*3.*l.*g.3. *d.*4.*l.*x.1.*volum.*3.*d* 5.*l.*cc.1.*vol.*4.*d.*2.*l* a.2. *d.*14.*l.*rrr.4.*d.*15.*l.*ttt.1.& 2.*d.*17.*l* eeee.4. *d.*19.*l.*nnnn.1.*vol.*5.*d.*42.*l.*ZZ.2.*vol.*7.*d.*9. *l.*oo.1 ubi dicitur, plures orationes à priſcis etiam Cæſaribus in Senatu habitas, non ut cogerent, & abſolutè dominarentur,ſed ut ſuaderent *ibid.*

Majeſtatis jura quidam Jureconſulti Mediolani, Sabaudiæ, Ferrariæ, & Mantuæ, Ducibus tribuere non verentur *volum.*2.*d.*4.*l.*u.1. & 2.*d.*13.*l.*y.2. *vol.*3.*d.*5. *l.*cc.1.*vol.*4.*d.*9. *l.*kk.2. & 3.*d.*13.*l.*ooo.2. *d.*17.*l.*hhhh.1.

Majeſtate Principis ſuperioris ſalva, privilegium ab ipſo inferiori Principi de ab eo non appellando optimè concedi poteſt,quamvis id multi negent *vol.* 2.*d.*6. *l.*tt 3.

Majeſtas Principis ſactoſancta & inviolabilis eſt, nam ſummam poteſtatem politicam ſua natura conſequuntur, privilegia eminentiſſima quæque, & jura ipſa expreſsè ſecuritatem Principis non minori ſeveritate ſanciunt, quam Reip. imò reſiſtere majeſtati, eſt ſancta Dei imaginem contemnere, & ſacram civitatis perſonam violare,& Principis perſona nunquam concutitur, quin ejus ruina trahat ſecum perniciem totius Reip.*vol.*2. *d.*7.*l.*eEc.1.2.3. & 4.*vol.*5.*d.*17.*l.*gggg.2.3.

Majeſtas ſic dicta eſt,quaſi major ſtatus, & poteſtas, & nihil eſt aliud quam amplitudo, Decus, Imperium, dignitas, & ſecuritas perſonæ eminentioris: hinc Cæſar omnium maximè majeſtate pollet *vol.*2. *d.*7.*l.*eEc.4. *vol.*4. *d.*3. *l.*n.2. vel dicta eſt à magnitudine *d.*6.*l.*aa.4. *d.*12. *l.*ggg.2. eſt poteſtas in cives ac ſubditos, ſumma,perpetua,legibusque ſoluta *d.*13. *l.*nnn.4.*d.*17.*l.*eeee.2. *vol.*5.*d.*23.*l.*sssss.2.

Majeſtas alia eſt Divina, alia humana. Illa læditur cum quis verbis factove aliquid in Sacroſanctam Trinitatem molitur, hæc in Principes ſuperiorem non recognoſcentes, maximè Cæſarem, & Imperii ſtatum *vol.*2.*d.*25. *l.*HH.3.*vol.*4.*d* 6. *l.*aa.4.& bb.1.ubi vide propriè crimen læſæ Majeſtatis Divinæ in Sanctos propriè non committi *ibid.* & *l.*bb.2.

Majeſtas pietate, fide, & virtute deſtituta levi momento concidit & evaneſcit *vol.*4. *d.*2.*l.*c.1.

Majeſtas alia Divina eſt alia humana, illa eſt prima, hæc orta, illa eſt independens, hæc dependens quæ ab illa reſtringitur & determinatur *vol.* 4. *d.*3.*l.*n.2.

à Majeſtate omnis inferior poteſtas & dignitas, ceu rivuli à primogenito fonte primitus fluunt, ac ſemper dependent, atque indivulſo nexu cohærent *volum.*4.*d.*3. *l.*n.2.& 3.*d.*12 *l.*ggg.4.

Majeſtas alia eſt realis, alia perſonalis, illa eſt Imperii, ceu Regni, hæc regnantis, hæc cum perſona coincidit: illa Reip. eſt coæva: hęc ex illa tota dependet *vol.*4.*d.*3. *l.*n.3.*d.*12.*l.*ggg.3. in utramque crimen læſæ Majeſtatis committitur *ibid.d.*15.*l.*ttt.1.

Digitized by Google

Majeſtas omnis eſt à Deo *volum*. 4. *d*. 3. *l*. n. 4.

Majeſtas amittitur ſtatus unius in alium mutatione, bello, depoſitione, idque ſpontanea ceſſione, quæ tum demum Majeſtatem extinguit, ſi ſuperioritatem omnimodè quis alteri cedat, non etiam ſi jura quædam inferiora, in quibus certa lege & conſenſione ſuperiorem agnoſcere poteſt, qui tamen in cæteris integra libertate fruatur *vol*. 4. *d*. 3 *l*. o. 1. *d*. 13. *l*. ooo. 2.

Majeſtas Divina læditur aut verbo, aut facto, quod fit vel occultè, vel manifeſtè, in Sacroſanctam Trinitatem aliquid doloſè moliendo. Eorum quæ occultè fiunt, ſolus Deus cognitor eſt & ultor, eorum autem quæ manifeſtè, perſecutor & exequutor quivis poteſt eſſe ex populo, & Magiſtratu, imò Magiſtratus maximè tenetur *vol*. 4. *d*. 6. *l*. bb. 1. & 2.

Majeſtas nunc latiùs accipitur nunc anguſtius, nunc anguſtiſſimè: latius transfertur ad ipſum Deum, anguſtius ad res & animatas, & inanimatas: anguſtiſſimè & propriiſſimè ad ſolum ſummum Principem, & Imp. Rom. ſtatus, ubi excellentes Majeſtatis titulos vide *volum*. 4. *diſp*. 6. *l*. aa. 4.

Majeſtas humana læditur, ubicunque ſubditus contra Cæſarem, ſactivè Imperii ſtatus reliquos dolo malo aliquid molitur, unde ipſe vel ſtatus directè damnum patietur *vol*. 4. *d*. 6. *l*. bb. 2. & cc. 4. vide læſa Majeſtas.

Majeſtatis jura, quę regalia majora vocantur ſolius Principis oſſibus adhærent, ad ipſum ſolum ſpectant, & ipſius coronæ annexa perſonaliſſima ſunt, nec per inferiores Principes hæc ſacra ſacrorum non poſſunt ullo modo nec nomine regalium generaliter conceſſorum uſurpari, exerceri, niſi ex conceſſione ſummi Principis, eaque aut tacita, quæ inducitur præſcriptione, aut expreſſa, quæ inducitur conventione. Talis Princeps eſt Cæſar, Rex in ſuo regno, ſuperiorem non recognoſcens Princeps, ut Dux Hetruriæ, Sabaudiæ &c. Item Princeps unusquisque Imperii noſtri *volum*. 4. *d*. 9. *l*. kk. 1. 2. 3. & 4. *d*. 12. *l*. hhh. 4. *d*. 19. *l*. oooo. 4. *vol*. 5. *d*. 21. *l*. hhhhh 4. *d*. 30. *l*. zzzzzz. 3.

Majeſtas ſola contra leges generaliter diſpenſat jusque neceſſitate penſitata relaxat providè *vol*. 4. *d*. 12. *l*. hhh. 1.

Majeſtatem habet non minus Rex Scotorum, aut alius quivis minor Rex, quàm Rex Hiſpaniæ, Tartarorum & Turcorum, quia Majeſtas, id eſt, poteſtas ſumma neque locorum intervallis, neque numeroſa provinciarum multitudine definitur *vol*. 4 *d*. 13. *l*. nnn. 4. & ooo. 1.

Majeſtas Principis non minuitur ex eo, ſi is alteri Principi vel populo ſolvat tributum ob id, ne regnum vel agros ſuos hoſtiliter vaſtet *vol*. 4. *d*. 13. *l*. ooo. 1.

Majeſtas Principis ideò non minuitur, ſi is in ingreſſu regni in patrias leges & capitulationes juret *vol*. 5. *d*. 17. *l*. bbbb. 1.

Majeſtatis jura quæ ſint? *volum*. 5. *d*. 21. *l*. hhhhh. 4.

Majeſtatis læſæ crimen. Vide in verbo Læſæ.

Magdeburgenſis Archiepiſcopus in Germania Primas, & Patriarcha eſt *vol*. 2. *d*. 9. *l*. qQq. 3. *vol*. 4. *d* 1. *l*.)( )(. 1.

inter Majeſtatis jura ſumma recenſetur, Conſilii œcumenici convocatio, hoc ad ſummum Pontificem ſpectare melius

aſſerunt

aſſerunt Catholici *volum.5.diſp.*30. *l.*H.4.

Malè qui in aliqua re verſatur, eadem privandus eſt *vol.6.d.*3 *l.*Ff.2.

Malorum omnium fons cupiditas *vol.6.d.*8 *l.*Aaa.3.

ſine Malo majori quæ mutari nequeunt, in favorem commodi publici, & pacis inſtituta ſunt *vol.7.d.*10.*l.*uu.2.

Mala non ſunt facienda, ut eveniant bona *vol.7.d.*10.*l.*uu.2.

Malum minus tolerandum, ut gravius evitetur *vol* 7.*d.*10.*l.*uu.2.

in Malæ fidei poſſeſſione ſunt qui alienæ rei, ſive in toto, ſive pro parte notitiam habent, aut eam ſupinè ignorant *vol.*2.*d.*3.*l.*n.2. vide in verbo Poſſeſſio.

inter duo Mala minus eligendum *vol.* 7.*d.*10.*l.*uu.2.

qui Malus ſemel, ſemper talis eſſe præſumitur *vol* 3.*d.*5.*l.*oo.3.*vol.6.d.*16.*l.*Ffff.3. *vol.*7.*d.*1.*l.*b.3.

Malus præſumitur non ſolùm in eodem delicto, ſed & in alio connexitatem cum eo habente *vol.*3.*d.*5.*l.*ss.1.

Malè factum omne in dubio præſumitur pravè, & injuſtè actum: itaque peccator aliquis contrarium contēdens id probare debet *vol.*1.*d.*24.*l.*GG 1.

Malè meritus publicè ad deterrenda flagitia, ut aliis exemplo ſit, etiam egeſtate laborare debet *vol.*7.*d.*1.*l* c.1.

Mancipium Chriſtianum Judæo vendere non licet *vol.*3.*d* 9.*l.*ccc.1.

Mandatum morte diſſolvitur *vol.* 2. *d.*19.*l.*V.2.

Mandatum de ſolvendo non impletur promittendo *vol.6.d.*11.*l.*Rrr.3.

Mandantis conditio quotieſcunq; fit deterior, non licet excedere mandati limites, ſed proxima mandato licet facere procuratori, ita, ut etiam veriſimilem mandantis mentem ſupplere poſſit *vol.6. d.*11.*l.*Rrr.3.

Mandatarius mandati fines diligenter cuſtodire atq; obſervare debet *vol.*1.*d.*15. *l.*K.4. *vol* 2.*d.*6.*l.*qq.1. *vol.6.d.*11.*l.*Rrr.3.

Mandatarius ultra mandatum agere non poteſt. Itaque committendo non nocet Domino, ſed ſolùm omittendo *vol.*3.*d.*5.*l.*qq.2.

Mandatum habens ſimpliciter ad vendendum, aliter fide de pretio habita vendere non poteſt quàm ſi id conſuetum erat *vol.*1.*d.*15.*l.*K.4. *vol.6.d.*11 *l.*Rrr.3.

Mandatum ſolum Domini, uti & citatio ſola non probat ejus juriſdictionem, niſi obedientia ſubſequatur *volum.*2.*d.*3. *l.*p.3.

Mandatarii poteſtas ex litteris mandati oritur, ac dependet: quæ igitur in literis commiſſionis ipſis conceſſa non ſunt, ea nec poterunt facere, nec mandati fines excedere, nec commiſſionem ad alia diverſa extendere *vol.*2.*d.*6.*l.*qq 1.

in Mandato generali non veniunt ea quæ ſpeciale requirunt *vol.*2.*d.*6.*l.*qq.2.

Mandata ſuper arreſtis ex cauſa vectigalium impoſitis, relaxandis in Camera Imperiali non decernuntur *volum.*2 *d* 7. *l.*zz.2.

Mandatum rei turpis ipſo jure nullum eſt *vol.*2.*d.*7.*l.*gGg.2.*vol.*4.*d.*5.*l.*z.4.

Mandato turpi aut flagitioſo & malè vitioſo parere nemo tenetur *volum.*2. *d* 7. *l.*gGg.2.

Mandatum in flagitiis tàm is qui dat, quàm qui ſuſcipit tenetur *volum.*2. *d.*7. *l.*gGg.2.

Digitized by Google

contra Mandatum exceptio eſt vel directò, vel obliquè. Directò ex ipſius mandati qualitate, ſi aliquid ſtatuat, vel contra jus naturale, vel civile, vel utilitatem publicam aut alicui per privilegium conceſſam. Obliquè: ſi quis mandatum alieno nomine ſine legitimo & ſpeciali mandato obtinuiſſe, nec perſona conjuncta eſſe, ſi magiſtratui obrepſiſſe dicatur, ſi excommunicatus ſit, qui reſcriptum ad agendum impetravit *vol.2.d.27.l.*LL.1.

ad Mandati actionem duo requiruntur, mandatum non impletum, aut extra fines perperam: vel dolo, culpa, aut negligentia aliquid commiſſum *volum.3.d.5. l.*qq.3.

Mandati actio ceſſat, ubi mandatum non præceſſit, *vol.4.d.27.l.*K 1.

Mandatarius etiam de leviſſima culpa tenetur *vol.4.d.31.l.*BB.2.

Mandator ſine ſolennitate verborum ſolo conſenſu obligatur *vol.4.d.34.l.*Ll.2.

Mandati injuſtitia notoria, omne obedientiæ vinculum diſſolvit *vol.5.d.27. l.*bbbbbb.4.

Mandator ſortitur forum in loco contractus *vol.5.d.34.l.*V.3.

Mandans delictum, punitur in loco ubi delictum commiſſum eſt *vol.5.d.34. l.*V.3.

Mandatum ad vendendum habens, per conſequens habet mandatum ad pretium participandum *vol.5.d.34.l.*X.4. de Mandatis, id eſt, Procuratoriis vide in verbo Procurator.

Mandatum cum clauſula, per comparitionem, quoad partem reſolvitur in ſimplicem citationem, ubi & alia quædam de mandatis vide *vol.5.d.36.l.*DD.2. de mandatis ſine clauſula, & ejusmodi decretis vide in verbo Reſcriptum.

per Manumiſſionem ſervus in libertatem aſſeritur, & fit libertus *volum.6.d.8. l.*Aaa.3.

Manumiſſiones ad antiquam & naturalem libertatem reducunt *volum.2.d.7. l.*yy.1.

Manumiſſio eſt partim juris, partim facti *vol.6.d.3.l.*Ll.2.Nn.1.

Malitiis hominum non eſt indulgendum *volum.3.d.5.l.*gg 3.

Manumittendus confeſtim habetur pro manumiſſo *vol.4.d.9.l.*nn.3.

Mantuæ Dux Imperio ſubeſt *volum.2. d.13.y.2. vol.5.d.2.l.*g.3.

Marca argenti dupliciter computatur: 1. ſecundùm lotos, Quintlein & Pfenningnos: 2. ſecundùm lotos & grannas, quæ in Imperii circulis frequentiſſima eſt: recipit Marca auri Hungarici, viginti quatuor caratas puri, & mediam argenti; Coronatus viginti quatuor caratas puri, duas argenti, Rhenanus viginti quatuor puri, ſex argenti. Marca ducatorum continet viginti tres caratas in liga & decem granas in pondere, ubi de reliquis vide *ibid.* & pœnas malè cudentium & probationem monetarum, *vol.3.d.13.l.*ζ.2.

Marchio dicitur à vulgario March. variæ tamen ſunt hujus nominis derivationes, ſed hæc propriiſſima *volum.4.diſp.10. l.*ccc.1. *vol.5.d.42.l.*AAA.1.

Mare commune eſt *vol.2.d.4.l.*u.*3.d.5. l.*mm.4.

Maris uſus omnibus tutus & liber eſſe debet ſic & littora maris & portus ejusdem, hæc tamen omnia gabellis & vectigalibus

galibus nunc gravantur *vol.2.d.7.l.*aAa.2. 3. *vol.*3 *d.*5.*l.*mm.4.

Marſupium proprium ingruentibus Reip. neceſſitatibus Princeps prius excutiat, quàm manus ad collectas, ac ſubditorum bona adjiciat *vol.3.d.5.l.*aa.4.

Maritus ab accuſatione adulterii excluditur præſcriptione quinquennii, ſed jure Canonico etiam poſt hoc rectè aget *vol.7.d.6.l.*dd.4.

Maritus res dotales ex neceſſitate alienare poteſt *vol.1.d.16.l.*N.3.

Maritus uxorem in morbo negligens, dotis lucro privatur *vol.6.d.2.l.*L.3.

Mariti delictum non nocet uxori *vol.3. d.1.l.*h.4.

Maritus, qui ſine dotis conſtitutione matrimonio conſenſit, id ſibi imputet *vol.5.d.7. l.*nn.2. vide in verbo Dos, & Uxor.

Maritus bonorum paraphernalium uxoris adminiſtrationem, & cuſtodiam habet *vol.5.d.*7.*l.*nn.2. vide in verbo Uxor, & Hypotheca.

Maſculinum non modò extenſivæ ſignificationis beneficio, ſed maximè nominis proprietate, & vi rationis in materia indifferenti concipit fœmininum, idque unica appellatione complectitur, & quotidiana & ſummè neceſſaria quæſtio eſt, an in contractibus maſculinum concipiat & complectatur fœmininum *vol.3. d.*1.*l.*d.4 *vol.7.d.7.l.*ii.4.

Maſculorum prę fœminis maximus favor eſt, præſertim in ſucceſſione *volum.*5. *d.14.l.*lll.2.

Matris renunciatio non præjudicat filiis, hæreditatem avi paterni petentibus *vol.1.d.7.l.*ee.4.

Matribus ad ſecundas nuptias convolantibus lex multum diffidit, quod plerumque novis maritis non ſolùm res filiorum, ſed etiam vitam addicant *vol.7. d.*4.*l.*q.2.

qui Matrem pro concubina retinet, ejus bona filiis matris tacitè obligata ſunt *vol.7.d.4.l.*q.2.

Matris bona rem filii adminiſtrantis ei tacitè obligata ſunt, imò, ſi ad ſecundas nuptias convolaverit, & vitrici *vol.7.d.4. l.*q.2.

Mater filio ex ſacerdote ſuſcepto ſuccedere non poteſt *vol.2.d.20.l.*Y.1.2.

Mater ex qua & cui naſcitur licet habeat familiam, ſuæ tamen familiæ & caput & finis eſt, *vol.3.d.10.l.*B.3.

Mater vel avus maternus neceſſe non habet, liberos ſuos, aut hæredes inſtituere, aut exhæredare: ſed poſſunt eos ſilentio omittere *vol.3.d.*10.*l.*D.1.

Mater etſi teneatur filium lactare ſi poſſit, fallit in nobili muliere, cur verecundum eſt lactare filium, rationes etiam DD. addunt, ut eo citius poſt partum amplexentur venerem, & faciem à rugis conſervent *vol.4.d.9.l.*qq.3.

Matris conditionem ſequitur partus *vol.6.d.8. l.*Ggg.1. igitur ex matre libera natus, liber erit, ex ſerva, ſervus non conſiderato patre *ibid.*

Mater à filii impuberis ſucceſſione excluditur, ſi ſtatutum alicujus loci hæreditatem ab inteſtato agnatis deferat *vol.5. d.39.l.*LL.2.

Mater ſuccedit filiis, ſive ad ſecundas nuptias convolverit, ſive non, ſive illi mortui ſint ante nuptias, ſive poſt *vol.5. d.39.l.*LL.2. vide in verbo Aſcendentes, & ver-

Digitized by Google

Matrimonium hodiè ob coëundi impotentiam ex jure Canonico ſtatim ſolvitur, olim triennii cohabitatio requirebatur, & valet tàm in viro, quàm muliere *vol.7.d.6.l.*cc.4.dd.1. triennii cohabitatio hodiè tunc procedit, ſi caſus dubius ſit *ibid.*

Matrimonium hodiè, ſicut olim, ob ſterilitatem non diſſolvitur *volum.7.d.6.l.*dd.1.

Matrimonium debet eſſe liberum & Reipub. utile in certis tamen perſonis reſtringitur *volum.1.d.16 l,*O,1.*volum.6.d,9.l.*Mmm.3.

Matrimonium itaq; aliquo modo muneri publico adſcribi poteſt, cum dotibus, & procreationi prolis jus civile potiſſimum faveat, eaque utilitati ac commodo Reip. aſſignèt. Unde nec ſponſus, nec ſponſa, dum in apparatu nuptiarum ſunt, in jus vocari poſſunt *volum.7.d.ſp.*8.*l.*mm.2.

Matrimoniales cauſæ criminalibus æquiparantur, itaque ſolum judiciale juramentum cum hoc grano ſalis in iis locum habet, & pro matrimonio, deferatur & ſuſcipiatur: neceſſarium verò juramentum quod Dd. ſuppletorium vocant, ab utrisque exulat *vol.2.d.*18.*l.*Q 2.

Matrimonium contrahi non poteſt absque parentum conſenſu, etiam de jure Canonico, etſi multi Canoniſtæ contrarium ſentiant *vol.2.d.*18.*l.S.2.volum.6.d.9.l* Lll.3,4.Mmm.1.2 3.*vol.4.d.*14.*l.*sss.4.*vol.7.d.6.l.*cc.3. ſed hoc eſt contra Concilium Tridentinum *ibid.*

à Matrimonii jam contracti accuſatione repellitur, qui, cùm denunciatio conjungendorum publicè fieret, in eadem diœceſi fuit, niſi juramento confirmet, illius rei, notitiam non prius ad aures perveniſſe *vol.2.d.*29.*l.*OO.4.

Matrimonii ſecundi liberis ſi ſtatutum aliquod, bona in eo matrimonio lucrata ſive acquiſita deferat, comprehendat etiam hæreditatem delatam *vol.3.d.*1.*l.*c.1.

Matrimonii libertatem, id eſt, ut matrimonia libera ſint, nemo Principum, ſeu directè, ſeu indirectè ſub pœna excommunicationis impedire poteſt: ſic nec denunciatio illa trina, quæ ante copulam fieri ſolet *vol.6.d.8.l.*Ggg.1.

ſuper Matrimonii primi validitate, ſi lis pendeat, & reus etiam contra inhibitionem judicis contrahat ſecundum, non revocatur id lite pendente tanquam attentatum, etſi tale ſit, ſed expectandus eſt eventus litis, uſque-dum primo pronuncietur: interim tamen lite illa pendente, carnali commercio eis interdictum eſt *vol* 3.*d.*2.*l.*o.1.

Matrimonia hodie liberè inter ſervilis conditionis, & ingenuę contrahi poſſunt: quamvis olim aliter fuerit, ut nunc etiam contraria conſuetudo in multis locis vigeat *vol* 6.*d.*8.*l.*Ggg.1.

Matrimoniales cauſæ ad religionis negotium ſpectant *vol.4.d.*5.*l.*s.4.*d.*8.*l.*gg.4. ſpirituales habentur ſed perperam *vol.5.d* 18.*l* ssss.4.

Matrimoniales cauſas ad ſe trahere voluiſſe videtur Ludovicus IV. Cæſar, dum matrimonium inter Johannem Bohemię Regis filium, & Margaretham Duciſſam Carinthiæ propter impotentiam mariti diſſolvit *vol.7.d.5.l.*y.1.

in Matrimonio carnali quod juris eſt, idem quoque locum habet in ſpiritua-

 li ni-

Digitized by Google

li nimirum in religione *volum.* 5. *diſp.* 30. *l.* H. 2.

in Matrimonio carnali conſtitutum eſt, ut talis conditio, ſi Seja arbitratu Titii nupſerit, hæres meus ei fundum dato, habetur pro non adjecta, hanc ob cauſam nec quod omninò nuptiis impedimentum adferatur *vol.* 5. *d.* 30. *l.* H. 2. ſicut & illa, ſi generationem prolis evites: vel ſi aliam honore, & facultatibus ditiorem non reperiam: vel ſi pro quæſtu adulterandam te tradas. Nam hæ conditiones matrimonium nullius efficiunt momenti: aliàs impoſſibilis conditio in matrimonii contractu, pro non adjecta habetur *vol.* 6. *d.* 12. *l.* Ttt. 1.

ad Matrimonium contrahendum non tantùm honeſtatis ſed etiam neceſſitatis cauſa conſenſus parentum neceſſarius eſt, ita, ut ſine eo contrahi non poſſit *vol.* 5. *d.* 35. *l.* Z. 1. 2. *vol.* 6. *d.* 9. *l.* Lll. 4. Mmm. 1. 2. 3. 4. ubi pulcherrimè.

Matrimonium ſi inſciis aut invitis parentibus contractum ſit, nuptiæ celebratæ, & copula carnalis fuerit ſubſecuta, ob hunc conſenſus defectū reſcindi amplius non debet *vol.* 5. *d.* 35. *l.* Z. 2. *d.* 49. *l.* EEEE. 4. FFFF. 1. *vol.* 4. *d.* 31. *l.* AA. 2. 3.

Matrimonium cui quis vel tacendo conſenſit, quodque filius contraxit ob ſolam Reverentiam patris non reſcinditur *vol.* 6. *d.* 17. *l.* Hhhh. 2.

Matrimonii diſſolvendi legitima cauſa eſt, ſi quis compreſſam, vel vitiatam, ab alio pro virgine duxerit, idque deprehendat *vol.* 5. *d.* 35. *l.* Z. 2. *vol.* 4. *d.* 31. *l.* AA. 2. 3.

de Matrimonii ſubſtantia eſt caſtitas, quamobrem adulterio matrimonium diſſolvi certum eſt *vol.* 5 *d.* 35. *l.* Z. 2. jure civili omninò, Canonico quoad thorum, & menſam *vol.* 7. *d.* 6. *l.* cc. 4.

Matrimonium continet conſortium omnis vitæ, omniſque communicationis & infortuitis caſibus, maritus uxoris, & uxor mariti particeps eſſe oportet *vol.* 5. *d.* 39. *l.* MM. 2.

Matrimonium facit non concubitus, ſed conſenſus *vol.* 5. *d.* 39. *l.* MM. 2. *volum.* 6. *d.* 9. *l.* Mmm. 3.

pro Matrimonio in dubio pronuntiandum eſt *vol.* 5. *d.* 49. *l.* EEEE. 4.

nec Matrimonium ipſum, nec etiam ſpes matrimonii, uti is facit, qui ſponſam alicujus comprimit, violanda eſt *volum.* 5. *d.* 43. *l.* NNN. 2. *d.* 49 *l.* EEEE. 4.

per Matrimonii copulam, id eſt, conſummationem omnes conditiones conjugiorum purificantur, omniaque vitia præcedentia purgantur *volum.* 5. *diſp.* 49. *l.* FFFF. 1.

Matrimonium non recipit conditionem, quamvis ſponſalia recipere poſſint *vol.* 6. *d.* 12. *l.* Ttt. 2.

Matrimoniorum ſponſalia ſi ſint inita ſub conditione aliqua, tunc conditione adhuc pendente altera pars reſilire poteſt *vol.* 6. *d.* 12. *l.* Ttt. 2.

Matrimonium inter conſobrinos, & duorum fratrum liberos permiſſum eſt: Ergò in quarto gradu cognitionis, ſeu, ut Canoniſtæ computant, in ſecundo lineæ transverſalis æqualis. Ubi tamen Canones variârunt; primum enim prohibitionem nuptiarum inter eos, qui ex latere ſibi juncti ſunt, produxerant uſque ad ſeptimum juris Canonici gradum, qui decimus quartus eſt in jure civili. Cum autem hæc tàm effuſa prohibitio faculta-

tem

Digitized by Google

tem nubendi nimium coarctaret, multaque inde incommoda naſcerentur, ita ut abſque gravi diſpendio non poſſet obſervari, conſtituit Innocentius III. ut ultra quartum gradum ea prohibitio non extenderetur. Quo fit, ut qui non ſunt ſibi parentum loco, tamen interdum conjungi nequeant: & contra, qui habent iſtum ad invicem reſpectum, poſſint conjungi *vol.7.d.6.l.*cc.3.

Matrimonium ſicut inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione facti ſunt filii, contrahi non conceditur, ita quoque Nicolaus Papa inter filios, & fratres ſpirituales non putat legale, id eſt, legitimum matrimonium poſſe iniri *volum.7.diſp.6.l.*cc.3.

Matrimonium jure civili tantùm prohibetur inter eos affines, qui parentum, & liberorum loco ſint ſibi invicem: ut eſt ſocer, nurus, ſocrus, gener; vitricus, privigna, noverca, privignus. Jure verò Canonico etiam inter transverſales affines in certis gradibus prohibetur. Et primò quidem latiſſimè hæc prohibitio patebat, ut quodvis affinitatis genus complecteretur, tàm tertium, & ſecundum, quàm primum. Tandem verò ſicut in cognatione, ita etiam in affinitate reſtricta eſt prohibitio uſq; ad quartum gradum, & quidem in primo affinitatis genere. Quare cum vidua defuncti fratris utroque jure non valet matrimonium. Vitricus autem privigni ſui viduam jure civili prohibetur in uxorem ducere, ſecus jure Canonico, cum tales perſonæ ſint in ſecundo affinitatis genere. Interim propter juſtitiam publicę honeſtatis indulgentia Magiſtratus eſt imploranda *vol.7.d.6.l.*cc.4.

in Matrimonialibus cauſis non minus, quàm in ſucceſſionibus, & tutelis graduum conſanguinitatis, & affinitatis cognitio neceſſaria eſt: quanquam eorum computationes alia ratione inventæ ſint à LL. alia à ſacris Canonibus. Illæ conſanguineos nominant fratres, ex eodem patre natos. Hi verò omnes propinquos, & cognatos ita appellant. Illæ præſertim ſucceſſionum, hi nuptiarum rationem habent. Itaque arbor conſanguinitatis dividitur in civilem, & Canonicam. Hæc habet rationem numeri perſonarum dempto ſtipite: Illa accuratè, & artificioſè obſervat generationes, & inde definit numerum graduum: unaquæque enim generatio efficit gradum *volum.7.diſp.6.l.*dd 1.

in Matrimonialibus cauſis gradus conſanguinitatis valde differunt ab iis aliarum cauſarum. Nam jure civili regula eſt, quod tot ſint gradus, quot inter utramque perſonam intercedunt generationes. Quæ regula tàm in æquali, quàm in inæquali locum habet. Juris Canonici in linea æquali collaterali hęc eſt. Quoto gradu diſtant à communi ſtipite, eodem inter ſe diſtant. In inæquali illa eſt. Quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, eodem à ſe invicem diſtant *volum.7.d.6.l.*dd.2.

in Matrimonialibus cauſis jus Canonicum introduxit gradus affinitatis, qui jure civili nulli ſunt. Et illo quidem eodem modo computantur gradus affinitatis, quo conſanguinitatis. Quoto enim quisque gradu eſt cognatus alteri conjugum, toto gradu alteri conjugi eſt affinis *vol.7.d.6.l.*dd.2.

Digitized by Google

in Matrimonialibus cauſis dantur tria affinitatis genera. Primum, cum una mediante perſona alterius conjugum conſanguinei alteri conjugum redduntur affines. Secundum, quod duabus mediantibus perſonis contrahitur. Tertium quod tribus mediantibus perſonis contrahitur. Sed hæc duo poſteriora non ampliùs generant affinitatem, proinde nec nuptias impediunt *vol.7.d.6.l.*dd.2.

Medicorum privilegia *vol.1. d.5. l.*z.4. bb.1 2 *vol.2.d.7.l.*lLl.4.*vol.4.d.9.l.*mm.3.

Medicina naturalis & artificialis eſt, illa in opere victu & aëre, hæc in medicamentis artificioſè & doctè applicatis *vol.1.d.5 l.*z 4.

Medicus eſt homo, medicamenta exhibens ægrotis: vel eſt perſona ſacris Aſclepiadeis inſerta, & à Rep. approbata, ad id, ut quantum humana permittit imbecillitas, morbis ægrotantium arte docta ſubveniat *vol.1.d.5.l.*aa.1.

ad Medicum, Doctorum inſignia tanquam legitima approbatio requiri videntur, itaque iſti, Tyriackskrämer omninò explodendi *vol.1.d 5.l.*aa.2.

Medicus & Chirurgus ejusdem naturæ cenſentur *vol.1.d.5.l.*aa.3.

Medici etiam Paracelſi præcepta ediſcere poſſunt, quæ autem in remedia violenta vergunt, ea Galeniſtis & Hypocraticis moderari debent *vol.1 d.5.l.*aa.3.

Medicus enim ſolùm approbatus, ſed & peritus & omnem diligentiam in curationibus adhibere debet *volum.1.diſp.5. l.*aa.3.

Medicus qui aut imperitiâ, aut ſtudio enecat ægrum, utrobiq; punitur, ſed hoc gravius *volum.1.d.5.l.*aa.3.4. *volum.2.d.25. l.*HH.2.& 4.*d.*29.*l.*PP.1. *volum.4.diſp.*19. *l.*tttt.3.

ſi Medici negligentiâ vulneratus moriatur, tunc vulnerans non mortis, ſed læſionis tantum reus habetur *volum.1.diſp.5. l.*aa.4.

Medicus in propinandis Pharmacis, & Chirurgus in ſecandis membris aſtrorum motus, poſitusque cœli obſervare poteſt, imò debet, non adhibitis tamen imaginibus Aſtronomicis, quod ſuperſtitioſum. Itaque Chirurgus in ſecando membro ſedulo curabit, ne ferro tangat membrum, in cujus ſigno tunc temporis exiſtit luna & dierum criticorum, ſigni aſcendentis, ſive Horoſcopantis rationem, habebit. Item Medicus docebit ægrotum de his quæ contraria ſunt ægritudini *vol.1.d 5.l.*aa.4.

Medici qui vulnus aliquod inſpiciunt, ſi de ejus gravitate pronuntiare cogantur, id per juramentum præſtare debent *vol.1.d.5.l.*bb.1.

Medici numerarii ac præſertim Archiatri, omnium munerum civilium & publicorum immunitatem habent: excepto, ſi Imperator ipſe in expeditione ſit, aut neceſſitas extrema & caſus inſolitus ingruat *vol.1.d 5.l.*bb.1.2.

Medicus pauperem etiam gratis fideliter curare debet, & ſi accidat, ut invitum ægrum curet, isque moriatur, mercedem promiſſam exigere non poteſt, tamen quod ſani offerunt accipere poteſt *vol.1.d 5.l.*bb.3.

Medici etiam practici eadem ſecuritate gaudent, quâ reliqui DD. nec capi, nec carcerari pro debito poſſunt *volum.2.d.7. l.*lLl. vide in verbo Doctor.

Digitized by Google

Medicus cum ægroto contrahere non valet *vol.*3.*d.*9.*l.*aaa.4.*vol.*1.*d.*5.*l.*bb.3.

Medicinæ Doctor non gaudet privilegiis Nobilium uti Doctor Juris, etſi dicatur illuſtris perſona, ille qui eſt Medicus Regis,& æquiparetur Duci, Comiti, & quoad immunitates Doctori Legum *vol.*4.*d* 9.*l.*mm.3.

Medico integrum ſalarium debetur, etiamſi ægrotus moriatur,& in repetitione hujus ſalarii,præfertur reliquis creditoribus *volum.*4.*d.*19.*l.*tttt.1. *volum.*5.*d.*7.*l.*mm.1.

Mediolanenſis Ducatus Imperio ſubeſt *vol.*2.*d.*4.*l.*u.1.*d.*13.*l.*y.2.

Mediolani Dux primò Imperii Vicarius,deindè Dux factus,modò Hiſpanis provincia paret *vol.*5.*d.*2.*l.*g.3.

Mediolani Ducatus ad Vice-comites emptionis titulo pervenit *volum.*5.*d.*17.*l.*xxx.4.

Media ſententia in perplexis, ubi utraque extrema ad abſurditatem ducunt,eſt tutiſſima *vol.*4.*d.*14.*l.*sss.2.

Medium tenent,quibus virtus,& honeſti cura cordi eſt *vol.*4.*d.*14.*l.*sss.2.

Medium vitiorum & utrinque reductum eſt virtus *vol.*4 *d.*14.*l.*sss.2.

Membra Imperii ſunt tria. Electores, Duces,Urbes liberæ *vol.*4.*d.*19.*l.*pppp.2. vide in verbo Imperium,& Princeps.

Membra à capite ſeparanda non ſunt, ſegregata tamen facilè redeunt ad ſui naturam *vol.*2.*d.*3.*l.*p.4.

Membrorum ſuorum nemo Dominus eſt *vol.*2.*d.*13.*l.*CC.3.*d.*24.*l.*DD.2. & 3.*vol.*4.*d.*3.*l.*n.1.*d.*27.*l.*N.1.*d.*34.*l.*H.3. *vol.*5.*d.*18.*l.*rrrr.2.

Membri abſciſſio æquiparatur morti *vol.*5.*d* 18.*l.*rrrr.2.

in Membri abſciſſionem ſi quis condemnatus ſit,aut in 1000. ducatorum ſolutionem, & condemnatus illam eligat, poteſt Judex inquirere an ſit ſolvendo,& Reum compellere etiam invitum ad ſolutionem *vol.*5.*d.*18.*l.*rrrr.2.

Memoria defuncti damnari dicitur, cum nomini perpetuæ infamiæ nota inuritur,ut perpetua de eo infamia conſervetur *vol.*4.*d.*6.*l.*dd 1.

Memmingenſis Urbs Imperii bannitos recipere & defendere poteſt *volum.*2.*d.*18.*l.*R.4.

Mendacium eſt falſa aſſertio cum intentione fallendi, & puniri debet *vol.*6.*d.*26.*l.*Ffff.3.

Mendaces jura oderunt,& varias contra eos pœnas inſtituerunt *volum.*6.*d.*16.*l.*Ffff.3. beneficia amittunt *volum.*7.*d.*1.*l.*b.3. jura volunt, ut ipſis amplius non credatur *ibid.*

Metim,Tullum & Verdunum Galliæ Rex,Imperio rapuit *vol.*2.*d.*3 *l.*f.4.

Mendicitas è Rep. tollatur itaque nemini in Rep. mendicare permittatur,ſed ſi debilium & infirmorum hominum multitudo ſit, quoad eos ſublevandos conſtituantur, Prochotrophia, Bræphotrophia, Noſocomia, Xenodochia, Gerontocomia *vol.*4.*d.*22.*l* zzzz.2.

Mentis integritate qui laborant,id eſt, qui hujus ſunt impotes, ut ſunt prodigi, ſurdi,muti,furioſi &c.pupillis quoad privilegia, quæ contra curatores habent æquiparantur *vol.*7.*d.*4.*l.*p.3.

Mercator quis dicatur *volum.*6.*diſp.*11.*l.*Qqq.3.

Digitized by Google

Mercator variè definitur: definitiones ibi vide *vol.6.d.*11.*l.*Qqq.4.

Mercaturæ utilitas magna eſt & hinc quarundam Urbium floridæ opes *vol.*1. *d.*15.*l.*I.1.2 *vol.6.d.*11. *l.*Rrr.1.

à Mercatore differt negotiator tanquam genus à ſpecie: vi nimirum vocabuli, & momentis textuum inſpectis. Nam aliàs ex conſuetudine confunduntur *vol.6.d.*11*.l.*Qqq.4.

Mercatura duplex eſt, propria & impropria: hæc nominatur, quæ animi diſciplinas nummis commutare à Platone dicitur: illa eſt, quæ ad corporis victum ſpectat:& ita vocatur à merce:latè à mercatura ſumpta, pro omni negotiatione rectè ars appellabitur, ſtrictè verò ſumpta pro certa ſaltem & limitata negotiatione,uti hic accipietur *vol.*1.*d.*15.*l.*I.2.

Mercatura libera eſſe debet: vide in verbo Commercia.

à Mercatura excluduntur in genere omnes qui merces emere, vendere, permutare,& contrahere non poſſunt. In ſpecie excluduntur, quidam naturâ aut lege, naturâ 1.furioſus: 2.dementes: 3.quibus bonis eſt indictum: 4 mente capti: 5.fatuus, qui per vicos inſanorum more deridenda loquitur: 6.lunatici, quamdiu mens propter lunam officium non facit: 7.omnes qui furioſo ſunt ſimiles. Item minor curatorem habens, niſi ſit approbatus, & in album mercatorum inſcriptus. Lege excluduntur, 1.Clerici: 2.armatæ militiæ milites: 3.Nobiliores & patrimonio ditiores,niſi regionis mos aliud velit, ut per Italiam in pleriſque magnis urbibus: 4.Palatini & Proceres Palatii. Fœminæ etſi ab officio argentarii remotæ ſint, mercaturam tamen exercere poſſunt *volum.*1.*d.*15.*l.*I.2. *vol* 4.*d.*9.*l.*xx.3.*&* 4. *vol.6.d.*11.*l* Rrr.1.

Mercatura verſatur circa res mobiles, ſed non omnes, & primò in genere omnes illæ res mobiles quæ emi & vendi non poſſunt, excipiuntur. dein in ſpecie primò homo. 2.Eunuchi Romanæ gentis, ſive in Romano, ſive in barbaro ſolo facti. 3.res ſacra, niſi juſta cauſa ſubſit,& conſentiant ii, qui conſentire debent. 4.Purpuræ quibus Princeps utitur. 5.ſacrum encauſtum Cæſaris. 6.Sericum ad Tartaros importare non licet. 7.frumentum publici canonis, quod in littoribus diſtrahi, eſt enim capitali pœna interdictum: Vinum, oleum, & alia liquamina ad Barbaros Romanorum hoſtes, importare non licet: nec qualiacunque arma, nec ferrum, aut ferrum ad cotem ſubigendum: Item nec animalia, nec aurum *vol.*1. *d.*15. *l.*I.3. ad res mobiles pertinet pecunia, tamen mercaturæ non objectum eſt, cum ipſa mercium & rerum comparabilium menſura quædam ſit *ibid.* *l.*I.4.*vol.*4 *d.*14 *l.*sss.1.

inter Mercatores nec locatores equorum, nec illi qui prædia propria locando, & aliena conducendo quæſtum faciunt, referri debent *vol.6.d.*11.*l.*Qqq.4.

ad Mercaturæ formam tria ſpectant, primò ut frequenter merces permutentur, emantur, & diſtrahantur, quia qui ſemel emit & vendit mercator non eſt, uti nulla ars ſine aliis actionibus comparari poteſt, ſecundò ut merces non mutata per ſe.i.e.per ipſum Mercatorem aliàs artifex dicetur, forma diſtrahantur, poteſt tamen aliorum labore mutatas diſtrahere, item

re, item etiam per alios vendere,& ipſe otioſus eſſe. 5.ut merces non minutatim diſtrahantur, aliàs parum differrent à propolis vulgò **Krämer**/ ſeu revenditoribus qui ſordidiores ſunt, quam ut vel juris diſpoſitione vel opinione vulgi pro mercatoribus habeantur *vol.1. d.15.l.*I.4. *vol.6.d.*11.*l.*Qqq.4.

Mercaturæ finis,ut mercatores ex honeſto per negotiationem acquiſito lucro vel diteſcant,vel ſaltem paupertatem pellant,finis verè eſt vel obliquus,ut res neceſſariæ,quibusque Resp. carere nequit, inferantur, ſuperfluæ exportentur *vol.1. d.15.l.*I.4.*vol.6.d.*11.*l.*Rrr.1.

Mercatura igitur eſt ars,ſeu potius negotiatio,quæ cũ publicæ neceſſitati ſubveniendi,tùm honeſti lucri faciendi cauſa in mercibus licitis,frequenter permutandis & emendis,iisdemque nec mutata per ſe forma,nec minutatim diſtrahendis exercetur. Dividi non poteſt niſi ab objecto,ut panni,croci,vini &c. vel à quantitate ubi erit vel ſordida,vel copioſa,vel magna: vel à qualitate,ubi erit vel licita, vel illicita,vel honeſta,vel turpis:vel à loco, ubi erit terreſtris, vel maritima, quæ poſterior Phœnicum inventum eſt. Mercaturæ autem accidentia ſunt obligationes,ſolutiones,vectigalia,commiſſa,nundinæ,privilegia & proceſſus *volum.1.d.15. l.*I.4.*vol.3. d.5.l.ff.1.vol.6. d.*11.*l.*Qqq.4.ubi vide & alias definitiones, quæ tamen fere coincidunt *ibid.*

Mercatores obligantur vel ex pacto nudo,vel contractu,nam in curia mercatorum pacta nuda valent, etſi aliâs obligatio .em & actionem nullam producant *vol.1.d.15.l.*I.4.

Mercatorum contractus quibus in negotiationibus utuntur, ſunt vel veri, vel quaſi. Veri vel principales, vel acceſſorii. Principales vel ipſorum mercatorum,vel inſtitorum: Utrique vel nominati,vel innominati: innominati vel re conſtant vel conſenſu: qui re conſtant ſunt tres, mutuum, pignus, depoſitum. Mutuum vel verum vel proprium eſt , quod mere eſt gratuitum , vel improprium ſeu uſurarium, quod fit cum ſorti aliquid accedit. Et mutuum etiam cenſebitur , ſi Titius eosdem nummos, iis ubi poſtea non indiget,mercatori reſtituat,quos mutuo ab ipſo accepit , & in mutuo genus viget, quare cum frumentum & pecunia diverſi ſint generis pecunia pro frumento ſolvi non poteſt : deinde æſtimatio pecuniæ tempore contractus ſpectatur , niſi debitor in mora fuit : hoc enim caſu quanti plurimi moræ æſtimatio crevit , condemnandus videtur. Demum in mutuo res debitori etiam ſi fortuito caſu pereat,non creditori perit, quod non obtinet in aliis contractibus: & ſic etiam habetur ratio damni incurſi, poteſt tamen ſolvi pecunia in quacunque moneta, modò eadem quantitas ſolvatur *volum.1.d.15.l.*I.4.K.2. *vol.6.d.11.l.*Rrr.3 4.

inter Mercatores præcipuè tres contractus ſunt: Aut enim res pro rebus,aut pro pecunia res,aut denique pecunia pro pecũnia mutatur.Primus contractus permutatio: alter Emptiovenditio: Tertius cambium nominatur *vol.6.d.*11.*l* Rrr.1.

Mercator debitor,qui intra biennium uti leges requirunt,exceptionem non numeratæ pecuniæ, non oppoſuit, etiamſi poſt biennium liquidò ſe probaturum affirmet,

Digitized by Google

firmet, ſibi pecuniam non numeratam fuiſſe, nullo tamen modo audiendus eſt *vol.1.d.15.l* K.1.

Mercatoribus in terreſtribus uſuris, beſſem centeſimæ exigere lege conceſſum eſt, adeò verum eſt, ut quamvis in ſtipulationem deducta non ſit, ipſo tamen jure ipſis debeatur, ſed uſuras in ſortem redigere non licet *vol.1.d.15.l* K.1.2. niſi ſors cum uſuris ad alium debitorem pervenerit *volum.6. d.*11.*l.*Rrr.1. ſic ſi juſtus Mercator, qui ad rationem beſſalis uſuræ fœneravit, vendat, vel cedat nomen ipſum fœneratorium alii non negocianti, tamen iſte ceſſionarius beſſes uſuras in futurum exigere non poteſt. Præterea & illi, qui præſenti pecunia emunt mercem, & eandem ut plurimum non mutata forma cariori pretio ad diem vendunt, pravi uſurarii creduntur *ibid.*

Mercator & fœnus nauticum, & pecuniam trajectitiam, ſit propria, ſit impropria, ſtipulari poteſt, & inde centeſimæ uſuras accipere *vol* 1.*d.*15.*l.*K.2.

Mercatores plerumque ſibi conſulunt hypotheca debitorum generali, in qua etiam merces etiam futuræ continentur, modo ſint acquiſitæ durante vita ejus, qui obligavit, poteſt tamen merces nihilominus alienare *vol.6.d.*11.*l.*Rrr.4.

Mercatorum merces in domum conductam invectæ, illatæ tacitè pro penſione intelliguntur, obſtrictæ *volum.*1. *d.*15. *l.* K.2.*vol.2.d.*11.*l.*u Vu.2.*&* 3. *volum.6.d.*11. *l.*Rrr.4.

Mercator ſi à piſcatore jactum retis emerit, & is non piſces, ſed gemmam cœperit, num hæc mercatoris erit, & negatur, niſi expreſsè pactus fuerit quæcunque in rete incidant *volum.*1. *diſp.*15. *l.*K.2.3.

Mercator ſi in emendo enormiter læſus ſit, perinde gaudet privilegio reſciſſionis ac venditor *vol.1.d.*15.*l.*K.4.

Mercator in rerum venditione dolum malum quoque à ſe abeſſe, abfuturumq; eſſe præſtare tenetur *vol.1.d.*15.*l.*K.4.

Mercator ſi mandato generali procuratorem conſtituat etiam facultas ad Cambium recipiendi pecunia, conceſſa cenſetur *vol.1.d* 15 *l* K 4.

Mercatores ſæpe per mandatorios agunt, ubi hi mandati fines diligenter cuſtodire debent. Unde mandatum deſolvendo, non impletur promittendo. Mercatore autem decocto omne mandatum cenſetur revocatum *vol.6.d.*11.*l.*Rrr.3.

Mercator, cui transmiſſæ ſunt merces cum mandato, eas ut ad diem vendat, & mercium emptores amiſſa fide decoxiſſent, mandati non tenetur *volum.1.d* 15. *l.*K.4.

Mercator qui pecunias ab alio accepit, ut ille damnum ſeu lucrum ſentiat, ad reddendum calculum intra annum cogi poteſt, ita tamen ut pecunias retineat *vol.1.d.*15. *l.*K.1. verum ſi rationes intricatas habeat, nummum ſolvit, tantummodò de reliquo in eventum, fidejuſſorem dat *ibid. vol.6.d.*11. *l.*Rrr.3. & hac cautelâ Mercator uti poteſt, quandocunqúe urgetur ad rationes reddendas *ibid.*

Mercator ſi abſentis & ignorantis negotia gerit regulariter præter dolum, levem duntaxat præſtabit culpam, interdum tamen & de caſu tenetur, veluti ſi novum negotium quod non eſt ſolitus abſens

abſens facere, nomine abſentis gerat *vol.1. d.15.l.L.4.*

Mercator vectigalia ſolvere tenetur, aliâs res in commiſſum cadit, & eo ipſo rei dominium perdit, quod ſi quid damni ſolventi in via publica contingit, Dominus vectigalium ad ejus præſtationem tenetur *vol.1. d.15. l.L.4.* tamen quod ante quinquennium factum dicitur, ſi lite res anticipata non eſt, non poteſt amplius vindicari *ibid. vol.2.d.7.l.*mMm.1.

Mercator ſi ex pluribus cauſis unum debitum ſolvit, non adjiciens, quod debitum ſolutum velit, quod non cenſebitur ſolutum? *vol.1.d.15.l* L.4.

Mercatorum collegia, ſtatuta etiam ſine ſuperioris confirmatione conducere, ſibiq; jus proprium conſtituere poſſunt, ſed nec alia extra mercaturam trahi poſſunt, nec continuo in alio foro ceu curia obſervari debent, nec hujusmodi ſtatuta juri gentium derogabunt, id eſt, ut pater teneatur pro filio, minimè ferendum eſt, niſi filius patri quæſtum referat *vol.1.d.15. l.*M.1.*vol.6.d.11.l.*Sss.1.

in Mercatorum cauſis omnia ex æquo & bono aguntur, adeò, ut etiam libellus ineptus tolleretur, modò appareat, quid, quale, quantumque petatur, nec etiam ſuccumbit mercator, etſi unam cauſam in libello proponat, & aliam in probationem deducat *vol.1.d.15.l.*M.1.*volum.6.d.11. l.*Sss.1. in illis cauſis Conſul à Mercatoribus electus, judex eſt, qui tamen ulterius ſuam jurisdictionem prorogare non poteſt: Imò contra illum præventio, & litispendentia locum habent *ibid.*

inter Mercatores ex pacto naſcitur actio *vol.6.d.11.l.*Sss.1.

Mercatorum probationes legitimę eſſe debent, libri valent, ſi producens ſit integræ opinionis, & ipſius manuſcripti, cauſaque obligationis expreſſa præſertim ſi iis non tantùm credita, ſed debita, data, & accepta continentur, manuali tamen, ſeu giornali mercatorum non creditur. Litteræ inter mercatores miſſæ, vim publicorum Inſtrumentorum habent, item ſigna mercatorum quæ marcas vocant *vol.1.d.15.l.*M.1.2. *volum.6.d.11.l.*Sss.2. Librum ſuum petenti an Mercator edere debeat, judicis arbitrio permittitur. Probationes autem minùs legitimæ, aut de jure nihil concludentes, non ſunt admittendæ *ibid.*

Merces in domum conductam illatæ pro penſione domus tacitè obligantur *vol.7.d.4.l.*q.4.

Merces per ſingulas regiones ſua pretia diverſa habent *vol.7.d.4.l.*q.4.

ſi Mercator cum conturbandi & fallendi conſilium iniit, aliquibus creditoribus, ut ſe iis gratioſum redderet, præſens ſolviſſet, quod in diem debebat, ſolutiones tales revocari poſſunt *volum.1.diſp.15. l.*M.3.

Mercatorum tabernę eæ, quas ita opacant, ut pannorum qualitas recognoſci nequeat, deſtrui debent *volum.7. diſp.1. l.*b.2.

Mercaturæ & quæſtuoſæ negotiationi ſtudentes indiſtinctè vectigalia ſolvere debent, ſint Clerici, ſint alii quivis *vol.3. d.5.l.*hh.3.4.

Mercator alterius merces per calumniam ſequeſtrati faciens, tenetur de damnis, & eo quod intereſt, licet de eo nullam mentionem fecerit Judex in ſen-

tentia Revocatoria *volum.6. d.*11. *l.*Sss.2.

Mercator qui in privatorum pecunia fraudem admiſit, mercaturam amplius exercere prohibetur *vol.4.d.*22.*l.*zzzz.3.

in Mercatorum foro ſolæ exceptiones, quæ merita cauſæ, & partis intereſſe concernunt, admittuntur, reliquæ ordinem proceſſus reſpicientes, rejiciuntur. Itaque rejicitur Exceptio procuratoria, legitimatio tamen perſonarum eſt neceſſaria: ſic exceptio excuſſionis tunc admittitur, quando intereſſe partis reſpicit. Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur. Exceptio erroris calculi ſemper admittitur. Quod ſi calculatores ſententiam tulerunt, non tamen obſtabit res judicata niſi fuerint judices. Sic in filio ceſſat SC. Macedonianum, ſimiliterque filio agenti non poteſt objici, quod agat ſine conſenſu Patris: ad extremum, ut petitio, ſic & ſententia incerta valet, niſi petitioni reus ſe oppoſuerit: alioqui votum mercatorum quatenus eſt ſententia expertorum in rem judicatam nunquam tranſit. Paucis, in hoc foro executivè proceditur vigore apodiſſarum à mercatoribus ſcriptarum: quia de antiqua conſuetudine plena illis fides tribuitur *vol.6.d.*11. *l.*Sss.2.

Meretrix teſtari poteſt nec prodigæ comparatur *vol.3.d.*10.*l.*A.2.

Meretricum venenis inficiuntur animi perditorum *vol.7.d.*1.*l.*b.2.

Meretricum vilitatem vitæ legum obſervatione indignam crediderunt veteres *vol.7.d.*4.*l.*q.3.

Meretriciæ conjunctiones tolerantur *vol.7.d.*10.*l.*uu.2.

Meretrix donationis capax eſt, & donatio ipſi facta ſubſiſtit, quod ſi tamen res promiſſa tantùm eſt, & necdum tradita, non poteſt illa contra promittentem agere, quin imò nec pignus ejus cauſa datum, retinere *vol.4.d.*32.*l.*EE.3.

Metalla naturales prædiorum fructus ſunt, id eſt, privatus in percipiendis iis, modò canonem & decimas quæ regalibus annumerantur, ſolvat, turbari non poteſt *vol.2.d.6 l.*ss.4.*vol.3.d.*5.*l.*aa.3.

Metalla cum naturales ſint prædiorum fructus, de jure gentium ad Dominos prædiorum pertinent *volum.2. d.6.l.*ss.4. *volum.3. diſp.*5. *l.*aa.3. vide in verbo Fodinæ.

quod Metus cauſa datur exceptio adverſus petentem id, quod promiſſum datum, aut præſtitum eſt per metum: multa cum doli conceptione hæc habet communia, pleraque etiam particularia: illa enim perſonæ tantùm quæ dolum commiſit, hæc ſcripta in rem cuivis objicitur, adverſus illam non datur regulariter replicatio doli, hæc verò metus replicationem admittit: illa cum cæteris exceptionibus concurrit, hæc ab illis omninò eſt diſtincta, illa adverſus parentem patronumvè non datur, hæc verò datur, ſed hoc ultimum falſum videtur: nam in hoc non differunt *vol.2.d.*27.*l.*LL.2 *vol.4.d.*25. *l.*F.4. *vol.6.d.*8.*l.*Ddd.2.3.

Metus, id eſt, qui ob metum aliquid egit, geſſit, reſtitutionem producit *vol.4. d.*25. *l.*F.4. nec id quod metus cauſa factum eſt, ratum habetur *vol.5.d.*14. *l.*lll.2. & 3.*volum.6.d.*3.*l.*Z.1.2. Nec poſſeſſionem acquiret alteri, qui ob metum illi aliquid præſtitit *ibid.* Hęc enim poſſeſſio eſt nulla,

& ni-

Digitized by Google

& nihil operatur *d.8.l.*Ddd.2.3. Ggg.4. *d.17.l.*Hhhh.1.2.

Metus autem reſtitutionem cauſans debet eſſe Præſens, & qui in hominem conſtantiſſimum à formidine objectorum cadat, ut mortis, vinculorum, ſtupri, carcerum illicitorum &c. nec refert utrum nobis, an noſtris, id eſt, conjugi, liberis, & conſanguineis inferatur: metus autem infamiæ, reverentiæ, minarum, vel alicujus vexationis huc non refertur *vol.4. d.25.l.*F.4.*vol.6.d.17.l.*Hhhh.1.2.

Metus liberam hominis voluntatem non tollit, nec ipſum actum, quo volumus, & eligimus annihilat *volum.6.d.17. l.*Hhhh.1.

ex Metu datur actio & exceptio: actio quidem perſonalis, ſed tamen in rem ſcripta: arbitraria, qua petitur ex bono & æquo arbitretur judex, ut res reſtituatur; & datur non ſolùm contra eos qui metum intulerunt, ſed contra omnes, qui lucrum ex geſto per metum ſenſerunt; quod niſi fiat in quadruplum concipiatur cōdemnatio, & quadruplicabitur, quanti ea res eſt cum fructibus & omni cauſa: imò hæc actio hæredibus, cæteriſque ſucceſſoribus etiam in quadruplum datur: in hæredes autem & ſucceſſores in id competit, quod ad eos pervenit *volum.4.d.25. l.*G.1.*vol.6 d.17.l.*Hhhh.3.

Metum juſtum cauſat, aliquando magni Principis potentia: inſtans omnium, majorisve partis bonorum amiſſio, quæ æquiparatur metui mortis: cruciatus corporis: Excommunicatio: & quæ omninò non, vel cum difficultate evitari poſſunt *vol.6.d.3.l.*Bb.2.*vol.6.d.17.l.*Hhhh.2.

Metus præcipuè probatur ex conjecturis, & præſumptionibus: vel cùm definitæ non ſunt, judicis arbitrio relinquendæ ſunt. Sic metus probatur ex perſonarum qualitate, reſpectu ſuperioritatis & potentiæ erga ſubditos, quibus poſſunt eſſe terribiles, nec illis adverſari audent *vol.6.d.8.l.*Ddd.2.*vol.7.d.1.l.*c.3.

Metus probatur etiam ex minis Domini, qui conſuevit illas exequi *vol.6.d.8. l* Ddd.2. *vol.6.d.17.l.*Hhhh.2.

Metus tandem probatur ex precibus Domini. Nam quamvis Dominus non minetur, aut fulminet, ſed ſolummodò roget indebitum ſibi præſtari, & fieri: tamen ſi compertum ſit eum ſolere indignari ſubditis non obtemperantibus, **und laſſe ſie in andere weg ſolches entgelten**; tunc ejusmodi preces metum important *vol.6.d.8.l.*Ddd.2.3.

Metus non dicitur Reverentia illa, quam filii parentibus, uxor marito, ſubditi Magiſtratui debent. Itaque ex tali Reverentia geſtum ratum erit, niſi minæ accedant, aut verbera, aut enormis læſio, aut aliud factum violentum *vol.6.d.17. l.*Hhhh.2.

Migrationis debitum, id eſt, migrans ex patria cum omni ſubſtantia debet aliquid Principi loci. vide Collecta Decimæ.

Milites mercaturam facere prohibentur *vol.1.d.15. l.*I.2.

Milites ſumma & plena ſecuritate gaudent. Nam primò habent ſecurum & inviolabilem tranſitum, qui ipſis patere debet, modò iis locis quibus tranſeunt, omnes ubique illæſi & indemnes cuſtodiantur. 2.teſtimonii ferendi cauſa (vel aliâs veluti per in jus vocationem) à ſignis

Digitized by Google

militaribus abſtrahi nequeunt, & ab omnibus quoque muneribus immunitatem habent. 3.arreſtari aut perſonaliter detineri nequeunt pro debito. 4.ne quidem in cauſa criminali torquentur, pœnisve plebejorum ſubjiciuntur. 5. quod cum commeatum, qui tamen difficulter ac parciſſimè ipſis datur, impetraverunt, interea temporis lite pulſari haud poſſint, ſed liberam habeant remeandi licentiam. 6.à vectigalium præſtatione etiam pro rebus ſuis & ſervientium immunes ſunt, quas nec confiteri tenentur. De mercibus verò, etſi vectigal ſolvere teneantur, tamen earum profeſſionem tuto omittere poſſunt, ſin deprehenſi ſint, tunc demum pœnitere, & vectigal ſolvere poſſunt: hinc ut ſe doceant milites, optimè faciunt, ſi paſſeportum geſtent. 7. quod domum reverſis è militia, quævis omninò damna quæ abſentibus ipſis data, ut & lucra, quę ipſis interim ablata, interceptave fuerunt, reſarciuntur, & reſtituuntur. 8.quod à creditoribus ſuis conventi habent beneficium competentiæ, ut videlicet in executione diſtractionis invadere iſtis non liceat, quæ illi militiæ cauſa habent, cum arma militibus relinquenda ſint, ut libri ſcholaribus, & breviarium clericis *vol.2.d.7. l.*lLl.4.*d.18.l.*R.2.*d.28. l.*NN.4. ſic milites in exercitu conveniri non poſſunt, niſi apud Magiſtratum militum *ibid. volum.3. d.5.l.*ff.3.*vol.4.d.9.l.*rr.1. *vol.5. d.4. l.*aa.3, *d.5.l.*ff.3.*d.19.l.*bbbbb.4. *vol.7.d.8 l.*ll.4. & hæc fori exceptio cinguli præſcriptio dicitur *ibid.*

Milites olim, qui arma ſua vendebant, puniebantur, ergò ea multò minus oppignerare poterant *vol.7. d.4.l.*q.4.

Miles in re ex pecunia ſua empta in concurſu creditorum eundem prælationis favorem habet, quem pupillus, idque obtentu, & favore militiæ *volum.7.diſp.4. l.*m.3.

Milites non immatriculati, ſeu ut dicunt non arrollati, non gaudent dictæ ſecuritatis privilegiis: ita ut nec Freibeuteri, nec Transfugæ, aliique deſertores & conſpiratores, adverſus Magiſtratū ſuum inſurgentes, pacis turbatores, palantes, graſſantesque, latrocinantes, piratæ *vol.2. d.7.l.*mMm.1.

Militaris rei diſciplinam Ducum varietas ſæpè mutavit *vol.4.d.1.l.*)(.4.

Militia dignitas eſt, honoris ſpecies, exercitium nobile, imò proprium Nobilium Tyrocinium *vol.4 d.9. l.*lI.1.2.

Milites in Imperio Romano conſcribere exteris nationibus & Principibus non licet *vol.5. d.19 l.*zzzz.3.

Milites obediant Duci, ſint vigilantes, ſint caſti, audaces, deſiderent potius mori in bello, quàm thoro *vol.5.d.19.l.*zzzz.4. & aaaaa.3.4.

Milites ad bellum gerendum conſcribendi, luſtrentur, recipiantur, in certos ordines diſtribuantur, illisq; ne quid abſit, quod exercitum remorari poſſit, artifices & lixæ adjungantur *volum.5. diſp.19. l.*aaaaa.1.2.3.

Milites in ſedibus timore coërceantur in expeditione ſpe meliores efficiantur, certi ipſis præſcribantur limites, ut hos transgreſſi, pœnis debito modo ſubmittantur, fideliter autem dimicantes præmiis & privilegiis ubertim afficiantur *vol.5.d.19.l.*bbbbb.3.4. varia militum delicta ibi vide, & quomodo puniantur *ibid.*

Mili-

Digitized by Google

Militum verba ſæpe non puniuntur, quamvis facta ſeverè puniri debeant *vol.* 6. *d.*4 *l.*Kk. 2.

Miles ob communem mortis fortunam, paciſci quovis modo de hæreditate ſua poteſt *vol.*1. *d.*16. *l.*N. 3.

Milites jus hoſpitandi habent per ea loca, perque tranſeant, ſed olim commeatum ſolvebant, nunc plerumque gratis accipiunt, imò licentia illa in ruſticorum vexatione, ac diripiendis hoſpitiorum ædibus contra omnia jura mirè abutuntur *vol.*6. *d.* 8. *l.* Ggg. 3. 4.

Milites & ruſtici ſpolii actione & pœna tenentur *vol.*2. *d.*17. *l.*N. 3.

Milites teſtari poſſunt vel in pulvere, vel in vagina litteris ſanguine ſuo rutilantibus, modò voluntas eorum deprehendi poſſit *vol.*2. *d.*28. *l.*NN. 2. *d.*29 *l.*OO. 4. *vol.*3. *d.*10 *l.* G. 3. & 4.

Milites pro parte teſtati, pro parte inteſtati decedere poſſunt *volum.*2. *diſp.*28. *l.*NN. 3.

contra Militis tabulas querela teſtamenti inofficioſi ceſſat *vol.*2. *d.*28 *l.*NN. 3.

Miles ſi exceptiones competentes omiſerit, ante exequutionem & ſatisfactionem illis adhuc uti poteſt *volum.*2. *d.*29. *l.*OO. 4.

Miles qui adhuc filiusfamiliâs eſt ſi à commilitone hæres inſtitutus ſit, ipſeque neſciat, ſibi etiam ſine patre licere adire, dies aditionis ei non cedit *volum.*2. *d.*29. *l.*OO. 4.

Milites creditoribus hæreditariis ultra vires hæreditatis non tenentur, ſi per ignorantiam adierunt *vol.*2. *d.*29. *l.*OO. 4.

Miles procurator eſſe non poteſt, quamvis poſſit ad conſtituendum procuratorem mitti *vol.*7. *d.*7. *l.*gg. 2.

Milites prædia emere prohibentur, ne iis rebus exercendis, & colendis occupati avocentur à militiæ laboribus *vol.*3. *d.*9. *l.*aaa. 4.

Militare teſtamentum nuda & ſola militis voluntate abſolvitur: ſed ad hoc admittuntur, ſoli milites armati, qui in ipſis exercitibus verſantur, non qui præſidiis detinentur, niſi perpetuis incurſionibus vexentur, nec noſtri Equites aurati, niſi qui in ipſa expeditione verſantur, nec pagani, niſi fortè in hoſtico deprehendantur: impubes verò, item mutus & ſurdus nec hoc teſtamento gaudent: filius tamen familiâs ad hoc admittitur, *vol.*3. *d.*10 *l.*G 3. & 4. conſtare tamen debet, teſtamentum eſſe conditum *ibid.*

in Militari elogio teſtes non neceſſario pro forma ſed probationis duntaxat gratia adhibentur, & vel duo ſufficiunt, iique non rogati, ſed caſu intervenientes *vol* 3. *d.*10. *l.*G. 3. *vol.*5. *d* 35. *l.*Z. 4. idque etiam in militibus noſtri temporis locum habet *ibid.*

in Militis teſtamento etſi hæredis inſtitutio neceſſaria non ſit, manifeſti tamen juris eſt, non tantùm poſſe militem hæredem inſtituere, ſed etiam ſubſtituere, item ad tempus poſſe facere hæredem, & alium poſt tempus, vel ex conditione, vel in conditionem *volum.*3. *d.*10. *l.*G. 3.

Milites etiam in ſecundum caſum directò tàm liberis quàm extraneis poſt hæreditatis acquiſitionem morientibus dare ſubſtitutum, quod fit vel expreſſis formulis, vel compendio verborum, & reli-

Digitized by Google

reliquarum ſubſtitutionũ caſus hic comprehenſi reperiuntur, & ſubſtitutus jure ſubſtitutionis militaris ſuccedit non per fideicommiſſum, ſed directò, quamvis adſit mater, habentis ſubſtitutum, cui nulla hoc modo infertur injuria, utpote quæ in bonis mariti nihil juris obtinet, in quibus ſolis ſubſtitutus ſucceſſionem adipiſcitur *vol.3.d.*10.*l.*G.4.

Miles quando filiam ſuam impuberem & fratrem ſuum inſtitutos, invicem ſubſtituit, & filia poſtquam hæres extiterat, obiit, matre ſupervivente, & patruo tanquam ſubſtituto excluſo, ab inteſtato mater admittitur *vol.3.d.*10.*l.*G.4.

Militibus liberum eſt arbitrium judiciis ſuis relinquendi, propterea ex elogio eorum hæreditas & legata omnibus, quibus relicta ſunt, debentur, niſi ſpecialiter prohibeantur, ut ſervi pœnæ, & mulier, quæ ſtupro cognita in contubernio militis fuit: item hæretici *vol.3.d.*10.*l.*G.4.

Militare teſtamentum ut nuda voluntate perficitur, ita etiam nuda voluntate tollitur, nam aliàs non fit irritum nec capitis diminutione, nec agnatione poſthumi, nec ſi doloris impatientia mortiferas manus ſibi miles intulerit *volum.* 3. *d.*10. *l.*G.4.

Militare teſtamentum tempore factum, valet etiam intra annum poſt miſſionem, modò non ignominioſa ſit miſſio *vol.3.d.*10.*l.*G.4.

Militum voluntas eſt mutabilis & ambulatoria ad extremum uſque ſpiritum *vol* 5.*d.*31.*l.*L.2.

Milites noſtri temporis milites verè dicuntur, & ipſis favoribus militum in jure & legibus conceſſis fruuntur & gaudent *vol.*5.*d.*35.*l.*Z.4.

Milliare conficitur mille paſſibus paſſus quinque pedibus: Pes quindecim digitis. Et quia olim milliaria per lapides diſtincta erant, ſic milliaria vocabantur lapides, quaſi diceres: fui foris ad tertium milliare, dicere poſſes, fui foris ad tertium lapidem *vol.6.d.*16.*l.*Ffff.1.

Minæ adverſarii ſolæ armis coërceri non debent, niſi adverſarius ipſe ad vim inferendam & exequendas minas ſe accingat, id eſt, gladium ſtringat, lapides levet, ſocios convocet &c. tunc enim adverſarius non ſolum repelli, ſed mox invadi & præveniri poteſt *volum.*2.*diſp.*24. *l.*FF.3. & GG.2.*vol.6.d.*17.*l.*Hhhh.2.

Minæ cauſare poſſunt metum, quando veniunt à potentiori, aut ab eo, qui illas celeriter exequi ſolet *volum.6.diſp.*17. *l.*Hhhh.2. *d.*8.*l* Ddd.2.

Minæ in alium jactæ, ſi deinde concurrant, præſumptionem excitant, ut is qui minatus eſt, aggreſſor præſumatur, præſertim ſi aliæ circumſtantiæ accedant *vol.* 2.*d.*24.*l.*GG.2.

ob Minas intentatas verò, ſi quis manum levet, ut percutiat, etſi non exequutas utili injuriarum actione quis tenetur *vol* 2.*d.*25.*l.*HH.2.

Mineralia, vide in verbo Metalla, & Fodinæ.

Miniſtrorum religionis ſumma immodeſtia, & lingua petulans omninò cohiberi debet, ne contumelioſè vicinorum Principum diverſum ſentientium miniſtros, vel concionando, vel ſcribendo ſuis conviciis perſtringant, & ſic ſeditiones, & turbas excitent *vol* 4.*d.*2.*l.*d.4.

Mini-

Digitized by Google

Minima non curat Prætor *vol.6.d.16. l.*Cccc.2.

Minor adverſus contractum jusjurandi religione firmatum, reſtitui amplius in integrum non poteſt *volum.2.d.16. l.*L,2 *vol.3.d.5.l.*ii.3. *vol.4.d.25.l.*G.4. *vol.6.d.17. l.*Kkkk.1.

Minorenſes res alienari non poſſunt *vol.2.d.5.l.*gg.2.

Minores ſemper reſtituuntur, quando læſi ſunt, ſive ſint filii, ſive patresfam. nec attenditur patris, tutoris, curatorisve adhibitus conſenſus, & authoritas *volum.1. d.10.l.*B.2. *vol.2. d.28. l.*NN.2. *vol.3.d.9. l.*aaa.3. *vol.4.d.25.l.*G.2.3. *d.27.l.*L.3. *vol.6. d.16.l.*Cccc.1.2. *d.17.l.*Gggg.2.Iiii.2.3.

Minor 25. annis honorum incapax eſt, ſed annus inchoatus pro completo habetur *vol.2.d.6.l.*ss.1.

Minor in reſtitutionis negotio primo omnium ætatem probare debet: quod fit teſtibus, puta, obſtetricibus, parentibus, conſanguineis, aut vicinis: aut Inſtrumentis, veluti ſcriptura nativitatis publica, & tabulis profeſſionum à parentibus, vel alio confectis *vol.6.d.17.l.*Iiii.2.

Minores ementes cum pacto retrovendendi absque decreto judicis aliisque ſolennibus non obligantur eo pacto *vol.2. d.28.l.*NN.3.

Minor in reſtitutionis negotio ſe revera lapſum, & captum docere debet *vol.6. d.17.l.*Iiii.2.

Minori ſuccurritur contra Minorem, ſi alteruter tantùm captus ſit; ſi ambo neutri ſubvenitur, ſed melior eſt conditio ejus, qui pecuniam accepit, & conſumpſit *vol.6.d.17.l.*Iiii.2.

Minori ſuccurritur, qui ſponte ſua alienis negotiis intervenit *volum.6.diſp.17. l.*Iiii.2.

Minori, ſi major factus ſit, nec id, quod minor geſſit ratificet, etiam ſuccurritur *vol.6.d.17.l.*Iiii.2.

Minor, ſi filiofamiliâs credidit, ſubvenitur eis ut non videatur filiofam. crediditiſſe, item ſi ex imperitia ſolverit, judicatum ſolvi *vol.2.d.29.l.*OO.4.

Minoribus curatores dantur *volum.6. d.16.l.*Dddd.1.

Minorum curatores aut ſunt Legitimi, aut Dativi, aut etiam Teſtamentarii propter paternum affectum *vol.6. d.16. l.*Dddd.1.2.

Minorum rebus principaliter cenſetur datus curator, non perſonæ *volum.3.d.14. l.*O.2. *vol.4.d.28. l.*V.1.2.

Minor per ſe ſine Tutoris ac curatoris authoritate retractum expedire poteſt *vol.3.d.1.l.*d.3.

Minor ſi gradum dignitatis in jure conſecutus ſit, & tamèn lubrico ætatis lapſum ſe aperte probet, ſuccurritur, ſecus ſi in jure erravit, dum alleganda non allegavit, & deducenda non deduxit *vol.6. d.17. l.*Iiii.2.

Minores vectigalia conducere non poſſunt propter metum reſtitutionis in integrum *vol 3.d.5.l.*ii.3.

Minor beneficio reſtitutionis non gaudet, ſi mentiendo ſe dicat majorem *vol.3. d.5.l.*ii.3. *vol.6.d.17.l* Kkkk.1.2.

Minori, qui in matriculam mercatorum receptus eſt, aut qui falſo ſe mercatorem dixit, non ſuccurritur *vol.6.d.17. l.*Iiii.2.

Minori in delictis non ſuccurritur *vol.3. d.5.l.*ss.1. ſi deliquerit committendo, non omit-

Digitized by Google

omittendo *ibid.* & ſi doli capax ſit, omninò ex delicto tenetur *vol.6.d.1.l.*B.3.& pubertati proximus, aliàs non, cum pupillus, ceu infans non cenſeatur habere voluntatem *vol.6.d.16.l.*Cccc.3.*d.*17.*l.*Iiii.4. Kkkk.1.

contra Minores præſcriptiones non currunt: nam contra lapſum earundem reſtituitur minor *vol.3.d.5.l.*ss.1. vide Pupillus *vol 4.d 25.l.*H.1.

Minor curatore deſtitutus, ſi contrahat, obligatur quidem, ſed læſus habet beneficium reſtitutionis in integrum, ſecus etiam in eo qui curatorem habet, hicque enim abſque illius conſenſu regulariter non obligatur *vol.3.d 9 l.*aaa.3. *vol.4.d.*31.*l.*AA.2.

Minor in Judicio verſari nequit, nec tanquam actor, nec tanquam reus, & ſi abſque curatore admittatur, Judicium eſt nullum *vol.6 d.16 l* Dddd.2.3.

Minor ætas definit ultimo die anni 25. *vol.4.d.25.l.*G.2. *vol.6.d.*16.*l.*Dddd.2.

Minor reſtituitur in emptione, & venditione, etſi ultra dimidium juſti pretii deceptus habeat beneficium reſciſſionis *vol.6.d.*17.*l.*Iiii.4.

Minor in emptionis & venditionis contractu ſemper habet reſtitutionis beneficium: in aliis contractibus res ad bonum & æquum ſæpè redigitur: nam tunc hæc potiſſimum conſiderantur, an captus ſit, & an captus ſit lubrico ætatis conſilio: nam ſi aliàs res benè adminiſtret, & potius fato, & malo rei eventu, quàm in conſulta facilitate captus ſit, non auditur *vol.4.d.25.l.*G.2 *&* 3. idem cum fidejuſſione obſervatur *d.27.l.*M.1. *volum.6.diſp.*17. *l.*Iiii.2.3.

Minor reſtituitur adverſus dotem: puta ſi omnia bona in dotem dando patrimonium penitus exhauſerit, vel magna ex parte diminuerit *vol.6.d.*17.*l.*Iiii 2.3.

Minor reſtituitur, ſi immodicam rerum mobilium donationem fecerit, ſecus eſt in donatione libertatis *volum.6.d.*17. *l.*Iiii.2.3.

Minor favore ætatis, & ordinarium & extraordinarium remedium habet, nam habet & tutelæ & negotiorum geſtorum actionem, & electa hoc non tollitur jus petendæ reſtitutionis: ſi verò contractus ipſo jure nullus ſit, ceſſat reſtitutio *vol.*4. *d.*25.*l.*G.3.

Minor non reſtituitur adverſus Matrimonium etſi erratum magnopere ſit circa fortunam, & qualitatem perſonæ *vol.6.d.*17.*l.*Iiii.2.3.

Minor etiam reſtituitur adverſus ſolutionem factam ipſi, vel factam à ſe *vol.*4. *d.25.l.*G.3. *vol 6.d.*17.*l.*Iiii.3.

Minori ſolvitur duobus modis, vel cum curatoris authoritate, ſi aliquem habet, vel ſine curatore, ſi nullum habet, utroque ſanè modo ſatis periculosè, cum iis caſibus plena liberatio non contingat, ſed minor ea ſolutione læſus reſtituatur; tutiſſimum igitur erit, ſi minori quis ſolvere velit, ut id faciat jubente judice, quo caſu omnis reſtitutio denegabitur *volum.*4. *d.25.l.*G.3. *vol.6.d.*17.*l.*Iiii.3.

Minor reſtituitur adverſus retractum, ſi læſus in eo eſt, quod intra tempus legitimum rem retrahere, & pretium conſtitutum perſolvere, aut obſignatum, vel non ſatis bene obſignatum deponere ætatis facilitate neglexerit *vol.6.d.*17.*l.*Iiii.3.

Minor in omni negotio, & contractu reſti-

reſtituitur in re judicata, donatione, ſi minor immodicam & ſtultam rerum mobilium donationem fecerit authore curatore, transactione & diviſione, dote, ſi ultra vires patrimonii ſui dederit, creditore, & credito, ſi ea pecunia in rem ſuam verſa non ſit *vol.4. d.25.l.G.3. vol.6. d.17.l.*Iiii.2.3.4.

Minor reſtituitur etiam contra Fiſcum *vol.6.d.17.l.*Iiii.4.

Minor reſtituitur adverſus omnem ſententiam tàm interlocutoriam, quàm definitivam, contra minorem, vel ejus nomine in tutorem, vel curatorem latam: etiam contra unam ſententię partem, qua læſum ſe docuerit minor: etiam contra tres conformes ſententias, modo injuſtitia earum, & læſio minoris appareat, & omnis malitiæ, & calumniæ ceſſet præſumptio. Quoties autem contra ſententiam reſtitutio petitur, generaliter ſciendum novo libello, litisque conteſtatione opus eſſe. Nec libellum facilè admitter Judex, in quo minor non allegavit, ſe lubrico ætatis lapſum eſſe *volum.6.diſp.17. l.*Iiii.4.

Minore reſtituto omnia in priſtinum ſtatum reponuntur (de quo vide in verbo reſtitutio) ita, ut ſi minor in vendendo fundo circumſcriptus eſt, ſic reſtitutio fiet, ut minor fundum cum fructibus, & emptor pretium cum uſuris recipiat, minor tamen ſæpè pretium reſtituere non cogitur, niſi locupletior factus ſit, pretium in rem ejus pervenit, nec periit, propter ætatis imbecillitatem *volum.4.diſp.25. l.*G 3.4.

Minor reſtituitur adverſus diſtractionem pignoris capti, ex cauſa judicati, & pignoris conventionalis, quod ipſe contraxit *vol.6.d.17.l.*Iiii.4.

Minor reſtituitur contra examen teſtium etiam poſt atteſtationes publicas *vol.6.d.17.l.*Iiii.4.

Minor reſtituitur in reſignato beneficio Eccleſiaſtico, maximè ſi illi beneficium ſit collatum, qui minorem ad renunciandum induxit *vol.6.d.17.l.*Iiii.4.

Minor tamen in contractu de jure valido, quem corporali juramento confirmavit, reſtitutionem non habet, niſi dolo aut metu inductus fuerit, ut juret, ſin autem ad contractum minoris ipſo jure invalidum juramentum acceſſerit, reſtitutionis beneficio adhuc gaudebit: item non valet juramentum ſi impubes eſſet, qui juravit, etſi pubertati proximus *vol.4. d.25.l.*G.4. *vol.6.d.17.l.*Kkkk.1.

Minor reſtitui petens læſionem probare, creditor verò pecuniam in rem ejus verſam docere debet *volum.4. d.25.l.*G.4. *vol 6.d.17.l.*Gggg.3.4.Iiii.3.

Minor reſtituitur non tantùm in damno aliquo, ſed & ſi quid lucrari deſiit: ſi lucroſam hæreditatem non adiit, aut opulentum legatum ſprevit: & reſtitutus adverſus hæreditatem repudiatam, pro eadem rurſus deferenda reſtitutionem obtinere poteſt, ſic ſi hæres inſtitutus, cui ſubſtitutus datus eſt, hæreditatem adierit, tumque ætatis beneficio reſtitutus ſit, ſubſtitutio, quæ hæreditatis aditione evanuerat, in integrum reſtitutione reviviſcit & convaleſcit *vol.4.d.25.l.*G.4.*vol.6. d.17.l* Iiii.2.3.

Minoris reſtitutio ceſſat in multis caſibus, ut ſi filiusfamiliâs non ſuo nomine, ſed patris ſui obligatus eſt, vel ſi reſtitutio

Digitized by Google

magis Patri prodeſt: item ſi ex contractu hæreditario convenitur minor, nec adverſus libertatem datur *volum*.4. *diſp*.25. *l*.G.4.

Minor etiam non reſtituitur adverſus præſcriptiones, ſeu exceptiones temporales, niſi ſint temporis longiſſimi, aut ſi contra uſucapionem ſe reſtitui poſtulet, vel contra peremptam inſtantiam litis, quo caſu non facilè auditur, niſi in ſubſidium, ut ſi inanis eſt actio adverſus curatores *vol*.4.*d*.25.*l*.H.1.

Minoris item reſtitutio ceſſat, ſi ea quæ in minori ætate geſſit, poſt 25.annum ætatis ratum habuit: Item ſi veniam ætatis impetravit, quam non impetrat mas, niſi impleverit annum 20.fœmina 18.denique ſi ſæpius in integrum ſe reſtitui petit *vol*.4 *d*.25.*l*.H,1.*vol*.6 *d*.17.*l*.Kkkk.1.2.

Minoris reſtitutio itidem ceſſat, ſi minor non inconſulta quadam animi levitate, ſed caſu fortuito læſus ſit: Item ſi apud Principem authoritate Principale interveniente quid geſſerit, & contraxerit: ſi denique ad pretium participandum venundari ſe paſſus ſit *volum*.6. *diſp*.17. *l*.Kkkk.1.2.

Minoris confeſſio in foro criminali in integrum reſtitutionis beneficium non meretur, ſed ſatis probat ut condemnari poſſit *vol*.4.*d*.33.*l*.FF.2. niſi aſſetat ſe metu, aut errore imprudenter crimen faſſum, & aliâs de crimine non conſtet *vol*.6. *d*.17.*l*.Iiii.4.

Minori ætatis venia à Cæſare concedi poteſt, ita ut validè contrahere, & alia agere poſſit: requiritur autem in mare ut viceſimi anni metas impleverit, in fœmina verò, ut 18.annum egreſſa ſit, ſintque præterea animo probo, mente ſolerti, & moribus honeſtis *vol*.7.*d*.9.*l*.Oo.4. pp.1. eam autem ſolus Cęſar concedere poteſt, vide Cæſar *ibid.*

Minorennis Electoris vel patruus, vel proximior agnatus tutor & adminiſtrator erit, donec ipſe annum 18.compleverit *vol*.2.*d*.6 *l* ss.1. à qua tutela agnati qui clerici ſunt excluduntur *ibid*.debet autem hic tutor impleviſſe 25.annum *ibid*. *d*.8. *l*.oOo.2 & 3.*vol*.4.*d*.19.*l*.gggg.1.& 2. vide in verbo Elector.

Minus non ſolet ad ſe attrahere majus *vol*.6.*d*.2.*l*.l.4.

Miſerendum eorum, qui tali oppreſſi ſunt fortuna, cui reſiſtere nullo conſilio potuerunt *vol*.7.*d*.1.*l*.b.1.

Miſerabiles perſonæ quæ dicantur, judicis arbitrio relinquendum *volum*.7.*d*.5. *l*.y.4.vide Perſona.

Miſſione ignominioſa integræ ſæpè exauthoratæ legiones *vol*.2 *d*.3 *l*.h.1.

Mobilium vilis eſt & abjecta poſſeſſio, immobilia multò digniora ſunt *vol*.1.*d*.12. *l*.xx.2.

Mobilia bona cenſentur affixa oſſibus Domini, ſunt acceſſorium, & regulantur ſecundum naturam ſui Principalis *vol*.6. *d*.2.*l*.N.3.

Mobilia ſunt corpora, quæ apta ſunt ſuum mutare ſitum & localiter transferuntur naturâ & uſu, licèt ſint ingentis ponderis, ideoque difficulter moveantur, ut naves, obeliſci, lapides ingentes &c. *vol*.1.*d*.12.*l*.yy.1.

Mobile cum applicatione perpetua corporibus alterius naturæ, id eſt, immobilibus adhibitum, inſertum, affixum, infoſſum, fit immobile: hæc mutatio interdum

dum accidit facto, interdum legis poteſtate: quædam enim nec natura nec lege imobilia cenſentur, ſed attributione deſtinationeque cujusque patrisfamiliâs talia fiunt, quædam nec lege, nec natura, nec deſtinatione talia ſunt: ſed à ſubjecto judicantur, ut actiones. Porrò, quæ applicatione, infixione, deſtinatione immobilia judicantur, talia habenda, quæ talia reperiuntur adquiſitionis tempore, qualia fuerint antea non refert *vol*.1.*d*.12. *l*.yy.1.

Mobilium neglecta atque omiſſa cuſtodia facit, ut quamvis eas nemo alius occupaverit, vel etiam nos eas eſſe occupatas ignoremus, veterem earum poſſeſſionem amittamus *vol*.2.*d*.14.*l*.H.2.

Mobilium rerum non fit ſpolium *vol*.2. *d*.17.*l*.N.4.

pro Mobilibus ergo rebus, niſi ſint immobilibus connexæ, recuperandis non datur interdictum unde vi, ſed actio vi bonorum, vel furti *vol*.7.*d*.7.*l*.ii.3.

Mobilium poſſeſſio licèt variis modis amitti poſſit, ad tria tamen capita reducitur, nempe ut hoc fiat vel rapina, vel furto, vel fortuita rei ſubductione, quod fit, quando ſine alterius tacto res cuſtodiam & paternam noſtram ita exit, ut naturalem ejus poſſeſſionem, quando velimus, nanciſci nequeamus *volum*.2.*d*.14. *l*.H.2.

Modeſtia eſt ratione temperatus, nec actione exultans de ſe ſuisque, & moderatus ſenſus *vol*.4.*d*.2.*l*.f.1.

Modus qualis conſtituendi eſt, talis eſt diſſolvendi *vol*.7.*d*.7.*l*.hh.2. vide Solvitur.

Moguntinæ ſedis magna prærogativa eſt. Itaque Moguntinus Elector, Germaniæ Archicancellarius eſt, item Collegii Electoralis Decanus, primas in eo tenet imperio vacante: reliquos Electores ad Electionis conſilium convocat: habuit enim olim jus coronandi Regis Bohemiæ, hoc jus ipſe ad Caroli IV. tempora perdidit *vol*.2.*d*.4.*l*.z.3. ſed ſi Sedes Moguntina vacet, capitulum Epiſcopo non ſuccedit, olim quidem alternativè Moguntinus Pontifex, & Comes Palatinus Electores convocarunt: nunc ſi Moguntinus convocet, non opus eſt ut requirat conſenſum ſummi Pontificis *ib*. & *l*.kk.1. *vol*.4.*d*.1.*l*.)()(.3.

Moguntinus Elector reliquos Electores patentibus litteris, inſertoque ipſis verò, & proprio citantis & citati nomine per nuncios convocare, ipſisque certum tempus, quod eſt trium menſium, & certum locum qui eſt Francofurtum aſſignare debet, nec ipſe tempus reſtringere, aut locum mutare niſi ob juſtiſſimam cauſam poteſt *vol*.2.*d*.6.*l*.kk.2.& 3. convocatio autem fiet infra menſem à monte Cæſaris, numerandum, quod ſi Moguntinus negligens ſit, reliqui Electores, motu proprio convenire poſſunt. Nemini tamen ultra 200. equites in quibus 50. ſolùm armati erunt, ad locum adducere licitum erit. Convocatio Electorum etiam vivo Cæſare penes Moguntinum eſt, etſi valde de eo dubitetur *volum*.2.*d*.6.*l*.kk.3. & 4. *vol*.4.*d*.1.*l*.)()()(.1.

Moguntinus Elector, cæterorum collegarum vota inquirit & accipit, idque vel palàm vel ſecretè, ipſe verò poſt reliquos plerumque palàm verbum ſuum dicit *vol*.2.*d*.6.*l*.mm.4. & hæc vota nec conditionalia, nec alternativa eſſe debent,

nec incerta, gradus tamen Electionis fieri poſſunt *ibid.* nec Electores vota ſua per litteras transmittere poſſunt. Treverenſis primum, Colonienſis 2. Bohemus 3. Palatinus 4. Saxo 5. Brandeburgicus 6. demum Moguntinus à reliquis, requiſitus 7. edit *vol.2.d.6.l.*mm.4. & nn.1.2. & 3.

Molendinum in flumine publico extruere nemini licet *volum.*5.*d.*12.*l.*ggg.2. Princeps vicini territorii id prohibere poteſt, quamvis aliàs in flumine publico cuivis ædificare, & deſtruere liceat *vol.*7. *d.*9.*l.*pp.4. hoc jus annumeratur à quibusdam inter regalia *ibid.*

Molendina quæ natant aquis, aut vento agitantur, legato mobilium continentur, poſſuntque alienari à Tutore & prælato ſine ſolennitate, ſic in feudum dari &c. non poſſunt *vol.*1.*d.*12.*l.*yy.1.*vol.*4.*d.*18. *l.*llll.4.

ad Molendinum civitatis relictis aliis, ſi ſtatuto aliquo ſubditi accedere cogantur, id non valere multi concludunt *vol.*5. *d.*5.*l.*cc.4. & gg.3.

Molendinum adire res facultatis liberæ eſt, cui nullo unquam tempore præſcribitur *vol.*3.*d.*5 *l.*gg.3.

Molendinum etſi quis viſitet & in eo molat diutiſſimè, tamen ut perpetuò in eo molat ulla præſcriptione ex hoc effici non poteſt. quia eſt actus voluntarius & meræ facultatis *vol.*5.*d.*17.*l.*hhhh.3.

Molendinum in flumine privato cuivis extruere licet, modo id non faciat in æmulationem alterius, id eſt, hoc ſolum ſine ut ſibi proſit, non verò, ut alteri noceat & poteſt id fieri, etſi alter mille annis in eo flumine molendinum habuiſſet, modò non acceſſerit prohibitio, & illo quieſcente hic præſcripſerit *volum.*7.*d.*9. *l.*pp.4.

Monachus nec velle nec nolle habet, id eſt, teſtari nequit *vol* 1.*d.*16.*l.*O.1. nam pro mortuo id genus hominum reputatur, adeoque nil proprii tenere jubetur, quod tamen ſolùm in profeſſo, non in initiato locum habet *vol.*3.*d.*1.*l.*d.4.*&* e.2. *d.*10.*l.*A.2.& 3. teſtamentum ante monaſterii ingreſſum valet, poſt ne mutare quidem poſſunt *ibid.vol.*7.*d.*2.*l.*f.4.

Monachus pro alio nec fidejubere, nec quocunque modo mutuum accipere poteſt, niſi major capituli pars, aut Abbatis licentia acceſſerit: aut mutuum in Eccleſiæ utilitatem ſit verſum *volum.*7.*d.*6. *l.*dd.4.

Monachi ſe, & ſua bona Deo dedicaſſe dicuntur: & facti ſunt milites Chriſti *vol.*6.*d.*16.*l.*Eeee.4.

Monachus Abbati corrigenti reſiſtere non debet, ſed ſi nimis aſper ſit, cautio de non offendendo ab eo exigi poteſt *vol.*2. *d.*7.*l.*mMm.4.

Monachus omnia Monaſterio acquirit *vol.*7.*d.*7.*l* gg.1.2.

Monachus nunc ſervo, nunc filio æquiparatur, in jure, prout monaſterio utilius eſt *vol.*7.*d.*7.*l* gg.2.

Monachiſmum ſi Pater aliquis ingrediatur, uſumfructum in rebus filii amplius non habet, quia qui eſt in alterius poteſtate, alium in poteſtate habere non poteſt: idcirco monachiſmus à patria poteſtate liberat, non Canonicatus *vol.*2.*d.*7. *l.*mMm.4.

Monachus protinus ab ingreſſu Monaſterii omnem rerum ſuarum poſſeſſionem

nem abſq; ulla alia apprehenſione transfert *vol.7.d.7.l.ff.4.*

Monachus patri ab inteſtato rectè ſuccedit *vol.2.d.20.l.V.4.*

Monialis nec in feudo fœmineo ſuccedit *vol.2.d.20.l.X.1.*

Monachi ex cauſa ingratitudinis exhæredari non poſſunt, quæ monachiſmum anteceſſit *vol.2.d.28.l.NN.3.*

Monaſterium ab inteſtato ſuccedit ei, qui monaſterio ſe devovit, ſi ſine liberis moriatur *vol.4.d.5.l.x.3.*

Monaſterium item loco filii ſubſtitutum excludit *vol.6.d.2.l.I.2.*

Monachus per ſe venari non poteſt, per alium tamen poteſt *vol.3.d.5.l.ff.1.*

Monarchia eſt ſtatus Reip. in quo unus aliquis in omnes, univerſos, & ſingulos imperat, qui & eodem ſenſu Monarcha dicitur *vol.1. d.22.l.V.1.* ab hac Monarchia differt quodammodo, alius quidam dominatus, in quo Dominus nõ primariò ſubditorum, quod eſt veri Monarchæ, ſed conſequenter, hoc eſt, tantùm ob ſuam ſalutem curat, & promovet: eſtque intermedium quid inter regnum & Tyrannidem *vol.1.d.22.l.V.1.* & *2.vol.4.d.12. l.iii.1.*& *2.*

Monarchia conſtituitur vel ordinariè, ſeu volũtariè, vel extraordinariè ſeu violenter. Illo modo vel per electionem, vel per ſucceſſionem: unde aliud regnum eſt electivum, aliud ſucceſſivum ſeu hæreditarium. Electivum eſt, in quo ſpreto natalium jure populi ſuffragiis novus Princeps deſignatur, & eſt vel electionis liberæ, vel adſtrictæ. Libera votorum electio eſt perſonę cujuslibet vel qualislibet. Adſtricta eſt ad certam perſonarum ſpeciem vel qualitatem coarctata *volum.1.diſp.22. l.V.23.* Succeſſione, quando Princeps ex Principe naſcitur, quæ eſt deſcendentium aut collateralium, extraordinariè ſeu violenter fit ſolo jure belli V.3. *volum 4.d.12. l.iii.2.*

in Monarchia ſucceſſio melior eſt quam electio *vol.1.d.22.l.V.2. vol.4.d.12. l.iii.2. vol.5.d.17.l.xxx.3.*

Monarchiam rectè conſtitutam conſervant tùm leges, tùm arcana: leges tales ferantur, quibus populus ad Principis venerationem, & obſequium, Princeps ad juſtitiam & populi ſalutem curandam informetur, nec tamen iis dignitas principalis enervetur. Arcana ſunt hæc, Princeps ne ab uno aliquo ita ſe occupari patiatur, ut ad illius nutum omnia agat, aut unus ille omnia in regno poſſit vel pacis, vel belli tempore. Comitia ſint rariſſima, arces, caſtella, propugnacula, ſummo debent ſtudio extrui & cuſtodiri *vol.1.d.22. l.V.3.*

Monarchiæ opponitur Tyrannis, quæ eſt vis publica, quando Monarcha contra divinas, naturales & Regni leges ad propriam tantùm utilitatem, & libidinem Imperio abutitur, indeque Tyrannus dicitur, eſtque ex ſententia Politicorum recentiorum, vel Tyrannus absque titulo, vel Tyrannus exercitio. Tyrannus abſq; titulo eſt, qui ſine juſto electionis, vel ſucceſſionis titulo, aut æqua belli cauſa vi aperta, vel malis artibus, absque populi conſenſu Remp. invadit Tyrannus exercitio eſt, qui juſto quidem titulo regnum adeptus eſt, ſed degeneravit, atque contra jus & fas tyrannicè imperat. Non verò protinùs cenſendus eſt aliquis Tyran-

nus exercitio, qui in aliqua gubernationis parte labitur, ſed qui conſultò & malitioſè ſacra prophanis miſcet, & Remp. evertere ſtudet. Cognoſci verò & declarari Tyrannus debet in generali omnium ordinum conventu per Ephoros vel officiarios regni, Principes, Pares, Patricios, Optimates, vel his deficientibus per vindices & defenſores publicos ad hoc ipſum à populo conſtitutos, qui facta Tyranni proponant, examinent, & dijudicent, absque affectu & perturbatione. Quæritur hic an Tyrannus regni interfici poſſit? diſtinguitur & inter Tyrannum & ſubditos. Non omnes regni ordines conjuncti obſtinato Tyranno, ſive exercitio is ſit, ſive ſine titulo, audacter reſiſtere, eundemque occidere; privati verò ſolum Tyrannum absque titulo contra Tyrannum exercitio tale quid moliri non poſſunt, ſed patienter ipſius jugum ferre debent, & auxilium, liberationemque divinam præſtolari *vol.1.d.22.l.*V.4.

Monarchia per ſe & ſui natura, ex omnibus Rerump. formis eſt nobiliſſima *vol.1.d.21.l.*X.4. *vol.2.d.5.l.*gg.2. *vol.4.d.2.l.*a.2. & *3.d.12.*l lll 2. & *3.d.15.l.*sss.4.

Moneta dicta eſt, vel à monendo, quod moneat ſubditos, ne quid fraudis in ære, ſigno, ponderevè fiat vel ut moneat eos, ſe illi Principi ſubjectos eſſe, cujus effigiem, ſeu vultum monetæ impreſſum vident *vol.7.d.9.l.*pp 1.

Monetæ cudendæ jus ad ſolum Cæſarem ſpectat, nec poſſunt id inferiores Principes, etſi Regalia habentes, niſi illis ſit ſingulare, quod Vicarium, beneficiarium vel privilegiatum jus *vol.2.d.4.l.*x.3. nec hoc præſcribi poteſt *ibid.* verum nunc omnes Principes regalia habentes, monetam cudunt *d.6. l.*tt.1. & 2. *d.13. l.α.3.* Hinc quidam Cæſaris reſervatum, & oſſibus Principis adhærere dixerunt *ibid.* & *β.2.3.* & 4. & *γ.1.2.3.* & 4. & *δ.1.* & 2. & *ε.2.* & 3. *vol.4.d.12.l.*hhh.2. *vol.4.d.22.l.*zzzz.3. *vol.7.d.9 l.*pp.1.2. adeoq; hoc jus Cæſaris, aut Principum proprium eſt, ut illud privatorum nemo, nec per reſcriptum Cęſareum obtinere poſſit, & quanquam aliquis impetraſſet, puniretur. Eadem ratio mutandæ monetæ eſt, poteſt tamen urgente vel belli, vel captivitatis Principis, vel fraudis à vicinis in ea commiſſæ, vel aliis magnis hujusmodi neceſſitatibus mutari *ibid.*

Moneta dicitur à monendo, quod nos moneat, vel Authoris, vel pretii, vel æſtimationis vel alterius rei. Appellatione autem monetæ venit aurea, argentea, ænea, appellatur quoque æs, pecunia, nummus, numiſma, argentum, aurum, precium &c. non autem denarius *vol.2. d.6. l.*tt.1.2.*d.13 l.α.*1.

Moneta eſt juris gentium, cui jus civile nonnihil adjecit, quando autem reverâ cœperit, ignoratur *vol.2.d.13.l.α.2. vol.7. d.9.l.*pp.1. illud certum eſt olim non fuiſſe nummum, nec aliud mercem, aliud pretium vocatum eſſe, ſed unumquemque ſecundùm neceſſitatem temporum, & rerum, utilibus inutilia permutaſſe *ibid.*

Monetę jus, regale eſt majus, cujus beneficio lamina metalli ad certum pondus examinatur, publica authoritate, & lege certo pretio taxatur, certaque nota ſignatur *volum.2.d.13.l.α 3.volum.4. diſp 5. l.*t.2. *d.13. l.*rrr.1. *diſp.*17. *l.*gggg.2. *diſp.*22. *l.*zzzz.3.

l.zzzz.3.*volum*.5.*diſp*.1.*l*.d.3.*d*.12.*l*.ggg.3.4.

Moneta dividitur primò à cauſa efficiente in forenſem & Imperialem. 2. à materia in auream, argenteam, & æneam, item in magnam & parvam: item in juſtam, falſam ſeu reprobatam: denique in phantaſticam, ſeu imaginariam & eſſentialem: à forma, in antiquam vel novam; artificialem & naturalem: à fine, in eas, quæ ob memoriam vel ſolutionem, vel utriusque cauſa fiunt ab effectu, in æſtimantem vel æſtimatam, denique continet bonitatem quà intrinſecam, quà extrinſecam. Forenſis autem dicitur illa, quæ extra imperium cuſa eſt *volum*.2.*d*.13. *l*.α.4. *&* β.1. *vol*.4.*d*.17. *l*.gggg.2. & ſolutio fit, uti tempore contractus concurrit *ibid*.

Moneta cuditur ex auro, argento, & ære ſolidis, ſæpiùs ex his mixtis, quibus etiam alia metalla accedunt: rariùs cuſa eſt propter ſimplicitatem vel neceſſitatem, ex ferro, ſtanno, plumbo, corio, ligno, charta, creta, terra, lupinis *vol*.2.*d*.13. *l*.δ.2.3.*&* 4.*&* ε.4. aliter enim ab aliis cuditur, quidam ex auro, quidam ex argento *ibid*. Sin neceſſitas cogat, ex levi illa materia cudere Princeps ea prætèrita, tenetur reſarcire ſubditis damnum *vol*.7.*d*.9. *l*.pp.1.2.

in Monetaria re quædam regna tàm accurata ſunt, ut è finibus ſuis pecuniam efferri prohibeant *vol*.7.*d*.9 *l*.pp.1.2.

Monetæ cudendæ jus acquiritur, vel tacita vel expreſſa conceſſione: ubi non ſufficit, alicui eſſe conceſſum merum & mixtum Imperium, aut etiam regalia niſi expreſsè fiat mentio juris monetarii, etiam ſi ſit in conceſſione omni: eſt enim Principi reſervatum & diffi[illegible]ucceditur, ita ut aliquis omnes mon[illegible]e ſpecies cudere poſſit, aut ſpecialiter, ita ut tantum aliquas: ad tacitam conceſſionem refertur immemorialis præſcriptio, vel conſuetudo *volum*.2.*diſp*.13.*l*.ε.3. *vol*.7.*d*.9. *l*.pp.1.2.

Monetariæ itaque rei magna in omnibus Rebusp. ratio habita eſt: hodie etiam Turcarum Cæſar id nemini concedit *vol*.7.*d*.9.*l*.pp.1.

Monetæ jus conſervatur hujus privilegii confirmatione & renovatione, quam promittit Cæſar in ſua electione & præſtat *vol*.2.*d* 13.*l*.ε 3.

Monetæ fabricantur à Monetariis, vulgò Müntzern/ oder Müntzgeſellen/ qui jure communi erant olim viles & abjecti, ita ut honorum aditus ipſis fuiſſet præcluſus: hodiè ſunt honeſtæ conditionis, & optimis gaudent privilegiis, præſertim in Francia *vol*.2.*d*.13.*l*.ε 3. & 4.

Monetæ cudendæ ſumptus fabris & officialibus præſtandi, non ſunt detrahendi monetis, quod & de moribus, maximè verò Imperii verum eſſe exiſtimatur. Nam eſt regale, majus, non ſpectans lucrum, ſed dignitatem, conſervat æqualitatem cum maſſa, alii verò expenſas detrahendas eſſe tradunt, atque de communi conſuetudine hoc teſtantur, quorum opinio non in puncto juris, ſed conſuetudine etiam hodierna veriſſima eſt, dummodò tamen detractio reſpondeat ſumptibus *vol*.2.*d*.13.*l*.ζ.1.

Moneta cuditur liga & pondere omninò diverſo, differenti & inæquali, & Cæſares id hactenus ad æqualitatem reducere fruſtra laborârunt, magna enim hic na-

hic naſcitur confuſio, alius nummus minus pondus, alius majus haber. moneta autem hodierna computatur ſecundùm libras, ſeu libras Colonienſes *vol.* 2. *d.* 13. *l.* ζ. 1.

Monetæ ſignandæ varias formas & figuras vide *vol.* 2. *d.* 13. *l.* ζ. 2. *&* 3. ubi traditur in Imperio imperatum eſſe ut Cæſareum aliquod vel aquilæ, vel globi &c. addatur *ibid.* Cæſar ſolus, ſolam ſuam imaginem ponit *ibid.*

Moneta cuditur omni tempore ſed non omni loco: itaque legibus conſtitutum eſt, vel in unoquoque Imperii circulo tres aut quatuor tantum civitates ſint, in quibus cudendi officina exerceatur, ſed hoc omninò non obſervatur: quod ſi tamen obſervaretur, conſtitutiones illæ non tangerent, illos, qui metalla, id eſt, aurum & argentum in propriis fodinis natum habent *vol.* 2. *d.* 13. *l.* ζ. 3.

Monetam qui adulterat, **falſche Münger**/ læſæ Majeſtatis tenetur *volum.* 4. *d.* 8. *l.* cc. 4. *d.* 22. *l.* zzzz. 3. *vol.* 4. *d.* 11. *l.* ggg. 4. bona ipſorum confiſcantur *vol.* 6. *d.* 2. *l.* L. 1. ipſi comburuntur, & domus etiam ubi falſa moneta fabricata eſt, confiſcatur *ibid.* *l.* L. 3. *vol.* 7. *d.* 9. *l.* pp. 2. idem fit conſciis hujus criminis, qui verò eam adulterant, id eſt, circumcidunt, tradunt, tondent, tingunt, minuunt, vel etiam alterius monetam conflant, & in aliam convertunt, hodiè puniuntur pro arbitrio judicis in corpore, vel bonis, ſublata omni differentia inter auream, & argenteam monetam *vol.* 7. *d.* 9. *l.* pp. 2.

Monetarii ſordidam & vilem artem exercent *vol.* 4. *d.* 9. *l.* yy. 2.

in Monetæ ſolutione quando debitor ſolvit debitum ſuum, tempus contractus non ſolutionis inſpiciendus eſt *vol.* 5. *d.* 12. *l.* ggg. 4. *vol.* 1. *d.* 15. *l.* I. 4. *d.* 12. *l.* C. 1.

Monopolia **die ſchädliche Vorkäuffe** graviter interdicta ſunt *volum.* 6. *d.* 2. *l.* L. 3. *vol.* 7. *d.* 1. *l.* b. 4.

Montisferratum Imperio ſubeſt *vol.* 4. *d.* 17. *l.* ffff. 3. *vol.* 2. *d.* 13. *l.* γ. 2.

Monſtrum ſi mulier pariat, illud abjicere poteſt *vol.* 4. *d.* 22. *l.* xxxx. 4.

Monumentum dicitur vel à muniendo, vel quod memoriæ cauſa ſtatuatur: ideò privilegium funeralium expenſarum non habet *vol.* 7. *d.* 4. *l.* n. 3.

Mora in ſolutione debiti eſt ſolvendi recipiendive crediti fruſtratoria dilatio alteri damnoſa, dixi fruſtratoria, id eſt, injuſta quia mora culpa eſt, proinde ſi juſta & probabilis cauſa ſit, mora non intelligitur *vol.* 3. *d.* 7. *l.* xx. 1. *vol.* 6. *d.* 13. *l.* Vuu. 2.

de Mora multi authores præclarè ſcripſerunt quos ibi vide *vol.* 6. *d.* 13. *l.* Vuu. 1.

Moræ uſus frequentiſſimus, & quaſi circa omnes materias, quas ibi vide, verſatur *vol.* 6. *d.* 13. *l.* Vuu. 1.

Mora in ſolutione debiti dupliciter committitur, vel à debitore in debito non præſtando, vel à creditore in non accipiendo oblatum *vol.* 3. *d.* 7. *l.* xx. 1. *vol.* 6. *d.* 13. *l.* Vuu. 3.

Mora ſumitur in LL. pro dilatione voluntaria ex non juſta cauſa profecta: interdum etiam ſumitur pro ceſſatione ſimplici & quæ veniam meretur, aut etiam licita, nunquam pro habitatione. Ergo mora hic eſt dilatio fruſtratoria in non tempore, & loco opportunis offerendo, vel recipiendo id quod debetur *vol.* 6. *d.* 13. *l.* Vuu. 2.

Mora,quam in ſolvendo debitor committit, dividitur in moram propriè dictam,quæ dicitur regularis:& impropriè quæ dicitur irregularis. Mora propriè dicta (quam vulgò ordinariam ſeu Regularem vocant) fit ex re,altera ex perſona, Sic mora communiter tàm quoad debitorem,quàm creditorem dividitur *vol.3. d.7 l* xx.1. *d.9.l.*ddd.3. & 4.*volum.6.d.*13. *l.*Vuu 2.3.

Mora ex perſona fit dupliciter,tàm reſpectu debitoris, quàm creditoris. Ratione illius per interpellationem,aut petitionem quæ eſt extrajudicialis: ſecundò per litis conteſtationem, quæ eſt judicialis *vol.6.d.*13.*l.*Vuu.3.

Mora ex perſona fit in perſonam debitoris,per interpellationem,id eſt,denunciationem creditoris vel illius procuratoris,aut negotiorum geſtoris opportuno loco & tempore ſemel verbis claris ſolutionem exigentibus factam. Hinc interpellatio definitur,quòd ſit admonitio, quæ fit teſtato ſolvendi,vel accipiendi ejus,quod debetur. Mora igitur eſt contemtio hujus admonitionis *volum.*3.*d.*7. *l.*xx.1.*&* 2.*d.9.l* ddd.1.*vol.6.d.*13.*l.*Vuu.3.

ut Mora judicialis ſit contracta, propriè requiritur litis conteſtatio *vol.3.d.7. l.*xx.2.*vol.6.d* 13.*l* Vuu.3.

ad Moram extrajudicialem efficiendam, una interpellatio cum inſtantia ſufficit,tametſi ex abundanti plures fieri poterunt. Nam ſemel facta mora perpetuò durat *volum.3.d.7.l* xx.2. ſed debitor non continuò poſt interpellationem eſt in mora, debet illi adhuc aliquod temporis ſpatium permitti, quod vel creditoris humanitati, vel judicis arbitrio remittitur.

Mora à die fit tacitè, ut in facti obligationibus, aliiſque ſimilibus, quæ natura tractum temporis habent,quo prætèrito, opus eſt,perfici potuiſſet *vol* 3.*d.7.l.*xx.2.

ut Mora debitorem interpellatio conſtituat,ita intelligitur,ſi nullæ excuſationes,dummodo legitimæ, debitorem à mora liberent. Qualis eſt primò, ſi quis non debeat, vel debere ſe ignoret, deinde ſi ſibi ſecuritatis gratiâ caveri ante cupiat,à mora excuſatur: Tertiò, idem juris eſt,ſi juſta abſentia impeditus ſolvere non potuerit, vel ſi exceptione aliqua alia tutus ſit *vol.3.d.7.l.*xx.3. *vol.6.d.*13.*l.*Xxx.2. 3. ubi & alias cauſas vide de minore, & pupillo,qui ſine tutoris, aut curatoris authoritate in mora conſtitui non poſſunt *ibid.*

Mora committitur in re ſuapte ſponte, ſine ulla interpellatione, ſine ullo temporis curſu.Nam hæc eſt jus ſolum petendi, nondum ipſa petitione actu inſtituta: Primò ex favore perſonarum; utpote in cauſis minorum:obligationibus Eccleſię obligatione fiſci:Secundò, favore rei debitæ: ut cùm libertas fideicommiſſa eſt: Tertiò, odio debitoris,in obligationibus ex delictis, cum nimirum quis malæ fidei poſſeſſor eſt, ſive rei mobilis, ſive immobilis: ut fur,raptor; in his enim non ex dilatione tantùm, ſed etiam ex vitio & culpa perſonę non ſolventis,mora contrahitur: Quartò, ſi creditore interpellare volente non adſit qui conveniatur: Quintò, ſi in contractibus ultrò citroque obligatoriis, uno adimplente quod debet, alter idem facere omittat, & multis aliis &c. quæ ibi vide *vol.3.d.7.l.*xx.3. *volum.6.d.*13. *l.*Xxx.1.2.

Sic in Mora conſtituitur purificata conditione, debet tamen etiam interpellari, & quidem extra judicium loco oportuno *vol.6 d.12.l.*Ttt 4.

Moram ex re debitor non committit, qui mediante juramento promiſit quid facere vel præſtare, id eſt, eo ipſo tempore quo jurat, ſed nova interpellatio requiritur *vol.3.d.7.l.*xx.3.

Moram committit Creditor, qui creditum idoneè oblatum, recipere abnuit, offerendum verò eſt juſto tempore ex loco *vol.3.d.7.l.*xx.3 *vol.6 d.13.l.*Vuu.4.

Mora debitoris hos effectus producit, & primò omne rei debitæ periculum, & caſum in eum tráſfert, ut re etiã caſu pereunte perinde teneatur, acti res adhuc extaret: quod ita intelligendum, niſi fortè apud creditorem, res ſimiliter eodem fatali caſu, vel ſenio ſuo æque perire potuiſſet, vel etiamſi Creditor in tempore accepiſſet, naturà vel lege impeditus, eam distrahere non potuiſſet, aut alias noluiſſet, ſed hoc tantum obtinet in bonæ fidei poſſeſſore, non malæ *volum.3.diſp.7.l.*xx.3. *& 4 diſp.9.lit.*ddd.3. *& 4. volum.6. diſp.13. l.*Xxx.3.4.

Moræ quoad debitorem alter effectus eſt, quòd obligationem producit & perpetuat, adeoque non ſolum principali, ſed & ejus hæredibus & fidejuſſori nocet, ſi nimirum is ex ſua mora conveniatur, non tamen quoad uſuras, pœnam, aliasque acceſſiones, mora autem correi correo non obeſt *vol.3 d.7. l.*xx.4 *vol.6.d.13. l.*Xxx.4.

Moræ quoad debitorem tertius effectus eſt, quod uſurarum curſum in bonæ fidei judiciis excitat, fructusque rei principalis cum ſuis acceſſoriis, in omnibus aliis, etiam ſtrictis actionibus adjicit, necnon ejus quod intereſt, præſtationem inducit *vol.3.d.7.l.*xx.4.*vol.6.d.*13 *l.*Xxx.4.

Mora creditoris hos effectus producit, & primò quidem periculum rei debitæ in eum transfert, & mox à tempore oblationis curſum uſurarum ſiſtit: & poſt rei amiſſionem ipſi actiones denegentur, ſed debitor ſolenniter offerre debet, imò in locum publicum deponere, tutor tamen ſi velit, finita tutela ſe liberare ab uſuris, depoſitione opus habet, nec ſola oblatio ſufficit *volum.3.diſp.7.l.*xx.4. *vol.6. d.13.l.*Vuu.4.

Mora purgatur non ex ipſo jure, ſed æquitate, tunc, cùm ex mora contracta culpa, re integrâ, ſic eluitur, ut ejus omnis pœna evitetur, quod à Creditore fit, ſi poſt oblationem ſibi factam rurſus interpellet, quo caſu debitorem in mora conſtituit *volum.3. diſp.7.l.*xx.4. *volum.6.d.13. l.*Xxx.3.

Moram debitor duobus modis purgat, re adhuc integrâ exiſtente: Facto vel Creditoris vel Debitoris. Creditoris voluntate ſcilicet ſi is nimirum expreſſè vel tacitè repetendæ ſortis, remittat inſtantiam. Expreſsè, ſicut per novationem aut acceptilationem, vel termini prorogationem, conditionalem ſtipulationem. Tacitè, ſi uſuras ſtipulatus majoris, per aliquot annos minores acceperit *vol.3.d.7 l.*xx.4.yy.1. *vol.6.d.13.l.*Xxx 3.

Moram debitor itidem purgat, ſi interpellatus, tempore & loco oportuno offerat debitum, obſignet, deponat, & Creditor ſit in mora recipiendi *volum.3. d.7.l.*yy.1.

Mora, & negligentia ſibi, non aliis nocere debet *vol.7.d.4.l.s.2.*

in Mora non eſt, qui nequit aliquid facere *vol.6.d.8.l.*Fff 3.

Moram (ut non omne damnum & intereſſe præſtandum ſit) celeri ſatisfactione, ut in qualibet alia obligatione pura & conditionali, etiam in certam diem contracta, & in faciendi quidem obligationibus, ad litem uſque conteſtatam, emendare permittitur, niſi Creditoris interſit, aut dies cum pœnalium uſurarum ſtipulatione expreſſa præterierit, in obligationibus verò dandi, ante & poſt litem conteſtatam, uſque ad ſententiam *vol.3.d.7.l.yy.1.*

Moræ periculum facit licitum, quod aliàs illicitum eſſet *v.l.4.d.27.l.O.3.*

Moræ periculum ubi eſt, ibi à regulis juris communis receditur *volum.4.d.27.l.O.3.*

Mora duplex eſt, una ex re, altera ex perſona. Illa interpretatione juris, ſolo tempore tardioris ſolutionis accidit, & committitur in perſonis minorum, ſi quid iis ex contractu bonæ fidei ſolvi, vel ex teſtamento legatum dari, aut fideicommiſſum reſtitui debeat. Admittitur itidem in Eccleſia, Rep. & aliis. Hæc ex interpellatione perſonæ, opportuno loco & tempore facta, naſcitur. Eaque vel tacita, vel expreſſa. Tacita interpellatio fit diei conventi, quo ſolvi debuit, præteritione, ideoque in mora ſine ulla alia interpellatione conſtituit *volum.5. diſp.8. l.qq.1.*

in Mora conſtituitur debitor ſine ulla interpellatione per illas obligationes, in quibus adjectus eſt dies: quia dies exiens, vel elapſus pro homine interpellat *vol.5. d.2.l.xx.2. volum.5. d.8.l.qq.1. vol.6.d.13. l.Vuu.4.Xxx.2.*

Moram non inducit litis conteſtatio ab interpellato interpoſita niſi ſit doloſa: ergò qui ſine dolo malo ad judicium provocat haud ſe in mora conſtituit *vol.5. d.8.l.qq.3.*

in Mora conſtituitur etiam Fidejuſſor ob moram rei Principalis, ſi in omnem cauſam fidejuſſit *vol.6.d.13.l.Xxx.4.* vide de hoc in verbo Fidejuſſor.

Moratoriæ induciæ dicuntur ab aliis Salvusconductus, ab aliis litteræ induciales, dilatoriæ, moratorię, annales, biennales, quinquennales: Item litteræ reſpirationis *vol.7.d.1.l.a.2.*

Moratoriæ induciæ fundantur in jure Civili, Canonico, & legibus Imperii *vol.7. d.1.l.a.2.*

Moratoriæ induciæ in Germania, & extra uſitatæ ſunt *vol.7.d.1.l.a.2.3.*

Moratoriæ induciæ à ſolo Cæſare conceduntur *vol.7.d.1.l.a.3.*

Moratoriæ induciæ etiam à cæteris Regibus conceduntur *vol.7.d.1.l.a.3.*

Moratoriæ induciæ ſunt anni quinq., vulgò Quinquenell vocati qui debitoribus & plerunque mercatoribus ruinam facientibus, aut facturis à ſummo Principe conceduntur, intra quod tempus illi moleſtari nequeant, de debito ut ſpatium habeant reparandi lacunas, & dein ſatisfaciendi *vol.5.d.21.l.kkkkk.4. vol.1.d.15. l.M.2.* hoc tamen beneficio debitor frui non poteſt, niſi prius creditoribus ſatisdet, quæ ſatisdatio nec per reſcriptum Principis remitti poteſt *vol.6 d.11.l.Rrr.4. vol.7. d.1.l.a.2.* & de ſatisdatione *l.c.4.*

Moratoriæ induciæ etiam à Vicariis Imperii in interregno conceduntur *vol.*7. *d.*1.*l.*a.3. & 4.

Moratorias etiam privati creditores ſuis debitoribus concedere poſſunt *vol.*7. *d.*1.*l* a.4.

Moratoriæ induciæ contra Fiſcum, opifices, in caſſa datis, alimentorum, & ſimili non valent *vol.*5 *d.*21.*l.*kkkkk.4.

Moratoriæ induciæ conceduntur etiam à Principibus Imperii *vol.*7.*d.*1.*l.*a.4.

Moratoriæ etiam ignaris à Principibus concedi poſſunt *vol.*7 *d.*1.*l.*a.4.

Moratoriæ ſi à majori parte creditorum conceſſæ ſunt, arctant etiam minorem *vol.*7.*d* 1.*l.*a 4. hoc tamen non habet, ſi aliquis creditorum habeat ſecuritatem pinguiorem, putà juramenti obligationem *ibid.*

Moratoriæ fermè ſolis fortuito caſu tacti miſeris concedi ſolent *volum.*7.*d.*1. *l.*b.1.

Moratorias concedendi jus inter regalia refertur *volum.*5.*d.*1.*l.*d.3.*d.*2.*l.*m.4. *d.*21.*l.*kkkkk.4.

Moratoria præſcriptio non aufert creditori jus ſuum, ſed tantum ad exiguum ſpatium temporis ſuſpendit *volum.*7.*d.*1. *l.*b.1.

Moratoria reſcripta impetrare omnes poſſunt & privati, & univerſitates *vol.*7. *d* 1.*l.*b.1.

Moratoriam impetrans probare debet calamitatem *volum.*7 *d.*1 *l.*b.1 & quidem eam absque ſua culpa accidiſſe *ibid.* & quidem poſt debitum contractum *ibid.*

Moratoriam Princeps ad hæredes extendere poteſt, ſed ſi non ſint expreſſi, tunc illud non valebit *vol.*7.*d.*1.*l.*b.1.& 2.

à Moratoria excluduntur decoctores *vol.*7.*d.*1.*l.*b.2. niſi creditores gratiam eis faciant *ibid.*b.3.

à Moratoria excluduntur, qui negant debitum *vol.*7.*d.*1.*l.*b.3.

nec Moratoriæ beneficio gaudet, qui judicialiter jam convictus, & condemnatus eſt: exequutionem enim latæ ſententiæ non debet impedire *vol.*7.*d.*1.*l.*b.3.

Moratoria non habet locum contra pauperiorem, vel æque pauperem debitorem *vol.*7.*d.*1.*l.*b.3.

Moratoria non habet locum contra mercenarios quotidianos, die Taglöhner/ nec opifices die Handwercksleut/ benè contra propolas, & annonarios, non tamen honeſtos mercatores *vol.*7.*d.*1.*l.*b.3.

Moratoria non habet locum contra debita jurata *vol.*7.*d.*1.*l.*b.4.

Moratoriæ cui quis renunciavit, is ea amplius uti non poteſt *vol.*7.*d.*1.*l.*b.4. hæc duo ita obtinent, niſi Princeps expreſsè contrarium diſpoſuerit *ibid.*

Moratoriæ beneficium non extenditur ad Eccleſiaſtica, aut pia loca *volum.*7. *d.*1.*l.*b.4.

Moratoriæ beneficium non extenditur ad alimenta *vol.*7.*d.*1.*l.*c.1. niſi fortè petentes ea, ſint divites, & aliunde vivere poſſint, tunc ex charitate Chriſtiana miſeratio habenda *ibid.*

Moratoriæ beneficium non extenditur ad ea debita, quæ deſcendunt ex delicto *vol.*7.*d.*1.*l.*c.1.

Moratoriæ beneficium non extenditur ad debitum fiſcale *vol.*7.*d.*1.*l.*c.1. niſi Princeps ex gratia diſpenſet *ibid.*

Moratoria non extenditur ad debita pupillaria *vol.*7.*d.*1.*l.*c.1.

Moratoria non extenditur ad debitum ex venditione eduliorum, & rerum comeſtibilium in pleno, quod ajunt, foro, mercatuq; venalium *vol*.7.*d*.1.*l*.c.1.

Moratoria non extenditur ad creditores futuros *vol*.7.*d*.1.*l*.c.1.

Moratoria non extenditur ad dotem *vol*.7.*d*.1.*l*.c.1.

Moratoria non extenditur ad locationem *vol*.7.*d*.1.*l*.c.1.

Moratoria nec ad commodati, nec Precarii, nec pignoris repetitionem extenditur *vol*.7.*d*.1.*l*.c.2. nec depoſiti *ibid*.

Moratoria extenditur ad inſtrumenta Guarentigiata *vol*.7.*d*.1.*l*.c.2.

Moratoria non extenditur ad operas manuum, aut ſimilium membrorum, quæ impetrans præſtare cogitur *vol*.7.*d*.1.*l*.c.2.

ut Moratoria locum habeat, debet præcedere impetrantis petitio *vol* 7.*d*.1.*l*.c.2.

ad Moratoriam impetrandam quomodo libellus ſupplex concipiendus ſit vide *vol*.7.*d*.1.*l*.c.2. & 3.

Moratoria ut ſubſiſtat, debet præcedere diligens cauſæ, & miſeriarum cognitio *vol*.7.*d*.1.*l* c.3.

Moratoriam concedens quomodo cauſam cognoſcere debeat, vide *vol*.7.*d*.1.*l*.c.3.

Moratoriæ tempus fatale computatur à die dati, ſeu emiſſi reſcripti *volum*.7.*d*.1.*l*.c.3.

Moratoriæ tempus poteſt eſſe annus unus, duo, tres, quatuor, quinq; non ultra *vol*.7.*d*.1.*l*.c.3. & 4.

Moratoriam impetrans, ſi aliter ſatisdare non poteſt, ad juratoriam, ſi vir bonus ſit, admittitur *vol* 7.*d*.1.*l*.d.1.

Moratoriæ effectus eſt, ut debitor interim nullo modo, nec in corpore, nec in bonis moleſtari poſſit *vol*.7.*d*.1.*l*.d.1. ipſe tamen interim ſuos debitores urgere poteſt *ibid*. ut nec in ſorte, ita nec in uſuris moleſtari poteſt *ibid*. adeò ut hoc beneficium fidejuſſori etiam proſit *ibid*. niſi ordinis juri renuntiaverit, aut ſe ut Principalem obligaverit *ibid*.*l*.d.2.

per Moratoriam denique præſcriptio, ſeu uſucapio impeditur *vol*.7.*d*.1.*l*.d.2.

Moratoria tamen non obſtante compenſatio debitorum liquidorum fieri poteſt *vol*.7.*d*.1.*l*.d.2.

qui Moratoria poſtremò utitur, beneficio ceſſionis uti non poteſt *volum*.7.*d*.1.*l*.d.2.

Mores malos animi infirmitas non excuſat *vol*.6.*d*.1.*l*.B.3.

Morte extinguitur jus Advocatiæ, & protectionis, ſi id jus ad vitam ſolummodò conceſſum ſit *vol* 6.*d* 3 *l*.Ii.2.

Mortis majus nullum ſolatium eſſe poteſt, quam voluntas ultra mortem *vol*.7.*d*.2.*l*.d.3.

ob Mortis captandæ ſolam occaſionem actus hominum jure non improbantur *vol*.1.*d*.14.*l*.N.4.

Mortis captandæ votum inter conjuges & liberos præſumendum non eſt *vol*.2.*d*.20.*l*.X.3.

Moſcoviæ Dux abſolutè imperat, nec recognoſcit ſuperiorem, Jureq; monetæ utitur *vol*.2 *d*.13.*l*.y.2.*vol*.5.*d*.2.*l*.g.3.

Motu proprio clauſula reſcriptis inſerta, vim habet ſpecialis expreſſionis: defectus ſolennitatis requiſitæ in alienatio-

ne bonorum Eccleſiaſticorum ſupplet: tollit ſubreptionem *vol.6.d.2.l.*G.3.

Mulcta pecuniaria ſi plebejo imponatur,& is ſolvendo non ſit,tunc corporaliter punietur,quod non procedit in Nobilibus & perſonis egregiis *volum* 4. *d* 9. *l*.rr.2. & 3.

Mulctas ob delicta minora varias Magiſtratus imponere poteſt: quas ibi vide *volum.6. d.2. l.*L.3. quæ referuntur in Fiſcum *ibid.*

Mulcta eſt pœna pecuniaria arbitraria, qua judex in aliquem extra ordinem animadvertit ob ſpeciale aliquod delictum. Mulcta major, quæ majoris bonorum partis privationem continet, regalibus annumeratur, cæteræ vel ad mixtum, vel ad merum Imperium, vel ad ſimplicem jurisdictionem *vol.7.d.9.l*.qq.1.

Mulcta differt à pœna, ſicut ſpecies à genere *vol.7.d* 9.*l*.qq.1. per illam non irrogatur infamia,ſed ſæpe per pœnam,omnis mulcta pœna eſt, ſed non omnis pœna mulcta *ibid.*

Muliebre Imperium pleriqúe populi dedignantur,nec id admittunt. Illud ſanè repugnat juri Divino, naturali & civili, tamen ſæpius mulieres rexerunt,& quandoque benè ſæpe etiam Præfectiſſæ Provinciis conſtitutæ ſunt *vol.*1. *d.*22. *l.*V.3. *vol.2.d.*13.*l* β 4. *d* 3 *l.*g.2. *vol.*4. *d.*1.*l.*)(.4. *d.*2. *l.*m.1. *diſp* 12.*l.*iii.1 & 4. tamen fœminæ Regni procuratrices eſſe poſſunt *ibid. d* 24. *l.*D.4. *volum.*5 *diſp.*28. *l.*iiiiii.3.4. & kkkkkk.1,2. *vol.6.d.*3.*l.*Z.3.

Mulieres ex fundatione jus Patronatus habere poſſunt *vol.6.d.*3.*l.*Z.3.

Mulier indotata nupſit marito itidem inopi, conſtante tamen matrimonio utriusque induſtriâ plurimum acquiſitum, vel etiam totius mariti opera: quæritur cui lucra illa ſoluto morte conjugio cedant? reſpondetur inter hæredes utriusque ex æquo dividenda *volum.*1. *diſp* 12. in Corollariis.

Mulier, puella, ac etiam meretrix multis in locis reum, qui ad ſupplicium ducitur, ſi eum ad nuptias poſtulet, à morte, & ſupplicio liberare poteſt, quæ conſuetudo parum juſtitiæ congruere videtur *vol.2.d.*7.*l.*hHh.4.

Mulieres, ac pupilli pro debito carcerari non poſſunt,ſive fiſcale id ſit,ſive privatum *vol.2.d.*7.*l.*mMm.2.

Mulier in minus gravibus non torquetur, licèt in gravioribus torturam (quæ tamen in prægnanti differtur donec pariat) non effugiat, ſic mulieri gravidæ damnatæ parcitur, interim dilato poſt partum ſupplicio, nec mulier, quæ per ſuos pacem publicam turbavit, banno Imperii ut vir ſubjacet *volum.* 2. *diſp.* 7 *l.*mMm.2.

Mulier ſpolium committere poteſt, iisdem pœnis ſubjacet, & eadem actione convenitur, quibus vir *volum.2.diſp.*17. *l.*N.3.

Mulier nihil prærogativæ habet ultra maſculum, niſi quatenus in Jure expreſſum reperitur *vol.2.d.*17.*l.*N.3.

Mulierum conditio in multis juris articulis ob ſexus imbecillitatem, dignitatem, qua viris ſunt impares, jurisdictionem, officia civilia, aliosque actus ſolemnes, à quibus arcentur, eſt viris inferior *vol.7.d* 4.*l.*n.3.

Mulier familiæ ſuæ caput, & finis eſt *vol.7. d* 4.*l.*n.2.

Mulier tamen in jure in medio hominum, & beſtiarum non collocatur *vol.* 7. *d.* 4. *l.* n. 2. *vol.* 7. *d.* 14. *l.* ss. 4. ſed inter homines *ibid.*

Muliebris ſexus pacis publicæ edicto comprehenditur *vol.* 2. *d.* 17. *l.* N. 3.

In Mulierum favorem contra juris communis regulas multa ab Imperatore Juſtiniano introducta ſunt, inſtigatus, ut creditur à Theodora uxore impotentis animi fœmina *vol.* 7. *d.* 4. *l.* n. 3. 4. privilegia præcipua ſunt dotis, paraphernalium, & donationis propter nuptias *ibid.*

Mulier in teſtamentis condendis, ut teſtis adhiberi non poteſt *volum.* 2. *d.* 18. *l.* S. 2.

Mulieres per legitimum matrimonium honore maritorum, eriguntur, radiisque illuſtrantur maritalibus. Itaque ignobilis & plebeja per maritum nobilem, nobilis evadit, durantq; hæc privilegia in viduitate *vol.* 2. *d.* 18. *l.* T. 2.

Mulier ſi ignara maritum mortuum non luxerit, aut ante tempus luctus finitum, ipſam ignorans alius duxerit, infamiæ notam non ſubit *vol.* 2. *d.* 29. *l.* OO. 4. *vol.* 5. *d.* 35. *l.* BB. 2.

Mulieris illius ſoboles legitima cenſetur, quæ ignara viro jam aliam habenti, publice nupſit *vol.* 2. *d.* 29. *l.* OO. 4.

Mulier ſi juris ignorantia inceſtum committat, ſolo jure prohibitum, legis Juliæ pœnam effugit, *vol.* 2. *d.* 29. *l.* OO. 4. ſic mulieris quæ per 40 annos ignara juris in matrimonio avunculi fuerat, ab avia collocata, proleque copioſa aucta, liberos in eo matrimonio quæſitos, D. Marcus, & Lucius legitimus eſſe juſſerunt *vol.* 2. *d.* 29. *l.* OO. 4. gaudebit igitur & privilegiis juſtæ uxoris *volum.* 5. *diſp.* 7. *l.* mm. 4.

Mulier ob intermiſſam actionis editionem non condemnatur, aut ſi fiſco ſe detulerit, damno afficitur *volum.* 2 *d.* 29. *l.* OO. 4.

Mulier renuncians beneficio SC. Vellejani, niſi prius ejus diligenter ſit admonita, non obligatur *volum.* 2. *d.* 29. *l.* OO. 4. *vol.* 4. *d.* 29. *l.* Y. 2. 3. & 4. Itaque huic beneficio mulier renunciare poteſt, tàm in judicio quàm extra, & erit tunc valida renunciatio ſi ipſa de jure ſuo certiorata ſit, & diligenter admonita *vol* 5. *d.* 35. *l.* Y. 4.

Mulier emens, poteſt dare facultatem redimendi ſine authoritate mariti *vol* 3. *d.* 1. *l.* i. 3.

Mulieris juramentum quo fundi dotalis alienationem ratam habet, valet, & ſervandum eſt in utroque foro *vol.* 3. *d.* 11. *l.* H. 2.

Mulieres ne ſe negotiis virilibus immiſceant *vol.* 3 *d.* 14. *l.* P. 1.

Mulieres à foro noſtro, niſi curatorem habeant, omninò exulare jubentur *vol.* 3. *d.* 15. *l.* Q. 3.

Mulier fœtum nec enecet, nec abigat, nec partum exponat, aut abjiciat *volum.* 4. *d.* 22. *l.* xxxx. 4. & lege civili mulier, quæ ut partum abigat, viſceribus ſuis vim infert, in exilium pellitur *vol* 2. *d.* 22. *l.* AA 4. vide Abortus.

qui in Muliere aut explendæ libidinis cauſa, aut ex odio, aut ex avaritia ſterilitatem procurant, ut homocidæ tenentur: vide Abortus.

Mulier pro alio fidejubere non poteſt, idque ob beneficium SC. Velleiani, cui etiam non poſſe eam renunciare videtur.

ſunt

ſunt tamen multi caſus in quibus ejus fidejuſſio valet, quos ibi vide: ubi pulcherrimè *vol.4.d.27.l.*L.3.4.*d.34.l.*II.2. *vol.7.d.6 l.*cc.1.

Mulierem ſi quis in primis nuptiis & primo concubitu non virginem, ut ducens putârat, ſed vitiatam & defloratam invenit, eam dimittere poteſt, ſi velit *vol.4.d.31.l.*AA.2.3.*vol.5.d.35 l* Z.2.

Mulieri etiam ſolummodò ex forma & rumore probanti maritum abſentem mortuum eſſe, permittitur alium virum ducere *vol.4.d.33.l* HH.3.

Mulier quæ veſtibus mariti amicta in carcere remanet, & maritum ſuo amictu indutum è carcere educit, rea quidem eſt, ſed ipſi ignoſcitur, bachanti ſcilicet amori *vol.5.d.4.l.*dd.1.

Mulier quæ debitam priori viro luctus religionem præproperâ immaturarũ nuptiarum feſtinatione non præſtitit, libera eſt à legali infamia per reſcripta Pontificum, Urbani III. & Innocentii III. ſed reliquum pœnæ quod in favorem exprimo thoro procreatorum ad ſecunda vota convolantibus jus civile dictat, his reſcriptis haud ſublatum videtur *vol.5.d.35.l.*BB.2.*vol.7.d.6.l.*bb.3.

Mulier ob tacitam obligationem poteſt retinere bona mariti pro dote & bonis paraphernalibus: vide in verbo Retinere *vol.5.d 37.l.*FF.4.

Mulier reſtitui poteſt. vide Reſtitutio.

Mulieris corruptæ emptio reſcinditur propter errorem, ſi virginem putabam *vol.5.d.49 l* FFFF.2.

per Mulierem inducitur cognatio naturalis *vol.6.d.4. l.*lLl.2.

per Mulierem conjuncti conſanguinei, cognati vocantur *vol.6.d.16.l.*Bbb.3.

Multiloquium nunquam eſt ſine peccato, ergò maximè improbatur, & fugiendum eſt *vol.4.d.5.l.*aa.2.

Municipales Magiſtratus Univerſitati ſuæ ad onera ſuſtentanda, collectas, gabellas, datias &c. imponere poſſunt, ut nec Principi de his, rationem ſibi reddi, aut annuis univerſitatis rationibus ſuo nomine quem adhibere poſtulanti, obſequi teneantur *vol.1.d.2 l.*o.3.

Municipia olim fuerunt oppida, quorum cives muneris honorarii cum populo Romano participes fuerunt, ſuis interim viventes legibus, moribus *vol.6.d 5.l.*Oo.2. *vol.7.d.7.l.*gg.3. quo etiam tempore Municipes, id eſt, civitates nequaquam poſſidebant, ſed hodiè aliter ſe hoc habet *ibid.*

Municipales Magiſtratus, ſive Univerſitates, contra ſuperiorem Principem quid moliri, ejusque juriſdictione ſe ſubtrahere non poſſunt *vol.1.d.2.l* o.3.

ut Municipii muros quis perforare, aut ad eos aliquid ædificare poſſit, ejus cognitio ad oppidi conſilium ſpectat *vol.4 d.5.l.*vv.3.

Municipiorum muros tranſcendere capitale eſt, & tranſcendens pœnam capitis incurrit, *vol.3.d.13.l.*M.2.

Munitiones, fortalitia, & propugnacula ædificantur majoris ſecuritatis cauſa, hinc Princeps ſubditorum ædes demoliri poteſt, ut caſtra hæc ædificet *vol.2.d.7.l.*xx.4.yy.3.4.

ad Munus publicum invitus cogi poteſt *vol.4.d.27.l.*K.2.

Mutatio omnis eſt mala, ſed Principum peſſima, hinc enim oritur corruptio morum

morum, & mutatio legum *volum.*1. *d.*16. *l.*N.2.

Mutatio perſonæ trahit ſecum mutationem ſtatus rei *vol.*3.*d.*5.*l.*ff.2.

Mutatio rerum, pro rebus qualis contractus; vide Permutatio.

Mutinæ & Regii Princeps non recognoſcit Imperium, hoc tamen mitri falſum videtur, ut facilè ex hiſtoriis probari poteſt *vol.*2.*d.*13.*l.*γ.2.

Mutus hereditatem adire poteſt, ſi poſſit declarare voluntatem ſigno, vel litteris *vol.*6.*d.*4 *l.*Ll.1.2.

Mutus omnia negotia gerere poteſt, in quibus non eſt opus verbis expreſſis *vol.*6. *d.*4.*l.*Ll.2.

Mutus donare poteſt: rejecta diſtinctione inter mutum naturâ & mutum caſu *vol.*6.*d.*4.*l.*Nn.4 in Coroll.

Mutuum ſi damus, idem ut genus recipiamus, pecunia verò, & frumentum diverſi ſint generis, eumque creditori invito aliud pro alio ſolvi non poſſit. Dubitandum enim eſt, quin Mercator, qui frumentum debet, æſtimationem & pecuniam invito Creditori ſolvere nequeat *vol.*1.*d.*15.*l* I 4.

Mutuum etiam eſt, quamvis Titius eoſdem nummos, iis ubi poſtea non indiget, mercatori reſtituat, quos mutuò ab ipſo accepit *vol.*1.*d.*15.*l.*I.4.

in Mutuo genus quod nunquam perit, non ſpecies debetur, neque Creditor, ſed debitor rei mutuæ datæ efficitur Dominus, huic verò, & non alii rem perire, luce meridiana clarius eſt *volum.*1. *diſp.*15. *l.*K.1.

Mutuum in certa monetæ ſpecie alicui creditum, eâ conditione & in eadem ſpecie reddatur, valet tùm mutuum, tùm conditio *vol.*5.*d.*12.*l.*ggg.4.

Mutuum aliud eſt verum, & proprium, & hoc eſt merè gratuitum, nec ex hoc debentur uſuræ. Aliud verò eſt improprium, ſeu uſurarium, quod fit, cùm ſorti aliquid accedit *volum.*5.*d.*15.*l.*I.4.*volum.*1. *d.*10.*l.*ss.3. vide in verbo Uſura.

Mutuum eſt contractus juris gentium nominatus ſtricti juris, quo rem fungibilem ita damus, ut qui accipit, eandem reddat, non quidem in ſpecie, ſed in genere *vol.*1.*d.*10.*l.*ss.1.

Mutuum eſt obligatio, quæ conſiſtit in facto *vol.*6.*d.*4.*l.*Kk.2.

inter Mutui conſtituendi alia requiſita hoc & unum eſt, ut res accipientis fiat, adeoque dominium rei in eum omninò transferatur, at hinc mutuò dantem Dominum ejus rei, quam mutuò dat, eſſe debere, liquet: quare in re aliena mutuum conſiſtere non poteſt *vol.*1.*d.*10.*l.*ss.1.

Mutui, uti nec quemvis alium contractum, vel prodigus, vel furioſus, vel pupillus abſque tutoris authoritate celebrare poſſunt *vol.*1.*d.*10.*l.*ss.2.

Mutuum accipiendo filiifam. ipſo jure obligantur, gaudent tamen perpetua SC. Macedoniani exceptione, cui nec renunciare poſſunt, cùm in odium fœneratorum introductum ſit *vol.*1.*d.*10.*l.*ss.2.

ex Mutui contractu actio datur, quæ condictio certi appellatur: qua petimus, ut res non quidem in ſpecie, ſed in genere ejuſdem bonitatis, ac qualitatis reddatur *vol.*1.*d.*10.*l.*ss.2.

in Mutui contractu ſolo exceptio non numeratæ pecuniæ locum habet, ſi quis eam intra biennium opponat, in quo cre-

Digitized by Google

ditori incumbet probatio: hæc exceptio etiam locum habet, quando agitur de dote *vol.1. d.10.l.ss.2.*

N.

NAturalis ratio: vide Jus, Ratio, Lex, Interpretatio, Æquitas.

Naturale in dubio potius præſumitur, quàm accidentale *vol.3.d.1.l.c.2.*

Naturales liberi vix hæredes inſtitui poſſunt *vol.3.d.10.l.B.4.*

Naturalis contra voluntatem Patris ad ſucceſſionem ejus non admittitur *vol.7. d.2.l.f.1.*

Naturales qui extra juſtas nuptias concepti & nati ſunt, nec filiifam. nec patresfamiliâs dici poſſunt, imò nec homines dicendi ſunt, aut certè peregrini, qui pro nullis habentur *vol.3.d.10.l.B.4.*

Naturales dicuntur ex concubina nati *vol.7 d.3.l.k.2. vol.5.d.39.l.KK.4.*

ad Naturam ſuam res facilè revertitur *vol.4.d.9.l.xx.2.*

Natura ſemper novas deproperat edere formas *vol.7.d.4.l.l.4.*

Natura ſemper ab elementis incipit *vol.7.d 4.l.l.2.*

Natura circa maſculos & fœminas pariter operatur, & jus civile nihil iniquius judicavit, quàm ſi ex ſexu diſcrimen in ſucceſſione ſtatuatur *vol.5.d.14.l.lll.1.*

Naturales filii liberorum appellatione non veniunt, nec ſub familia propriè continentur, aut jure agnationis utuntur *vol.5.d.14.l.mmm.1. vol.3.d.10.l.B.4. vol.5. d.32.l.Q.2.vol.6.d.18.l.Oooo 4.*

Naturales libori filiorum appellatione non continentur, ſecus ſi legitimati ſint: tamen naturales cognatorum nomine judicantur *vol.5.d.32.l.Q.2.*

Naturales ubi excluſi ſunt, tunc ne quidem legitimi ex iis nati admittuntur *vol.5. d.32.l.Q.2.*

Natura omnibus eſt communis *vol.5. d.35.l.BB.2.*

Naturales propriè dicuntur, qui ex concubina nati ſunt *vol.5. d.39.l.KK.4. vol.7. d.2.l.f.1.*

Naturales filii tunc Patri ſuccedunt, quando ipſi nec ſuperſunt legitimi filii, nec legitima conjunx *vol.5.d.39. l.KK.4.* ſed hoc de iis ipſis ſolùm intelligendum eſt: nam ipſorum filii avo nullo modo ſuccedunt *ibid.vol.2.d.20.l.V.4.*

Naturales hi non ſuperſtitibus legitimis ita patri ſuccedunt, ut duas uncias, id eſt, certam totius hereditatis partem habeant ab inteſtato, quam & partiri cum matre debent, ita ut ſola mater tantum habeat, quantum filii omnes, quotquot fuerint. Ex teſtamento autem in unicam unciam patri ſuccedere poſſunt, ſi alii legitimi exiſtant, quam & cum matre dividere debent *vol.7.d.2.l.f.2.*

Naturales matri ſimpliciter ſuccedunt, non ſecùs, ac ſi ex legitimo thoro eſſent nati, imò & cognatis per lineam maternam ſibi conjunctis, etſi non ſoli ſint, ſed cum legitimis cognatis concurrant: idem etiam dicendum eſt de naturalibus, ex illuſtri fœmina *vol.5 d.39.l.KK.4. vol.2.d.20.l.V.4.*

Naturales non ſuccedunt in feudo etiam fœmineo *vol.5.d.39.l.LL.1.*

Naturales fratres ex Patre ſe invicem contingentes, ſibi invicem non ſuccedunt, ex matre verò etiam illuſtri conjuncti, ſibi invicem ſuccedunt *volum.5. d.39. l.MM.1.* vide in verbo Spurii.

Natu-

Digitized by Google

Naturales quamvis ſint exheredati,aut præteriti querelam tamen contra Patris, vel matris teſtamentum intentare non poſſunt, imò nec contra fratris,nec ſi turpem inſtituerit perſonam *volum.7. diſſ.2. l.f.2.*

Naturales in feudis maximè dignitatum non ſuccedunt. vide in verbo Feudum.

quod de Naturalibus liberis dictum eſt, idem etiam de Spuriis dicendum noſtro præſertim tempore, quo omnis differentia inter liberos naturales, & Spurios ſublata eſt, & ex concubinatu prognati pro Spuriis habentur, præterquam, quod naturales non omni caſu, ut Spurii, ab omni patris ſubſtantia arceantur, ſed quoad ſucceſſionem in bonis paternis eadem jura, quæ ex legibus Juſtinianeis naturalibus competebant, ad eos adhuc pertineant *vol.7.d.9 l.oo.4.*

Naturam invertere aut abrogare, nec ſummus poteſt Princeps *vol.2.d 14.l.D.3.*

Naturale jus omninò immutabile eſt *vol.4.d.13. l.ppp.2.&3. vol.2.d.4.l.x.3.*

Naufragio aut ſimilibus caſibus abjectas res, qui detinet,furti actio contra ipſum datur:& hodie in tali caſu à præcepto inchoatur proceſſus & adverſus detentores hujuſmodi bonorum,mandata ſine clauſula emanant à Camera Imperiali *vol.7.d.4.l.m.4.*

Naufragii, id eſt, rerum in eo amiſſarum acquiſitionem fiſcalem multis Europæ regnis communem eſſe,& hujus rei pulchrum de Comite Stadenſi exemplum vide *vol.7.d.4.l.m.4.*

Naufragium ſi quis faciat,ejus res non in commiſſum cadunt, ſed ejus permanent, qui naufragium fecit *volum.5.d.12. l.ggg.2.* contrarium olim obſervatum eſt, præſertim ſi Naufragium factum ſit in mari *vol.6.d.2.l.L.4.* & hujuſmodi ſtatuta,quæ Fiſco res naufragio diſperſas addicunt,planè ſunt irrationabilia *vol.6.d.5. l.Oo 3.vol.7.d.4.l.m.4.*

Nautis qui communi Reipubl. ſubſerviunt,nulla omninò vis inferri debet *vol. 2.d.7.l.m Mm.1.*

Nautæ qui annonam Urbis adjuvant, à vectigalibus immunes ſunt *volum.3.d.5. l.gg 1.*

Nautæ ſordidam & vilem artem exercent *vol.4 d 9.l.yy.1.*

Naves bene inſtructas eſſe intereſt Reip.*vol.7.d.4.l.o.4.*

Navium exercitium ad ſummam Reip. pertinet *vol.7.d 4.l.o 4.*

Naves ſpeciem quandam domus continent *vol.7.d.4.l o.4.*

qui in Navem reficiendam credidit, æquiparatur ei,qui in rem emendam credidit *vol.7.d.4.l.o.4.*

Navi utpote modicum tempus duraturæ, ſervitus imponi non poteſt *volum.1. d.12.l.yy.1.3.*

qui in Navem reficiendam credidit privilegium habet poſt Fiſcum *vol.7.d.4. l.o.4.*

Navis inter immobilia,etſi domus ſpeciem referat,non recenſetur *volum.1.d.12. l.yy.1.*

Neapolis & Sicilia Imperio adempta ſunt,præcipuè tunc, quando Conradino Suevo caput innoxiè amputatum eſt *vol. 2.d.3.l.f.4.d.13.l.ß.4.*

Neapolitanum Regnum feudum Pon-

Digitized by Google

tificis eſt, & tamen Rex illius Monarcha eſt *vol.2. d.3.l.*n.3.

Neceſſitas non habet legem *vol.1.d.16. l.*N.3. *vol.3.d.5.l* ee.4. *vol 5. d.19.l.*aaaaa.1. *vol.6. d.16.l.*Cccc.2. *vol.7. d.*10.*l.*uu.2. infert vim legibus; eam nec Dii quidem ſuperant: Et multa perſæpè, quæ ratio omittenda eſſe ſuadebat, neceſſitate urgente fiunt *ibid.*

Neceſſitatis, & publicæ utilitatis gratiâ nullas omninò regulas juris attendere poſſumus, imò debemus *vol.6.d.*1.*l.*C.2. *d.3.l.*Ee.2.*d.*8.Ccc.2.

Neceſſitas facit probabile & execrabile, quod aliâs non licet *volum.2. diſp.*24. *l.*DD.2.*&* FF.1.

in Neceſſitate feriæ non ſunt attendendæ *vol.6.d.3.l.*Ee.1.2.

Neceſſitas facit licitum, quod aliâs erat illicitum *vol.6 d.16.l.*Cccc.2.

Neceſſitas, ſi quid non exigit, patria tamen non remittit *vol.2.d.3.l.*k.2, *vol.6.d.*18. *l.*Hhh.1.

Neceſſitas quod intulit, eſt inculpabile judicandum *vol.6. d.*16.*l.*Cccc.2.

Neceſſitas privilegia indulta non attendit *vol.2.d.3.l.*k.4.

Neceſſitas eſt ingens rerum gerendarum incitamentum *vol.6.d.3.l.*P.4. & telum *vol.6.d.16.l.*Cccc.2.

Neceſſitate extrema urgente, privilegia omnia ſilent & franguntur *vol.5.d.*21. *l.*hhhhh.1.2.

in Neceſſitate, qui ſe poſuit, huic non eſt ſubveniendum *vol.6.d.3.l.*Cc.4.

Neceſſitatis tempore invito Vaſallo caſtrum Dominus cuſtodire poteſt, ſed ſine ulla tamen fraude *vol.6.d.3.l* Ee.2.

Negantis pœna nunquam habet locum, niſi propter dolum *vol.7. d.1.l.*b.3.

Negativa verba non verificantur in primo actu, ſed extenduntur in infinitum *vol.3.d.5.l.*hh.3.

Negatio alicujus partis non inficit id, quod eſt notorium, nec dubiam rem reddit *vol.2.d.1.l.*e.1.

Negativa etſi ordinariè probari non poſſit, tamen probari poteſt per confeſſionem adverſarii & hodie etiam per teſtes *vol.5.d.3.l.*x.2. Imò ſæpe probari debet: verbi gratiâ, ſi negetur qualitas alicujus perſonæ, nempe aliquem eſſe bonum compotem mentis &c. item, ſi negetur aliquem benè geſſiſſe officium &c. *vol.6.d.19.l* 19.*l.*Tttt.4.

Negatoria actio, uti & confeſſoria, pro ſervitutibus, & aliis juribus competit *vol.6.d.3.l.*Hh.4. vide in uniuſcujusq; ſingularis juris materia.

Negatoria, & confeſſoria actio pro jure protectionis tàm clienti, quàm patrono competit *vol.6.d.3.l.*Hh.4.

ex Negligentia à jure civili introducta, oritur obligatio *vol.3 d 5.l.*oo.1.

ob Negligentiam adminiſtrator, & judex officiis, & patronus jure protectionis, & Vaſallus feudo privari poſſunt *vol.6.d.3.l.*Ii.1.

Negligentia ſibi non aliis nocere debet *vol.7. d.*4. *l.*s.2.

Negligentia non operatur, ut negligens perdat jus ſuum, niſi in caſibus in jure expreſſis *vol.5.d.*17.*l.*iiii.1.

Negotium affectatum qui facit, perdit privilegium petendi expenſas *vol 3. d.5. l.*bb.1.

Negotia plura ſunt, quàm vocabula *vol.7.d.4.l.*l.2.

Nego-

Digitized by Google

Negotiorum geſtorum actio propoſita iis omnibus eſt, qui alieno nomine rem geſſerunt, in eamque ſumptus fecerunt *vol* 3.*d*.9.*l*.fff.1.

Negotia omnia, & actiones vel ad res, vel ad perſonas referri poſſunt *vol*.6.*d*.2.*l*.F.4.

Negotia vel ſecundùm regionis conſuetudinem diſponenda, vel ſecundùm conventionis legem implenda ſunt, cùm nihil in jure expreſſum eſt *volum*. 6. *d*. 8. *l*.Eee.2.

Negotiatores, les vivandiers, qui annonam urbis adjuvant, & naviculatii, qui maritimis transactionibus annonæ Urbis ſerviunt, vel etiam commeatum ad exercitum adferunt, privilegiata ſecuritate pollent, adeò, ut à vectigalibus quoque ſint immunes, modò rem ſibi gerere prohibentur, denique omnis vis ab ipſis prohibetur *vol*.2.*d*.7.*l*.mMm.2.

Nemo in alium plus juris conferre poteſt, quam ipſe habeat, vide Juris.

Nemo cum ſuo detrimento benignè facere cogitur, nec officio contrarium eſt, ſic juvare alium, ut ſe ſervet indemnem *vol*.2 *d*.18.*l*.R 3.

Nemo à ſe ipſo exigere poteſt, cum ſibi nemo ſerviat *vol*.3.*d*.5 *l*.gg.2.

Nemo ſuum jactare, vide Suum.

Nepotes in locum parentum ſuorum demortuorum ſuccedunt, & avo pariter heredes fiunt *v*.*l* 7.*d*.2.*l* f.1. vide in verbis Hereditas, & Succeſſio.

Neutralitas periculoſa eſt, ubi duo, pluresve Principes contendunt bello: igitur jungat ſe quis in cauſa certa Principi meliori, id eſt, qui religionem aut patriæ libertatem defendit, in dubio verò fortiori, niſi aliud ſuadeat opportunitas *vol*.4.*d*.2.*l*.n.1.*d*.14 *l*.ſſs.2. *vol*.5.*d*.2.*l*.i.2. *vol*.6.*d*.3.*l*.Y.4.

Nihil fieri, & minus legitimè fieri, idem eſt, nihilque actum credimus, cum quid agendum ſupereſt, hinc ſicut culpa, ita demum ſi quid exinde proveniat, authorem ſequitur, qui ſibi imputabit, ſe normam præfinitam temerè neglexiſſe *vol*.3.*d*.16.*l*.V.2.& 3.

ex Nihilo nihil fit *vol*.4.*d*.9.*l*.kk.4.*d*.10.*l*.aaa.3.

Nihil & inhabile, æquiparantur *vol*.4.*d*.10.*l*.aaa.3.

Nobiles & patrimonio ditiores, mercaturam facere prohibentur, niſi regionis mos id permittat, ut per Italiam in pleriſque magnis Urbibus contingit, ubi hac ex re nobilitati nihil derogatur *vol*.4.*d*.5.*l*.ff.3.*vol*.4.*d*.9.*l*.yy.3.& 4.*d*.10.*l* eee.4. *vol*.6.*d*.11.*l*.Rrr.1.

Nobilitas eſt excellentia beneficio Principis, ac legis in aliquem collata, quâ plebeiorum numero quis eximitur, & alia privilegia conſequitur, nec nova eſt nobilitandi hæc conſuetudo *volum*.2.*d*.4. *l*.cc.4.*vol* 4.*d*.9 *l*.ii.4.*d*.10.*l* aaa.1 *volum*.5. *d* 21 *l*.ggggg.4.*d*.42.*l*.AAA 2. nobiles autem non minus æſtimandi ſuntii, qui eam Principis beneficio, quàm qui à Majoribus traditam acceperunt, etſi aliter vulgò obtineat, & ubi paritas eſt, hi revera præferendi ſint *ibid*. Hoc autem conferendæ nobilitatis jus ſolus Cæſar videtur habere, quanquam & alii hoc jure, ſed per Cæſaream conceſſionem utantur; expreſsè verò confertur, quando publico diplomate dato, ſigillo Imperiali munito, & ab

Digitized by Google

&ab ipſa Cæſarea Majeſtate ſubſcripto expeditur *vol.7.d.9.l.*oo 3.

Nobiles itaque priſcæ imaginis, etſi novis hominibus præferantur, tamen hi per reſcriptum Cæſareum illis exæquari poſſunt *vol.7 d.9.l.*oo.3.

Nobilitas non ſolùm expreſſo, ſed etiam tacito privilegio quoque confertur *vol.2.d.4.l.*cc.4 *vol 4.d.9.l.*mm.4.*&* nn.1. *d* 10.*l.*bbb.1 *&* 2. veluti ſi Cæſar aliquem, qui nobilis non eſt, in venerabilem palatii ſui cœtum, tanquam conſiliarium aſſumit *vol.7.d.9.l.*oo.3.

Nobilitas lege conceſſa intelligitur ei, qui ex genere nobili procreatur, ut ei, quę cum plebeia eſſet, nobili viro nupſit *vol.7. d.9 l.*oo.3.

Nobiles etiam illi dicuntur, qui præter communem & vulgarem nobilitatem aliquid majus habent, ut ſunt Duces, Marchiones, Barones *volum.2.d* 4 *l.*cc.4. *vol.4.d.9 l.*ii.3.*d.*10.*l.*bbb.3.*&* 4.*&* cc.2. cum nobilitatis nomen ſit nomen generaliſſimum *vol.6.d.9.l.*Kkk 3.

Nobiles, ſi Imperium ſpectes, alii Imperio directò parent, alii Principibus & Ordinibus ſubjecti ſunt: inter hos variæ ſunt differentiæ, ſecundum varias regionum conſuetudines: Nobiles Imperio immediatè ſubjecti dividuntur in tres claſſes, Franconicam, Suevicam, & Rhenanam, & unaquæque iterum in diverſas claſſes partitur, qui etiam jus habent Auſtregarum, & beneficium conſtitutionis de pace religionis, nec minus quam Imperii ſtatus immediatè Imperio contribuunt: non tamen Imperii ſtatus ſunt *vol.2.d.4. l.*cc.4. *&* dd.1. olim ad conſilia vocabantur, nunc ſecus *vol.2. d.6.l.*hh.3. *d.7.l.*kKk.4. *d.*13 *l.*δ.1. *vol.4.d.6.l.*cc.1 *&* 2. *d.*8.*l.*g.1.*&* 2.*diſp.*9.*l.*xx.1.2.3. *&* 4.*diſp* 10. *l.*ccc.2. hi etiam tantùm poſſunt in ſuis caſtris quantum Cæſar in Imperio *diſp.*12. *l.*lll.2. habent exercitium religionis *ibid. vol.5.d.2.l* g.3 .*d.*11.*l.*ddd.1 *d.*21, *l.*ggggg.4. *&* hhhhh.1.*d.*25.*l.*yyyyy.4 ubi pulcherrimè & latiſſimè per tot.*d.*29.*l.*ssssss.1.*d.*30. *l.*F.2.3 *vol.7.d.9.l.*nn.2.

Nobiles quidam unum aut alterum regale habent, meroque & mixto Imperio, vel conceſſione, vel præſcriptione acquiſito gaudent: imò etiam privati homines alii hiſce præeminentiis potiri poſſunt, quod tamen indignum videtur *volum.2.d.4. l.*dd.1.*d.*13. *l.*δ.1. *volum.4. d.*8. *l.*gg.2.

Nobilitas magnis privilegiis floret: nam injuria nobili facta, atrox dicitur, nec nobilis perſonaliter detineri, aut in eum manus poſſunt injici pro debito, & pro debitis conventus habet beneficium competentiæ, nec capi & torqueri poteſt, etiam in cauſa criminali, immunes denique ſunt à vectigalium ac pedagiorum præſtatione, hæc privilegia ſe extendunt etiam ad Nobiles novos ob virtutem creatos, & equites auratos extendunt, non ad Patricios urbium, vulgò Geſchlechter/quod multi ajunt *volum.2.d.7. l.*kKk 4.*d.*18 *l.*R.2.*d.*28.*l.*NN.4.*volum.*3. *d* 5.*l.*ff.3.*volum.*4.*d.*9.*l.*qq.2.*&* rr.1.2.3.*&* 4. *d.*10.*l* ddd.2.*vol.5.d.5.l.*ff.3.

Nobilis mariti uxor plebeia, etſi de nobilitate mariti participet, tamen participata hæc nobilitas minus habet ponderis & virium, quàm ea, quæ eſt ex genere, aut perſona propria, itemque licèt pater tantum, nec etiam mater filio nobilita-

bilitatem conferat, niſi de ſpeciali conſuetudine aut ſtatuto loci id ſit, eam tamen ſi & ipſa nobilis, auget *volum.*1.*d.*7. *l.*kKk.4.*volum.*4.*d.*8.*l.*gg 1. *d* 9.*l.*nn.3.*&* 4. *&* oo.1.*&* 2.*d.*10. *l.*ccc.3. *vol.*7.*d.*9.*l.*oo.3. hæc quidem ita ſe habent jure, ut liberi patre nobili, & matre plebeia procreati nobiles ſint, tamen ex conſuetudine hodierna, præſertim in Germania, matrimonia cum plebeiis mulieribus multùm nobilitatis luminibus officiunt, & liberi in iis geniti in multis rebus cæteris ſunt deterioris conditionis *vol.*7.*d.*9.*l.*oo.3.

Nobiles, uti olim ad torneamenta, niſi nobilitatem per maternos avos docerent, non admittebantur, ſic hodiè ad collegia Canonica ſuperiora **auff die hohe Stifft** non admittuntur, niſi & hoc præſtent *volum.*2.*d.*7.*l.*kKk.4.*volum.*4.*diſp.*9. *l.*oo.2.*d.*10.*l.*bbb.3.*&* ccc.3.*volum.*5.*d.*29. *l.*ssssss.2.3.

Nobilium Spurii, aut naturales pejoris adhuc ſunt conditionis. Nam hi planè nobiles non ſunt, niſi fortè per ſubſequens matrimonium legitimentur *vol.*7. *d.*9.*l.*oo.3.

Nobilitas olim ab Henrico Aucupe omnibus attributa, ac conceſſa fuit, qui militarent. Unde etiam cives illuſtriorum urbium nobilitatem ſibi arrogant: quod non videtur negandum *vol.*6.*d.*9. *l.*Kkk 2.

Nobiles mitius puniuntur *vol.*2. *d.*28. *l.*NN.4.

Nobilitas ex ſolo paterno genere, uti agnatio quædam ex ſolis maſculis deducitur, filius igitur ex plebeja in matrimonio tamen legitimo natus, ſi parens nobilis ſit, nobilis erit, iiſdemque privilegiis, & ſuccedendi jure in feudis gaudebit *vol.*2.*d.*18.*l.*T.2.*vol.*4.*d.*8.*l.*gg.1.*d.*9.*l.*oo.1. *&* 2.*d.*10.*l.*ccc.3.*d.*14.*l.*sss.1.*volum.*7. *d.*9. *l.*oo.3.

Nobilium adoptivi filii, etſi plebeji ſint, tamen nobiles evadent: non è contra, quia Nobilis à plebejo adoptatus non deſinet eſſe nobilis *vol.*7.*d.*9.*l.*oo.3.

Nobilium vota prævalent, ſi ea paria ſint *vol.*2.*d* 28 *l.*NN.4.

Nobilitas non perditur, nec exercitio agriculturæ, nec mercaturæ *volum* 2. *d.*28. *l.*OO.2.*vol.*4 *d* 9.*l.*yy.3.*&* 4. *&* zz.2.*d.*10. *l.*eee.4.

in Nobiles etſi Imperio immediatè ſubjectos, crimen læſæ Majeſtatis non committitur *vol.*4.*d.*6.*l.*cc.1.*&* 2.

Nobilis dicitur, vel quaſi non bilis, vel quaſi nobis lis, vel quaſi non vilis, vel quaſi noſcibilis *vol.*4.*d.*9.*l.*ii.2.*d.*10.*l.*aaa.1. *vol.*5.*d.*21.*l.*hhhhh.1.

Nobile accipitur vel genericè vel ſpecificè. Genericè rurſus bifariam ſumitur: nam primò ſignificat id, quod in unoquoque genere etiam turpi excellit, uti nobile ſcortum vocamus. Secundò eo nomine ſalutantur omnium ordinum Principes, ſive ſint Duces, ſive Marchiones, Comites &c. ſic Pontifex Principes in ſuis litteris ſolùm Nobiles vocat, ſed hujusmodi litteræ à Proteſtantibus non accipiuntur. Specificè nobiles olim apud Romanos accipiebantur, qui novi hominis filii eſſent *vol.*4.*d.*9.*l.*ii.3.

Nobilitas eſt dignitas, beneficio Principis ſeu legis Plebejum per gradus legitimè erigens, hic dignitas genericè ponitur: nam etſi dignitas vix poſſit eſſe ſine nobilitate, poteſt tamen eſſe Nobilitas ſine di-

ne di-

Digitized by Google

ne dignitate, in abſtracto *vol.* 4. *d.* 9. *l.* ii 4. *d.* 10. *l.* aaa. 1.

Nobilitas ſecundùm leges ac mores cujusque loci confertur: ergo eſt juris civilis & juri gentium incognita, Nobilis tamen, qui in una provincia erit, & in alia erit *vol.* 4. *d.* 9. *l.* ii. 4. *&* kk. 1. *d.* 10. *l.* aaa. 1.

Nobilitatis cauſa efficiens eſt Princeps jure Majeſtatis jus nobilitandi exercens *vol.* 4. *d.* 9. *l.* kk. 1. 2 3. *&* 4. *d.* 10. *l.* aaa. 1. *&* 2 *d.* 19. *l.* pppp. 1. *vol* 5. *d.* 1. *l.* d. 4.

Nobilitatis cauſa materialis eſt homo ad nobilitandum idoneus. Idoneus autem dicitur, quem virtutum ornamenta probant, ubi virtus multiplex eſt militaris nempe, & civilis *volum.* 4. *d.* 9. *l.* kk. 4. *&* ll. 1. 2. *&* 3. *d.* 10. *l.* aaa. 1. 3 *&* 4.

Nobilium proprium tyrocinium eſt militia Nobilis enim vel militat, vel militavit, vel aptus eſt militare: hinc ante annos 200 ſoli in Germania & Italia militabant Nobiles, ſolo ferè Equitatu conſtabat exercitus, præſumptio enim erat, quod in Equeſtri militia prævalerent Nobiles *vol.* 4 *d* 9. *l.* ll. 2.

Nobiles equis comparent, & periclitandi Principi equo & armis ſuccurrere tenentur *vol.* 4 *d.* 9. *l.* ll 2.

Nobilitas ſcientiæ quæ dicitur animi, eſt præponenda civili: Nam ex genere nobilis quis eſt præſumptione tantum, ſed qui ſcientia, virtute & animi motibus fulget, clariorem ſibi nobilitatem adeptus eſt, & Nobilis ſtemmate, propriaque virtute carens aliena, non ſua jactet *volum.* 4. *d.* 9. *l.* ll 2. *d.* 10 *l.* bbb. 1. *&* ddd. 1.

ad Nobilitatis ſacroſanctum Sacrarium ſtimulos addit magnificentia, virtutum gratiſſima, nobilitatis inſigne & propria *volum.* 4. *d.* 9. *l.* ll. 3. *diſp.* 10. *l.* aaa. 4.

Nobilitatis cauſa formalis eſt ipſa à plebeja conditione exemptio, facta ab eo, qui jure & privilegio nobilitandi coruſcat. Nam ut quis habeatur Nobilis, non ſufficit cauſa, προκαταρκτική, meritum aliquod, ſeu ἀντιδοσία plebeji, enim invitus non nobilitat, ita etiam invito non confertur nobilitatis beneficium, niſi προηγμένη, nobilitantis ſcilicet affectio, & actus nobilitandi externus accedat: quod fit vel expreſſè vel tacitè, illud verbis ſolemnibus fit, vel collatione diplomatum voluntatem ſuam. declarantium: hoc quando Princeps ſine creatione ſolemni vel collatione diplomatum de ſua dignitate participat *vol.* 4. *d.* 9 *l* ll. 3. *&* 4. *d.* 10. *l.* aaa. *&* bbb. 1.

Nobilitat tacitè Princeps, ſi quem lateri ſuo adhærere ſinit. Secundò, ſi quem tanquam Cancellarium & Conſiliarium ſui Palatii aſſumit: 3. ſi cui Doctoratus vel Licentiatus honores ipſe vel per alios, id eſt, Doctorum Collegium conferat: 4. ſi quem Cæſar de feudo nobili utpote Ducatu, Comitatu, Baronatu, cum annexa juriſdictione tanquam in ſymbolum nobilitatis inveſtiat, & temporis longinquitas accedat: 5. ſi quem Cæſar in reſcripto vel quovis alio modo nobilem appellat: 6 ſi cui Princeps in magno Procerum ſenatu inter perorandum pileum imponat *vol.* 4. *d.* 5. *l.* ll. 4. *&* mm. 1. 2. 3. *&* 4 *&* nn. 1. *d.* 10. *l.* bbb. 1. *&* 2.

Nobilitas, prædicatur à perſonis, non rebus, igitur ruſticus feudum nobile emens, non erit nobilis *vol.* 4. *d.* 9. *l.* nn. 1.

Nobilitas expreſſè confertur: **wann einem von wegen ſeiner dapfferen Thaten ein**

ein Wapenbrief mitgetheilt wird/ & is omninò dignus cenſendus eſt: 2. Wann einer von wegen ſeiner Tugenten zum Ritter geſchlagen wird: 3. Si fœmina ignobilis nubat viro nobili:& nec refert etiamſi ex ſpurio coitu concœpta ſit, & eodem hoc privilegio gaudent, etiam ſponſa & vidua *volum*.4. *d*.9. *l*.nn.2.3. & 4. *diſp*.10. *l*.bbb.3.

Nobilitatem eſſe & conſervari, Reip. & humanæ ſocietatis intereſt *volum*.4.*d*.9. *l*.nn.4 gradus ejus etiam attendi, coli, & conſervari debent *d*.10. *l*.bbb.3. & 4. & ccc.2.& 3.

Nobilitatis effectus eſt legitima per continuam ſeriem ſanguinis & familiæ in poſteros continuatio, nec obeſt matris ignobilitas, auget tamen & magis illuſtrat: tamen multis in locis ſtatuto introductum eſt, ut Nobilis non cenſeatur, aut ſaltem certis privilegiis non fruatur niſi & materna Nobilitas accedat, ut in cathedralibus Eccleſiis, & aliis locis *vol*.4. *d*.9.*l*.00.1.2.*d*.10.*l*.ccc.3.& 4.

Nobilitas non tranſit in parentes, nec collaterales: eſt enim Privilegium perſonale, quod perſonam non egreditur, ſed continuatur in ſolos liberos utriusque ſexus jure hæreditario, & quaſi ex traduce, ad perennem memoriam in infinitum *vol*.4.*d*.9. *l*.00.3. nec refert, ſi filius natus ſit antequam pater Nobilitatem acceperit: ſuperius verò intelligitur ſolum de legitimis, non de ſpuriis *l*.00.4. eſt jus incorporale *l*.ss.3.*d*.10 *l*.ccc.3.& 4. legitimati tamen per ſubſequens matrimonium iisdem privilegiis gaudent *l*.ddd.1.

Nobilitatem ſuam adoptans in adoptatum confert, niſi propria authoritate plebeium adoptet, requiritur igitur in hoc caſu primò, ut avus maternus adoptet: ſecundò, ut Principis authoritas interveniat *volum*.4. *diſp*.9. *l*.00 3.4. *diſp*.10. *l*.ddd.1.

pro Nobilibus major quàm pro plebeiis ſtat virtutis, integritatis, & innocentiæ præſumptio *volum*.4. *d*.9. *l*.pp.1. unde prudentiores & in omnibus rebus exercitatiores creduntur *ibid*. *d*.10.*l*.ddd.2.

Nobilibus in depoſitionibus, atteſtationibus, & teſtimoniis ferendis magis creditur, quàm ignobilibus, imò in multis locis ſine juramento deponunt, ſed interim hoc jurato teſti prævalere negamus *volum*.4.*d*.9.*l*.pp.1. & 2. imò in re propria magis ipſi creditur, adeò ut eorum promiſſa pro debitis, pro factis, & completis habeantur *ibid*.*d*.10.*l*.ddd.2.

Nobiles plebeiis fideliores cenſentur, nec præſumuntur prodere Principem *vol*.4.*d*.9.*l*.pp.2.*d*.10.*l*.ddd.2.

Nobiles ad officia ſæcularia magis aſſumuntur, quàm plebeii, inprimis verò ad officia militaria, in quibus exercitum ſolent habere promptiorem tùm quia arcana Imperii præ cæteris ſcire præſumuntur, tùm quia Magiſtratus vilescunt, quoties obſcuris hominibus deferuntur *vol*.4. *d*.9.*l*.pp.2.& 3.*d*.10.*l*.ddd.2.

Nobiles in beneficiis & electionibus dignitatum ſpiritualium in paritate ſuffragiorum, non tàm ignobilibus magis licet qualificatis, ob potentiam, ſi Eccleſia fortè potentiori indigeat, ſunt præferendi, quàm majoribus beneficiis & præbendis ſunt honorandi: cùm enim propter dignitatem graventur majoribus expenſis, conveniens fuit, eos in majori ſumma

Digitized by Google

relaxate, maximè verò in pattono Eccleſiæ conſideratur nobilitatis qualitas, ut cùm ad paupertatem venerit, ex Eccleſiæ bonis alatur *vol* 4.*d*.9.*l* pp.3.*d*.10.*l*.ddd.2.

Nobiles in arduis rebus præ cęteris adhibendi ſunt, uti legationibus, in quibus etiam ſi aliâs non credatur dicenti ſe eſſe legatum, niſi per pragmaticam formam doceat, & litteras Inſtructionis, Credenz oder Creditiffſchreiben exhibeat, nobili tamen ſine alia probatione creditur *vol*.4. *d*.9.*l*.pp.3.*d*.10.*l*.ddd.2.

Nobiles in ſalutationibus, ambulationibus, aliisque id genus præferentiis cæteris præferendi ſunt *volum*.4. *d*.9. *l*.pp.3. & 4. in quibus præeminentijs ſæpè concertationes oriuntur *ibid*.*d*.10.*l*.ddd.2.

Nobiles & Illuſtres tàm in civilibus, quàm in criminalibus per procuratorem agere & comparere poſſunt, nec perſonaliter de calumnia jurare tenentur, niſi conſuetudo loci, prout eſt in Saxonia, ſit in contrarium; quod ſi tamen in judicium veniunt, Judex (qui in Hungaria in cauſis Nobilium non niſi Nobilis eſt) eos ſalutare, & ad ſedendum invitare debet, ipſi verò ad judicium non verbo, ſed in ſcriptis ſunt citandi *vol*.4.*d*.9.*l*.pp.4.

Nobiles in domo conveniendi, & ipſi relicta domo adire non ſunt cogendi: hinc teſtes Nobiles domi per Notarios eſſe examinandos, ibique juramentum præſtare debere, uno Dd. ore traditur: quoad ſumptus, alii dicunt, communibus id faciendum, alii nobilis, ne dignitas ac perſonæ nobilitas alteri ſit detrimento alii id committunt arbitrio judicis *vol*.4. *d*.9.*l*.qq.1.*d*.10.*l*.ddd.2.

Nobiles non tenentur ire pedes, ſed equo vel vehiculo uti debent, & tunc ſumptus à producente teſtes præſtari debent, tamen ſi ruſticus equo utatur, tunc ipſi hujusmodi ſumptus denegantur *vol*. 4.*d*.9.*l*.qq.1. *d*.10.*l*.ddd.2.

Nobilium facta ſolenniori pompa ſunt pertractanda: unde eorum Doctoratus, nuptiæ, & exequiæ, majoribus expenſis & ſolennibus ſunt celebrandæ, in exequiis in cætera imagines etiam majorum deferri debent *volum*.4.*d*.9.*l*.qq.1.*diſp*.10. *l* ddd.2.

Nobiles in criminalibus ſatisdatione non onerantur, ſed juratoria cautio ab his exigitur *vol*.4.*d*.9.*l*.qq.1.

propter Nobilitatem viri, major & latior dos eſt à parentibus conſtituenda, etiam ex bonis feudalibus, ſi allodialia non ſufficiant, quin imò licet Nobilitas quaſi altera dos ſit, ſi tamen filia non poteſt nubere marito condigno familiæ ſuæ, pater tenetur ei dotem conſtituere, ultra legitimam *volum*.4. *d*.9. *l*.qq.2. *d*.10. *l*.ddd.3.

Nobilioribus alimenta ampliora taxanda & conſtituenda ſunt, quàm ignobilioribus, nec coguntur veſci, ut pauperes, imò alimenta nobili debita ad famulos & pediſſequas extendi videntur *vol*.4. *d*.9.*l*.qq.2.*d*.10.*l*.ddd.3.

Nobilitas ejus in quem confertur beneficium operatur, ut latius extendatur conceſſio, quod augeatur uſus: vel utilitas, quod Legatum pinguius intelligatur conceſſum, & quod nobili pauperi relictum eſt, in piam cauſam relictum cenſetur: & quamvis aliâs pater non teneatur alere filium, qui ſuis manibus victum quærere poteſt: id tamen non procedit in

filio

filio nobili, cui potius eſſet mendicandum, quàm ad radicem manus ponere, vel opificio aliquo vitam parare: Et ſi contra nobilitatis decorem operaretur, nullam tamen mercedem laboris petere poterit, id enim tantùm poſſumus, quod ſalva dignitate poſſumus, nec eſt cum vituperatione conjunctum: quod adeò ampliant Dd. ut non ſolum filiam naturalem alere, & modicè dotare teneatur, ſed etiam pro ea elocanda ſubditis collectam imponere poſſit quamvis non deſint, qui probabiliter contradicant: ſic mater nobilis non tenetur lactare filium, nutrix verò Principis efficitur Nobilis, & ſi ducat maritum, etiam reddit nobilem, ſic nec uxor nobilis tenetur ſervire marito, id eſt, parare cibos, lavare pedes, caput, lectumque ſternere *vol.4.d.9.l.*qq.2.& 3. *d.*10.*l.*ddd.2.&3.

Nobiles cum feudis juriſdictionem habentes, de quibus Domino ſuo ſervitia perſonalia præſtant, ad collectas & munera publica non tenentur, niſi conſuetudo regionis ſit in contrarium, à collectis autem univerſalibus **Reichsſteuer** uti & neceſſitatis non eximuntur, etſi in feudo concurrat qualitas juriſdictionalis, vel nobiles in aulis Principum verſentur, aut ſint nobiles immediati, his tamen collecta à Cæſare non imponitur expreſsè, ſed requiruntur tantùm ab eo: ſed ſi bona paganica, **Bawren Gütter** allodii nomine emant, non erunt ſecuri à collectis provincialibus *vol.4.d.9.l.*qq.2 *d.*10.*l.*ddd.3.

Nobilis prædia Ruſtica **Bawren Gütter** emens, ad eadem onera tenebitur, ad quæ dicta prædia erant ſubjecta *vol.6.d.8. l.*Eee.1.

Nobilis etſi aliâs in delictis mitiùs puniatur, tamen in crimine proditionis, falſi, læſæ Majeſtatis, aliiſque enormibus magis punitur, quàm plebejus: ſi in caſu pecuniariæ mulctæ nobilis majorem experitur, quàm plebejus, nam perſonam non timent *vol.4.d.9.l.*rr.2.& 3.& 4.*d.*10. *l.*ddd.3.& 4.

Nobiles propter debitum civile, vel ex cauſa æris alieni non debent in carcerem duci, habent enim beneficium competentiæ, nè in ſolidum conveniantur: ſed in quantum facere poſſunt, neq; jus prætorium in ipſorum bonis feudalibus conſtituitur, ſed contenti debent eſſe creditores, ut de fructibus eorum illis ſatisfiat: niſi primò ſuſpecti ſint de fuga: 2. bona ſua in fraudem creditorum occultent; 3. tempore contractus ſe negaverint nobiles propter commiſſum dolum: 4. niſi à virtutibus progenitorum degenerent *vol.4.d.9.l.*rr.3.

Nobiles in vinculis ſubterraneis, **in Stock und Halseyſſen** / non ſunt detinendi, ſed vel in civitate, in Palatio, in Curia, vel in loco æditiore ſub cuſtodia militum, maximè ſi nondum ſint conquieti: unde ſi Nobilis detentus in Palatio pro crimine, aufugeret, excuſandus erit officialis, quia poterat in nobilitate ejus confidere *vol.4.d.9.l.*rr.3.

Nobiles non debent damnari ad triremes, nec ad trapedecordam, nec ipſis propterea manus amputari, quod alios in viis inſultarunt; nec ob furtum, vel aliud tale crimen ſuſpendi, ſed decapitari item nec flagellis, nec fuſtibus ſunt cædendi, niſi in crimine proditionis deprehenſi fuerint: nec ad palinodiam, id eſt, **Wider-**

Digitized by Google

ruff/ cogi poſſunt *volum*.4.*d*.9 *l*.rr.4. *d*.10. *l*.ddd,3. & 4.

Nobilis privilegiis ſuæ nobilitatis renunciare poteſt etſi multi id negent *vol*.4. *d*.9.*l*.rr.4.

Nobilis ſi à quopiam, ſugillatione, & verborum jactatione nobilis negetur, injuriantem convenire poteſt in Camera Imperiali ex L. diffamari, ad reſtitutionem honoris, & pœnam privilegio inſertam. Sed quid ſi pro tempore nulla adſit diffamatio, de ſtatu tamen ſuo in futurum controverſiam vereatur, hoc caſu curet, declarari per Principem, ſe deſcendere ex hac vel illa familia: ex hac tamen lege is conveniri non poteſt, qui objicit alteri, ſe eſſe nobiliorem *vol*.4.*d*.9.*l*.ss.1. & 2.*d*.10.*l*.ddd.4.

Nobilis cui honor debitus denegatur, utpote, quod poſtpoſitis omnibus, ultimo loco collocetur, actione injuriarum agere poteſt, conſultius tamen aget, ſi præmiſſa proteſtatione, quæ jus proteſtantis conſervat, imploret officium judicis: quamvis communiter eò item ſit nobiles interdicto uti poſſidetis ſe tueri poſſe, maximè ſi ſint in quaſi poſſeſſione honoris *vol*.4.*d*.5.*l*.ss.2. & 3.*d*.10.*l*.ddd,4.

Nobilis prætermiſſo legitimo juris remedio honorem, utpote ſeſſionem debitam armis impunè vindicare poteſt *vol*. 4. *d*.9.*l*.ss.3.

Nobilitatis controverſias, quæ ſunt de præeminentiis, Cæſar judicat, & proceſſus in Camera denegantur. Modus aliâs procedendi, quamvis aliâs ſit ſummariiſſimus, ita ut unicus ſaltem poſſeſſionis actus attendatur etiam noviſſimus, de ſeſſione tamen controvertentes cauſæ merita ternis in univerſum ſcriptis pandunt: quibus verò ſui ſunt ex conventione judices, coram iis ad cauſæ concluſionem procedunt, & cognitionem deinde Cæſaris deſuper expectant. Actio judicium poſſeſſorium: probationes nō deſumuntur ex nobilioribus inſigniis, non ex titulorum multitudine, non ex familiarum antiquitate, neq; ex deſcriptionibus ſtatuum in receſſibus Imperii, ſed ex longa, inveterataque conſuetudine, ſeu actibus poſſeſſoriis. Sententia verò pro quaſi poſſeſſore, vel qui melius poſſeſſionem probaverit, pronuntiatur, placitis denique Cæſaris obtemperatur *vol*.4. *d*.9. *l*.ss.3. & 4.

Nobilis, ſi ab alio invadatur, omninò non tenetur fugere, imò ſi fugiat, magnam incurrit infamiam, deinde ſi provocetur, comparere debet *volum*.4. *d*.9. *l*.ss.4.

Nobilitas non præſumitur, ſed plenè probanda eſt: probatur autem primò per inſtrumentum, id eſt, **Wapen oder Adelsbrieffen**/ ad quæ tria requiruntur, primò quod nobilitas directè à majoribus deſcendat: ſecundò quod Majores pro nobilibus habiti fuerint: tertiò & quod ipſe talem ubique ſe geſſerit, *vol*.4.*d*.9.*l*.tt.1. *d*.10.*l*.ddd.4.

Nobilitas ſecundò probatur per teſtes nobiles, ſi haberi poſſunt, & quidem regulariter per duos *volum*.4.*d*.9.*l*.tt.1.*d*.10. *l*.ddd.4.

Nobilitas tertiò probatur per chronica, ſeu documenta in publicis archivis reperta: ad hanc claſſem referuntur primò libri hiſtorici: 2. Monumenta: 3. libri genethliaci, **Stambücher**: 4. libri natales.

Digitized by Google

Geburtsbrieff: *vol.4.d.9.l.tt.2.d.10.l.eee.1.*

Nobilitas probatur 4.per matriculam Nobilium *vol.4.d.9.l.tt.2.d.10.l.eee.1.*

Nobilitas probatur 5.per præſcriptionem immemorialem *vol.4.d.9.l.tt.2.d.10.l.eee.1.*

Nobilitas probatur ſextò per communem æſtimationem, ſeu reputationem Patriæ: is enim præſumitur Nobilis, quem vulgus & communis hominum æſtimatio talem reputat, & in ſcriptionibus nobilem appellat: ac quamvis id genus verborum folia ſeu ſcripturæ illæ privatorum tertio non præjudicent: tituli enim den Edlen vnd Veſten / nullo conſtant pretio, actusque amicitiæ poſſeſſionem non tribuunt: fallit tamen ſi inſcriptiones habeantur antiquæ, præſertim ſi à Nobilibus appellentur conſanguinei, ipſi verò cum Nobilibus affinitatem contrahant *vol.4.d.9.l.tt.3.d.10.l.eee.1.*

Nobilitas probatur 7. per notorietatem, & evidentiam, nam quando alicujus nobilitas manifeſta eſt, alia demonſtratione non indiget: appellatur autem Notorius Nobilis, qui ſine ulla populi contradictione, talis reputatur, vel talis declaratus eſt per ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam, quæ omnibus ejusdem familiæ prodeſt, ſin contraria ſit, non obeſt *vol.4.d.9.l.tt.3.& 4.d.10.l.eee.1.*

Nobilitas probatur 8. per famam, ita ut conſtituat aliquem in poſſeſſione Nobilitatis, onusque probandi in adverſarium transferat *volum.4.d.9.l.tt.4.d.10.l.eee.1.*

Nobilitas probatur 9. per actus Majorum quaſi poſſeſſorios ad minimum trinos, puta quando quis probat, daß ſeine Anherren vnd Vorfahren / ſo wol als andere Adelsgenoſſen vff die Ritterſpiel / vnd angeſetzte Landtägen beſchrieben worden / *vol.4.d.9.l.tt.4.d.10.l.eee.1.*

Nobilibus conceduntur inſignia eam ob cauſam & ex iis, illos aliis præſtare appareat, quò ergò inſignia ſunt nobiliora, eò majorem prælationem conciliant, etſi difficilis ſit deciſio, quænam nobiliora exiſtant *vol.4.d.9.l.uu.1.& 2.d.10.l.eee.2.*

Nobilitatis magnum ornamentum, ſunt divitiæ, præſertim, ſi magnæ ſint & inveteratæ, licèt non ſint de nobilitatis ſubſtantia *vol.4.d.9.l.uu.2.& 3.& zz.2.d.10.l.eee.2.& 3.*

Nobilitatis magnum ſecundò ornamentum eſt, antiquitas: quamobrem cùm nobilitas eò ſit nobilior, quò eſt antiquior, is utique nobilis, qui prius fuit nobilitatus, præferendus eſt alteri, qui poſteriùs talem dignitatem conſecutus fuit, & in dignitatibus conſequendis majorem prærogativam habebit *volum.4.d.9.l.uu.3.& 4.d.10.l.eee.3.*

Nobiles Imperio immediatè ſubjecti, comparantur urbibus Imperialibus quoad ſua caſtra & territoria, majori libertate fruuntur, quàm Auſtriaci Comites, & Barones, tantumq; poſſunt in ſuo, quantum Princeps in univerſo *vol.4.d.9.l.xx.1.*

Nobiles privilegio primæ inſtantiæ renunciare poſſunt *vol.4.d.9.l.xx.2.*

Nobiles immediati habent exercitium religionis, etiam in feudis Eccleſiaſticis, mediati verò, ſi Principis religionem ſequi nolint, migrare poſſunt, *volum.4.d.9.l.xx.3.& 4.*

Nobiles non habent jus Archivi *vol.4.d.9.l.xx.4.*

Digitized by Google

Nobiles etſi immediati, non habent jus mittendi legatos, niſi ordines militares, uti Maltenſis, Teutonicus &c. *vol.4. d.9. l.xx.4.*

Nobiles non referuntur inter Illuſtres, niſi Imperio immediatè ſubjecti ſint, vel in aliquo ſint officio, dignitatem annexam habente, uti, Statthalter / Hoffmeiſter / Marſchalck *vol.4. d.9. l.xx.4.*

Nobilitas aut obſcuratur, aut omninò extinguitur exercitio artium ſordidarum, niſi vel Nobiles ab his artibus deſiſtant, vel à Principe reſtitutionem obtineant: qui autem ſordidas artes exerceant, vide *vol.4. d.9. l.yy.1.2.& 3. d.10. l.eee.3.& 4.*

Nobilitati derogatur per mercaturam, niſi mos Regionis aliud obtineat *vol.4. d.9. l.yy.3.& 4. d.10. l.eee.4.*

Nobilitati tertiò derogatur per infamiam vitæque turpitudinem *volum.4. d.9. l.yy.4.* veluti propter perjurium, crimen falſi, læſæ Majeſtatis, furti, item ſi mulier nobilis impudicè vivat, ſuamque pudicitiam proſtituat *ibid. d.10. l.eee.4.*

Nobilitati quartò derogatur, per matrimonium cum viro ignobili contractum, nec filius hinc natus nobilis erit *vol.4. d.9. l.yy.4. d.10. l.eee.4.*

Nobilis pater, ſi nobilitatem amittat, & filii tunc nobilitate carebunt, ſi patris dativa ſit nobilitas, ſecùs, ſi nativa *vol.4. d.9. l.zz.1. d.10. l.eee.4.*

Nobilitatem pater amittit, quoad honorem, non quoad onera: ne cedat in commodum, quod in pœnam potiùs erat retorquendum: hinc collectas, & onera, quatenus ſeparabilia, ſubire tenetur *vol.4. d.9. l.zz.1.*

Nobilitas ob paupertatem non amittitur, etſi familiæ abſque bonis ſordeſcant, dignitasq; obſcuretur, contemnatur *volum.4. diſp.9. l.zz.2. d.10. l.eee.2.& 3. & 4.*

Nobilitas non amittitur agriculturâ *vol.4. d.9. l.zz.2. d.10. l.fff.1.*

Nobilitas non amittitur judicandi munere imò honoratur *vol.4. d.9. l.zz.3. d.10. l.eee.4.*

Nobilitas non amittitur Advocati vel Cauſidici munere, imò honoratur *vol.4. d.9. l.zz.3. d.10. l.eee.4.*

Nobilitas non amittitur Procuratoris officio *vol.4 d.9. l.zz.3. d.10. l.fff.1.*

Nobilitas non amittitur Notariatus notitiâ & exercitio *vol.4. d.9. l.zz.3.*

Nobilitatem non tollit adoptio facta à Patre plebejo *vol.4. d.9. l.zz.4.*

Nobilitatem nec temporis, nec præſcriptionis curſus, nec ejus non uſus, niſi adſit uſus contrarius, tollit *volum.4. d.9. l.zz.4.*

Nobilitatem Monachatus, ſeu ingreſſus religionis non immùtat *volum.4. d.9. l.zz.4.*

Nobilitatem doctoralis dignitas non tollit, imò illuſtrat *vol.4. d.9. l.zz.4. d.10. l.fff.1.*

de Nobilitate *volum.4. diſp.11. l.fff.2.* per totam.

Nobiles Imperii immediati, maximè die Ritterſchafft in Francken / extra territoria Ducum Saxoniæ, domicilium foventes, potiſſimùm in perſonalibus, cum reſpectu ſtatuum primi ordinis, tum etiam inter ſe invicem, habent ſuas Auſtregas *vol.5. d.11. l.aaa.4.*

Nobiles in Imperio immediati, ut Franconiæ, Sueviæ, & tractus Rhenani non

Digitized by Google

non agnoſcunt Dominum aut Judicem, niſi Cæſarem, ejusq; tribunal agnoſcunt, etſi feudum ab alio Principe habeant, aut ipſi officio aliquo ſint obſtricti *vol.5. d.*17.*l.*eeee.4.

Nobiles Imperii immediati ſuperioritatem territorialem habent *volum.*5.*d.*21. *l.*hhhhh.1.2.

Nobilem quando Princeps aliquem appellat, tunc tacitè cenſetur contuliſſe nobilitatem *vol.*5.*d.*49.*l.*GGGG.2.

Nobilis plebejos agros comparans, ad priſtina agri onera tenetur *volum.*2. *d.*3. *l.*k,2.

qui de Nocte inventus fuerit, contra illum præſumitur ad malum, & è contra, qui palàm ingreditur, non præſumitur omninò fraudulenter voluiſſe delinquere *vol.*3. *d.*5.*l.*ss.1.

Nomen ſignificat debitum, actionem, & quidquid eſt in actionibus & perſecutionibus ejus nominis: unde ſi vendatur uti vendi poteſt, modò dicitur vendi actio, modò obligatio, modò nomen: & hic venditio valet ſive purè ſit contracta obligatio, ſive in diem, etiam invito & ignorante debitore, in quem competit *vol.*3.*d.*9.*l.*ccc 2.

Nomina ut difficiliora non occupantur, niſi omnibus rebus corporalibus excuſſis *vol.*7.*d.*4.*l.*o.1.

Nominis ceſſio, ac venditio etiam invito, atq; ignorante debitore fieri poteſt *vol.*7. *d.*4.*l.*r.2.

Nomina, & vocabula tot non ſunt, quot negotia *vol.*7. *d.*4.*l.*l.2.

Nomina inventa ſunt ad res & homines dignoſcendos *vol.*4.*d.*9. *l.*uu.2.*d.*10. *l.*eee.2.

à Nominibus auſpicandum eſt *vol.*7. *d.*1.*l.*a.2.

Nominis inſpectionem ſequitur definitio rei non dignitate, ſed ordine *vol.*7. *d.*1.*l.*a.2.*d.*4.*l.*l.2.

Nominis quæſtio, præcedit quæſtionem rei *vol.*7.*d.*3.*l.*i 3 *d.*5.*l* u.2.

Nominatio probationem facit. Vide Probatio.

Nominis error, cum de corpore conſtat, nihil operatur *vol.*7.*d.*7.*l.*ff.2.

Nomina citra fraudem licet omnibus aſſumere ad placitum *volum.*4.*d.*9.*l.*uu 2. *d.*10.*l.*eee.2.

Nomina debent eſſe convenientia rebus *vol.*7.*d.*4.*l.*l.3.

Nomine ſuo quod quis exercere prohibetur, id nec per alium ipſum agere debet *vol.*4.*d.*9.*l.*yy.4.*d.*10.*l.*eee.4.

Nomine durante durat nominis affectus *vol.*6 *d.*1.*l.*E.2.

Non entis nullæ ſunt qualitates, nulli effectus *vol.*4.*d.*9.*l.*kk.4. *vol.*7.*d.*4.*l.*o.2.

Non eſſe, & inutilem eſſe, paria ſunt *vol.*4.*d.*10.*l.*aaa.3.

Norimbergenſes celeberrimam ſuam Remp. ad exemplum Valencinenſis in Hannonia, ac Venetæ componere voluerunt *vol.*7.*d.*10.*l.*uu 4.

Notarii conſcribendis & cuſtodiendis iis, quæ in judicio proponuntur, dictantur, eovè mittuntur, præpoſiti ſunt. Hi ſi quid ſcribant, quod dictatum non ſit, aut omittant, quod ſit, vel acta ipſa corrigant (niſi ubi ſententiæ tenor perſeverat) divulgent aut perdant, parti læſæ ad id, quod intereſt teneri, & falſi crimen incurrere, dubium non eſt *vol.*3.*d.*15.*l.*Q.3.

Notarios, ſeu tabelliones, ſolus ſummus

mus

Digitized by Google

mus Princeps abſolutè primò & per ſe, virtute ſupremi Imperii, vel jure majorum Regalium, cum pleno effectu creare poteſt, quorum poteſtas per omnia territoria currit, à reliquis creati Notarii tantùm in ipſorum territoriis valent, ſummo Principi accenſetur, ſummus Pontifex, cujus Notarii eodem jure gaudent *vol.*2. *d.*7.*l.*ili.3. & kKk.1. quod tamen de Pontifice negant quidam *ibid.* eſt ars, bona, honeſta, imò nobilis *volum.*4. *d.*9. *l.*zz.3. *vol* 5.*d.*1.*l.*d.4.

Notarii plena ſecuritate gaudent, cùm ſint perſonæ publicæ, & judices chartularii: ad quod requiritur primò, ut de ipſorum officio conſtet, vel Inſtrumento, vel matricula Notariorum, vel ſuperioris ſub quo habitat, reſcriptione, vel longo notariatus exercitio, aliâs fides ei, eique Inſtrumento haberi non poteſt, parte tamen non opponente, aut excipiente, judex non debet urgere probationem Notariatus litteræ, & ſigni: ſecundò, requiritur, ut de impertiendo officio ſuo fuerint requiſiti, nam iſtud invitis obtrudere non poſſunt, cùm chartularii tantùm judices ſint, nec terrere poſſint, illud tamen conſtat, ipſos requirentibus officium ſuum impartiri debere, alioquin puniri. Requiritur tertiò, ut de commiſſione ſibi facta doceant, cùm ipſorum aſſertioni de ea non ſtetur, etſi commiſſionis tenorem non citata ſcilicet parte inſeruerint, imò ſecundùm quoſdam nec aliâs rogati præſumuntur, de rogatu tamen in Inſtrumento inter partes confecto teſtantibus credi omnes volunt, & Notarius, ſi Inſtrumentum facti, ſeriem rectè explicatam continens publicat, & parti communicet (ſicut de jure Inſtrumenta exhibere & communicare cogitur, imò ut exhibeat, licitè arreſtatur) licet nulla ibi factæ rogationis expreſſa fiat mentio, rogatum illum præſumi tradunt *volum.*2. *d.*7.*l.*ili.3. & 4.

Notarii, ſi requiſita habent prædicta, ob publicam, qua pollent, à Principe ſibi conceſſam authoritatem, in exercitatione officii ſui à nemine impediri, moleſtari, offendi, ullâve injuria aut damno affici, detinerique debent: contra facientes privilegiatam eorum ſecuritatem violant, & contra eos eadem remedia, quæ in violatores judicum, delegatorum, aut Commiſſariorum. Et in ſpecie Notarii proceſſus Camerales exequentes (in quibus novum accedit requiſitum, quia ut legitimè proceſſus iſtos exequi poſſint, ſicque exequantur ſecuriùs, in Camera immatriculati ſint, oportet) id muneris ſub eodem privilegiato ſalvo-conductu, & ſalvaguardia, ſub quo, & qua Nuncii Cameræ jurati obeunt: Et contra Notariorum in Camera immatriculatorum violatores, ſupplicari pro citatione ad videndum ſe incidiſſe in pœnam, poteſt *vol.*2. *d.*7.*l.*ili.4.

Notariorum ſecuritas hæreditaria non eſt, ſed cum perſona extinguitur, cùm officium tabellionatus ad hæredes non transmittatur, ſicut & privilegium creandi Notarios regulariter cum perſona extinguitur *vol.* 2. *d.*7. *l.*kKk.2.

Nothus: vide Spurius: & Naturalis.

in Notoriis aliquando citationem omitti, aliquando etiam abſentem condemnari poſſe multi ſentiunt *volum.*6 *diſp.*1. *l.*C.1.2.

Noto-

Nototia quidem multa dicuntur, ſed quænam certò talia ſint, in dubio relinquitur. Cùm nihil tàm poſſit eſſe notorium, quod aliquas non comitetur circumſtantias occultas, ſuppeditantes aliqualem reo excuſationem *volum.6.diſp.1.* *l.*C.2.

Notorium & manifeſtum quod nondum eſt, manifeſtandum eſt, & adhuc probari debet. Quia diſtinguitur inter Notorium Facti, & Notorium Famæ *vol.6. d.2.l.*M.4.

Notorium Judex attendere poteſt, etiamſi allegatum non ſit: vide in verbo Judex.

Novatiorum exceptio eſt, ſi actor pendente judicio, quocunque modo novare aliquid & tentare, quo magis intentione ſua potiatur, auſus fuit *vol.2.d.*27.*l.*LL.1.

Novatonis exceptio reum defendit, qui aſſerit, obligationem, qua Creditori obſtrictus fuit, peremptam eſſe, & proinde nullam adverſus ſe habere Actorem actionem, utpote jam dudum extinctam, novare autem poſſunt ſolùm perſonæ, quæ ſui juris ſunt, & conſentire poſſunt, & omnis obligatio novari verbis poteſt. Porrò verbis fit novatio, & prior obligatio non aliter novatur, quàm per ſtipulationem, imò non aliter, quam ſi novare ſe verbis contrahentes expreſſerunt: facta autem novatione, prior obligatio perimitur, nec uſuræ currunt *vol.2.d.*27.*l.*LL.3. *vol.*7.*d.*4.*l.*r.2.

per Novationem jus ſuum in pignore nemo deteriorare voluiſſe præſumitur *vol.*7.*d.*4.*l.*r.2.

Novatione neceſſaria ſive judiciali contrahitur tacita hypotheca: non verò ex voluntaria, ſive extrajudiciali, niſi expreſsè in ea pignora repetita, & jura antiqua reſervata fuerint, tunc enim eodem jure repetita eſſe cenſebuntur, etiam cum privilegio prioritatis, & obligatio tantum, non ſuperioris ordo mutari cenſebitur *vol.*7.*d.*4.*l.*r.1.2.

Novatione extinguitur fidejuſſio *vol.4.* *d.*27.*l.*R.2. vide in verbo Fidejuſſio.

Novales decimæ, quæ breviter novalia appellantur, ad Principem qui ſuperioritatem habet, & juriſdictionem exercet, non ad clerum privatum pertinent *vol.*1.*d.*2.*l.*h.3.*vol.*5.*d.*11.*l.*bbb.4.

de Novalium decimis non ſolvendis, privilegium non extenditur ad decimas novalium, tempore privilegii impetrati ab aliis poſſeſſas, nec ad decimas tempore privilegii impetrati promiſſas *volum.3.d.6.* *l.*ss.4.

Novalium decimæ aſſignantur Eccleſiæ, inter cujus parochiam ſunt ortæ, uſque adeò licet aliæ decimæ ejusdem parochiæ, ab alia Eccleſia præſcriptæ ſint, tamen novalia ad parochiam pertineant, quod ſi novalis ager, non unius parochiæ ſit, ſed inter duas parochias ſitus, tunc utrique parochiæ pro ratione limitum, decimæ debentur *vol.*3.*d.6.l.*ss.4.

Novalia, ſi omninò extra fines parochiæ ſint, horum decimæ ad Epiſcopum loci ſpectant, cui liberum, eſt eas vel alteri Eccleſiæ aſſignare, vel in Eccleſiæ ſuæ opus convertere *vol.*3.*d.6.l.*ss.4.

Novale eſt, de jure Canonico ager ad novum cultum redactus, de quo non extat memoria, quod ante cultus fuiſſet, jure civili autem eſt terra præciſa, quæ anno ceſſavit, vel quæ exciſa ſylva in formam

Mmm

Digitized by Google

mam agri redacta eſt *volum.*3.*d.*6. *l.*ss.4.

ad Novalia ſe non extendit conceſſio Pontificis, quâ laicis concedit jus decimandi *vol.*3.*d.*6.*l.*tt.1.

Novalia, ſi in locis à nullo poſſeſſis exoriantur, tunc horum decimæ non ad habentem in locis contiguis & vicinis, jus decimandi etiam generale, ſed Dominum territorii pertinent *volum.*5. *diſp.*11. *l.*bbb.4. vide etiam in verbo Decimæ.

de Novi operis nunciatione *vol.*2.*d.*30. *l.*PP.2.

Novi operis nunciatio etſi fraternizet cum doctrina attentatorum, tamen litispendentiam propriè non inducit, adeoque nec attentata facit *vol.*3.*d.*2.*l.*k.3.

Novi operis nunciatio tunc etiam rectè fit, quando ædificium ex toto omninò corruit, ſecus, ſi reliquiæ veteris remaneant *vol.*3. *d.*5. *l.*nn.2.

Novercam privignus ſine venię impetratione in jus vocare poteſt *volum.*5.*d.*12. *l.*hhh.4. in Coroll. *vol.*7 *d.*8.*l.*mm.3.

Novitas omnis mala eſt & vitanda *volum.*5 *d.*17.*l.*kkkk.2. *vol.*6. *d.*8. *l.*Eee.3. Fff.4.

ex Novitate præſumitur fraus *vol.*6.*d.*8. *l.*Eee.3.

Novitatis introductione parum in Rebuspub. proficitur, quia odium procreant, & hinc periculum adferunt non exiguum novatoribus. Nam omnis novitas maximè offendit populum *vol* 6. *d.*8. *l.*Fff.4.

Novus homo dicebatur olim, qui primus in familia ſua Magiſtratum adipiſceretur, ac ſtatuæ ſibi erigendæ, jus haberet *vol.*4.*d.*9.*l.*ii.3.

Nugatoriæ cauſæ non operoſam admodum, & curioſam requirunt diſpectionem *vol.*6.*d.*19.*l.*Vuuu.1.

Nullitatis commiſſæ ratione ſæpè ſententia in judicio impugnatur, & ſolet proficiſci iſta nullitas, vel ex culpa perſonarum in judicio verſantium, vel ex defectu proceſſus atque ipſiusmet: purà, ſi à judice incompetente, infami, vel corrupto, ſi inter perſonas, quæ legitimum in judicio ſtandi locum non habent, ſi contra indefenſum, pupillum, minorem, furioſum, prodigum, mortuum, vel abſentem, ſi ad inſtantiam falſi procuratoris, ſi nullo oblato libello, lite non conteſtata, probationibus non auditis, ſi in loco & tempore inſolito pronunciatum ſit *volum.*3.*d.*15.*l.*S.2.& 3. *volum.*7.*d.*5.*l.*y.2. ſi contra rem judicatam, ſi contra jus conſtitutionis, ſi tempore feriarum lata ſit *ibid.* ſi judex in ea errorem calculi commiſit *ibid.*

Nullitas ex defectu jurisdictionis ſemper opponi poteſt, etiam poſt tres ſententias conformes, & reddit ſententiam ipſo jure nullam, nec poteſt ſtatuto tolli, etiamſi verbis generalibus ſtatuto omnes nullitates tollerentur *vol.*5. *d.*18.*l.*tttt.1.

Nullitas & appellatio ſunt diverſa & ſeparata juris remedia, & ideò uno ſublato alterum adhuc ſupereſt *volum.*5.*diſp.*18. *l.*uuuu.3, ſemper datur, ſive appellatio deſerta pronuntiata, ſive ea non devoluta ſit: dura triginta annis *vol.*7. *d.*5.*l.*ee.4.

Nullitatis via à Principe nec plenitudine poteſtatis tolli poteſt *volum.*7. *d.*5. *l.*x.1.

Nullitatis querela longè favorabilior eſt quàm appellatio *vol.*5.*d.*18.*l.*uuuu.3.4.

Nullitas intentatur bifariam, vel Principali-

Digitized by Google

cipaliter, vel incidenter. Illo modo proponitur, vel per viam ſimplicis querelæ, & petitionis, vel exceptionis. Utroque caſu ſi eſt notoria, & incontinenti probabilis, promeretur effectum ſuſpenſivum *vol.7.d.5.l* aa.4.

Nullitas incidenter intentata fit vel ſimpliciter, vel conditionaliter. Simpliciter intentatur in omni appellatione, cui ex ipſius verbi vi incluſa cenſetur, licèt non exprimatur, cum nulla major injuſtitia ſit quàm nullitas, quo caſu nullitas naturam appellationis ſuſpenſivam importat, & per conſequens appellatione deſerta, & hæc deſerta exiſtimanda: nihil tamen impedit, quo minus illa in novo judicio principaliter intentari poſſit. Conditionis, vel disjunctiva ſic proponitur; *Dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello.* Quamvis hoc caſu principaliter intentata videri poſſit. In hac ſpecie deſerta appellatione nondum finita eſt inſtantia ad proſequendam nullitatem, jam in judicium deductam. Incidenter propoſita nullitas ſimultaneo proceſſu unà cum appellatione expediri debet, niſi manifeſta nullitas ex actis prioris inconſtantiæ appareat, quæ in ſecunda ratificari nequeat, quo caſu nullitas protinus ante litem conteſtatam, etiam ex officio excipienda erit *volum.7.diſp.5. l.*aa.4. bb.1.

Nulla ſententia eſt, quæ ſine probatione lata eſt, quia probatio in judicio videtur eſſe neceſſaria *vol.5.d.36.l.*EE.1.2. vide in verbo Sententia.

Nullitatem committit judex ex defectu juriſdictionis, nec non cognoſcere poteſt, ſi negetur ſua juriſdictio *vol.2.d.3.l.*l.3. vide in verbis Judex, Sententia, & Juriſdictio.

Nullitatem inſanabilem committit judex inferior, ſi præventus ſit à ſuperiore, & oppoſita ſit hæc exceptio, iſque tamen procedat *vol.5.d.11.l.*yy.1.

Nullitatis, & reſtitutionis actiones cumulari poſſunt, vide Reſtitutio.

Nullum eſſe, & vitioſum eſſe, patia ſunt *vol.6.d.19.l.*Tttt.4.

de Nullitate dicenti tempus Principaliter non currit, & pendente nullitatis cognitione negotium Principale conquiſcit *vol.7. d.5. l.*z.3.

Nulla ſententia inhiberi poteſt, ſi notoria ſit, ſecus, ſi altiorem indaginem requirat *vol.3.d.15.l.*S.3.

Nuncius rem ſibi commiſſam in proprios uſus convertens, furti tenetur *vol.3. d.13.l.*F.4.

Nuncii Cameræ Spirenſis in ipſis Sacræ Cæſareæ Majeſtatis terris, ſancti & inviolabiles ſunt *vol.2.d.7.l.*iIi.1.

Nuncii cæterorum Principum jurati, & publica anthoritate conſtituti, & amandati, ſancti & inviolabiles ſunt, quod injuria ipſis illata, in mittentes Principes & Reſp. redundet, ad quem finem pleriſque omnes publica authoritate concham geſtant tabellariam, vulgo **Bottenbüchſen**. Sed nuncii, ſi hac immunitate & ſecuritate gaudere velint, per viam rectam iter dirigere in perferendis ſibi concreditis & omninò expediendis ſibi commiſſis, ſedulos, cautos, fidos, ſeſe exhibere debent, ne per ſocordiam, malitiam, aut perfidiam ſuam cauſam occaſionemve damni vel periculi, ſive mittenti, ſive ei ad quem mittuntur dent, aut concilient:

Digitized by Google

cætera quoque candidi, probi atque innoxii in itinere ſuo erga quosvis inveniri debent, adeò ut ſi per ſermones incautè emiſſos vel per inconſtantiam, aliâsve, manifeſtè ſeſe reddiderint, quod inſtructio eorum, litteræve, quas perferunt, in fraudem detrimentumvè tendant eorum, quorum oras peragrant, ad minimum detinere eos, percontari curioſius, litterasque penes ipſos inventas ſuſpicioni obnoxias reſignare velint ac poſſint *vol.2.d.7.l.*ili.2. & 3.

Nuncius Cameræ Imperialis, ſi proceſſus, citationes, mandata Cæſarea inſinuaturus, non admittatur, non audiatur, valvis portarum, curiæ, templi, loco, publico alio, aut ſi reus privatus ſit, uno atq; altero vicinorum convocato, ipſius foribus aut feneſtris applicare, vel aliâs in conſpectum ponere poteſt, nec amplius locum habebit ignorantiæ excuſatio *vol.2.d.29.l.*OO.4.

per Nuncios hujusmodi, & quidem juratos, proceſſus inſinuari debent *vol.7.d.*8.*l.*kk.4. quorum duplex eſt officium, mandatam exequi citationem, & executam ad acta referre, & debent ipſimet rem perficere, quod ſi impeditus legitimis cauſis fuerit, ne ad citandum perveniat, ſufficit citationem eo loci affigere, ubi veriſimiliter ad notitiam citandi pervenire poſſit *vol.7.d.*8.*l.*kk.4.

Nundinæ exercendorum negotiorum cauſa conſtituuntur *vol.1.d.*15.*l.*M.1.

in Nundinis nemo conveniri ſub prætextu privati debiti aut arreſtari poteſt, de contractibus tamen qui in ipſis nundinis fiunt, actio & exceptio datur, cum contrahendo quisq; ſortiatur eo loci forum, quo contraxit *vol.1.d.*15.*l.*M.1. *vol.5.d.4.l.*cc.3. huic tamen immunitati renunciari poteſt *ibid. vol.6.d.*11.*l.*Rrr.1. hoc tamen in mercatibus affidatis, **in den Wochenmärckt** non obtinet *ibid.*

Nundinis impetratis non utendo qui meruit, decennii tempore uſum amittit *vol.1.d.*15.*l.*M.1.

Nundinarum tempore mercatorum privilegia maximè conſervanda ſunt, ut poſſit ſecurè & ipſis, & mercibus tutus eſſe acceſſus, commoratio, & receſſus *vol.1.d.*15.*l.*M.1.

Nundinarum annuariarum & ſolennium jus ad ſolum Cæſarem ſpectat, hebdomodaria pro arbitrio inſtitui poſſunt *volum.2. d.4.l.*y.2. *vol.7.d.9.l* pp.2. Nundinæ autem differunt à mercatu, quod illæ ſint celebriores urbis, aut Provinciæ, hic vici, aut oppiduli *ibid.*

Nundinæ urbibus magnam utilitatem ob commercia adferunt *vol.4. d.5.l.*x.1. & 2.

Nundinæ à Principibus conceduntur *vol.4.d.5.l.*x.1. & 2. quarum conceſſio eſt de regalibus *vol.6.d.*11.*l.*Rrr.1. poteſtque Princeps illas ſemper ex cauſa revocare, & in aliam civitatem transferre *ibid.*

Nundinæ pagis concedi non debent *vol.4.d.5.l.*x.2.

inter Nundinantes fides non præſumitur. vide Fides.

Nundinæ per decennium non utendo amittuntur *vol 4.d.5.l.*x.2.

à Nundinali ſecuritate ſemoventur: 1. debitores, qui promiſſionem ſolutionis juramenti vinculo roboraverunt: 2. qui in ipſis nundinis contraxerunt: 3. exules, & præ-

& proſcripti,ſeu qui crimen aliquod perpetrârunt *vol.5.d.4.l.*cc.3.

Nuptias ſecundas,benedictione ſacerdotali,quæ hodiè de ſubſtantia matrimonii eſſe videtur,privant Canones,ſed hoc multi interpretes improbant *volum.1.d.3. l.*r.1.

Nuptiæ inutiles valent ut ſponſalia *vol.4. d.27.l.*N.3.

Nuptiæ ſecundæ à jure canonico non damnantur *volum.1.d.3.l.*r.1.imò etiamſi nulli liberi exiſtant, ſecus ac jus civile facit,cæ damnari videntur *vol.7.d.6.l.*cc.4.

in Nuptiis filiifamiliâs, conſenſus parentum adeò eſt neceſſarius, ut ſine eo nec nuptiæ eſſe poſſint *vol.4.d.14.l.*sss.4. *vol.7.d.6.l.*cc.3. ſed hoc eſt contra concilium Tridentinum *ibid.*

Nuptiæ inceſtæ ſunt,quæ ob ſanguinis conjunctionem, vel affinitatem prohibentur *vol.5 d.12.l.*hhh.1.

Nuptias facit non concubitus, ſed conſenſus *vol.5.d.39.l.*MM,2.

ad Nuptias contrahendas pubertas requiritur in utroque,eam ſtatuit jus civile in maſculis anno 14. in fœminis anno 12 completo,jus canonicum ex coëundi potentia concludit, quando videlicet ſæpe malitia ſupplet ætatem *vol.7.d.6.l.*cc.3.

Nuptias juſtas ſoli cives Romani,non ſervi, inter quos eſt contubernium,contrahunt: ſed jure canonico etiam inter hos verum eſt matrimonium,adeò,ut illud etiam invito domino inire poſſint, manente tamen jure dominicæ poteſtatis *vol.7.d.6.l.*cc.3.

Nuptias ſi liber cum ſervo faciat, eæ ita ratæ ſunt,ſi alter ſtatum alterius ſciverit,aut detecto errore,in eas denuò conſenſerit *vol.7.d.6.l.*cc.3.

ad Nuptias hodie abolita domum deductione,requiritur benedictio ſacerdotalis *vol.7.d.6.l.*cc.3. vide Matrimonium.

Nutrix Principis non ſolùm efficitur nobilis eo ipſo, ſed plebejum, ſi cui nubat, efficit nobilem: digna res quod in favorem meretricum ita luditur cum dignitatibus & privilegiis *vol.4.d.9.l.*qq.3.

in Nutrices Magiſtratus maximoperè inquirat, earumque ſummam curam gerat *vol.4.d.22.l.*xxxx.4.

Nutricationis officium matres ipſæ indiſtinctæ peragant, nec alias ſubſtituant, niſi in infirmitate & neceſſitate, ſive ſint nobiles,ſive plebejæ *vol.4.d.22.l.*xxxx.4.

O.

OBedientia exacta Principibus præſtanda eſt, modò ea non contra DEUM & Divina tendat *volum.2. diſp.1. l.*c.4.f.1.

Oblatio alia eſt judicialis, alia extrajudicialis *vol.3.d.1.l.*f.4.

Oblatio facienda eſt juſto tempore & loco *volum.3. diſp.7. l.*xx.3. *d.12. l.*L.4. de oblatione vide plura in verbo Retractus alterum requiſitum: & inferius Obſignatio.

Obligationis fidejuſſoriæ natura eſt, ut ante reum principalem fidejuſſor conveniri non poſſit *vol.1. d 15.l.*L.4. vide in verbo Fidejuſſor.

Obligatio generalis nunquam continet ea, quæ quis veriſimiliter non eſſet conceſſurus, ut in pignore, in legatis, in adminiſtratione rerum, in juramento, in feudo, hinc fit, ut & ſi quis omnia bona ſua

ra ſua alteri ſubmittat, ſemper tamen perſona loquentis intelligatur excepta: nec clauſula generalis extendetur, niſi ad ſpecificata, & quæ notabiliter fiunt, niſi ſpeciatim notentur, quaſi neglecta videbuntur *vol.* 2.*d.*3.*l.*l.4.

Obligationi quantumvis generali, ſemper obverſatur tacitè vel expreſsè prohibita: adſtrictaque in tali caſu fide, ad ea ſolùm quæ transferri poſſunt, voluntas data cenſetur, quæ ob medium inhabile generalitas nō operatur, niſi in quantum poteſt *vol.*2.*d.*3.*l.*m.1.

ex Obligationibus individuis inducitur continentia cauſæ, quæ autem tales ſint, ibi vide *vol.*5.*d.*34.*l.*X.2.3.

Obligationis in diem conceptæ, dies ſtatim cedit *volum.*2. *d.*11. *l.*xXx.3. *vol.*3. *d.*12.*l.*L.2.

Obligare me poſſum alteri, & ſi non mihi ipſi *vol.*3. *d.*5.*l.*gg.2.*d.*12.*l.*K.3.

Obligationes conditionales & pacta non perficiuntur, niſi impleta conditione *vol.*3.*d.*5.*l.*hh.3. *vol.*6.*d.*12.*l.*Ttt.3.4. *vol.*3. *d.*9.*l.*ddd.1.fff.2.

Obligatione nondum impleta qui experiuntur, tanquam ſine actione agentes, à limine judicii repelluntur *vol.*3.*d.*5. *l.*hh.3.

Obligatus ſub conditione ſi quis eſt, & is fecerit, quo minus conditio exiſteret, conditio habetur pro impleta. Sin verò per alium, quàm qui obligatus, vel obligandus eſt, conditionis implemento occurratur, hæc regula locum non habet, niſi diſpoſitio ſub poteſtativa conditione fuerit facta, tunc enim conditio exiſtere dicitur, ſi modò non ſteterit per eum, qui conditionem implere debet, quo minus impleatur, quæ tàm in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus obtinent *vol.*6.*d.*12.*l.*Ttt.3.

Obligatio quæcunque jure civili prodita eſt, ea pro valida, & ad producendam habili reputatur *vol.*3.*d.*5.*l.*oo.1.

Obligationes firmæ ſunt, quæ ad aliquam quatuor cauſarum ab Imp. *in* §.*ſequens diviſio Inſtit. de oblat.* enumeratarum referri poſſunt *vol.*3.*d.*5.*l.*oo.1.

Obligatio extinguitur vel beneficio legis, vel hominis facto: priori modo per rem judicatam 30. annorum præſcriptionem, vel ſi uſuræ ſortem, æquaverint *vol.*3.*d.*7. *l.*yy.4. tollitur vel ipſo jure, vel ope exceptionis *d.*12.*l.*L.3.& 4.

Obligatio tollitur hominis facto, ſolutione totius, non partis, vel quæ ei æquipollet ſolenni oblatione debito tempore, & loco facta, conſignatione, ac depoſitione, item compenſatione *volum.*3.*d.*7. *l.*yy.4.*d.*12.*l.*L.3.& 4.

Obligatio tollitur confuſione, ſi quis debitor & creditor, ſimul eſſe incipiant, cum in omni obligatione hæc duo diſtinctè eſſe debeant *volum.*3.*d.*9.*l.*aaa.3.*d.*12. *l.*L.4.

Obligatio omnis, tollitur ſolutione ejus, quod debetur *vol.*6.*d.*1.*l.*E.2.

Obligatio omnis ex jure eſt, hinc vinculum juris dicitur, jus illam producit ex facto hominis, quod eſt conventio, vel delictum; quibus ceu modis ad obligationem producendam jus uti voluit *vol.*3. *d.*12.*l.*K.2. eſt vinculum juris, quo neceſſitate aſtringimur ad dandum aliquid vel faciendum *vol.*4.*d.*13.*l.*ooo.2.& 3.

Obligationum ex conventione ponuntur ſpecies quatuor: aut enim re contrahi-

Digitized by Google

trahimus, aut conſenſu, aut litteris, aut verbis *vol.3.d.12.l.K.2.*

Obligatio verbis contrahitur ex interrogatione, & reſponſione, cum quid dari, fierive nobis ſtipulamur *vol.6.d.9.l.*Lll.2.

ex Obligatione verborum, quæ per ſtipulationem contrahitur, actio naſcitur duplex, condictio certi, & actio ex ſtipulatu *vol.3.d.12.l.*L.3.

Obligatio item tollitur novatione & delegatione facta ab his, qui novandi, & delegandi jus habent, ut ſunt creditores ipſi, quibus rerum ſuarum adminiſtratio permiſſa eſt, & horum juſſu alii: item tutores, ſi tamen hoc pupillo expediat: item totorum bonorũ procuratores non autem cui rectè ſolvitur, is protinus novare poterit, & hac ſua novatione promiſſorem omninò liberare *volum.3.d.12.l.*L.3.& 4.

Obligatio item tollitur acceptilatione, quæ eſt liberatio per mutuam interrogationem, quâ utriusque contingit ab eodem nexu abſolutio, perinde autem ſive tota ſtipulatio, ſive pars ejus accepta rogetur, in iis quæ diviſionem recipiunt, pro diviſo vel indiviſo *vol.3.d.12.l.*L.4.

Obligatio item tollitur tranſactione, quoties ſcilicet actio ſtipulatione Acquiliana tranſactionis placito ſubdita, penitus extinguitur & tollitur *vol.3.d.12.l.*L.4.

Obligatio item tollitur capitis diminutione, media & maxima, verùm cùm in locum damnatorum fiſcus bonis publicatis ſuccedat, obligationes in fiſcum transferuntur *vol.3.d.12.l.*L.4.

Obligatio item tollitur ope exceptionis, atque adeò non legis, ſed Prætoris poteſtate, idque modis plurimis: 1. pacto de non petendo: 2. re judicata: 3. præſcriptione: 4 liberatione, teſtamento legata, denique jurejurando *vol.3 d.12.l.*L.4.

Obligatio turpium rerum non eſt, etiamſi bonus finis adſit, nam is naturam rei mutare non poteſt *vol.4.d.8.l.*Hhh.1.

Obligatio contra bonos mores omninò non valet *vol.6.d.8.l.*Hhh.1.

Obligare nos poſſumus dupliciter, vel pro nobismet ipſis, vel pro alio: cumque pro alio perſonaliter intercedimus, aut ejus obligatione reos, aut debitores nos conſtituimus, fidejubere dicimur, largiter tamen ſumpto hoc vocabulo *volum.4. d.27.l* K.1.

Obligatos habere plures, valdè expedit *volum* 4. *d.27.l.*K 4.

ab Obligatione voluntaria ab his, qui ea nexi ſunt, invita parte altera recedi non poteſt *vol.4.d.32.l.*CC.2.

Obligationes omnes, etiam conditionales, activè & paſſivè in hæredes transeunt, ſive hæredum mentio facta ſit, ſive non *vol.5.d.14. l.*mmm.2.*d.31.l.*L.1. N.2. vide Heres. *vol.6. d.12. l.*Ttt.3.

Obligatio conditionalis exiſtente conditione, ad tempus conventionis retrò trahitur, quaſi purè ab initio contracta fuiſſet *volum.5.d.14.l.*mmm.2. *vol. 6.d.12. l.*Ttt.4.

Obligationes hodie multis locis hoc modo in diem fiunt, ut creditor elapſo hujusmodi die, vel mutuum, vel creditam, aut ut hodie dicitur, venditam pecuniam repetere poſſit: debitorque, niſi reddat, in mora ſit *vol.6.d.13.l.*Vuu.4.

Obligatio ut conſtituatur, mens quidem & voluntas hominum ut plurimùm neceſſaria eſt, verumtamen non oritur obli-

obligatio exinde, quod homo ita velit, ſed quod jus ex facto ejuſmodi obligationem oriri concedat: uti è diverſo ſæpè fit, ut homo obligari nolit, obligetur tamen nihilominus ſi ejuſmodi aliquid fecerit, ex quo jus ipſum obligari voluit *vol.*5.*d.*17.*l.*ttt.3.

Obligationes ex obligationibus non ſunt faciendæ *vol.*5.*d.*17.*l.*gggg.1.

Obligatio prior ſemper debet adimpleri, ſi velit aliquis, ut ſecundus, & ſibi obligatus ſuam adimpleat. Nam quando duo ſunt invicem obligati ad præſtandum aliquid, aut obligatio eſt ultrò, citroq; obligatoria, tunc unus ex ipſis non poteſt petere ab altero, ut ſibi præſtetur aliquid, niſi ipſe prius ex ſua parte adimpleverit, vel præſtiterit illud, ad quod obligatus eſt: ſi quidem qui differt facere quod debet, non poteſt petere, quod ei debetur, & qui non facit quod debet, non recipit, quod cum aliâs recipere oportet: Et ſi quis habet dare & recipere, ſemper prius debet offerre, & implere *vol.*5.*d.*17. *l.*hhhh.2. ubi pulchrè.

Obligationes omnes, quæ conſenſu initæ ſunt, mutuò partium diſſenſu iterum diſſolvuntur *vol.*5.*d.*31.*l.*M.4.

propter Obligationem expreſſam retinere ſibi poteſt creditor rem obligatam: vide in verbo Retinere *vol.*5.*d.*37. *l.*FF.3.

propter Obligationem tacitam poteſt retinere mulier bona mariti pro dote & bonis paraphernalibus: Dominus prædii locati inducta, & illata in prædium: Creditor uſuras legitimas, ex fructibus rei pignoratæ: vide in verbo Retinere *vol.*5. *d.*37. *l.*FF.4. vide etiam in verbo Hypotheca.

per Obligationem vel quaſi retinere poteſt, venditor rem venditam, donec pretium ſolvatur, redimens ab hoſtibus redemptum: Magiſter navis, merces non jactas: emptor lite ſuper re vendita pendente, pretium: creditor rem quæ fuit pro alio debito ipſi obligata, vide in verbo Retinere *vol.*5. *d.*37. *l* FF.4.

ex Obligatione tacita quomodo propterea res retineri poſſint, vide in verbo Retinere, & *vol.*5. *d.*37. *l.*FF.4. GG.1.2.

in Obligatione quando aliquis certa quædam exprimit, ad quæ teneri velit, tunc declarat, quod in aliis obligari nolit *vol.*6. *d.*3. *l.*Ff.3.

Obligatio omnis eſt oneroſa *volum.*6. *d.*12. *l.*Sss.4.

Obreptionis vitium per clauſulas, *motu proprio*, *ex certa ſcientia*, cæteraſque nequaquam purgatur *vol.*2. *d.*3. *l.*m.2.

ad Obreptionem ſubterfugiendam, ne punctum quidem prætereundum, quod prolatum fortè Principem, ne concederet, deterreret *vol.*2. *d.*3 *l.*m.3.

Obreptitia conceſſio, gratia, vel inveſtitio, nemini emolumento, nec damno erit: adeò ut ne Divi quidem Thomæ Cantuarienſis ſubreptitia valuerit, quod tàm validum, ut ſubreptitionis vitium per clauſulas purgari non poſſit *vol.*2. *d.*3. *l.*m.2.

Obreptionis exceptio contra omnia reſcripta Principum locũ habet; nam ea ſic conceduntur, aut concedi debent, ſi preces veritate nitantur *vol.*5. *d.*36. *l.*DD.2. & Mendax impetrator, Impetratis carere debet *vol.*6. *d.*16. *l.*Eeee.2.

Obſer-

Obſervantia temporis contractus egregiè demonſtrat *vol.6.d.3.l.* Cc.2.Ee.4. illaque maximè attendenda *ibid.*

Obſides ſervis comparantur, namque dantur ut niſi hoſtes ſtent promiſſis, jus & poteſtas ſit in obſides animadvertendi *vol.3.d.10.l.*A.2.

Obſides ex rupta fide ab aliis, à quibus dati ſunt, necari tamen non poſſunt nec non debent *vol.4 d.27.l.*K.1.

Obſides in fœderibus hinc inde dari conſuetum eſt, quos ſi fides non ſervetur, occidere licet, ſed hodie iis parci ſolet *vol.5.d.2.l.*l.1.

Obſignationis ſolennis exceptio immunem præſtant eum, qui pecuniam (totam omninò) obtulit, (debito tempore) oblatam obſignavit (debito loco) in ſacratiſſimas ædes judicis aut quo judex juſſerit, inque locum publicum depoſuit, hæc obſignatio & oblatio debitorèm liberat, & uſurarum curſum inhibet *vol.2.d.27.l.*LL.3. *vol.3.d.1.l.*i.4. *d.7.l.*xx.3. & 4. & yy.1. & 4. *d.9.l.*fff.2. *d.12.l.*L.4. vide Retractus, & Mora. effectum plenariæ liberationis inducit, obligationem perimit, habet vim veræ ſolutionis quoad omnia etiam pignora *vol.7.d.4.l.*n.1.

Obſignatio fit ſacculo, ſignisque ceræ impreſſis clauſo *vol.6.d.13.l.*Xxx.1.

Obſtagium, receptus fidejuſſionis inter Nobiles Germanos modus valet, licitumque eſt, eſt autem cum ſe principali debitore non ſolvente, ad certum locum perventuros, nec inde diſceſſuros, donec ſolutio fiat, obligant: vulgò vocatur ein Laiſtung *vol.4.d.27.l.*N.4.

Obſtetrices munus inſpiciendi ventris habent, utrùm mulier prægnans ſit, non autem virginis *volum.1. diſput.5. lit.* aa.1.

Obſtetrices ſi medicamentum mulieri dederint, & hæc inde moriatur, aut abortionis poculum propinârint, puniuntur, habito tamen reſpectu utrùm fœtus animatus fuerit, vel non *vol.1.d.5.l.*aa.1.

Occiſus præſumitur à vicinis, ubi cadaver reperitur *vol.3.d.5.l.*oo.3.

Occiſo libero homine hæredes ejus cædis nomine utilem habent L. Aquiliæ actionem *vol.3.d.13.l.*M.4.

Occiſi in confinio cognitio ei tribuenda eſt, in cujus territorio proſtratus pedibus, non capite incumbit *vol.3.d.13.l.*M.4. vide in verbo Confinibus.

Occiſor ſui ipſius graviter peccat *vol.4 d.2 l.*n.1.

Occidentis ſeipſum in carcere bona confiſcantur, ſi conſtet hoc feciſſe metu pœnæ ob delictum perpetratum futuræ, & delictum tale ſit, ut illi capitalis pœna irrogari poſſit: Quod ſi tædio vitæ, impatientia carceris, dolore, furore &c. hoc faciat, aut delictum tale non ſit, tunc confiſcatio locum non habet *volum.6. diſp.2. l.*K.4.

Occupantis ſunt res in nullius dominio exiſtentes *vol 6.d.6.l.*Ss.2.

Ochlocratia Democratiæ opponitur, quæ eſt turbulentæ, & furentis plebis impotentia, in qua egenorum non verò publicæ ſalutis habetur ratio. Talis ſtatus fuit Athenis, poſtquam à Pericle Democratia illa eſſet everſa, & Romæ poſt ſeditionem Gracchianam, ſuperiori ætate eundem ſtatum affectare viſa eſt plebs in tumultu Ruſticorum Anno 1525. *volum.1.d.22.l.*X.4.

Digitized by Google

Oculorum in jure magna eſt probatio: nam quod oculus vidit, nemo fideliter negat *vol.6 d.8.l.*Ddd.1.

Odia reſtringi, & favores ampliari debent *vol.1.d.12.l.*D.2.*vol.3 d.*10.*l.*T.2.

Odio alterius nemo prægravari debet *volum.5. d.46.l.*AAAA.1. *volum.3. diſp.6. l.*ss.3.

Odioſa ſunt ſtricti juris, & quæ ſunt ſtricti juris, etiam ſunt ſtrictæ interpretationis *vol.5.d.4.l.*z.2.

in Odioſa materia, univerſalia non reſtringuntur *vol.3.d.5.l.*hh.3.

ſi Odio publico princeps laboret, ejus maculam, vilium quorundam hominum, tanquam iræ miniſtrorum, ſi ſint in aliqua noxa, ſanguine eluat *volum.4. diſp.2. l.*g.4.

Offenſio quæcunque de jure conceſſa eſt, toties cenſetur defenſio eſſe prohibita *vol.1.d.19.l.*Q.4.*vol.2.d.24.l.*DD.3.

Offenſioni, quæ fieri debet favore publico, à privatis renuntiari non poteſt *vol.6.d.*1.*l.*D.4.

Offenſione ceſſante, defenſio ceſſat, itaque ſi adverſarius aufugiat, eum tibi perſequi non licet, niſi hoc virium reaſſumendarum cauſa facere videatur: aliâs tua perſequutio, ceu ultio, quæ omnem defenſionem injuſtam reddit, punietur *vol.2.d.24.l.*FF.3. vide in verbo Defenſio.

Offendi dicimur, quando ex aliquo nobis illato, quod punibile eſt, juſtè ad iracundiam provocamur *volum.6. diſp 3. l.*Ee.2.

Offendentis forum non variat, aut mutat perſonæ offenſæ qualitas *vol.5 d.*11. *l.*ddd.3.

Offerendi jus habent in pari numero, debiti cognati inter creditores non cognatos *vol.7.d.4.l.*r.2.

Offerendi jus habet inter creditores non cognatos, is, cui major pecuniæ ſumma debetur *vol.7.d.4.l.*r.2.

Offerendi jus tacitam hypothecam, & pignorum poſſeſſionem adeò operatur, ut ſi primus creditor, à ſecundo creditore oblatum accipere recuſet illud deponere, & conſignare, atque ſic pignoris cauſam ſibi firmare poſſit *vol.7.d.4.l.*r.2.

Offerendi jus qui habent, ii in prioris creditoris locum ſuccedunt, ejusque jure non ſecus, ac prædeceſſores ſui utuntur *vol.7. d.4.l.*r.2.

Officium qui habet, non debet officium occupare alterius, ſeu uſurpare, habensque officium, ſi ultra ipſum vires ſuas extendat, punitur *vol.2. d.7. l.*kKk.1.

Officium Domino eo loco præſtandum eſt, quo Dominus volet, aut is cui præſtandum eſt *vol.6. d.8.l.*Eee.3.

Officiales rem Dominorum deteriorem facere non poſſunt, hinc eorum ſcientia in præſcriptione quam alius quærit, ipſis Dominis parum obeſt *volum.3. diſp.5. l.*ee.2.

Officialis extra officium ſuum non poteſt debitum fiſci remittere *volum.3.diſp.5. l.*gg.2.

Officiali creditur in pertinentibus ad ejus officium, ſi ipſe actor non ſit *volum.3. d.5 l.*rr.3.

Officiario ſuo quidam Princeps hanc immunitatem conceſſit, ut in pago quodam ſuo cum omni familia, ab omnibus oneribus, realibus & perſonalibus immunis reſideret: verùm ille tandem, aucta ita familiâ, ferè dimidium pagi obtinuit;

Digitized by Google

nuit; quæritur nunc, cum tempore conceſſi privilegii tantùm octo perſonas ſecum habuerit, an illæ prædicto modo augmentatæ conceſsâ hac immunitate, omnes frui debeant? & affirmatur *vol.5. d.*10 *l.*xx.1.

ex Officio virtutis nemo præmium expectare debet, ſed id gratis largiri. Imò debet præmio affici *vol.6.d.*3 *l.*V.4.

ex Officio ſuo nemo damnum iniquè pati debet *vol.1.d.7.l.*hHh.3.*volum.6.d.3. l.*Ee.3. aut jacturam facere *volum.7.diſp.4. l.*o.4.

Officiales minores in ſuis provinciis comparare & emere quidem poſſunt res mobiles omnes, non tamen prædia, præterquam paterna, quæ à fiſco diſtrahuntur, quod tamen ad temporales ſolùm, non perpetuos officiales pertinet, ne quodammodo pœnæ addicti putentur, interdicto eis ſemper commercio *vol.3. d.9. l.*aaa.4. vide Magiſtratus.

Officium publicum etiam inviti ſubire cogimur *vol.3.d* 14.*l.*P.2.

Officia ſingula ſingulis ſunt committenda *vol.5.d* 23.*l.*nnnnn.2.

Oligarchia opponitur Ariſtocratiæ & eſt Reip. corruptio, quando pauci divites & potentes per injuriam & violentiam Remp. ad ſe transferunt, & ad reliquam multitudinem opprimendam conſpirant. Talis ſtatus ferè fuit Romæ ſub Pompejo, Cęſare, & Craſſo. His ipſis Olicharchis Optimates jure reſiſtere poſſunt, non ſecus ac in Monarchia Ordines Tyranno *volum.1.d.22.l.*X.2.*volum.4. d.2.l.*a.3.*d.12. l.*kkk.2.

Omiſſio non ſemper vitiat: nam ſatisdatio omiſſa non vitiat actum, niſi à creditoribus, fidejuſſoribus petita ſit. Sic etiamſi lex, vel ſtatutum dicat, non aliter valere actum, niſi prius cautio, & fidejuſſio præſtetur, id ita intelligitur, ſi petatur. Ita in omni materia, in qua judex poteſt aliquid facere, vel jure communi, vel ex forma ſtatuti, vel conſtitutionis, hoc intelligendum eſt, ſi à parte petatur *vol.7. d.1. l.*c.4.

Omiſſionis culpa adeò in jure noſtro exoſa eſt, ut delinquentes ad reſtitutionem damni occaſione culpæ illius illati, obligentur *vol.3.d.5.l.*oo.1.

Omiſſus caſus quoties virtute expreſſi, aut actus antecedentis, aut connexi, aut conſequentis cum comprehendi poteſt, toties ad illum debet fieri extenſio *vol.7. d.7.l.*ff.2.

Omiſſio ſolennitatis levis actum non vitiat, præſertim in caſibus diſpoſitionum, ruſticarum & prætoriarum: alii verò aſſerunt fieri poſſe de Jure communi, ut ex leviorum etiam omiſſu totum negotium corruat, ſi quid in illius diſpoſitionis perfectionem ſeu formam inductum apparet *vol.3.d.16.l.*V.1.& 2.

Omnes quod tangit, ſi conſilium capiatur, ſi decretum fiat, ab omnibus probari debet *vol.4.d.5.l.*x.3. *vol.3.d.5.l.*cc.3. *vol.5.d.*30.*l.*F.2.*vol.7.d.7.l.*kk.2.

quæ Omnibus proſunt, his, quæ ſpecialiter quibusdam utilia ſunt, præponi debent *vol.7.d.*8.*l.*mm.2.

verbum Omnia in favorabilibus diſpoſitivè accipitur *vol.3.d.5.l.*gg.2.

Omne qui dicit, ſine exceptione dicit, & nihil excludit *vol.7. d.4.l.*n.4.

Onus non debet eſſe majus, quàm ſit

Digitized by Google

legatum, aut res donata *volum.6. diſp.*10. *l.*Ppp.2.

Oneribus aliquem eximere in damnum, & gravamen aliorum ſubditorum Principi non licet *vol.6. d.*8. *l.*Hhh.1.

Onere duplici nemo gravari debet, & qui unum præſtat, in alio relevandus eſt *vol.6 d.*8. *l.*Fff.3.

Onera potius reſtringi, quàm ampliari debent *vol 6.d.*8. *l.*Eee.2.3.

Onus quodcunque rei adjectum, eſt pars pretii, & in venditione id minuit *vol.1.d.*12 *l.*D.3.A.2.

Onus nemo gratis ſuſcipere cogitur *vol.6.d.*2 *l.*F.4. *d.*6. *l.* Ee.3.

Onus qui ſentit, ſentiat & commodum *vol.6.d.*2. *l.*F.4.

Onus facilius portatur, quod dividitur in plures *vol.6.d.*3. *l.*Y.2.

cum Onere ſuo res transfertur *vol.6. d.*8. *l.*Ddd.4.

Opes ſuas ſi quis perdat, & egeſtate ſordeſcat, ipſi mors erit ſolatium, & vita ſupplicium, *vol.2.d.*1. *l.*c.2.

Operæ non utendo, aut capitis diminutione, aut morte legatarii non amittuntur, ſed ad heredem tranſeunt *vol.6. d.*4. *l.*Kk.3.

Operæ, licet uſusfructus inſtar teſtamento conſtituantur, & conſtituta non exigua commoda accipientibus tribuant, tamen non per omnia uſumfructum imitantur *vol.6.d.*4 *l.* Kk.2.

Operæ ſervorum, & reliquorum hominum ſunt Facti *vol.6.d.*4. *l.*Kk.3.

Operæ hominis pecuniariter, id eſt, pecuniâ æſtimantur *vol.5.d.*17. *l.*ssss.3.

Operas ſuas nemo alteri gratis locare tenetur *vol.6.d.*3. *l.*Ee.3.

Operæ ſervorum mutatione dominii perimuntur, ſi legatæ ſint *volum.6. diſp.*4. *l.*Kk.3.

Operæ uſucapi poſſunt *volum.6. diſp.*4. *l.*Kk.3. de Operis vide Ruſticus.

Oppignerationes immobilium ſunt contractus ſtabiles, cum jure ſcilicet emptionis & venditionis, & cum pacto de retrovendendo: Itaque in Emptoris arbitrio tamdiu erunt, donec ad originem ſuam revocentur: reſciſſoque hypothecarum nexu, ſervitutes ac cætera onera expirent *vol.2. d.*3. *l.*O.4. vide in verbo Hypotheca & Pignus.

Opinionis communis legum textibus, & rationibus deſtitutæ non eſt ratio ducenda *vol.7.d.*2. *l.*h.1.

Opinio communis eſt tutiſſima, & pro ea vera eſt præſumptio, ideoque in judicando non facilè negligenda *volum 7. d.*2. *l.*g.1. vide jus Judex.

Oratio copioſa parum utilis eſt *vol.6. d.*19. *l.*Ssss.4.

Oratio brevis ita temperanda eſt, ut nihil omittatur *vol.6. d.*19. *l.*Ssss.4.

cui Ordinarium juris competit remedium, ille ad extraordinarium remedium recurrere non debet *volum.2. d.*24. *l.*FF.3. *vol.7. d.*2. *l.*h.1.

Ordinarium remedium non poteſt concurrere cum extraordinario *volum.4. d.*25. *l.*G.3.

ad Ordinarium munus, & onus tria requiruntur *vol.6.d.*8. *l.*Bbb.3.

Ordinarius Judex ob ſuſpecti crimen recuſari non poteſt, per jus canonicum tamen hoc licet *vol.2.d.*18. *l.*Q.1. *d.*19. *l.*V.1. *d.*27. *l.*KK.3. *vol.3. d.*2. in Corollar. *l.*p.1. *d.*13. *l.*M.3. *d.*15. *l.*R.2. in tantum ut etiam inte-

Digitized by Google

integrum conſilium recuſari poſſit *vol.4. d.5.l.vv.2.vol.5.d.35.l.Y.3. vol.7.d.6.l.*bb.3.

Ordinario judice recuſato electi arbitri jure civili de ipſo negotio principali, ſi allegationem recuſationis legitimam viderint, cognoſcunt; ſed jure Canonico non de controverſia principali, ſed cauſa ſuſpicionis cognoſcunt, quâ probatâ transmittitur negotium ad ſuperiorem: non verò probata utitur judex jurisdictione ſua in principali *vol.7.d.6.l.*bb.3.

ad Ordinarium recuſandum, ſufficit de jure civili pura ſuſpicionis allegatio, ſed de canonico debet etiam cauſa allegari, & probari *vol.7.d.6. l.*bb.3.4.

Ordinario magiſtratui ſi Princeps aliquid ſimpliciter mandet, quod antea ad ejus jurisdictionem pertinet, eo caſu non cenſetur propriam ordinarii jurisdictionem alterare, ſed potius jurisdictionem ordinariam excitare, vel diligentius injungere, tamē in eo jurisdictio illius alterata putatur, ne cauſam alter deleget, ſed ipſe cognoſcat: ubi pulchrè *volum.5.d.*11. *l.*eee.1.

Ordinarius, antequam ei litteræ commiſſionis de cauſa aliqua, quæ aliâs ſub ejus jurisdictione eſt, præſentantur, vel ab alio delegato, ejusdem cauſæ prævenitur, poteſt & illas & hunc antevertere, & præoccupando jurisdictionem poteſtate ſolùm ordinaria, cauſam illam aliâs ſuæ jurisdictionis definire *vol.5. d.11. l.*eee.1.

Ordinario ſi cauſa ad ſuam jurisdictionem aliâs ſpectans delegata fuerit, potetit tunc vel ordinario proceſſu, vel delegatis judicibus conſuetudo procedere, & in appellatione ſpectabitur quo proceſſu frequentius uſus fuerit ut vel ad ordinarium, vel ad committentem appelletur *vol.5.d.11.l.*eee.1.

Ordinario ſi cauſa non ejus, ſed ſolius committentis jurisdictionis, commiſſa ſit, ille tunc qui nudus ac purus delegatus ſit, non eſt dubium, ut ſi errore, vel ſciens prudensque ex ordinaria poteſtate procedat, meram nullitatem committat *vol.5.d.11 l.*eee.1.

Ordinarius cognoſcens cauſam ut merus delegatus, non tenetur ſtatuta ac conſuetudines ſui fori obſervare *vol.5. d.11. l.*eee.1.

Ordines militares pacis vel religionis conſervandæ, & propulſandorum hoſtium cauſa inſtitui videntur *vol.1. d.16. l.*N.1. plerorumq; initium *ibid.* vide *vol.4. d.2.l.*1.2.& 3. *vol.5.d.*19 *l.*aaaa.2. *vol.6. d.3. l.*T.4.

Ordines militares favores piarum cauſarum merentur & participant ea, quæ ad ſtatum religionis pertinent *vol.1.d.16. l.*N.1.

Ordines in Imperio, & quovis regno duo præcipui ſunt, Eccleſiaſtici & Sæculares, inter quos etiam numerantur Antiſtitæ, ut Principiſſæ *vol.2.d 3. l.*g.1. *vol.4. d.12.l.*kkk.4.

Ordinum Militarium Magiſtri Principibus Imperii annumerantur, jus mittendi legatos habent *vol.4.d.9.l.*xx.4.

Ordines Regni Principem ſuum conſilio adjuvare debent, imò ipſum inſoleſcentem coërcere, prout igitur hi ordines poteſtate valebunt, ſic Principe ſuo vel ſuperiores vel inferiores erunt *vol.4.d.12. l.*kkk.4. & lll.1.

Ordinum ſacrorum in Germania pri-

Digitized by Google

mi, inter Imperii Principes numerantur *vol.5.d.2.l* g.2.

de Ordinibus equeſtribus qui ſcripſerint, vide *vol.5 d.2.l.*q.4.

Ordines ſacros militares, quidam Clericos faciunt, quidam Laicos: ubi pulchrè *vol.6.d.3.l.*Aa.2.

Ordo in ſucceſſione ſuorum equitum, præfertur agnatis *vol.6.d.3.l.*Aa.2.

Ordines equeſtres ſacri plerunque utuntur regula S. Auguſtini: bona & titulos Eccleſiæ poſſident: Eccleſiaſticam dignitatem habere dicuntur, Eccleſiaſticæ, non ſæculari ſubjacent poteſtati *volum.6. d.3.l.*Aa.2.

Ordines ſacros, uti Melitenſem, Teutonicum &c. quidam ad ſucceſſionem feudorum admittunt, quidam non *vol.5. d.42.l.*GGG.2. *vol.6.d.3.l.*Aa.2.

Ordinis exceptio parum ab illa excuſſionis differt, & eſt tutoribus ex conturotis facto conventis, indulta *volum.2.d.27. l.*LL.1. vide in verbo Fidejuſſio.

Ordo quando pro forma in aliqua re requiſitus eſt, ei per partes renunciari non poteſt *volum 5. diſp.3. l.s.3.* vide in verbo Forma.

Ordo in Republ. neceſſarius omninò eſt, præſertim in diſtinctione honorum, & graduum *vol.4.d.9.l.*nn.4. eoque apud nos nihil nec pulchrius, nec jucundius, nec commodius *d.10.l.*ccc.2. & 3.

Ordo in tractatibus valde pulcher, & utilis eſt *vol.6. d.*8.*l.*Aaa.2.

Origo nativa alicujus & naturalis ſemper permanet, nec mendacio, & ſi quis ſe hinc neget, aut aliunde afferat, perimitur: imò nec voluntate propria, ſi quis ſua origine eximere poteſt.

Origo in vetuſtis facilè ignoratur *vol.5. d.42.l.*AAA.1.

Originarius quis ſubditus dicitur, qui originem traxit ex civitate aliqua i.e. qui ex patre vel avo, cive natu eſt, ut in loco nativitatis domicilium fixit, & niſi contrarium conſtet, hoc quem feciſſe ſemper præſumitur, ideoque ſi ibi in loco nativitatis conventus, dicat, ſe alibi domicilium habere, onus probandi illius eſt *vol. 5.d.17.l.*eeee.1. & hhhh.1.

Oriundus ex vico patriam eam habere cenſetur, cui vicus iſte reſpondet *volum.5. d.17.l.*eeee.1.

Orphanotrophus, qui hoſpitalium curam gerit, diligens Inventarium conficere debet, quippe qui tutelari officio fungi intelligatur *vol.3.d.16.l.*X.3.

Ovum ſi plures gallinæ pariant, cujus erit *vol.6.d.13.l.*Vuu.1.

P.

PActa ſunt facti *vol.6.d.4.l.*Kk.4.

Paciſcenti, vel omnia ſua bona donanti, ſi vel minimum ſaltem bonorum reliquum ſit, de quo teſtari poſſit, valet diſpoſitio irrevocabiliter *volum.1.diſp.16. l.*N.4.

Pactum eorum, qui ſe juratos fratres geſchworne Brüder/ conſtituunt, ſeque ut fratres tractare promittunt, quanquam multum operetur, præſertim in teſtamentis, contractibus, & tutelis, re vera tamen non facit fratres, atque adeò quoad ſucceſſionem ab inteſtato per ſe nullius eſt momenti, quare nec ejusmodi fratres præteriti, quærelam habent inofficioſi, ubi cæteris paribus in linea transverſali, quærelæ locus eſt *volum.1. d.16.l.*O.2. *vol.2.d.20.l.*V.4.

Pacta

Pacta fraternitate ſocietas contracta cenſetur omnium bonorum, cujus effectus eſt, ut ſi quæ hereditates alicui ex ſociis obvenerint, eæ communicentur *vol.* 1. *d.*16. *l.*O.2.

Pacta de futura ſucceſſione, uti & in ſæcularibus officiis, veluti votum captandæ mortis continentia, prohibita ſunt: ſed hoc ſolùm inter privatos, niſi milites ſint *vol.* 2. *d.*6. *l.*ii.3. *vol.*5. *d.*31. *l.*L.1. *volum.*1. *d.*16. *l.*O.1.

Pactum eſt duorum, pluriumve in idem placitum conſenſus: & aliud eſt juris gentium, aliud legitimum. Et illud eſt nudum, & non nudum: Nudum eſt, quod cauſa deſtituitur, & nudo placiti fine conſiſtit: Non nudum, eſt contractus. Legitimum eſt, quod lege aliqua quacunque confirmatur. Et ſimiliter nudum, quod ex ſola legis confirmatione conſecutum eſt, & diſtinctas à contractu, diviſaſque rationes habet. Et non nudum, per quod intelliguntur contractus civiles, ii, ex quibus verborum, & literarum obligatio reſultat *vol.*1. *d.*7. *l.*dd.4.

Paciſci poſſunt omnes, non tamen infans, non furioſus, niſi furor per intervalla abeat, non pupillus, non prodigus, cui bonis interdictum ſit, & Magiſtratus decretum acceſſerit; Non Ebrius *vol.*1. *d.*7. *l.*dd.4.

Paciſcitur ſibi unuſquiſque, non alteri, uſque adeò, ut paterfam. his etiam qui in poteſtate ſunt, paciſcendo prodeſſe nequit, niſi paciſcatur, tanquam ſucceſſuro heredi, ſuper ea ſcilicet obligatione, ex qua non poteſt filius, niſi, ut heres conveniri, & hoc etiam in dubio præſumitur *vol.*1. *d.*7. *l.*ee.1. *vol.*3. *d.*11. *l.*L.4.

Paciſcitur autem quis vel in perſonam, vel in rem: pactum in perſonam ad alium non producitur, niſi cum venditore, & donatore initum. Pactum verò in rem omnibus prodeſt, quos ab obligationis nexu liberari paciſcentis intereſt, unde debitoris pactum fidejuſſoribus prodeſt, niſi hoc actum fuerit, ut duntaxt à reo non petatur *vol.*1 *d.*7. *l* ee.1.

Pactum fidejuſſoris nihil prodeſt reo, nec confidejuſſori, niſi in rem ſuam ſpopondit, vel hoc actum ſit, ne à reo quoq; petatur *vol.*1. *d.*7. *l.*ee.1. *vol.*3. *d.*11. *l.*L.4.

Pactum privatum eſt, quod fit de rebus privatam utilitatem concernentibus, quod ut vires ſuas exerere poſſit, neceſſe eſt, ut res in commercio hominum exiſtentes honeſtæ, & legibus non contrariæ in id deductæ ſint. Proinde pactum de Hippocentauro tradendo nullius eſt momenti, utpote, qui in rerum natura non exiſtit. Sic non valet pactio inter Advocatum, & Clientem, de quota litis, etſi honorarium valeat. Sic & pactio Medici cum ægroto de immoderato ſalario, item venditio læſionem licet non ultra dimidiam continens venit reſcindenda *vol.*1. *d.*7. *l.*ee.3.

Pacta hujuſmodi irrita ſunt. Veluti pactum, ne quis de re ſua pro libitu diſponat, & de non alienando: item ne heres Falcidia utatur, item ut ad heredes tranſeat ſocietas: item pacta ſucceſſoria, quæ quadruplicia ſunt, acquiſitiva, renunciativa, conſervativa, & diſpoſitiva: ex his certum eſt pacta de futura hereditate acquirenda non valere: item ut primogenitus ſolus ſuccedat; item ut ſi pater vita fungeretur, ex æqua portione filia nubens

Digitized by Google

nubens cum fratre heres patri eſſet: ſed contra hæc multæ Provinciarum conſuetudines prævaluerunt, uti & pacta hereditaria inoleverunt, vulgò fraternitates, Erbverbrüderung vocantur. Inter milites tamen pacta de mutua ſucceſſione tolerantur. Privatæ item familiæ certa ſibi ſucceſſionis pacta condere non poſſunt, niſi interveniente Cæſaris conſenſu. Pactum item hereditatis renunciativum non valet, etſi juramentum intervenerit, valere tamen id multi ajunt, quando renuncians id tantùm accepit, quantum, ſi teſtamento accepiſſet, nihil quoad quereretur, habuiſſet. De his ſic conſtituit jus civile. Nam jus Canonicum in filia renunciante *in c. quamvis de pactis in 6.* contrarium diſpoſuit, & hujusmodi renunciationem filiæ dotatæ, etiam ſæpè non dotatæ juramento tamen confirmatam valere ait *vol.1. d.7. l.*ee.3.4. *volum.5.d.33. l.*S.3. per tot.

Pactum de conſervanda hereditate filii ingrati, & exheredati remiſſionem injuriæ pacto hoc conſequentis valet. Pactum etiam diſpoſitivum de hereditate hominis incerti valet, certi non valet. Pactum item inter Dominum, & tertium aliquem de feudo Vaſalli viventis ſub hac conditione initum, ſi feudum ad Dominum revertatur, jure ſubſiſtit *volum.1.d.7. l.*ee.4.

Pactorum forma eſt in conſenſu: qui cum ſit expreſſus, vel tacitus rectè pacta tribuuntur in tacita, & expreſſa. Expreſſa ſunt, quæ inter Præſentes ſermone, ac tractatu habito: inter Abſentes verò per epiſtolam, aut nuncium fiunt. Tacita, quæ reipſa ſine verbis fiunt, & ex præſumpta partium voluntate, & conjecturis eliciuntur. Exemplum pacti taciti elegans occurrit in redditione chirographi; ſi enim debitori meo reddiderim chirographum, & cautionem, videtur inter nos conveniſſe ne peterem, eodem modo legato chirographo actiones continentur, ut legata liberatio intelligitur, diverſum in pignore ſtatuitur *vol.1.d 7.l* ee 4.

Pacta nuda juris gentium vel ſunt liberatoria, vel obligatoria; illa quidem ad exceptionem, non quidem ad actionem proſunt. Hæc producunt naturalem obligationem *volum.1.d 7.l.*ff.1. *volum.3.d.12. l.*L.4.

Pacta nuda ſunt facti *vol.6.d.4.l.*Nn.1.

Pacta bonæ fidei contractibus incontinenti adjecta ipſis inſunt, actori proſunt, actionem formant, informant, idem pacta ſtricti juris faciunt, præterquam in mutuo. Et pacta incontinenti adjecta principalem contractus actionem, eamque ſolam producunt. Incontinenti autem adjecta cenſentur, quæ ſimul cum ipſo contractu expreſſa una conventione concluduntur, ita ut contrahentes interim ad alia negotia non diverterint *vol 3. d.7.l.*uu.4. *volum.1. d.7.l.*ff.1.2. *vol.2.d.*18. *l.*P.4.

Pactum prius ab inſequenti tollitur, non ipſo jure, ſicut ſtipulatio per ſtipulationem, ſi hoc actum eſt, ſed id ope exceptionis, aut replicationis *vol.1.d.7.l.*ff.2, *vol.2 d.27.l.*MM.2. *vol.6.d.4.l* Kk.4.

Pactionis autem obſcuræ & ambiguæ interpretatio ei tantum nocere debet, in cujus fuit poteſtate contractus leges apertius ſcribere *vol.1.d 7.l,*ff.2.

Pacti taciti ab utraque parte extra judicium

Digitized by Google

dicium eadem vis eſt, quæ expreſſi *vol.1. d.8.l.*hh.2.

Pacta nuda, etſi nullam obligationem, vel actionem producant, in curia tamen mercatorum, in qua quæſtiones ſunt de bono, & æquo, valent: de jure autem Canonico actionem producunt, quod tamen eſt contra jus civile *vol.1. d.15.l.*I.4. *vol.2.d.*18.*l.*S.2.*vol.*7.*d.*6.*l.*bb.3.

Pacta, quæ contra bonos mores fiunt, nullam vim habent. Vide in verbo Impoſſibile *vol.2.d.24.l.*DD.3. vide etiam inferius, & ipſo jure nulla ſunt *volum.5.d.31. l.*L.1.

Pacta nullam obligationem, & actionem producunt *vol.5. d.35. l.*AA.4. *vol.6. d.*11.*l.*Sss.1.

Pactum quodvis, quamvis ſit nudum, obligationem, & actionem producit *vol.2.d.*16.*l.*L.2.*d.*18 *l.*S 2.*d.*21.*l.*Z.2.

Pactum carens cauſa, eſt inefficax, aut certè ei exceptio doli obſtat *volum.1.d.*12. *l.*A.2.

ſi contra Pactum res alienetur, valet venditio, nec ratione conventionis, vel pacti regulariter reſcinditur, neque actio adverſus emptorem datur, ſed venditor, qui pacto non ſtetit, ad intereſſe tantùm obligatur: quid tamen juris ſit in alienatione facta contra prohibitionem teſtatoris *vide Moll.5.ſemeſtr.diff.7.volum.1.d.*12. *l.*A.3.

Pacti conventi temporalis exceptio eſt, cum ita convenit, ne intra certum tempus ageretur, nec expreſſi tantùm, ſed etiam taciti: cui ſimilis eſt ea, quæ reſcriptio moratoria dicitur, cum reſcripto principis debitoribus indulgetur, ne intra certum tempus moleſtentur à creditoribus ſuis *vol.2.d.*27.*l.*KK.4.

Pacti conventi de non petendo, exceptio locum habet, cum creditor pactus eſt, ne à debitore ſuo peteret creditum: & poteſt eſſe expreſſum, vel tacitum *vol.2. d.*27.*l.*MM.1.*vol.3.d.*12.*l.*L.4.

• contra Pactiones exceptiones variæ dantur, vide Oldendorp. *in Enchirid. except. c. except. contra pacta illegit.* quæ potiſſimum ex cauſarum defectu promanant. Nempe ſi infans, furioſus, mente captus, ebrius, pupillus, prodigus, vel extraneus extraneo pacti ſunt. Vel ſi quis etiam alius de rebus natura, aut lege prohibitis, aut de rebus licitis quidem, errore tamen ductus, vel dolo circumventus, vel metu coactus pactus ſit. Sic contrariis pactis priora tolluntur *vol.2.d.*27.*l.*MM.2.

Pactum ex intervallo eâdem die, aut ſequenti factum contractui ineſſe cenſetur *vol.3.d.*1.*l.*i.2.

Pactum legis commiſſoriæ, & addictionis in diem contractum ipſo jure reſolvunt *vol.3.d.5.l.*mm.2. vide in verbo Lex commiſſoria.

Pacta de retrovendendo non reſolvunt contractum, quia pactum correſpectivum, & connexum eſt cum priori contractu *vol.3.d.5.l.*mm.2.

Pactum contractui bonæ fidei ex intervallo adjectum, ad uſuras petendas non prodeſt *vol.3. d.7.l.*uu.4.

Pactum ex intervallo adjectum cenſetur, quod non in contractu ipſo, ſed aliquanto tempore poſt actum perfectum interponitur *vol.3.d.7.l.*uu.4.

Pacta de non petendo obligationem reſolvunt: Pacta, ſi quidem in rem ſunt,

facta ab iis,qui paciſcendi jus habent,omnibus proſunt, quorum obligationem diſſolutam eſſe intereſt ejus, qui paciſcitur. Itaque pactio principalis rei fidejuſſori,quamvis,non contra, niſi hoc quoq; actum ſit: item unius rei promittendi alteri ſocio,defuncti ſucceſſori ſuo in rem multò magis univerſalem proderit *vol.3. d.*12.*l* L.4.

Pactum in una aliqua re factum,ad aliam non trahitur *vol.3.d.*12.*l.*L.4.

Pacta perſonalia perſonas non egrediuntur, nec ad heredes quidem pertinent,cum tamen,qui in poteſtate noſtra ſunt,eædem cum nobis perſonæ eſſe cenſeantur;hinc factum eſt,ut filiifamiliâs & ſervi paciſcentes exceptionem nobis acquirant *vol.3.d.*12.*l.*L.4.

Pacta tutoris, & curatoris fidei illorum commiſſis proſunt *vol.3.d.*12.*l.*L.4.

Pactum contractui ſtricti juris adjectum non parit actionem *volum.3, d.*13. *l.*M.3.

Pactis privatorum jus publicum mutari non poteſt *vol.4.d.5. l.*y.4.*d.*34.*l.*V.2. vide Publicum.

Pacto de non petendo ſolvitur fidejuſſio inter creatorem,& debitorem inito,aut inter creditorem,& fidejuſſorem, vel expreſsè, vel tacitè, puta cautionem reddendo *vol.4.d.*27.*l.*K.2.

Pacto nudo, ſeu ex verbali promiſſione,ſtatim atque convenit,efficaciter obligamur *vol.4.d.*32.*l.*CC.2.

Pacta contractibus ſtricti juris incontinenti adjecta, & ex parte rei ſaltim, & parte actoris inſunt *volum.5. d.*8. *l.*pp.4. qq.1.

Pactum inter patrem, & filios, filiasve in poteſtate conſtitutas, regulariter non valet,fallit tamen hoc in cauſa dotis *vol.5. d.*14.*l.*lll.3.

Pactum de retrovendendo non tranſit in ſucceſſores, & heredes ſingulares *volum.2.d.*20.*l.*Y.4. vide Retrovendendi pactum.

Pacta de futura hereditate diſponentia,de jure improbantur *vol.2.d.*20.*l.*X.2. vide ſuperius.

Pacti exceptionem admittit Prætor contra id, quod aliàs ſummo jure fieri non licet *vol.5.d.*30.*l.*G.3.

Paciſci de qua re non licet,de ea nec ſtipulationem contrahere jura permittunt *vol.5.d.*31.*l.*L.1.

Pacta reciproca,& viciſſitudinaria inter privatos,exceptis militibus, interdicta ſunt *vol.5.d.*31. *l.*L.1.2. *d.*33.*l.*S.3.4. *per tot.d.*35.*l.*BB.1.2.

Pactum alterius, alteri præjudicare non poteſt *volum.5.d.*31.*l.*M.2.*vol.1.d.*12. *l.*A.3.

Paciſcendo nemo efficere poteſt, ne prædium ſuum ſibi alienare non liceat: niſi accedat hypotheca, præſertim ſpecialis, etſi contraveniens pacto ad id, quod intereſt, obligetur *volum.5.diſp.*32. *l.*O.2.

Pacta de non ſuccedendo etſi in feudalibus locum habeant, in allodiali tamen ſucceſſione non valent: & hoc ſecundùm jus civile,non canonicum: Nam hoc, ſi juramentum interveniat, contrarium conſtituit *vol.5 d.*33.*l* S.3.*per tot.d.*35. *l.*AA.4.BB.1 2.

Pacta de futura hereditate incerti hominis,aut tertii,hoc conſentiente valent *volum.5. d.*33.*l.*S.4.*d.*35.*l.*BB.1.2.

Pacta

Pacta ebriorum in ebrietate facta ob conſenſus defectum non valent *vol.5.d.33. l.*T.2.

Paciſci fratres, & ſorores de hereditate patris viventis poſſunt, ſi is conſentiat, & ad mortem in tali conſenſu permaneat *vol.5.d.33.l.*T.2.

Paciſci de ſuccedendo, vel non ſuccedendo fratres, & ſorores defuncto jam patre invicem poſſunt *vol.5.d.33.l.*T.2.

Pactum inter fratres, & ſorores conſentiente patre, etiam abſque juramento valet *vol.5.d.33.l.*T.2.

Pactis hereditas niſi inter milites, dari non poteſt jure civili, nec etiam id jure Canonico correctum eſt *volum.5. d.35. l.*BB.1.2.

Pacta dant legem contractui *vol.5.d.8. l.*qq.1. *d.9. l.*rr.2.3.ss.3.*d.*47.*l.*BBBB.4.& negotiis quibus apponuntur, legem ac formam dant *vol.5.d.*42.*l.*BBB.2.*vol.6.d 3. l.*Ee.3.4 *d.6.l.*Rr.4.

Pacta omninò ſervanda ſunt *vol.5 d.*17. *l.*mmmm.3. *vol.6.d 3.l.*Hh.1.*d.8.l.*Eee.2.

Pacta ſervanda ſunt, niſi contra leges, conſtitutiones, aut bonos mores fiant *vol.*1. *d.*12.*l.*C.4.*vol.*3.*d.*7.*l.*xx.1.

Pacta noviſſima derogant prioribus *vol.1. d.7. l.*ff.2. *vol.2. d.27. l.*MM.2. *vol.5. d.30.l.*A.4.*vol.6 d.4.l.*Kk.4.quæ etiam in legibus: conſtitutionibus Principum: tutelis: teſtamentis: legatis: fideicommiſſis: conditionibus: procuratoribus locum habent *ibid.*

Pacta omnia tàm activa quàm paſſiva tranſeunt in heredes *vol.1.d.12.l.*A.1.

quod Pacto, & conventione introduci poteſt, id etiam ſtatuto, & conſuetudine: cum à pacto ad ſtatutum affirmativè licitè argumentemur, ſicuti à minore ad majus: pari paſſu ambulent: in idem recidant, & convertantur, nihilque inter ſe differant, niſi ut tacitum, & expreſſum *vol.7.d.4.l.r.4.*

Pacta publica ſunt, quæ ſtatum Rerumpublicarum reſpiciunt. Extra quas res, ſi quid Princeps pepigerit, aut contraxerit, ut privatus obligabitur, non tantum naturali, ſed etiam civili ratione *volum.1. d.7.l.*ee.1. *vol.2. d.20. l.*V.4. *vol.5. d.17. l.*mmmm.3. vide inferius in verbo Princeps.

Pactiones publicæ, quæ de regnis, aut ſucceſſione regnorum fiunt, ita demum vim habebunt, ſi eas populi, aut procerum, quorum intereſt, conſenſus approbavit, aliâs ſubditis irritum facere Principis contractum jura permittunt *vol.1.d.7. l.*ee.2.

Pacta ſucceſſoria inter agnatos illuſtris alicujus familiæ fiunt, quando gentiles mortali familiarum conditioni validè, prudenterque proſpicientes, adhibita Imperiali confirmatione, ſolenniter paciſcuntur, ut alterius ſtirpe extincta, ad alterum patrimonium eorum, & principatus certa ſucceſſionis lege perveniat. Quæ pacta etiam inter diverſas familias fieri ſolent. Noſtris autem Principibus ea maximè licita ſunt, in quibus tamen ſubditorum conſenſus requiritur *vol.1.d.16. l.*M.4. N.1.*d.22.l.*V.3.*vol.4.d.1.l.*)(.3.*d.*12. *l.*iii.4. *d* 19. *l.*rrrr.3. *vol.5.d.2. l.*p.1.2.3.4. *d.28.l.*kkkkkk.3.4 *d.31.l.*K.3.4.L.1.2 3.

Pacta ſucceſſoria condiderunt inter ſe Saxoniæ, & Haſſiæ: Brandenburgiæ, & Pomeraniæ: Saxoniæ, & Hennenbergiæ: Bavariæ, & Palatini Principes; Bohemiæ

Digitized by Google

Reges, & Auſtriæ Duces, quod etiam de Regibus Poloniæ, Bohemiæ, & Hungariæ affirmatur *vol.1.d.16.l.M.4.d.22.l.V.3. vol.2.d.20.l.V.4.vol.4.d.1.l.)(.3.d.12.l.iii.4. diſſ.19.l.rrrr.3.volum.5.diſſ.2.l.p.2.3.diſſ.28. l.kkkkkk.3.d.31.l.K.4.*

Pactorum ſucceſſoriorum cauſa eſt, ut ſcilicet ex mutua, & ſtabili ſucceſſione, defenſione, fide, & concordia fraterna, familiatum ſplendor, pax Imperii pia, & æterna conſervetur, cujus ſtudioſiſſimos omnes eſſe decet, inprimis verò Principes: tum etiam ne ſubditi alienis, & peregrinis Dominis ſubjiciantur *volum.1.d 16. l.M.4.N 2. vol.4.d.19.l.rrrr.3.vol.5.d.31. l.M.1.d.2.l.p.4.*

Pacta prædicta ſucceſſoria maximè confirmantur, & licita fiunt, ſi Cæſar illa ratificârit *vol.1.d.16.l.N.3.vol.2.d.20.l.V.4. vol.5.d.31.l.L.2.4.*

Pactorum ſucceſſoriorum præcipuus effectus eſt in mutua ſucceſſione, & defenſione, ut plura corpora, & familiæ in unam coëant quaſi eſſentiam. Ad ſucceſſionem pertinet, quod alterius ſtirpe extincta ad alterum principatus jure hereditario quaſi devolvatur: Ad defenſionem pertinet, quod ſocii hujus ſucceſſorii juris confœderationis lege ad mutua invicem auxilia, & copias militares ſubminiſtrandas teneantur, & ne refugia, & receptus ullos, nec auxilia alterius hoſtibus, inimicis, & obtrectatoribus præſtentur. Neceſſe tamen eſt, ut maturè confrater requiratur, & ne leviuſculæ injuriæ nomine bellum non neceſſarium, vel ob privatum commodum ſine conſilio ſocii moveatur, aut injuſtum. Spectat enim talis pactio defenſionem non ultionem *vol.1.d.16.l.O.2.vol.5.d.2.l.p.4.d.28. l.kkkkkk.3.4.d.31.l.M.1.2.3.4.*

ſi Pacta ſucceſſoria cum pluribus quis fecerit, & illi invicem bellum gerant, cui adeſſe oportebit? Reſpondetur regulariter deferendum tempori, ſemper enim Liga ſecunda cenſetur facta ſine præjudicio primæ, niſi tamen diviſo auxilio utrique ſatisfieri poſſit. Quandoq; parendum & loco, ſeu confœderato proximiori, tum propter periculum, quod eſt à vicino metuendum, tum propter facilitatem ſubveniendi. Habebitur & cauſæ reſpectus, ut reliquis indifferentibus ſocius juſtæ cauſæ patrocinetur. Denegari etiam omninò poteſt auxilium, cum auxiliis ſuis oppugnare ſocios nemo teneatur. Ob hanc mutuæ tùm ſucceſſionis, tùm defenſionis ſpem intereſt confratrum ne alterius ditiones imminuantur, aut alium in ſtatum immutentur *vol.1. d.16. l.O.3. vol.5.d.31.l.M.3.*

Pacti denique hujus ſucceſſorii gentilitius effectus eſt, quod etiam ſucceſſores obliget, cum præſumantur eſſe ejuſdem voluntatis, & effectus cum prædeceſſoribus: nec mutantur obligationes ex perſonis heredum, ſed in eos tranſeunt activè, & paſſivè *vol.1.d.16.l.O.3. vol.5.d.31. l.M.2.*

à Pactis ſucceſſoriis diſcedere quis poteſt, ſi confrater vel ſit nimium injurioſus, vel damnatus, vel ſi conditio, ſub qua inita ſunt, non præſtetur, vel ſi ea re frui non licet, cujus gratia principaliter contraxit. Item ſi denegetur defenſio ſine juſta cauſa, ſi fiant alienationes immodicæ inconſulto, vel invito confratre in fraudem pactionis, ſi mutationes inſignes, & dila-

Digitized by Google

dilapidationes fiant. Item ſi unus ex confratribus eſt æmulus alterius, aut capitalis hoſtis, vel alia ratione confraternitatis leges facto ſuo, & perfidia malitioſè oppugnavit: Tunc enim id valet, Frangenti fidem, fides frangatur & ipſi. Verum per controverſias judiciales non rumpitur hæc confraternitas *vol.1. d.16. l.O.3.4.*

in Pactis ſucceſſoriis fœminæ quoad feuda etiam fœminina à ſucceſſione excluduntur *vol 5. d.31.l.L.3.*

Pacta ſucceſſoria ita comparata ſunt, at altera parte invitâ, altera pars ab illis recedere non poſſit *vol.5.d.31.l.M.4.*

Pacta ſucceſſoria privati homines, niſi milites ſint, condere non poſſunt: ubi pulchrè *vol.5.d.31.l.L.1.* vide ſuperius.

Pacta præterea ſunt Principum reciproca, & viciſſitudinaria; cujusmodi pacta etiam inter privatos ex multorum ſententia ſubſiſtunt *vol.1.d.16.l.N.4.vol.2. d.20.l.V.4.vol.5.d.31.l.L.1.*

Pactum Principis, quo conjurationem in Remp. aliudve atrox facinus detegentibus impunitatem pollicetur, omninò ab ipſo ſervandum eſt *vol.1.d.7.l.ee.3. vol. 4.d.2.l.k.2.*

Pactis in genere ſucceſſor Princeps, quæ anteceſſor fecit, tenetur, illiſque firmiter obligatur, niſi de regno, aut regaliis quid alienârit *vol 1.d.16.l.O.4. vol.2.d.4. l.x.3.d.20. l.V.4.* vide in verbo Princeps, & Contractus.

Pacta Princeps ſervare debet, ſive ea fecerit cum ſubdito, ſive cum non ſubdito, ſed extraneo, ſive cum privato, ſive cum univerſitate *vol.2.d.4.l.x.3.d.6.l.hh.4.* vide in verbo Princeps, & Fides.

Pactiones publicæ cum infidelibus, & peregrinis hæreticis factæ, ſunt valdè odioſæ, & periculi plenæ *vol.1.d.16.l.O.4.* vide in verbo Fœdus.

comes Palatinus Rheni Elector vacante Imperio, Cæſaris partes in limite Francico ſuſtinet, & Imperii Vicarius eſt *vol.2. d.4. l z.4. d.6.l.oo.1.2.3. d.7.l.fFf.1, vol.5. d.23.l.nnnnn.1.4.ooooo.1.*

comes Palatinus Rheni Elector hoc jus ſolus habet, ut Cæſar coram eo conveniatur *vol.1. d.8.l.oo.1. vol.2.d.4. l.x.2. z.4.d.6.l.qq.3.4.rr.1.2.* Ubi vide quibus in cauſis, & quando Cæſar coram Palatino conveniatur *vol.4. d.1. l.)()(.3.4. d.6. l.bb.3.d.23.l.C.2. vol.5.d.11.l.aaa.4. d.18. l.uuuu.1.d.23,l.qqqqq.2 d.24. l.uuuuu.4. vol.7.d.5.l.y.2.* ad eum tamen à Cæſare appellari non poteſt *ibid.*

Palatinus Elector, Dapifex inſuper Imperii eſt, & Pomum Cæſari prætert *vol.2.d.4.l.z.4. vol.4.d.1 l)()(.3.4.*

Palatinus Elector jus habet Comites creandi *vol.2.d.4.l.z.4.*

Palatinus Electoratus in quinque familiis fuit, quas ibi vide *vol.2. d.4.l.aa.1.*

Palatinus Elector quartum votum in Electione Cæſarea habet *vol.2.d.6.l.nn.3.*

Palatini Comites & alii ſunt, privati homines, qui privilegiis Principum Palatinorum gaudent *vol.2.d.4.l.bb.3. vol.7. d.9.l.nn.2.* habent jus creandi Notarios, legitimandi, dandi veniam ætatis, famæ, & honoribus reſtituendi &c. *ibid.* à Cæſare creantur, quidam etiam à Pontifice *volum.7.d.9.l.oo.3.4.* ad feuda legitimare non poſſunt *ibid.* nec etiam legitimandi poteſtas ultra nobiles ſe extendit *ibid.*

comites Palatini nobilitare poſſunt: illis

Digitized by Google

illis tamen de ſua poteſtate aſſerentibus citra exhibitionem conceſſionis, ſive privilegii credendum non eſt *volum*.4. *d*.10. *l*.aaa.2.

Palatium eſt ſedes ſolorum Cæſarum, hinc aula Cæſaris, divina domus, palatium ſacrum, & ſacratiſſimum appellatur. Diverſa per Imperium Cæſarum palatia fuere, quæ ibi vide; à quo Comites Palatini ſic appellantur. Nam ipſi olim fuerunt Comites Palatii Cæſarei *vol*.2. *d*.4.*l* bb.3.*vol*.5.*d*.42.*l*.AAA.1.

Palatia & alia dicebantur, ubi olim nomine Cæſaris jus à Comitibus Palatinis reddebatur *vol*.7.*d*.9.*l*.pp.3. Regalibus annumerantur *ibid*.

Palatini aulici, id eſt, qui in palatio Principis verſantur à foro civitatum exempti ſunt *vol*.4.*d*.5.*l*.t.1.

Palatini aulici ingruente neceſſitate collectas ſolvere tenentur *volum*.4. *diſp*.5. *l*.t.1.

Palatia, quæ ſunt ædes in uſum Cæſaris comparatæ, & reliquorum omnium habitationi exemptæ, ad regalia referuntur *vol*.5.*d*.12.*l*.hhh.2.

Palinodia, id eſt, **wann einer ein Widerruff thut** / adfert ſecum infamiam, eamque cantans infamis erit *volum*.4. *diſp*.9. *l*.rr.4.

Parentum perſona nobis ſancta, & honeſta eſſe debet, illorumque qui parentum loco nobis ſunt *vol*.7.*d*.10.*l*.rr.1.

Parmæ Princeps jus monetæ habet *vol*.2.*d*.13.*l*.y.2.

in Paribus cauſis æquitas paria jura deſiderat *vol*.6.*d*.16.*l*.Bbbb.3.

Par in parem non habet Imperium *vol* 3.*d*.5.*l*.cc.4.*vol*.4.*d*.2.*l*.c.2.*d*.19.*l*.rrrr.1. vide in verbo Imperium *vol*.7. *d*.4. *l*.t.2. *d*.5.*l*.y.4.

à Pari proceditur in caſibus in jure non expreſſis *vol*.6.*d*.2.*l*.F.3.

Pares Franciæ les Païs ex Eccleſiaſticis, & ſæcularibus conſtant *vol*.2.*d*.3.*l* g.2. *vol*.4.*d*.2.*l*.l.1.

inter Pares non eſt ordo *vol*.7.*d*.4.*l*.t.2.

à Pari potentia cauſæ par procedit effectus *vol*.7.*d*.4.*l*.t.2.

Parlamenta in Francia ſunt octo *vol*.4. *d*.2.*l*.m.2.

Parlamentum an Rege potius ſit, dubitatur *vol*.4.*d*.2.*l*.m.2.

Parentum appellatio generalis eſt, qua quivis aſcendentes intelliguntur *volum*.5. *d*.32.*l*.Q.1.*d*.42.*l*.BBB.1.*vol* 6.*d*.16.*l*.Aaaa. 4.*d*.18.*l*.Pppp 2.

Parentes omnia liberis ex voto parare, & pro iisdem optimum conſilium capere cenſentur *vol*.5. *d*.35.*l*.BB.1.2. *vol*.6.*d*.18. *l*.Pppp.3.

Parentibus in omnibus obtemperandum niſi quid contra DEUM imperaverint *vol*.6.*d*.9.*l*.LII.3.4.

Pars continetur in toto *volum*.5.*d*.34. *l*.X.4.*vol*.6.*d*.2.*l*.F.4.

per Partis uſum jus retinetur in toto *vol*.6.*d*.3.*l*.Z.1.

de Parricidii crimine tranſigi non poteſt. Nam ſola hujus criminis ſcientia obligat ad pœnam *vol*.1.*d*.7.*l*.ff.4.*d* 13.*l*.G.1.

Parricidæ etiam ſunt, qui parentibus alimenta denegant, aut ad eos ægrotantes Medicos non vocant *vol*.6.*d*.2.*l*.L.2.

Parricidium committunt, qui parentes, aut liberos occidunt. Idque L. Pompeja graviſſimè punitur *vol*.2.*d*.25.*l*.II.2. ejus hereditas, id eſt, parricidę ad Fiſcum devol-

devolvitur *vol.6.d.2.l.*L.2. jure Canonico pœna non tam gravis eſt *vol.7.d.6.l.*ee.1.

Parricidium in Principe anteceſſore commiſſum, ſucceſſor ſeveriſſimè ulciſci, & punire debet, etiamſi tyrannus fuerit, non honore tyranni, ſed ob regiam reverentiam *vol.*4. *d.2.l.*h.3.

Paſſavica Transactio *volum* 4.*d.*5.*l.*s.4. *d.*21. *l.*xxxx.2.3.4. *vol.*5. *d.*30. *l.*zzzzzzz.1.2. *per tot.* vide inferius in verbo Pax, & Religio.

Paſſagium: vide in verbo Vectigal.

Pater ex neceſſitatis cauſa filium distrahere poteſt, aut pignori dare *volum.*1. *d.*16.*l.*N.2.*vol.*2.*d.*5.*l.*ff.2.*vol.*3 *d.*9.*l.*bbb.3. *volum.*5.*d.*38.*l.*HH.1. item obſidem dare *vol.*4. *d.*27.*l.*N.4.

Pater ex poteſtate ſua patria prohibere non poteſt, ne filius patriæ obſequatur, & inſerviat *vol.*2.*d.*1.*l.*d.4.

Pater olim vitam, quam filio dederat, eripere poterat impunè, poſtmodum tamen ob ferociam emancipare coactus eſt *vol.*2. *d.*3.*l.*i.2.*vol.*6.*d.*8.*l.*Hhh.4.

Paſtor non excuſatur, ſi lupus oves comedat, & ipſe dicat ſe neſcire *volum.*2. *d.*29.*l.*PP.1.

Patientia in juribus incorpotalibus eſt loco traditionis, vide in verbo Præſcriptio.

Patri jus vitæ, necisque in liberos ſuos eſt abrogatum, olim tamen hoc habuit ex conſtitutione Romuli: jure tamen patriæ poteſtatis pater filium emendare poteſt, ſed atrociter in eum animadvertere jura non patiuntur. Itaque patri præter modicam caſtigationem, alius læſæ pietatis vindex, quàm exhæredatio amplius non ſupereſt. Is igitur, qui malè tractat filium, eum emancipare cogitur *vol.*2.*d.*5.*l.*ff 1. 2.*d.*22.*l.*BB.2. *vol.*4.*d.*13.*l.*ppp.1.

Patri jus vitæ, & necis in liberos ſuos tutò non eſt permittendum in benè conſtituta Republ. quod olim fiebat *vol.*1.*d.*5. *l.*ff.1.

Patri illata à filio injuria atrox dicitur, & atrocius vindicatur: nec poſſunt liberi parentibus quantumvis gravius eos objurgantibus, pulſantibus, atq; verberantibus licitè reſiſtere, cum vim, & injuriam non faciant, ſed jure ſuo utantur: Attamen patris caſtigatio non immenſa, ſed ſuis quaſi cancellis incluſa eſſe debet: nihilominus ſi pater efferatur impotentia, potiùs ipſis cedendum, quàm reſiſtendum. Unde licet pater notoriè non corrigendi, ſed diffamandi, & injuriandi animo objurgaſſet, retorſio tamen vitanda eſt *vol.* 2. *d.*7.*l.*mMm.3.

adverſus Patrem liberis in poteſtate poſitis, ne quidem pro injuria atroci competit actio injuriarum, cui retorſio æquiparatur, imò infames fiunt, qui in patres armantur, ut eos reprehendant, aut accuſent *vol.*2.*d.*7.*l.*mMm.3.

Pater à filio defenſionis jure occidi omninò non poteſt. Patris namque perſona filio nunquam non Sancta eſſe debet. Sanè in caſu nimiæ patris in filium ſæviriæ, cautionem de non offendendo ab illo exigere filius poteſt *vol.*2.*d.*7.*l.*mMm.3. *d.*24.*l.*DD.4. *vol.*4. *d.*14.*l.*sss 2.

Pater à filio conventus, beneficium habet competentiæ, quod reciprocum eſt, imò & fratri competit, aliisque, quos ob cognationis, adfinitatis, ac neceſſitudinis arctioris vinculum, affectionem, reverentiam ſecuros ab omnimoda denuda-

Digitized by Google

nudatione eſſe oportet *volum.* 2. *diſp.* 7. *l.*mMm.3.

Patrem filiusfam. ſine venia Prætoris in jus de jure civili vocare non poteſt, nec id correctum jure canonico, quamvis Dd. vulgò aliter ſentiant *vol.* 7. *d.* 6. *l.*bb.2. *d.* 7. *l.*kk.2. idem dicendum de Patrono: Sed ſi filius, & libertus à patre, & patrono rei ſint, cum ſe defendant, non habebunt opus venia *ibid. vol.* 7. *d.* 8. *l.*mm.3. Parentum loco ſunt aſcendentes in infinitum, Parentes quoque naturales, imò publica meretrix, non filii ex inceſtuoſo, & damnato coitu nati pater, patria, verò, ſocer, & ſocrus, non Noverca, Patres autem ſpirituales *ibid.* & maritus ratione uxoris *ibid.*

Pater omnia jura tranſmittit in filium, & filius in univerſum jus defuncti patris ſuccedit, adeò, ut ne punctum temporis vacaſſe intelligatur *volum.* 2. *d.* 8. *l.*nNn.4. *vol.* 3. *d.* 5 *l.*ll 3. vide Heres, Succeſſio.

Paternum affectum nullus alius vincit *vol.* 2. *d.* 8. *l.*oOo.3. *vol.* 6. *d.* 16. *l.*Bbbb.1. maximus dicitur, tantusque, ut pater magis filii, quàm ſua cauſa moveri cenſeatur *vol.* 6. *d.* 16. *l.*Dddd 4.

Pater liberis omnium rectiſſimè proſpicere, & optimum pro iis capere conſilium creditur *vol.* 2. *d.* 8. *l.*oOo.3. *vol.* 5. *d.* 35. *l.*BB.1.2. *vol.* 6. *d.* 16. *l.*Bbbb.1.

Patre meliorem amicum filius invenire non poteſt *vol.* 6. *d.* 16. *l.*Bbbb.1.

Pater an uni ex filiis feudum, vel emphyteuſin relinquere, aut prælegare poſſit, graviſſima eſt Dd. altercatio *vol.* 3. *d.* 1. *l.*e.4.

Pater cum filio contrahere non poteſt, & hoc ob patriam poteſtatem, quæ tantum efficit, ut in his, quæ patri per filium acquiruntur, ambo una perſona exiſtimentur. Si tamen filio bona obtingant, quę patri non acquirũtur, de iisdem inter hunc & illum emptio-venditio contrahitur: Qualia ſunt; Primò Caſtrenſia, & quaſi Caſtrenſia: Secundò, bona peculii adventitii, quorum uſufructum pater non habet. Quoad reliqua verò ejusdem peculii bona, quia pater illorum legitimus eſt adminiſtrator, non niſi palàm, & bonâ fide coram amicis, vel cum judicis approbatione, venditio valet *volum.* 3. *d.* 9. *l.*aaa.3.4.

in Patrem, & filium naturalis obligatio valet, quia tunc non pro una eademque perſona cenſebuntur *volum.* 7. *diſp.* 6. *l.*dd.2.

Patris juramentum, quo promittit ſe liberos æqualiter ad hereditatem admiſſurum, valet, & obligat. Nam conſenſu proprio libera teſtandi voluntas tolli poteſt *vol.* 3. *d.* 11. *l.*H.2.

Pater, & filius in poteſtate conſtitutus, cenſentur una eademque perſona *vol.* 3. *d.* 12. *l.*K.3. vide in verbo Filius.

Patris memoria in filiis conſervatur *vol.* 4. *d.* 9. *l.*oo.3. *d.* 10. *l.*ccc.4.

Patria poteſtas eſt propria civium Romanorum, rès inæſtimabilis, hodie tamen multum coanguſtata eſt, nec tantum operatur, quantum olim *vol.* 4. *d.* 14. *l.*sss.3.4.

Pater etſi filium non poſſit vendere, tamen operas ejus poteſt locare *volum.* 5. *d.* 17. *l.*ssss.3.

Patria poteſtas in pietate, non atrocitate conſiſtit *volum.* 2. *d.* 24. *l.*DD.4. vide ſuperius.

Pater

Pater poſt pubertatem filii de illo vix aliquid in teſtamento diſponere poteſt *vol.6.d.16.l.*Dddd.1.

Patria poteſtas magis in filii perſonam, quàm res directa eſt *volum.6.diſp.16. l.*Dddd.2.

Pater filiifam. inteſtati peculium occupat jure peculii, non tanquam hereditatem *vol.6.d.18.l.*Oooo.4.

Pater qui filio ad cautionem præſtandam pro legato, vel fideicommiſſo ſibi relicto tenetur, non aliter eam præſtare cogitur, quàm ſi convolaverit ad ſecundas nuptias *vol.7.d.4.l.*q.2.

Pater filias ſuas dotare tenetur pro ratione facultatum, & dignitate mariti: officioque judicis ad hoc compelli poteſt *vol.5.d.35.l.*Z.2.

Pater ad duo filiæ tenetur, ut ipſi conditionem quærat, & dotem tribuat, ideoque licet primum ſit impletum, cogitur & alterum adimplere *vol.5.d.35.l.*Z.3.

ex Patre Principe, Comite, Nobili &c. matre verò plebeja natus filius, potitur tamen eadem patris dignitate, privilegiis, & ſuccedendi jure in feudis *volum.2. d.18. l.*T.2. vide in verbo Filius.

Patrum noſtrorum res nobis ſervari noſtra intereſt propter intereſſe affectionis, & melius eſt habere bona paterna, quàm eorum precium *volum.6. diſp.16. l.*Cccc.2.

Patriam poſt Deum, eoſque quibus ſumma rerum commiſſa eſt, ſuper omnia alia diligere debemus *vol.2. d.1.l.*c.4.

Patria omnes charitates amplectitur, nec ulla juſta cauſa videri poteſt adverſus patriam arma capiendi *volum.4.d.2.l.*m.4. *vol 5.d.46.l.*XXX.3.4.

Patria præfertur parentibus *vol.4. d.2. l.*m.4.

Patriæ naſcimur etiam, non ſolùm parentibus, imò magis *vol.4. d.9.l.*ll.1.*d.*10. *l.*aaa.3.

Patriç itaque, quam parentum ſalutem in caſu dubio magis promovemus *vol.7. d.10.l.*tt.1.

pro Patria mori honeſtum, dulce, & glorioſum eſt *vol.4.d.9.l.*ll.1.*d.*10.*l.*aaa.3.

Patriæ ſalutem, qui negligit, pro hoſte habendus eſt, & eſt ſpecies crudelitatis impugnate patria jura *vol.5.d.17. l.*llll.1. ubi pulchrè.

Patria in neceſſitate maximè defendenda *vol.6.d.3.l.*T.3.

Patriarchæ, ſeu Primates in Eccleſia Europæ ſunt varii, quos ibi vide *vol.2.d.9. l.*qQq.2.

Patrimoniale prædium ſi vendatur, & de pretio ejus aliud comparetur, hoc non naturam ſubit prioris, nec patrimoniale ejus, cujus fuerat id, quod diſtractum eſt, permanet, ſed in acquæſtum, & communionem, quæ inter virum, & fœminam eſt, incidit, quia pretium mobile factum eſt, & ideò commune, ſic nec res ex pecunia dotali quæſita, fit dotalis, & mulieris propria *vol.1.d.12.l.*zz.2.

Patrimonialis fundus cum alio acquiſititio permutatus, tunc acquiſititius cenſetur patrimonialis *vol.1.d.12.l.*zz.3.

Patrocinii jus naſcitur à jure gentium, & approbatur legibus civilibus, & Canonicis *vol.6.d.3.l.*X.2.3. id autem quod eſt in Eccleſias, & collegia Eccleſiaſtica variè deducitur, ſed tamen ab omnibus antiquiſſimum refertur *ibid.*

Patronus orbis Chriſtiani, imò totius

 unus

unus DEUS eſt, pleraque tamen regna, populi, Reſp. Ordines, Collegia ſingulares alios patronos ex Angelis, vel ſanctis ſibi elegerunt *vol.6.d.3.l.*O.2.3.

Patrocinium aliorum ambire, & ſubire periculoſum eſt: imò hoc legibus, & Imperii receſſibus ſtrictè vetitum *vol.2. d.3.l.*k.4.*d.6.l.*uu.4. *vol.4.d.3.l.*o.1.*vol.5. d.17.l.*rrr.1. *vol.6.d.3.l.*Aa.4.Bb.1.

Patrocinium alterius Principis nunquam, niſi in ultima neceſſitate quærendum, ſed neceſſitas illa etiam diſſimulanda eſt *vol.6.d.3.l.*Y.3.4.

Patrocinium tamen, ſub aliorum Principum alis quæri poteſt, qui hoc aliàs conſueverunt: quod multæ urbes obſervarunt *vol.2.d.3.l.*l.1. *volum.5.d.2.l.*o.3.4. maximè Imperiales, imò & aliæ *diſp.*17. *l.*qqq.4. Nunc in, & extra Imperium valdè conſuetum *vol.6.d.3.l.*Q.1.Bb.2.

Patrocinium, & Advocaria unde dicatur: quàm varias ſignificationes habeat *vol.6. d.3. l.*Q.2.3.4. uti & vox cliens &c. *ibid.*

Patrocinii in alios jus dividitur in ordinarium, & extraordinarium. Illud eſt, quod jure ordinario officii, dignitatisve ratione perſonis ſecularibus, vel Eccleſiaſticis competit. Ex illis primus eſt Imperator, qui Religionis, ſacrorum, Legum, & ſummi Pontificis, cæterorumque Eccleſiaſticorum habet Patrocinium. Cujus vi Concilia Univerſalia convocandi, tuendi, in illis præſidendi, & venire ad ea volentibus ſalvumconductum concedendi jus habet quæſitum. Secundò ex ſecularibus poſt Cæſarem Reges, Eccleſias in regnis ſuis ſitas, & ſubditos tutabuntur. Eandemq; defenſionem Principes, ſtatus Imperii, & Magiſtratus alii omnes Eccleſiis, & ſubditis ſuis præſtabunt: Quod etiam de ſummo Pontifice, & Eccleſiaſticis Principibus intelligendum *vol.6.d.3.l.*R.1.2.3.4. uſque ad *l.*T.4. Z.4.Aa.1.2 Ee.4.

Patrocinio apud alios Principes quæſito, nihil tamen Imperio Principis ordinarii decedit. Nam protectio nullam juriſdictionem tribuit, nec ſuperioris juriſdictioni eximit, aut priſcam libertatem, ſi eam populus, aut urbs habuerit, imminuit: quin potius evidens ſignum eſt, non juriſdictionis, ſi patrocinium, ſeu protectio peculiaribus pactis impetretur. Sed hic cautiſſimè agendum, quia jus clientelare periculoſiſſimum eſt *vol.2.d.3.l.*l.1. *d.4.l.*ee.1.*d.6.l.*uu.4.*volum.4.d.3.l.*o.1.*d.5. l.*s.1.*d.13.l.*ooo.1. *volum.5.d.2.l.*o.2.3.*d.17. l.*rrr.1.*d.30.l.*H.1.*volum.6.d.3.l.*T.2.Aa.4. Ff.3.4. Gg.1.2.3.4. hinc patronus à clientibus nec mulctam, nec collectam exigere, nec religionem indicere, nec in Camera pro illis ſupplicare poteſt *ibid.*

Patrocinium extraordinarium, ſingulare, & privilegiatum eſt, quod vel ſummus Princeps potiſſimum pro defenſione perſonæ, & rerum adverſus injuſtas oppreſſiones impetranti tribuit, & Salvaguardia dicitur: Vel quæ Domino Colonorum Cenſualium in alterius territorio habitantium intuitu competit: Vel denique qua clientes contra vim majorem aliorum proteguntur: Et Advocatia, ſeu Protectio communiter appellari ſolet *vol.6.d.3.l.*T.4.V.1 2.

Patrocinii acquirendi modi ſunt juſtus titulus: ſecundò, præſcriptio: tertiò, ſucceſſio: Non etiam familiaritatis, amicitiæ,

Digitized by Google

citiæ, aut vicinitatis jure facta defenſio *vol.6.d.3.l.*Y.4.Z 1.2.

Patrocinii capitula, pacta, & jura ab accipientibus protectionem, ſeu futuris clientibus curioſiſſimè rimanda, deſcribenda,& conſtituenda ſunt,ne dum protectionem accipiunt, Imperium ſubeant *vol.2.d.3.l.*L.1 *d.4.l.*ee.1. *volum.*4. *d.3.l.*0.1. *d.5.l.*s.2.*vol.5.d.2.l.*o 2. *d.13.l.*kkk.2. *d.17. l.*rrr.1.*volum.6.d.3.l.*Bb.1,2.4, Cc.1. Ee.4. Ff.1 2.

Patrocinium ambienti Principi non facilè danda eſt repulſa *vol.6.d.3.l.*Y.4.

in Patrocinio Domini, & Principis ſunt, quæcunque inter territorii ſui ſepta continentur, niſi ſingulari beneficio privilegii, & præſcriptionis libera eſſe teſtatum ſit, cujus probatio in reum rejicitur. Hoc tamen omnium maximè militat in ſummo Principe; Nam in Principis inferioris diſtrictu locus aliquis exemptus eſſe poteſt, uti videbis in verbo juriſdictio, & vide etiam hic plurima hujuſmodi exemptionis exempla *volum 2. d.3. l.*m.3.4. imò Patronus clientum bona etiam extra territorium ſuum ſita, defendere tenetur *vol.6.d.3.l.*Cc.3.4. & patrocinium hoc patronus tàm in ſuo territorio, quàm extra ſuum clientibus ſuis præſtare debet *ibid.l.*Dd.4.

Patrocinium eſt conventio publica, quâ Princeps, aliæque perſonæ nobiliores, populi, vel civitates, ſalva Majeſtate, ſalvoque jure ſuo, ſuorumque Dominorum ſub certa plerunque penſione annua, in potentiorum protectionem tranſeunt, ut irruente hoſte, & alia quavis neceſſitate ipſorum gaudeant patrocinio: unde & hi patroni appellantur **Schuʒherren**: illi verò ipſorum clientes **Schuʒ vnd Schirmsverwandte** *vol.5.d.2.l.*o.2.3. 4.*d.17.l.*qqq.4.*vol.6.d.3.l.*V.2.3.4. Eſt & patrocinium in multis quoddam jus ex Cęſareis,& Canonicis legibus profluens, quod legale vocatur, uti alterum conventionale *ibid.* Item aliud eſt temporale, quod eſt tutiſſimum, aliud perpetuum *ibid.*X.1.Dd.2.Ec.4.

Patrocinii jus fœdus dici poteſt, ſed impropriè *vol.6.d.3.l.*V.4.

Patrocinii contractus inter patronum, & clientem eſt contractus innominatus, Do ut Facias *vol.6.d.3.l.*V.3.

Patrocinium ſi Princeps apud alium requirat, nihil de ſua Majeſtate ex hac ſola cauſa amittit *volum.5.d.2. l.*o.2. vide ſuperius.

Patroni,& clientes inter ſe fide, humanitate, & multis aliis officiis miris modis certarunt: ubi pulchrè *volum.6.d.3.l.*Gg.4. Hh.1.

in Patrocinio conſervando, id eſt, auxiliis mittendis, ſi ſumptus fiat, a clientibus erit ſuſtinendus *vol.5.d.2.l.*o.4.*vol.6. d.3.l.*Ee.3.4.

in Patrocinii negotio quæ dentur actiones *vol.6.d.3.l.*Hh.4.

Patrocinium quomodo ab utraq; parte finiatur *vol.6.d.3.l.*Ii.1.2.

Patrocinii articuli, & membra conſtituunt in commodis, vel in oneribus. Commodum eſt debitus patronis ſuis honor à clientibus, item reverentia, obſequium, & annuum ſalatium, quod clientes promiſerunt patronis, fidem, & auxilia in periculis. Patroni verò ſumptibus clientum ipſis auxilia ferunt. Onus eſt defenſio à protectore ſuſcipienda, in peri-

Digitized by Google

culis auxilium, aſſiſtentiaque: Imò patronus non rogatus, & invitis auxilium præſtare poteſt, ſi periculum tantum, ut moram rogationis non ferat, aut ſibi damnum inde creari poſſet, hoc tamen ita intelligendum eſt, ſi clientes bonam, & non injuſtam cauſam foveant, aut res ſine armis expediri poteſt *vol.5. d.17. l.*rrr.1.2. *volum.6.d.3.l.*V.3. Cc.4.Dd.1.2.3.4.imò patronus tenetur clientes ſuos contra quosvis defendere, etiam contra compatronos, alios ſuos clientes, ipſam Eccleſiam, modò, ut dictum eſt, juſtam foveant cauſam: non tamen contra patriam, cognatos, & ſimiles *ibid.*& *l.*Ee.1.2.3.4.Hh.2.3.4.Nam patrocinii finis defenſio *ibid.*Hh.2.Ii.1.2.

in Patrocinium alterius ſubditos accipere legibus Imperii vetitum eſt *volum.2. d.4.l.*ee.1. vide ſuperius.

Patrocinium Eccleſiarum, & Monaſteriorum præcipuè in hoc conſiſtit, ut patronus ſuos clientes defendat, inſpectionem rerum ſæcularium, & adminiſtrationis Oeconomicæ habeat, ꝓvideat &c. id jus olim variis modis conſtitutum fuit, nunc ferè deſiit *vol.6. d.3. l.*V.3. X.2. uſque ad Y.3.Hh.2.3.

Patrocinium Eccleſiarum vendi non poteſt *vol.6.d.3.l.*Y.4.

Patroni debent eſſe omnibus virtutibus ornati, aut ad minus cupidi defendendorum clientum. Debent eſſe Potentes: ſecundò, Vicini: tertiò, Indigenæ *vol.6.d.3.l.*Y.1.2.

Patrocinio Reip. potius, quàm Principis ſe aliquis committere debet *vol.6. d.3.l.*Y.2.

Patronos plures eligere utile eſt *vol.6. d.3.l.*Y.2.3.

Patrocinii jus in aliquem, qui allegat, id probare debet: quod fit litteris antiquis: teſtibus: obſervantia: fama. inſignibus: non autem ſola advocati nominationis, aut ſolutionis cenſus allegatione *vol.6.d.3.l* Z.2.3.

Patronatus jus ſucceſſione etiam adquiritur *vol.1.d.12.* in Coroll. vide in verbo jus Patronatus.

inter Patronos conventio de præſentando alternis vicibus facta valet *vol.6. d.3.l.*Y.3. modo hujusmodi nulla pecunia interveniente fiat *ibid.*

in Patrocinium Infidelium, Judæorum, Hæreticorum, Bannitorum, & Inimicorum Domini Ordinarii ſe aliquis dare non debet *vol.6.d.3.l.*Aa.2.3.nec etiam tales in Patrocinium, exceptis Judęis, recipi poſſunt *ibid l.*Bb.3.4.

Patroni Monaſteriorum ſæpè ſuo officio ſunt abuſi: ut & alii patroni contra alios: contra quos abuſus Pontifices, & Cæſares gravia Edicta emiſerunt *vol.6. d.3.l.*Ff.1.2.Ii.1.

Patroni Monaſteriorum primitùs criminalem, & civilem juriſdictionem in ſubditos Monaſteriorum exercebant, inde criminalem ſolùm, nunc ferme ubiq; neutram *vol.6. d.3.l.*Gg.1.

Patroni Monaſteriorum de proventibus ad Fiſcum pertinentibus olim trientem recipiebant *vol.6.d.3.l.*Ff.2.

Patroni Monaſteriorum olim plura jura, & onera à Clientelaribus monaſteriis: Nempe œconomicæ inſpectionem, Fodrum, albergarias, regium, & alia onera exigebant *vol.6.d.3.l.*Gg.2.

Digitized by Google

Patrono ex bonis liberti, triens debetur *vol.7.d.2 l.c.2.*

Pauper quibusdam definitur, qui non habet 50. in bonis: aliis, qui habet poſſeſſionem, ſed pecuniam numeratam non habet, aliis, qui minus centum aureos in ſubſtantia habet, alii id judicis arbitrio committunt. Paupertas tamen ſecundùm perſonæ ſtatum definienda eſt; Nam ſæpe pauper Nobilis diceretur dives ruſticus *vol.4.d.9.l.*zz.1.2. *vol.6.d.*16.*l.*Eeee.3. *vol.7.d* 1.*l.*b.3.

Pauper etiam dici poteſt, qui labore, & ſudore ſuo victum quærere cogitur *vol.6.d.*16.*l.*Eeee.3.*vol.*7.*d.*1.*l.*b.3.

Paupertate Nobilitas non amittitur, ſed mirum in modum obſcuratur, & diminuitur *vol.4.d.9.l* zz.2.*d.*10.*l.*eee.2.3.4.

Paupertas non eſt de genere malorum: **Armut iſt kein Schand/ noch Unehr.** Sed tamen, neſcio, cur omnes homines illam execrantur, ita ut præſter eſſe divitem ruſticum, quam mendicum Nobilem ſecundùm Plautum *vol.4.d.9.l.*zz.2. *vol.6 d.*16.*l.*Eeee.3.

Paupertas non repellit pauperem ab accuſatione, ſi fidei, & vitæ honeſtæ ſit *vol 6. d.*16.*l.*Eeee.3.

Pauperes in extrema neceſſitate divites ſpoliare poſſunt *vol.3.d.5.l.*kk.3.

Paupertas in reo præſumitur, donec de divitiis conſtet *vol.1.d.4.l.*z.1.

Pauper pro abſente habetur, & paupertas comparatur abſentiæ: ubi vide modos, quibus aliquis pauper, & non ſolvendo probetur *vol.4 d.27.l.*Q 1.

Pauperibus quid teſtamento relictum, non poteſt in unum pauperem conferri *vol.5.d.*10.*l.*uu.3.

Paupertatis nomine, & appellatione hereditas ſignificatur *vol.5.d.*32.*l.*Q.4.

Pauper, aut dives quis dicatur, judicis arbitrio relinquendum eſt *volum.5.d.*39. *l.*MM.2.*vol.*1.*d.*4.*l.*z.1. *vol.6.d* 16.*l.*Eeee.3. *vol.*7.*d.*1.*l.*b.3.

Pauper ſi excipiat de ſua paupertate, non habet neceſſe eandem probare *vol.*1. *d.*4 *l.*z.1.

Paupertatem cauſant peregrinationes frequentes *vol.6.d.*16.*l.*Eeee.3.

Pauper ſi alleget paupertatem, & fundet in ea intentionem, debet eam probare *vol.*7 *d.*1.*l.*b.3.

Pax, eſt hoſtium inter ſe certis conditionibus de bello in totum tollendo legitimè facta transactio. Eſtque vel æqualis, quæ inter hoſtes prælio pares æquo jure, & reſtitutis plerumque ademptis, damniſque utrinque remiſſis contrahitur, vel inæqualis quam victores victis captivis, aut deditis, certis pro arbitrio ſuo præſcriptis legibus largiuntur: quam pacem vulgò vocant fœdus miſerabile *vol.*2. *d.*2.*l.*n.2.3.4. *volum.*5. *diſp* 17. *l.*ſſſ.1. *d.*19. *l.*bbbbb.2.

Pacem Duces belli non rectè contrahunt citra conſenſum Principis, aut populi, cujus nomine, & auſpiciis bellum gerunt *volum.*2.*diſp.*2 *l.*n.2. *volum.*5. *d.*19. *l.*bbbbb.2. *vol* 1. *d.*7. *l* ee.2.3.

à Pace ſemel data, vel accepta recedere non licet *vol.5.d.*2.*l.*n.4.

pro Pace conſequenda, Princeps damna etiam ſubditis belli tempore illata, remittere poteſt *vol.5 d.*2.*l.*n.4.

Pacem ſi Cæſar captivus componat, reſtitutionem ex edicto, & metu prætendere non poteſt. Nam etſi magnum de-

Digitized by Google

trimentum Imperio per pacta ſua creare non poſſit, perſona tamen ejus obligata manet *vol.5.d.13.l.*kkk.2.

Pacem ſequitur benevola animorum reconciliatio, quam plerumq; unius partis victoria diuturniorem facit. Quare pax tuta, cuivis bello etiam juſto eſt præferenda, adeò, ut ne magno quidem alicujus proſperitatis inexpectato eventu recuſari debeat, oblata *vol.1. d.7.l.*ee.2.3.

Pax religionis, quæ in transactione Paſſavica eſt ſancita, eſt munimentum fortiſſimum ſecuritatis, pacis, & tranquillitatis publicæ *volum.1. d.16.l.*O.4. *vol.2. d.7.l.*yy.2.bBb.4.cCc.3.*vol.4.d.15.l.*uuu.1.2.*d* 5.*l*.s.4.*d*.21.*l* xxxx.2.3.4. *volum.5.d.*30. *l*.zzzzzz.1.2.*per tot.*

Pax Religionis, ut revocetur, inviolabilis conventionum fides, publicarum imperii ſanctionum authoritas, imperatoriarum capitulationum religio, & Pacis denique publicæ favor ſummus neutiquam patiuntur. Quapropter hæc Religionis pax revocari non debet *vol.2.d.*7. *l*.bBb.4.*vol.5.d.*30.*l* zzzzzz.1.2.*per tot.*

Pacificationis de religione articulos vi ab Imperatore fuiſſe à Proteſtantibus extortos, multi aſſerunt, id tamen negant Proteſtantes *vol.4.d.2.l.*c.4.d.1.

Pax parit ſecuritatem *vol.2.d.7.l.*yy.1.

Pax, & ſecuritas individuæ ſunt comites, & altera alterius auxilio pulcherrimè increſcit. Itaque qui pacem publicam turbat, etiam ſecuritate publica gaudere non debet *vol.2.d.7.l.*aAa.4.

Pax nulla ob hominum improbitatem, & caſus temporum certior, firmiorque eſt eâ, quâ res tuas ita componis, ut omnem læſionis viam hoſti præcludas. Nihil igitur felicius eſt, quàm ut hoſte ſuperior evadas, & victoria rectè utaris. Sic ſtabilis debet haberi pax, cujus gratia bella ſuſcipiuntur *vol.2.d.7.l.*bBb.1.*vol.5.d.13. l.*kkk.2.

Pax publica rerum humanarum omnium exoptatiſſima; & privilegiis ferè innumeris ſuperbiens eſt, cùm veteribus, tum novis ſanctionibus, quibus ſeveriſſimè firmatur, ac defenditur: *Præcipuè* conſtitutione religionis, & pacis publicæ, quin & conſtitutione pignorationis, litigioſæ poſſeſſionis, & legis diffamare reformatæ *vol.2. d.7.l.*yy.2.bBb.4. *vol.4. d.15.l.*tt.4.uuu.2.*vol.5.d.*13.*l.*kkk.2.

Pacem publicam violant, qui doloſa, & atroci violentia, armatis hominibus coactis, & coadjuratis poſſeſſione quem dejiciunt, & ſpoliant, incidùntque in pœnas violatæ pacis, id eſt, graviſſimas, nempe banni Imperii *vol.2.d.*17. *l.*O.3. *d.*18. *l.*R.4.

Pacis publicæ violatores communi ſecuritate non gaudent, ſed variis, graviſſimiſque pœnis coërcentur: qui autem notorii tales ſunt in proſcriptionem, & bannum Imperii ipſo jure, & facto incidunt, in peregrinitatem rediguntur, & communes omnium hoſtes declarantur. Nihilominus (ut tales habeantur) ſententia ipſa ferri, & publicari debet *volum.2. d.*7. *l.*cCc.3.4.*d.*17.*l.*O.3.*d.*18.*l.*R.4. *vol.4. d.*15. *l.*uuu.2.

in Pacis fractæ cauſa, ſubditi quorumcunque Principum à Camera Spirenſi evocari poſſunt *vol.2.d.6.l.*tt 3.

Peccare, vide Delinquere, Delictum.

Peculium caſtrenſe eſt, quicquid filiusfam. ex advocationis officio acquirit, i-

Digitized by Google

tem quicquid ei ex donatione principali obvenit *vol.2.d.18.l.NN.3.*

Peculium quaſi Caſtrenſe dicitur, quod ad exemplum veri Caſtrenſis eſt introductum *vol.6.d.18.l.Pppp.2.*

Peculatus crimine tenentur, qui publicam rem, vel ſacram, vel religioſam furantur, idque hodie plerunq; capitaliter puniuntur *vol.2.d.25.l.ll.2.*

Pecunia dicitur à pecoribus, ſive à pecudis tergo, ſeu quod pecunia in pecoribus conſiſtebat, aut quicquid veteres Romani habuerunt, ſeu quod iidem moneras pecudum imaginibus ſignarent *vol.2.d.13.l.α.1.*

Pecuniç abuſus, non uſus eſt *vol.6.d.16.l.Cccc.2.*

Pecunia ſicut & nummus accipitur tripliciter. Primò largiſſimè pro omnibus rebus corporalibus, & incorporalibus: quod verum eſt in favorabilibus. Secundò latè, pro rebus quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, quæ ſignificatio procedit in cauſis nec favorabilibus, nec odioſis, & ſic in legatis. Tertiò ſtrictè, & communiter pro pecunia numerata accipitur, quæ etiam in odioſis, & ſtrictis procedit *volum.2.d.13.l.α.1,2.vol.3.d.9 l.ccc.3. vol.5.d.49.l.HHHH.2. vol.6.d.6 l.Pp.4.*

Pecunia à vectigali immunis eſt *vol.3.d.5.l.ll.2.* ubi pulchrè.

Pecuniam publicam ad certum uſum delegatam qui retinet, neque in eum uſum conſumit, Lege Julia de reſiduis tenetur *vol.2.d.1.l.*d.1.*d.25.l.ll.3.*

Pecuniam publicam, qui ſub ſpecie publici creditoris ſine principali authoritate cuiquam commodaverit, aut dederit, capitali ſententiæ ſubjugetur. Is autem, qui aurum ſic privatis commodis profuturum occultè, aut cautionis, aut ſponſionis fide, ut debitor redditurus, acceperit, ablatis bonis omnibus perpetuò deportabitur. Generaliter, qui tempore adminiſtrationis quocunque modo pecunias publicas ſubtraxerunt, Lege Julia peculatus obnoxii ſunt: uti ii quoque, qui receptores fuerunt ſubtractorum, aut illis adjutores. Cæterum magiſtratus non dolum tantùm, ſed & latam negligentiam, & hoc amplius etiam diligentiam debent, nec pecuniæ tantum, ſed etiam exiſtimationis periculum ſuſtinent *vol.2.d.1.l.*d.1.*d.25.l.ll.2.*

Pecuniæ ſolutio facienda ſecundùm eam bonitatem, cujus tempore contractus fuit: quippe æſtimatio ſtatim ab initio ſubſtantiam capit, neque ex poſt facto mutari poteſt. Hoc tamen ita demum obtinet, ſi debitor in mora non fuit: hoc enim caſu, quanti plurimi tempore moræ æſtimatio crevit, condemnandus videtur. Demum poteſt ſolvi pecunia in quacunque moneta, modò eadem quantitas reddatur, & ſolvatur *volum.1.diſp.15.l.1.4. vol.3.d.13.l.M.4. vol.5.d.8.l.pp.1.2.3. vol.3.d.5.l.mm.3.4.vol.5.d 12.l.qqq 4.vol.1.d.12.l.C.1.*

Pecuniæ ſolutio facienda eſt ſecundùm monetam antiquam: niſi conventio diſponeret ſolutionem fieri de moneta currenti, & niſi eſſet præſcriptum, aut talis conſuetudo de moneta currenti ſolvendi *vol.6.d.8.l.Fff.2.*

Pecuniæ non numeratæ exceptio intra biennium opponenda eſt: quo elapſo, amplius non valet, etiamſi debitor liquidò ſe

Digitized by Google

dò ſe probaturum affirmet, pecuniam ſe non accepiſſe *vol.*1.*d.*15.*l.*K.1.*volum.*2.*d.*27. *l.*LL.2. *vol.*4.*d.*31.*l.*BB.3. jure Canonico etiam poſt biennium hæc exceptio valet: ſed civili pecunia ſoluta, debitor habebit condictionem indebiti *volum.*7. *d.*6. *l.*dd.3.

Pecuniæ non numeratæ exceptio & creditori ſuccurrit, & debitori. Creditor 30. dies habet, ut excipiat, debitor biennium, nec huic exceptioni renunciari poteſt *vol.*2.*d.*27.*l.*LL.2.

Pecunia ex re aliqua redacta videtur ejus loco ſuccedere *vol.*7.*d.*4.*l.*q.4.

Pecunia tamen ex re furtiva coacta non furtiva, nec ex feudali, feudalis, aut dotali, dotalis eſt *vol.*1 *d.*12.*l.*xx.4.

Pecunia mea empta res, mea non efficitur, imò ne quidem jus tacitæ hypothecæ habeo, niſi expreſsè, & nominatim illud in re comparata conſtituero, aſt ubi in re extante pecunia mea comparata hypothecam conſtituero, tunc valebit etiam jus prælationis *vol.*7.*d.*4.*l.*m.3. videtur eſſe idem qui in rem emendam credidit, vide Hypotheca.

Pecunia trajectitia duplex eſt: Propria, & impropria: illa, quæ trans mare periculo creditoris contra naturam mutui vehitur, hæc eſt, quando ad ſimilitudinem fœnoris trajectitii proprii, circa navigationem ex ſolo pacto pecunia datur periculo creditoris: ex utraque mercator centeſimas uſuras capere poteſt *volum.*1.*d* 15. *l* K.2. *vol* 3.*d.*7. *l.*uu.2. vide in verbis Fœnus nauticum, & Periculi pretium.

Pecunia mutua ejus eſt, qui eam mutuo accepit, quare pecuniâ mutuâ fit optima quævis ſolutio *vol.*1.*d.*12.*l.*C.1.

Pecunia eſt mercium, rerumque comparabilium menſura quædam. Itaque nec merx eſt, nec ad mercaturę objectum pertinet *vol.*1.*d.*15.*l.*I.3.*vol.*3. *d.*9.*l.*ccc.3.

Pecunia quamvis non ſit merx, vel res, ſed rei menſura, ſeu quantitas: tamen ob ſui dignitatem in commercio verſatur *vol.*6.*d.*11.*l.*Rrr.1.2.

Pecuniæ ſi cuſtodiæ cauſa in terra condam, nec poſt aliquod temporis intervallum locum theſauri memoria repetam, jus tamen poſſeſſionis non videtur mihi peremptum, quamdium alius non invaſit *vol.*2.*d.*29.*l.*OO.3. *vol.*6.*d.*6.*l.*Pp.3.

Pecunia ex venditione immobilium redacta ſine ullo diſcrimine, ſive dies ſolutionis venerit, ſive non venerit, pro re mobili habenda eſt *vol* 3.*d.*1.*l.*b.3. Itaque nunquam pecunia ad res immobiles ſpectat, quamvis vel prædiorum emptioni ſit deſtinata, vel ex illorum venditione redacta, vel ad cambium **in den Wechſel** collata, vel peculio patrisfamilias deſtinata *vol.*1. *d.*12. *l.*xx.4.

Pecunia, quæ ex venditione feudi provenit, & redigitur, nequaquam feudi naturam ſortitur, ſed pro allodiali cenſetur *vol.*3.*d.*1.*l.*b.3.

Pecunia ſoluta intelligitur non ſolùm cùm naturaliter ſoluta eſt, ſed etiam quando venditori eo nomine vel expromiſſore, vel pignore dato, vel aliàs ſatisfactum; hoc enim perinde eſt, ac ſi pretium ſolutum ſit. Idem eſt, ſi venditor emtori fidem de pretio habuit, & ejus fidem ſecutus ſit *vol* 3.*d.*9.*l.*fff.1.

Pecunia in arcam condita, in terram defoſſa &c. Theſaurus appellatur *vol.*6. *d.*6.*l.*Pp.2.3.

Pecunia

Digitized by Google

Pecunia quævis publica à Principe in ærarium relata theſaurus dicitur *vol.6.d.6. l.*Pp.3.

Pecunia res periculoſa eſt; Nam etſi egregiè ſervando, ægrè tamen ſervatur. Igitur raro, aut nunquam defodi debet *vol 6. d.6.l.*Qq.1.

Pecuniæ ratio duplex eſt: Prima conſiſtit in ea cudenda, altera in cuſa utenda: illa ad regalia habentes pertinet, hæc ad cenſores, qui omnem ejus abuſum prohibere debent: nempe dilapidationes, profuſiones, decoctiones, præſertim Banckerottenſpieler/Fallirer ꝛc. ſeveris legibus coërcere *vol.4.d.22.l.*zzzz.3.

Pecunia in chirographo, & obligationis inſtrumento à creditore ad certam ſpeciem ſpecificari poteſt, ita ut in alia ſpecie debitor ſolutionem facere non poſſit. Et hoc non ſolum obtinet, quando expreſsè ponitur, debitorem 100. taleros ſoluturum, ſed etiam quando generaliter inſtrumento inſeritur creditorem debitori 100. taleros mutuos dediſſe, nec de ſpecificâ ſolutione mentio fit *vol.5.d.*8. *l.*pp.1.2.

ſi Pecuniæ mutatio ſive circa intrinſecam, ſive extrinſecam bonitatem ſuperveniat, diſtinguendum erit: aut enim expreſſa nummorum ſpecies in obligationem deducta, ejusque reſtitutio præcisè reſervata eſt. Aut indefinita nummorum ſpecies, vel definita quidem, ſed æſtimata, & quaſi appreciata chirographo inſerta eſt. Priore caſu intrinſecæ bonitatis, quæ contractus tempore fuit, potiſſimum ratio habenda eſt, non attento, quod valor extrinſecus creverit, vel decreverit: poſteriore æſtimationem duntaxat in obligatione eſſe, nummorum verò genus in ſolutione communiter obtinuit: nec hic contractus tempus inſpicitur *vol.5. d 8. l* pp.2.3.

Pecunia turpiter recipi dicitur pro faciendo eo, ad quod quis gratis tenetur *vol.6.d.3.l.*V.4.

Pecunia eſt nervus belli, eâque plerumque expugnantur omnia *volum.5.d.2. l.i.2.diſp.19.l.*aaaaa.1. vide in verbis Ærarium. Collectæ. Tributa. Eſt regina mundi, ſuſtentaculum dignitatis, fidejuſſor futuræ neceſſitatis *volum.6. d.2. l.*F.2. ubi & alia ejus elogia vide. Vide etiam in verbo Fiſcus.

Pecus ſi ita aberraverit, ut inveniri non poſſit, ſtatim noſtra corruit poſſeſſio *vol. 7.d.7.l.*gg.1.

Penſionum perceptio poſſeſſionem probat, modo præcedente titulo legitimo ad transferendum dominium penſio ſoluta ſit, idque non ſolum habet contra ſolventem, ſed etiam contra tertium, & quoad omnes *vol.3.d.3 l.*t.1.

Pedagium. vide in verbo Vectigal.

Peregrini jus naturæ, & gentium cum civibus Romanis commune habent, non legum Romanarum. Itaque commeatus, hoſpitii, tum bonorum ſecuritate gaudent, item commerciorum, ita ut in naufragiis peregrinorum quoque bona ſecura eſſe debeant, ut & in ipſa morte. Itaque eorum bona ad liberos, aut proximos agnatos devolvuntur, aut teſtamenti factionem habebunt, non ut cives Romani, ſed ut Peregrini *vol.2 d.7. l.*a Aa 3.

Peregrini uſurarii expellendi ſunt, nec domus illis locanda eſt *vol.2.d.7.l.*a Aa.3.

Peregrini pro alienis debitis, vel deli-

ctis (nam pro propriis non eſt dubium) jure clarigationis, ſeu repreſſaliarum, quod vocant, niſi fortè denegatæ juſtitiæ, pignorari non poſſunt *volum.* 2. *diſp.* 7. *l.* a Aa. 3.

Peregrinis jus repreſſaliarum non conceditur *vol.* 2. *d.* 7. *l.* a Aa. 3.

Peregrinorum in Francia decedentium bona Fiſco regio cedunt: quod Galli jus Albinagii le droict d'aubaine appellant, quod jus omnino injuſtum videtur, excipiuntur tamen ibi ab hoc jure perſonæ literatæ, ſociæ, confœderatæ, aut quæ jus naturalitatis ſibi conſecutæ ſunt, aut alterutro parente Gallo natæ ſunt *vol.* 2. *d.* 7. *l.* a Aa. 3 *d.* 20. *l.* Y. 4.

Peregrinans regulariter neque in perſona, neque in bonis ſiſti, ſed ordinario ſuo foro relinqui debet, quo nomine immediatis ſuâ, vel ſubditorum ſuorum cauſa ſupplicantibus, contra alios itidem immediatos arreſtantes quotidiè in Camera mandata de relaxando ſub debita cautione judicio ſiſti, & judicatum ſolvi decernuntur, licèt per alienam Provinciam iter faciens, petente tertio à loci Magiſtratu arreſtatus dicatur *vol.* 2. *d.* 7. *l.* a Aa. 4.

de Peregrinis, quæ hactenus dicta ſunt, de illis, non de hoſtibus intelligi debent. Nam cum ipſis omne commercium ſubditis interdictum eſt *volum.* 2. *diſp.* 7. *l.* a Aa. 4.

Peregrini, qui voto concepto religionis ergò proficiſcuntur, plena ſecuritate, & maximis privilegiis, ceu clerici, gaudent. Imò teſtamento etiam non ſolenni condito, bona ſua heredibus relinquere poſſunt *vol.* 2. *d.* 7. *l* kKk. 3.

Peregrinorum ſucceſſio ſic ſe habet, ut Epiſcopus loci bona ab illis relicta aut heredibus reſtituere, aut ſi non habeant, pauperibus diſtribuere debeat. In Galliis verò illis Rex ſuccedit, ut dictum ſupra, ut nec de iis teſtari poſſint, niſi ex Gallicana matre in Gallia editi, ibique educati ſint, ſed hoc intelligitur ſolùm de bonis in Gallia quæſitis, non alibi *volum.* 5. *d.* 39. *l.* MM. 3. 4.

Peregrini ſolum hoſpitii jus habent, non domicilii *vol.* 4 *d.* 5 *l.* u. 4.

Peregrinus inter miſerabiles perſonas refertur *vol.* 4. *d.* 26. *l.* I. 3.

Peregrini, qui voto concepto religionis ergò proficiſcuntur, vulgò **Pilgren/ vnd Walfahrter /** plena ſecuritate gaudent, ne ipſis, dum peregrinationem obeunt, ſive in perſona, ſive in bonis ulla injuria damnumvè inferatur, ac ab omnibus tributorum generibus immunes ſunt pro ſe, & rebus ſuis, litibus non implicantur cum jus revocandi domum habeant, nec inter ipſa hoſtilia arma offenduntur, denique bona morientium ad heredes ipſorum ſive teſtamentarios etiam teſtamento non ſolenni inſtitutos, ſive legitimos devolvuntur *vol.* 2. *d.* 7. *l.* kKk. 3.

Peremptoriæ exceptiones ſunt, quæ ſemper locum habent, nec evitari poſſunt, & dantur vel ratione facti, cum factum ſit, quod fieri non oportet, aut quia factum non ſit, quod fieri non oporter, aut quia factum ſit, quod fieri debuerat, qualis eſt exceptio rei venditæ, & traditæ, & moderatæ, ſeu inculpatæ tutelæ. Vel ratione perſonæ tàm creditoris, quàm debitoris occaſione: hæ exceptiones plerumque poſt litem conteſtatam propo-nun-

nuntur: imò admitti etiam poſſunt in executione ſententiæ poſt condemnationem *vol.2.d.27.l.*LL.1.MM.3.

lex Periculi pretium 5.*ff. de naut. fœn.* inprimis eſt innominatus contractus, Do, ut Des, non uſurarius, non fœneratitius, non fœneratitia conditio: non purus, ſed conditionatus, ut exiſtente conditione nihil, non exiſtente plus, verbi gratia, ſeſqui, tria, duo, vel quotcunque convenit tanta des. Poteſtque reſolvi in obligationem alternativè conceptam, quæ pœnalem conditionem in ſe habeat, Do, ut facias, aut des, aut manumittas, aut duplum reddas *vol.1.d.9.l.*rr.1, *vol.*3. *d.*7.*l.*uu.2.

Periculi, aut lex, pretium eſſe: Ergo quæritur, quale hic ſit periculum? & manet fermè indeciſum: ſed diſtinguendum eſt, fœnus nauticum in verum ſeu proprium, quod, quale ſit, tralatitium eſt: & in aliud quaſi, ſeu improprium, puta quando pecuniam terreſtrem, creditor ſuo periculo mutuam dat, cum terreſtres viæ vel à latronibus inſeſſæ, aut in bello militibus ad prædam aſpirantibus occupatæ, aut alio modo minus tutæ ſunt. Differentia inter utrumque periculum hæc eſt: In Fœnore terreſtri, uti & nautico, ipſa ſors penes debitorem eſt periculo creditoris, ut ſi igne conflagret, à latronibus, piratisve eripiatur &c. peritura ſit creditori: In noſtra lege non ita ſors eſt dantis apud accipientem periculo, ſed ſolum erogans periclitatur in eventu conditionis appenſæ: verbi gratia, Athletæ 50. dedi, pactus, ut ſi vincat, 100. reddat, ſecus nihil. Antequam Athleta pugnet, incendio, aut furto ipſi 50. pereunt: cui jam periiſſe dicemus? nemini alteri, quàm ipſi Athletæ, quippe Domino: Et recipiendi cum augmento ſpes mihi ſemper rata eſt, donec in Palæſtra ſuccumbat Athleta *volum.1.d.9.l.*rr.1. *volum.*3.*d.*7. *l.*uu.2.

hoc Periculi pretium tantùm abeſt, ut uſura ſit, ut potius ejusdem dans etiam uſuras, aut pœnam, ni, ſi ipſius voto eventus reſpondeat, protinus reſtituat, aut ſolvat, ab eodem, id eſt, accipiente ſtipulari poſſit. Tantum autem hoc pretium eſſe poteſt, quantum placito partium eſt definitum, ſive dimidium, ſive alterum ſit tantum, ſive triplum, aut amplius *vol.1.d.9.l.*rr.1.2. *vol.*3.*d.*7.*l.*uu.2.

hæc Periculi pretium lex quas conditiones admittat, quæritur? & conditiones inprimis dividuntur in caſuales, verbi gratia, ſi naſcatur tibi filius, ſi navis tua ex India redeat &c. & de hoc quamvis multi dubitent, aut diſtinguant, tamen à nobis jure admittitur: ſecundò, in mixtas, de quibus nemo ambigit: tertiò, in poteſtativas, quas pœnales vocat Scævola, de quibus omnibus eſt D.d. concertatio: ſed nos, quando certius futurum eſt, ut accipiens, in cujus poteſtate eventus poſitus eſt, operam det, acceptâ ſummâ, ut facto, quod in conventionem ductum eſt, præſtito, id quod datum eſt, lucretur, & hic tanto liquidius ſit dantis periculum, optimè has conditiones admittimus: imò etiam accipiens patitur periculum. Nam etſi in ejus poteſtate ſit conditionem implere, tamen fortaſſis aut ex negligentia, aut ex oblivione, aut pertinacia &c. illud implere negligit. Et nota hic obiter, quod nullum periculum eſt, ubi hæc locum

 non

Digitized by Google

non habeant *volum.*1. *d.*9.*l.*rr.2. *vol.*3.*d.*7. *l.*uu.2.

Periculo ſe exponere nemo tenetur *vol.*2.*d.*23.*l.* CC.2.*d.*24.*l.*EE.1.2.

Periculum ubi in mora, tunc à juris communis regulis recedimus *vol.*6.*d.*3. *l.*Ee.2.

Perjurium aggravat delictum, id eſt, aſſertionem mendacem *vol* 1.*d.*12.*l.*E.3.

Perjuri contrahentes puniuntur: primò pœna perjurii: ſecundò emptor amiſſione rei, venditor verò pretii. Pretium autem, & res applicantur fiſco, ante exactum juramentum, ſi docebitur fraus, aut mendacium, pœna eſt minor *volum.*1. *d.*12.*l.*E.2.

Perjurii exceptio iis objici ſolet, qui ſpreta jurisjurandi religione actionem intentant. Si tamen actor abſolutionem à juramento juſta de cauſa impetraverit, hac exceptione non repelletur *vol.*2.*d.*27. *l.*MM.1.

Perjurus etſi non facilè amplius ad juramentum admittatur, is tamen, ſi juret, ad obſervationem religionis cogi poteſt *vol.*3.*d.*11.*l.*H.2.

Perjurium tunc propriè committitur, cum veritas à juramento abeſt *volum,* 3. *diſp.*11.*l.*H.2.

Perjurium feciſſe nemo præſumitur *vol.*3.*d.*15. *l.*R.1.

Perjurus jure civili uſquequaque non eſt infamis, ſecus jure canonico, à teſtimonii tamen dictione utroque jure repellitur *vol.*7.*d.*6.*l.*bb.4.

de Permiſſorum genere, quæ ſunt, & in actibus indifferentibus, etiam injuſta, planè fatua, & beſtialis cauſa à dolo excuſat *vol.*2.*d.*7.*l.* iIi.3,

Permiſſum intra tempus poſt tempus videtur denegatum *vol.*6. *d.*16.*l.* Cccc.4.

Permiſſo uno permiſſum etiam alterum creditur, quod eſt ei connexum *vol.* 4.*d.*9.*l.*nn.2.

ex Permiſſorum genere eſſe intelligitur, quod nominatim non reperitur prohibitum *vol.*6.*d.*3.*l.*Z.3.

Permiſſio ſemper eſt favorabilior, quàm prohibitio *vol.*1.*d.*8.*l.*ii.2.

Permiſſum eſt omnibus, quodcunque id ſit, ſi non expreſsè prohibeatur. Quamdiu igitur non conſtat, an alicui ſit aliquid prohibitum, etiam ſi nuſquam quicquam legi ſit, aut poſſit de permiſſione, pro non prohibito tamen habendum eſt *volum.*1. *d* 8.*l* ii.2.

Permutatio eſt contractus, placitum, ſeu conventio jurisgentium innominata, bonæ fidei emptioni ſimilis, ex qua datur actio præſcriptis verbis, ei, qui rem aliquam (ſive certam ſpeciem, ſive genus) dedit, ut ſibi daretur alia ad hoc, ut id, quod promiſſum eſt, præſtetur, aut id, quod intereſt. Emptioni autem ſimilis dicitur, quia utraque bonæ fidei, ex utraque etiam paratur conditio uſucapiendi, ex utraque præſtatur evictio, ex utraque fit redhibitio: & quemadmodum in ex empto, ita quoque in ex permutatione cavetur: differunt tamen in multis. Primò in venditione: aliud eſt vendere, aliud emere, alius emptor, alius venditor, aliud pretium, aliud merx. Secundò in venditione emptor facit pretium accipientis, venditor non, ſed ſufficit poſſeſſionem tradere, & evictionis nomine ſe obligare. In permutatione contra videtur, quod uterque debeat rem accipientis facere.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò, quod evictâ re vendita ex empto actio detur: Permutatâ verò re evicta, actio in factum præſcriptis verbis competat. Quartò, Emptio, & venditio nudo conſenſu contrahuntur: Permutatio verò ex re tradita initium obligationis præbet: Quintò aliena res permutari nequit: Sextò, in permutatione ex altera parte impleto contractu licet pœnitere, & ſuum per condictionem cauſa data, cauſa non ſecuta, repetere, id quod in emptione non licet. Item res aliqua, ſive certa ſpecies, ſive genus in permutatione dari poteſt, quo ipſo à contractu innominato do, ut des, non differt. In quo itidem vel genus, cum genere, vel genus, cum ſpecie, vel ſpecies cum ſpecie permutatur. Porrò ad duo competit hæc actio, nempe ad implendam conventionem, vel ad id, quod intereſt, rem fuiſſe traditam, aut ſi vel elegerit, vel nihil interſit, condictione cauſa data uti poterit *vol.2. d.21. l.Z.4.*

in Permutatione cum ex utraque parte res intervenire debeat, quæſitum fuit, ſi mercator pro merce aliqua empta rem ſimul, & pecuniam dediſſet, an Emptio-Venditio, an verò Permutatio contracta intelligatur? Reſpondetur, ſi de eorum mente conſtat, tunc ſecundum illam, vel venditio erit, vel permutatio, ſi non conſtat, tunc magis judicabitur contractus innominatus, & permutatio *volum.1.d.15. l.*L.1.*vol.2.d.21.l.*Z.4.*vol.3.d.9.l.*ccc.3.*vol.6. d.11.l.*Rrr.1.

Permutatio non differt à contractu Do, ut Des *vol.3.d.13.l* N.1.

inter Permutationem, quæ duabus rebus immobilibus, & illam, quæ una re immobili, altera mobili fit magna eſt differentia: Nam ſi hæc venditio dicetur, & retractui ſubjacebit *vol.1.d.12.l.*I,D.3. *vol.3.d.9.l.*ccc.3.

quod Perpetuum eſſe debet, id mutari nullo modo poteſt *vol.2.d.8.l.*oOo.2.

in Perplexis ubi utraque extrema ad abſurditatem ducunt, media ſententia eſt tutiſſima *vol.4.d.14.l.*sss.2.

Per ſe, vel cum alio conjunctum aliquid tale eſſe paria ſunt *vol.6.d.3. l.*Ii.1.

Perſecutio delinquentis magiſtratui contra pacem publicam offenſo, extra ſuum etiam territorium permiſſa eſt *vol. 4.d.5.l.*u.1.

Perſona eadem diverſis qualitatibus prædita, pro diverſis habetur, ſtatus enim hominum dividuus eſt, & diſtractionem admittit *vol.2.d.3.l.*m.4. *vol.5 d.17.l.*ffff.4. *vol.7.d.5.l.*y.3.

Perſonæ conditionem ſtatus rei non mutat, nec afficit eam, quoad libertatem *volum.2.d.3.l.*n.4. *vol.5.d.17. l.*ffff.4.

Perſonæ mutatione mutatur privilegium, qualitas, conditio, natura bonorum, etiam quoad forum *vol.2.d.3.l.*n.4. *vol.5.d.17.l.*ffff.4.

Perſonæ vox interdum pro figuris ædificio alicui affixis: interdum pro larvis: interdum pro qualitate hominis inſita, ſeu ad animum, ſeu ad corpus: ſed plerumque pro hominis individuo uſurpatur *vol.6.d.2.l.*F.4.

Perſonæ digniores ſunt rebus, aut ullis fortunæ bonis. Fas igitur, ut ſtatus nobilior, trahat ad ſe ignobiliorem, & fundi qualitas, & privilegium à perſonis menſuratur, nec perſonarum dignitas per maximam bonorum partem obfuſcatur. Sic ſi ex pluribus qualitatibus reſultare po-

 teſt,

teſt, diverſus effectus, dignior, potiorq; qualitas attendenda eſt *vol.* 2. *d.* 3. *l.* n. 4.

in Perſonalibus quibusve actionibus etiam ſtricti juris, cum quibus concurrit rei vindicatio, is poteſt conveniri in ſolidum, apud quem tota res reperitur *vol.* 1. *d.* 12. *l.* A. 2. de perſonalibus actionibus, vide Actio, & in materiis cujusque rei ſingularibus.

Perſona libera pro debito nec retineri, nec locari, nec pignorari poteſt *vol.* 2. *d.* 7. *l.* eEe. 1.

Perſonæ obſtrictio, & reſtrictio valet, quando in ipſius arbitrio reſidet, ſe ſe pro libitu ab obligatione liberare: & quia hoc lege fieri poſſe tralatitium eſt, quid ni igitur etiam pacto, vel obligatione *vol* 4. *d.* 27. *l.* N. 4.

Perſonis miſerabilibus, ut viduis, pupillis &c. indultum eſt, ut in ſuo tantùm foro conveniantur, nec principali reſcripto evocari poſſint: ipſis verò ſuos adverſarios impetrato reſcripto ad Principis tribunal evocare liceat *vol.* 5. *d.* 15. *l.* ooo. 1. eæ per ſaltum appellare poſſunt, vide Appellatio. Quæ tales dicantur, judicis arbitrio relinquendum *vol.* 7. *d.* 5. *l.* y. 4. contra eas ſi judices Laici negligentes ſunt, tunc earum defenſionem ſuſcipit Eccleſia *ibid.* *d.* 6. *l.* bb. 2.

Perſonis annexa ſunt privilegia ſtatuum, & exemptiones, non locis, nec patrimonio *vol.* 5. *d.* 17. *l* fff. 4.

Perſonale jus impetrantis oſſibus inhæret, nec de perſona ad perſonam, aut de loco ad locum trahi debet *vol.* 7. *d.* 1. *l.* b. 2. vide Privilegium.

Perſonaliter privilegiati creditores, qui ſolummodo Chirographariis creditoribus præferri ſolent, ſi ſibi hypotheca caveri faciant, tunc illud privilegium fit reale, ut etiam hypothecariis præferantur *vol.* 7. *d.* 4. *l.* p. 3.

Perſona inhabilis propter concurrentem perſonam habilem habentem beneficium, ſeu privilegium redditur habilis, ſed requiritur, ut intra dictas perſonas cauſa concurrens ſit individua, & inſeparabilis *vol.* 5. *d.* 34. *l.* X. 4.

Perſona an ſit habilis ad aliquem actum perficiendum, ante omnia quærendum eſt tàm in negotiis extrajudicialibus, quàm judicialibus, & aſſerens ſe talem, probare debet ſe talem *vol.* 7. *d.* 5. *l.* x. 2.

qui Perſonas, quæ ob reverentiam ſine venia in jus vocare non poſſunt, nihilominus venia haud prævia citari curant, contra eos actio pœnalis eſt conſtituta *vol.* 7. *d.* 8. *l.* mm. 3.

Perſonarum conditio ad quas habetur reſpectus, variat plerumque interpretationem juris, & legum: nempe ſi ſit perſona Eccleſiaſtica, vel ſæcularis, paganus, vel miles, minor, mulier, ruſticus, ſenex, vel impubes *vol.* 5. *d.* 49. *l.* HHHH. 1.

Perſonæ igitur, quibus reverentia debetur, in jus vocari non poſſunt ſine juſſu Prætoris: ſunt autem parentes, patroniq; utriusque ſexus, aſcendentes in infinitum, adeò, ut Adamus, ſi hodiè viveret, à nemine citari poſſet, legitimi, naturales, imò publica meretrix, non verò parens, inceſtuoſi & damnati coitus filii: ſocer etiam, & ſocrus parentum loco ſunt, & patres ſpirituales, non Noverca, patria vero *vol.* 7. *d.* 8. *l.* mm. 3. & maritus *ibid.*

Petitorium non tollit poſſeſſorium *vol.* 6. *d.* 15. *l.* ZZZ. 1.

Peti-

Digitized by Google

Petitoria exceptio reo ſuccurrit: qui ut actorem remedium aliquod poſſeſſorium intentantem repellat, quæſtionem movet ex petitorio deſcendentem, qua probata vinceret in petitorio *vol.2.d.27. l.*MM.2. de Petitorio plura vide in verbo Poſſeſſorium.

Pfalburgeri, vide Cives.

Pharmacapolæ non minus, quàm medici puniuntur, ſi avaritius contra Medicorum præſcripta, vel ex propria temeritate quasvis medicinas ex corruptis ſpeciebus, herbis, aut radicibus planè emortuis conficiunt: Et illi, qui vel ſine præſcripto Medici Pharmaca compoſita propinantes ægrum in diſcrimen vitæ adducunt, aut venenum necandi hominis gratia, vel præparant, vel vendunt *vol.1.d.5. l.*bb.3.

Pietas eſt rectus de Deo ſenſus, & verus in eum cultus *vol.4.d.2.l.*e.1.

Pietas maxima eſt, quæ pro paupertate facit *vol.7.d.1.l.*b.1.

Pictores ſordidam artem exercent *vol.4. d.9. l.*yy.1. *d.10. l.*eee.3.

Pignori non poteſt dari res aliena *vol. 2.d.11.l.*uVu.3.4. *vol.5.d.38. l.*GG.4.HH.1. *vol.6.d.4.l.*LI.4.

Pignore debitori, à creditore reddito, debitor non liberatur *vol 1.d.7.l.*ee.4.ff.1. vide in verbo Pacta.

Pignus facta debiti depoſitione, vel obſignatione, à debitore vindicari poteſt *volum.7.d.4.l.*n.1.

pro Pignore locator habet, quæ in ædes, quas locavit, invecta ſunt: quod tamen in illatis à colono in prædium ruſticum conductum non tenet *vol.1.d.7.l.*ff.3. *vol.2.d.11. l.*uVu 4.

Pignus publicum in concurſu creditorum etiam poſterius, præfertur privato etiam anteriori *vol.7.d.4.l.*p.4.

Pignus cum ſua cauſa, privilegio, & onere transfertur *vol.2.d.3.l.*o.4.

Pignus eſt contractus realis, quo creditori jus aliquod in re conſtituitur, propter reſtituendæ alterius alicujus rei debitæ vinculum *vol.1.d.10.l.*tt.1.

Pignorum nobiles effectus ſunt *vol.7. d.4.l.*p.4.

Pignus nomen generale eſt, ſub ſe pignus in ſpecie, & hypothecam complectens *vol.7.d.4.l.*p.4.

Pignus aliud eſt publicum, aliud privatum: illud, quod publica authoritate interveniente, hoc, quod inter privatos ſine authoritate publica conſtituitur *vol.7. d.4.l.*p.4.

Pignus propriè, & in ſpecie ſumptum eſt rei mobilis, hypotheca verò rei immobilis, & non traditæ *volum.7.d.4 l.*p.4. ſed communiter iisdem actionibus agunt, pro iisdem ſumuntur, & ſtatutum de pignore loquens intelligitur etiam de Hypotheca *ibid.*

Pignus dominii cauſam non mutat *vol.2.d.3.l.*o.4. quia pignoris obligatio nequaquam dominium in creditorē transfert, ſed ſemper in dominio, & bonis debitoris permanere dicitur: ſic pignoratio, propriè non eſt alienatio, quia non eſt dominii translatio *vol.7.d.4.l.*n.1.

Pignus ſic obligatum, ut nulla ſolutionis ſpes ſit, alienatum potius, quàm pignoratum cenſebitur *vol.2.d.3.l.*o.4.

Pignus debitor invito creditore vendere, & dominium in emptorem transferre poteſt *vol.7.d.4.l.*n.1.

quod

Digitized by Google

quod Pignoratum creditor habet, id ſuum dicere non poteſt, unde ſi leget bona ſua, non creditur legaſſe pignus *vol.*7. *d.*4.*l.*n.1.

Pignoris donatione dominium ejus rei non alienatur:ſic licèt quiſemere prohibeatur in aliorum finibus, ſeu territorio; pignus tamen accipere non prohibetur *vol.*1.*d.*12.*l.*E.1.*vol.*6.*d.*4.*l.*Ll.3.4.

Pignus non conſiſtit in poſſeſſione,ſed in jure *vol* 6.*d.*4.*l.*Ll.3.

Pignoris luendi juri nullo modo præſcribi poteſt *vol.*2.*d.*11.*l* xXx 4. *vol.*5.*d.*35. *l.*AA.1.vide in verbo Præſcriptio.

Pignoris poſſeſſionem,qui propria authoritate ingreditur, illud tamen non amittit,niſi apertam vim fecerit *vol.*6.*d.*17. *l.*Hhhh.3.

Pignus publicum duplex eſt, aliud judiciale,quod rei judicatæ,vel inſtrumenti Quatentigiati cauſa conſtituitur: vel in prætorium, quando nulla præcedente ſententia definitiva miſſio fit à judice, in poſſeſſionem bonorum *vol.*3.*d.*4.*l.*q.1.

Pignoratitiæ actioni ne quidem per mille annos præſcribitur,adeò ut pactum in contrarium factum de non luendo pignore, tanquam repugnans contractui, non valeat *vol.*3. *d* 5 *l.*bb.1.2.

Pignoribus in judicio, niſi ſolum fidejuſſoribus ſatisdari non poteſt *vol.*3 *d.*13. *l.*M.2.

Pignus recipere invitus nemo cogitur, vel ad ejus cuſtodiam compelli *vol.*4.*d.*27. *l* K.4.*d.*34.*l.*II.4.

ex Pignore duplex actio deſcendit:Directa una, altera contraria, ſeu utilis. Illa datur debitori adverſus creditorem ad rem ipſam oppigneratam ſoluta pecunia reſtituendam: hæc competit creditori ad ſumptus neceſſarios, quos in re pignerata fecit, recuperandos *vol.*1.*d.*10.*l.*tt.1. *vol.*2. *d.*11. *l* xXx.4.

Pignorationis conſtitutio imperialis, ejusque requiſita, ſi quis ea uti velit *vol* 5. *d.*4 *l.*ee.1. *vol.*2.*d.*7.*l.*yy.2.

Pignori rem acceptam uſu non capimus,quia pro alieno poſſidemus *volum.*5. *d.*35.*l.*AA.1.

Pignus corporale à creditore poſſidetur naturaliter jure pignoris,quia à debitore poſſeſſio,dimiſſio & in eum translata eſt: ita tamen,ut per eum debitor poſſideat,& uſucapiat,quamdiu vivit; nec ſibi,ſuoq; nomine creditor,niſi poſt mortem debitoris,poſſidet,aut uſucapit *vol.*6. *d.*4.*l.*Mm.3.

Pignorationes hodie ſunt prohibitæ: & vide *ibidem*, quomodo contra pignorantem procedi poſſit *volum.*5.*d* *ſput.*46. *l.*AAAA.1.2. de pignoribus vide plura in Hypotheca.

in Pignore creditor de dolo,lata,& levi culpa tenetur,non autem de leviſſima, uti nec de caſu fortuito *vol.*1.*d.*10. *l.*tt.1. hinc quicquid pignori commodi,vel incommodi fortuitò accedit, id omne ad debitorem pertinet *vol.*7.*d.*4.*l.*n.1.

Pignorationis conſtitutio in ſolis ſubditis locum habet *vol.*6. *d.*3.*l.*Gg.3.

Pignorationis conſtitutione Dominus pro relaxatione Judæi uti poteſt *vol.*6.*d.*3. *l.*Gg.3 4.

Piratæ communi ſecuritate non gaudent, ſed à magiſtratu graviter perſequendi ſunt,& ab imperitis impunè occiduntur *vol.*2.*d.*7.*l* dDd.2.

Piſæ 12000.aureorum Gambacurtæ à Carolo

Digitized by Google

Carolo IV. venditæ ſunt *vol.* 2. *d.* 3. *l.* g. 1. *d.* 13. *l.* y. 3.

Piſces, ſi ſervandi ſint, & cuſtodiæ ſolùm cauſa ſtagno, vel piſcina concludantur, inter mobiles res cenſentur, & retractui nõ ſubjacent: Sin verò eò conjiciantur, ut ſoboleſcant, multiplicentur, & creſcant, pars fundi, & ejus juris habentur, ac retractui cum fundo ſubjacent. Hæc diſtinctio ſubſervit etiam alteri deciſioni; an piſces heredibus obveniant, vel ad ſucceſſores feudales, vel etiam ad Dominum pertineant. Priori caſu heredibus, poſteriori agnatis, vel Domino obveniunt *vol.* 1. *d.* 12. *l.* yy. 1.

Piſcium captus ſi ematur, valet, etiamſi nihil captum ſit, quia ſpei emptio obtinet, tum quia ex hoc contractu non debetur evictio *vol.* 3. *d.* 9. *l.* ccc. 3 eee. 2.

Piſcatus, ſi quiſpiam fuerit in fluminis publici diverticulo pluribus annis ſolus, tunc alterum eodem jure uti prohibet *vol.* 4. *d.* 31. *l.* AA. 4.

Piſcatio inſtituitur ad capturam piſcium: cum venatione partim convenit, partim differt *vol.* 5. *d.* 46. *l.* AAAA. 4.

Piſcatio à ſummo Principe prohiberi poteſt. Ea tamen inter regalia non refertur, etſi ejus reditus regalibus annumerentur *vol.* 5. *d.* 46. *l.* AAAA. 4. *volum.* 7. *d.* 9. *l.* rr. 1. 2. quæ ſe ita habent in fluminibus, lacubusque publicis, & mari, ſecus in privato lacu, vel ſtagno, clauſaque aqua, ubi jus omne prohibendi Dominus habet *ibid* rr. 2.

Piſcatio eodem modo acquiritur, quo venatio, uti etiam præſcriptione. Probatur iisdem modis, producit easdem actiones *vol.* 5. *d.* 46. *l.* AAAA. 4.

Piſcatio clericis etiam permittitur *vol.* 5. *d.* 46. *l.* AAAA. 4.

Piſcatio non venit conceſsâ venatione, & ſic in hoc quoque ab eâ differt, quod piſces, qui per inundationem ex piſcina, ſtagno, ſive lacu meo in alterius fundum egreſſi ſunt, poſſum vindicare: ubi vide deſcriptiones piſcinæ, ſtagni, lacus *volum.* 5. *diſp.* 46. *l.* AAAA. 4. *diſp.* 47. *l.* BBBB. 4.

Piſces, qui ex piſcina, ſtagno, ſeu lacu alieno aufert, ut fur punitur *volum.* 5. *d.* 46. *l.* BBBB. 1. *d.* 47. *l.* BBBB. 3.

Piſcationes ſunt communes in mari, portu, flumine publico, & ſimilibus, niſi ibi jus piſcandi ſit privatum, vel quis convenerit cum vicino, ne ille in mari piſcetur, vel Princeps ex juſta prohibuerit cauſa, ne quis piſcationem in flumine quodam publico inſtituat, vel conſuetudo in contrarium ſit *vol.* 5. *d.* 47. *l.* BBBB. 4. *vol.* 7. *d.* 9. *l.* rr. 2.

Piſcationem in certa maris, vel fluminis publici parte Princeps alicui ſoli concedere poteſt *vol.* 5. *d.* 47. *l.* BBBB. 4.

Piſcatio etiam in eo loco licita eſt, quem fluvius naturaliter inundavit *vol.* 5. *d.* 47. *l.* BBBB. 4.

Piſcator etſi deprehendat æmulum piſces ex naſſa à ſe poſita extrahentem, tamen piſces erunt occupantis, ſecus tamen in piſcina *volum.* 5. *diſp.* 47. *l.* BBBB. 4. CCCC. 1.

Piſcandi jus etiam tunc commune ſit, quando fluvius vi ſua alveum per alicujus hortum, vel agrum fecit *volum.* 5. *d.* 47. *l.* BBBB. 4.

Piſcationis jus per inundationem, aut occupationem tunc augeatur, quando

flumen publicum, vel mare naturæ miniſterio augetur *vol.* 5. *d.* 47. *l.* BBBB. 4.

Piſcationis faciendæ gratiâ ſi quis conduxit paludes, aut piſcinas, & in illis reperiatur certa terræ pars ab alveo elevata, ſub qua piſces tempore brumali ſe recipiunt: quæritur an ſit licitum conductori illam elevatam partem aperire, & omnes accipere piſces? & negatur *volum.* 5. *d.* 47. *l.* BBBB. 4.

Piſcandi jus Principes nunc in totum regale fecerunt, atque ſibi vendicarunt, & ex hujus juris conceſſione plerumque vectigal repetunt *vol.* 3. *d.* 5. *l.* aa. 4. *vol.* 4. *d.* 5. *l.* t. 3 *vol.* 5. *d.* 12. *l.* hhh. 2.

Picariæ, id eſt, jura picis legendæ ad metalli fodinas pertinent *vol.* 7. *d.* 9. *l.* rr. 2.

Piſtores ſordidam artem exercent *vol.* 4. *d.* 9. *l.* yy. 1. *d.* 10. *l.* eee. 3.

Placitis obtemperandum eſt *vol.* 2. *d.* 3. *l.* q. 2.

Plagiatii ſunt, qui liberis noſtris perſuadent, ut aufugiant, & hi quandoq; capitaliter puniuntur, quod & obtinet, qui alias quoque perſonas juri noſtro ſubjectas, ſic abducunt *vol.* 2. *d.* 25. *l.* II. 2.

Plauſtri everſione caſuali, etiam ſi inde homo occiſus ſit, merces vectæ non debent propterea publicari *volum.* 6. *d.* 5. *l.* Oo. 3.

Plenum dicimus, cui nihil omninò deeſt *vol.* 2. *d.* 14. *l.* A. 3.

quæ à Pluribus fiunt, ut omnibus, major pars obtinet, quæ verò à pluribus fiunt, ut ſingulis, tunc omnes conſentire debent *vol.* 6. *d.* 16. *l.* Dddd. 4.

à Pluribus commiſſa negotia ſegnius expediuntur *vol.* 6. *d.* 16. *l.* Dddd. 4.

Plus petitionis exceptio eſt, ſi actor vel tempore, vel re, vel loco, vel cauſa plus petat, & hic reſarcitur reo, & actor vel in duplum, vel in triplum ulterius condemnatur *vol.* 2. *d.* 27. *l.* KK. 4.

cui Plus licet, illud, quod minus eſt, denegari non debet *vol.* 7. *d.* 1. *l.* a. 4. & b. 3.

Plus quod eſt, tantum eſt *volum.* 7. *d.* 5. *l.* y. 4.

Pœna eſt coërcitio, & punitio delicti *vol.* 1. *d.* 18. *l.* Q. 1.

in Pœnalibus fit mitior interpretatio *vol.* 6. *d.* 16. *l.* Ffff. 3.

Pœna debet eſſe par delicto, & ſenſitiva, non major *volum.* 1. *d.* 19. *l.* Q. 3. *vol.* 3 *d.* 5. *l.* oo. 1. *vol.* 6 *d.* 16. *l.* Ffff. 2.

Pœnam in quo quis meretur, in eo non debet ſentire commodum *vo.* 1. *d.* 19. *l.* R. 1.

Pœna delinquentibus eſt imponenda *volum.* 2. *diſp.* 1. *l.* a. 3. c. 2. vide in verbo Delictum.

Pœna provenit ex delicto, & delicta naſcuntur ex voluntate, & propoſito, & diſtiguuntur per voluntatem, & propoſitum. Delinquitur enim aut propoſito, aut impetu, aut caſu, refertque in majoribus delictis conſultò aliquid admittatur, an caſu: Et ſanè in omnibus hæc diſtinctio, aut juſtam pœnam eligere debet, aut temperamentum eligere. Unde idem exceſſus magis in uno, quàm in alio puniendus, pœnaque ejus, qui in rixâ cauſa magis, quàm voluntate homicidium commiſit, lenienda: item per vinum, & laſciviam lapſis pœna capitalis remittenda eſt, item provocato: at ei, qui ſola nequitia ſcelus committit, omninò non eſt parcendum *volum.* 2. *d.* 1. *l.* c. 2. 3. vide in verbo Delictum.

Pœna ex perſona offenſi creſcit: ſic ſcelus

Digitized by Google

ſcelus commiſſum in patronum, ejusve filium, in patrem, propinquum, maritum, uxorem &c. gravius vindicandum eſt, quam in extraneos. Furta tamen domeſtica à ſervis, & mercenariis admiſſa, ſi viliora ſunt, publicè non ſunt vindicanda *vol.2.d.1.l.c.3.*

Pœna creſcit ex perſona offendentis, nam vilis durius punitur, quàm nobilis, ſervi, quàm liberi, famoſi, quàm integræ famæ homines *vol.2.d.1.l.c.3.*

Pœna aliquando augenda eſt etiam ſupra leges, veluti cùm multitudo, & conſuetudo delinquentium aliter coërceri non poteſt, niſi amariſſimis pœnis *vol.2.d.1.l.c.3.*

Pœna ſæpius augetur, vel ex delicti magnitudine, vel ex delictorum crebra frequentatione *vol.2.d.1.l.c.3.*

Pœnam delicti ętas non tollit, niſi quis puer ſit, illam tamen tempus longum ſubſequens minuit, & pœnitentia *vol.2.d.1.l.c.3.*

Pœna corporalis multitudini delinquenti non infligitur *vol.2.d.1.l.c.3.*

Pœna ob linguæ delictum non infligitur *vol.2.d.1.l.c 3.*

Pœna ad heredes delinquentis morte præventi non tranſit *vol.2.d.1.l.c.3.*

in Pœnalibus cauſis benignior interpretatio fieri ſolet, & legum interpretatione pœnæ molliendæ, non exaſperandæ ſunt *vol.2.d.1.l.c.4.*

Pœna quoties certa à lege non eſt expreſſa, tunc officio judicis arbitraria, ſive extraordinaria imponenda eſt: quæ etiam poteſt extendi ad mortem *vol.2.d.1.l.c.4. vol.3.d.13.l.N.4.*

Pœna perpetui carceris, etſi capitalis pœna non ſit, tamen nec jure civili cognita, nec licita eſt in liberis hominibus, adeò, ut lata de perpetuo carcere ſententia ſit ipſo jure nulla *vol.1.d.13.l.G.1.*

Pœnæ canonicæ variæ ſunt *vol.2.d.9.l.*sSs.4.tTt.1.

à Pœna criminis immunis fit, qui illius particeps fuit, ſi detegat iſtud *vol.2.d.28.l.*NN.4.

Pœna ubi in certa ſpecie conſiſtit, non datur ejus multiplicatio *vol 3 d.5.l.*rr.3.

Pœna unius, & alterius debet eſſe multorum metus *vol 7.d.4.l.*m.1.

Pœna ob criminis iterationem non iteratur: Nam delictum ante prioris delicti à lege, vel judice factam punitionem, circa eandem perſonam, vel rem, quantum ad punitionem, vel publicam vindictam, unum & idem delictum cenſetur *vol.3.d.5.l.*rr.3.

Pœna capitalis ſi ſtrictè loquamur, in aliam commutari non poteſt *volum.4.d.5.l.*t.4.

Pœna in defunctis ceſſat *volum.4.d.2.l.*e.1.

Pœnæ aut ſunt capitales, aut non capitales: illæ, quando vita adimitur, ſit quocunque ſupplicii genere: aut quando quis deportatur, relegatur, & ad metalla, aut beſtias condemnatur. Hæ ſunt, quando tantum membrum aliquod amputatur, aut ſtigma imprimitur, fuſtes adiguntur, carcer ad tempus, mulcta &c. *vol.4.d.20.l.*uuuu.4.

Pœnæ perſecutio legis authoritati reſervatur, nec arbitrio, aut voluntati judicis mandatur *vol.5.d 3. l.*u.1.

Pœnæ corporales, quando à judice vel

 ob

Digitized by Google

ob perſonæ conditionem, vel ætatem, vel facta, vel ignorantiam, vel incuriam, vel ob alias cauſas augentur: tum hoc non facit judex ex ſuo arbitrio, ſed ex legis permiſſione *vol.5.d.18.l.ssss.4.*

in Pœnis arbitrariis extra ordinem judices ad ſummum uſque ſupplicium progredi poſſunt, modò atrocitas, & gravitas delicti pœnam mortis efflagitet, aliàs mitiora ſequentur *vol.2.d.26.l.FF.1.*

in Pœnarum irrogatione providendum primò, ut tempeſtivè, & cum intermiſſione, aut per intervalla fiat. Secundò, ut ſecundum delictorum naturam obſerventur certi gradus, & genera pœnarum, quæ quidem creſcentibus delictis, & numero peccantium, exaſperari queant, ita tamen ne de genere pœnæ in genus nimia ſeveritate tranſeatur. Tertiò, ut obſervetur æqualitas proportione nempè geometrica, quo nimirum diſcrimen obſervetur inter Nobiles, & obſcuros, inter mares, & fœminas, quæ ſi prægnantes ſint, pœna differtur poſt partum. Quartò, diebus feſtis non exigantur ſupplicia, in quibus Magiſtratus non edat lætitiæ ſigna *vol.4.d.20.l.uuuu.1.*

Pœnas remittendi jus regalibus adſcribitur *volum.4.d* 17.gggg.*volum.3.d.19. l.*pppp.1.

Pœnæ ſtipulatio in mutuo, quam creditor ſæpe numero ſtipulari ſolet, ut niſi id, quod debetur, certo die detur, aut fiat, pœna de qua per ſtipulationem convenit, præſtetur, unde pœnalis ſtipulatio eſt, Et eſt, inquam, hæc pœna certa, committiturque propter moram, nec protinus talis pœna omnis eſt uſura *vol.3.d.7. l.uu.1.*

Pœnalis ſtipulatio, ubi pœna commiſſa eſt, nulla amplius moræ purgatione caſſari poteſt, ſed hujusmodi ſemper debebitur *vol.3 d.7.l.yy.1.*

in Pœnali materia maſculinum continet fœmininum, & tàm mulier debet puniri, quàm vir *vol.6.d.1.l.B.3.*

Politia nihil eſt aliud, quàm prudentia ſtatus publici dirigendi ad bonum publicum, ſeu felicitatem, ſalutemque populi *vol.1.d.22.l.T.2.*

Politicus homo propriè dicendus, qui in humana ſocietate ad DEI gloriam, & mutua commoda cuncta dirigit *vol.4.d.2. l.a.1.*

Politices cognitio, & ſtudium Reip. & homini in ea converſanti, omninò neceſſarium eſt, imò Reip. columna *vol.4. d.26.l.ſ.1.*

Politica eſt diſciplinarum nobiliſſima, auguſtiſſimaque, & maximè neceſſaria *vol 1.d.22.l.T.2. vol.7.d.10.l.uu.3.* ejus arctiſſima cum Juriſprudentia cognatio. Nam ubi deſinit Politicus, ibi incipit Juriſconſultus. Politia præterea leges rationibus informat, ut JCto de ratione dubitanti, ad politiam confugiendum ſit *ib.*

Poloni Saxoniæ jure utuntur *vol.2.d.3. l.p.2.*

Poloniæ Regnum electivum eſt, & in multis ſtatum Ariſtocraticum referre videtur: imò Rex belli & pacis tempore nihil ſine conſilio Statuum decernere poteſt *vol.4.d.12 l* kkk.4. *vol.5.d.17.l.ffff.2.*

Poloniæ Regnum Imperio olim ſubfuit, & tributum pependit: nunc eidem de facto ſe ſubtraxit, ſummaque libertate gaudet *vol.2.d.13.l.y.1. vol.5.d.2.l.f.4.*

Polyarchia eſt imperium plurium, eorum-

Digitized by Google

rumque vel paucorum, vel omnium: nihilominus hæc à Monarchia dependet, cùm plures illos, qui in ea imperant, ad unitatem reduci oporteat, & unum fieri mente, ſeu voluntate, & conſenſu in conſiliis, eorumque executione. In hoc ſtatu cautelæ obſervandæ pacis tempore: Imperantium conſilia, quæ ex votorum numero, non pondere valent, minimè retractanda, ſed ſtrictè exequenda ſunt. Executio iſta per aliquem miniſtrum communiter, & individuè exerceri debet. Demagogi, & oratores plebei compeſcendi ſunt, ne multitudinem contra optimates, vel potentiores arment. Belli tempore Dux aliquis eſt creandus, penes quem ſolum belli ſumma ſit *volum.1.d.22.l.*X.1. *vol.4.d.12.l.*kkk.1.

Pontifices pœnam ſanguinis infligere nequeunt *volum.1.d.13.l.*F.4. vide in verbo Clerici.

Pontifici ſummo, ut Principi ſæculari regalia rectè competunt. An ſubſit Cæſari in illis, quæ jurisdictionis ſæcularis ſunt, uti reliqui Eccleſiaſtici Principes, ego non decidam. Multi tamen, & in iis Proteſtantes acerrimè, contendunt, eum Cæſari ſubjacere *vol.2.diſſ.13 d.7.2. vol.5.d.2.l.*f.3. *d.*17.*l.*bbbb.1.*d.*23.*l.*nnnn.3. *volum.6.d.3.l.*R.4.S.1.2. *vol.7 d.9.l.*nn.2.

Pontificum Romanorum in gravioribus negotiis, ſemotis Cardinalibus acta & geſta, non habentur rata *vol.3.d.5 l.*cc.1.

Pontifex Principem Regno ſuo privare non poteſt *vol.4.d.2.l.*e.4.i.1.

Pontifex eſt Princeps Italiæ *vol.7. d.1. l.*a.3.

Pontifex à Deo ſuper Regna, & gentes conſtitutus eſt, tantumque præſtat Cæſari, quantum Sol Lunæ, aurum plumbo, anima corpori *vol.4.d.6. l.*cc.3.*d.*12.*l.*hhh.3.*vol.5.d.*1.*l.*c.1.d.2.*l.*f.3.*d.*17 *l.*bbbb.1.2.3.4.*d.*30.*l.*A.3.*vol.6.d.2.l.*F.3.*vol.7.d.*1.*l.*a.3.

Pontifices Imperatoribus Reverentiam exhibere debere, ajunt multi *vol.6.d.3.l.*R.4.

Pontifex imperia, & regna confert, & transfert *vol.4.d.6.l.*cc.3.*d.*12.*l* ggg.3.*d.*17.*l* ffff.1.2. *vol.5.d.2 l.*f.3 *d.*17.*l.*bbbb.1.2.3.4. cccc.1.2. ubi vide catalogum regnorum, quæ maximè ſubjecta ſunt Pontifici: ubi pulcherrimè *d.*24. *l.*uuuuu.3.4. Cæſarem, & quemvis Principem deponere poteſt *vol.6.d.3.l* S.1.2.T.3.

Pontifex cunctos judicaturus, à nemine judicandus eſt, neque à Cæſare, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo. Nam ipſi univerſalis Eccleſiæ imperium à Deo datum eſt, qui ideoque non puri hominis, ſed veri Dei vices in terris gerit *vol.4.d.6.l.*cc.3. *d.*20.*l.*xxxx.3. *vol.5.d.1.l.*c.1.*d.*17 *l* bbbb.1.2 3.4 *volum.6.d 3.l.*T.3.

Pontifex in Eccleſiaſticis ſummam poteſtatem ſibi vendicat: apud eum eſt plenitudo poteſtatis: major eſt apoſtolo, & poteſt derogare dictis apoſtolorum *vol 6.d.2.l* F.4.*d.*3.*l.*T.3. *volum.7.d.1.l.*a.3.*d.*6. *l.*bb 1.2.

Pontifex itaque decretales ſuas ſacratiſſimis Imperii legibus præpoſuit; has pro famulis ſuis habet: gloriatur etiam ſe mundanis legibus non obſtringi. Cenſet legibus Imperatorum tum demum utendum eſſe, cùm non repugnant ſacris canonibus: contendit ſe legibus ſolutum, de jure ſupra jus diſpenſare poſſe ſuo ore,

propriaque authoritate cauſam ſuam judicate *volum.7. diſp.6.l.*bb.2.

Pontificis Majeſtas ſecundùm aliquos primum gradum inter terrenas majeſtates obtinet. Ergò crimen Læſæ Majeſtatis in eum committitur,& per Laicos,& per Clericos iisdem modis, quibus in Cæſarem; ubi tamen multa in contrarium adducuntur *volum.4.d.6.l.*cc.3.

de Pontificis poteſtate politica in ſuo territorio diſputare, & ambigere ſupervacaneum,&ridiculum eſt *vol.7.d.*1.*l.*a.3.

Pontifex nullum jus ſuperioritatis habet,nec habet propriè,aut ſuo jure regalia: quod planè pugnat cum ſuperioribus *volum.4.d.6, l.*cc.3. *d.*12.*l.*ggg.3.*d.*17. *l.*ffff.1.2. *volum.5.d.*2.*l.*f.3.*d.*12.*l.*fff.4.*d.*17. *l.*cccc.2.*vol.7.d.*9.*l.*nn.2.

Pontifex armorum jus habet: ſuosque armis defendere poteſt,imò tenetur *vol. 6.d.*3.*l.*Dd.3.

Pontifici, ſi alios opprimere velit, de facto, & armis reſiſti poteſt: quia tunc non conſideratur ut Pontifex,ſed ut Princeps ſæcularis *vol.6.d.*3.*l.*Dd.3.

ad Pontificem ſummum in cauſis ſæcularibus appellare, aut eas ſtatim ad eum trahere,in Imperio noſtro omninò non licet *vol.5.d.*11.*l.*zz.1. vide in verbo Appellatio, nec etiam vacante Imperio *vol.7.d*5.*l.*y.2.

quod ad Pontificem Trajectentes appellaſſent, Conradus III. eos Majeſtatis reos pronuntiavit. Et Henricus IV.Thuringis extrema omnia minatus,ſi ad Pontificem, ut dicebant, provocare pergerent *vol.7.d.*5.*l.*y.2.

Pontifici maximo omne jus in imperio præcluſum eſt *volum.5.d.*23.*l.*nnnnn.2. *d.*24 *l.*uuuuu.4.

Pontifex eſt caput Eccleſiæ, & ſupra concilium *vol.4.d.*2.*l.*c.2.

Pontificum beneficia ad beneplacitum conceſſa, morte concedentis expirant,ſecus tamen erit,ſi uſque ad Sedis Apoſtolicæ voluntatem, beneficia concedantur, tunc enim, quia ſedes ipſa non moritur, durabunt perpetuò, quoad à ſucceſſore fuerint revocata *volum.7. d.*7. *l.*hh.3.

Pontifex non poteſt errare *vol.4.d.*2. *l.*c.3.

Pontificem in Concilio Tridentino non fuiſſe judicem competentem, ajunt Proteſtantes *vol.5.d.*30.*l.*H.4.I,1.

Pontifici maximo denegant Epiſcopatum univerſalem Doctores Proteſtantium *vol.5.d.*23.*l.*nnnnn.2.3.4.

Pontificem ſummum ſupra Concilium generale eſſe negant Proteſtantes *volum.5.d.*18.*l.*xxxx.2.3. *vol.6.d.*9.*l* Lll.1.2. imò dicunt, concilium eſſe ſupra Pontificem *ibid.*

Pontifex ſummus ejusque legatus habent cum omnibus Epiſcopis,ac ordinariis jurisdictionem concurrentem, & in ordinariorum Diœceſibus omnia,quæ hi poſſunt, præveniendo eos expedire valent *vol.5. d.*11.*l.*bbb.3.

Pontificis electionem olim habuit Cæſar *vol.5.d.*28.*l.*mmmmmm.1. vide in verbo Cæſar.

Pontificem nunc ſoli eligunt Cardinales *volum* 4. *diſp.*2.*l.*l.1. *volum.*5. *diſp* 28. *l.*mmmmmm.1.2. modum electionis ibi vide.

Pontifex quando eligitur, tunc conclavi

Digitized by Google

clavi quadruplices cuſtodes apponuntur *vol.6.d.3.l.*li.3.

Pontium conſtructio in flumine publico ad Principem ſpectat *volum.3.d.5.l.*nn.1.

Pontem ipſum tranſire nemo cogi poteſt, ſi juxta pontem modò flumen tranſire velit *vol.3.d.5.l.*nn.2.

Pontis refectio ita ſe habet, ut ſi is talis ſit, qui debeat cuſtodiri à Toparcha civitatis, tunc conveniens erit, ut ſumptibus Toparchæ reficiatur: aut verò in viatorum commodum, trajectumve comparatus eſt, tunc ſi omnes eo utantur, omnium impenſis reficiendus eſt: ſi autem unius tantum viciniæ uſibus inſerviat, ſola vicinia refectionis ſumptum feret *vol.3.d.5.l.*nn.4.

Popinarii ſordidam artem exercent *vol.4.d.9.l.*yy.1.*d.*10.*l.*eee.3.

ad Populum regni proprietas pertinet *vol.1.d.22.l.*V.3.

Populi ſalus, ſuprema regiminis lex eſto; nec enim populus eſt propter Principem, ſed Princeps propter populum, & factus eſt Princeps propter bonum, non ut obſit, ſed ut proſit *vol.2.d.3.l.*i.3. *vol.4.d.3.l.*n.4. *vol.5.d.17.l.*aaaa.3.4. *vol.4.d.13.l.*ppp.2.*d.*26.*l.*H.4.

Populi ſalus quia ſuprema lex habenda eſt, ideò rectiſſimè propter publicam tranquillitatem, & concordiam plurima contra juris rationem, & diſputandi rationem recepta ſunt: & pro bene facto habetur, ſi quid ratione pacis, & quietis contra jus factum fuerit. Tantusque publicæ utilitatis favor eſt, ut ea, quæ publicè utilia ſunt, non includantur in his, quæ lege prohibentur *vol.7.d.*10.*l.*uu.2.

Portio accreſcit portioni, ſicut alluvio *volum.6.d.*10.*l.*Qqq.3.

Portugalliæ Regnum imperio ſubfuit *vol.2.d.13.l.*y.1.

Portus eſt ſtatio concluſa, atque munita, ubi naves tutò ſtare poſſunt, & à ventis, procellis, & piratis ſecuræ ſunt. Inter regalia Fiſci refertur ratione vectigalis, quod ex navium ſtatione fiſco Imperatoris ſolvitur, & reſpectu jurisdictionis, & Imperii, quod Principi loci in portus competit *vol.7.d.9.l.*rr.1.

Portus, & littora, ſicut olim, ita & nunc portoriis, id eſt, vectigali coërcentur: Sin tamen navis vi tempeſtatis in portum compulſa ſit, vectigal non debet *vol.2.d.7.l.*aAa.2. vide in verbis Flumen, & Vectigal.

Portus fluminis eadem eſt conditio, quæ ipſius fluminis, & ſicut flumen proprietate publicum, uſu verò omnium eſt, ita de portu dicendum *vol.7.d.9.l.*rr.1.

Portus omnes ad Regem pertinere ajunt *vol.7.d.9.l.*rr.1.

Poſitio eſt brevis enarratio ejus, quod ad factum controverſum pertinet, veritatis efficiendæ causâ concepta, vel in ſpecie poſitio eſt, vel articulus: illa eſt pars quædam intentionis continens id, de quo ponens ab adverſario ſuo reſponderi petit; hic eſt pars intentionis ejus, quam quis probare cupit *vol.3.d.15.l.*S.1. *volum 5.d 3.l.*x.1.

Poſitiones ſuper jure rectè non fiunt: quia jus non probatur, quod per ſe jam certum eſt, niſi fiant de jure municipali, vel conſuetudine, quæ in facto conſiſtunt *vol.3.d.15.l.*S.1.

Poſi-

Google

Poſitiones impertinentes non ſunt recipiendæ, vide Libellus.

ad Poſitiones oblatas proximum eſt mediante juramento reſpondendorum reſponſiones dari. Reſponſio eſt poſitionum aſſeveratio, affirmativè, vel negativè facta ab eo, cōtra quem exhibitæ ſunt: Ideò purè, clarè, ſimpliciter, & ſufficienter fiat per verbum, Credo, vel non Credo, & ſimilia: Porro ſi articulum quis confitetur, res ſalva eſt, & ſententia judicis condemnatoria ſubſequitur: ſin reſpondere ex contumacia nolit, pro confeſſo habetur: ſunt tamen, quibus reſpondere nemo cogitur, ſolent enim defenſionales, & exceptionales, ſi opus eſt, hic produci *vol.3.d.15.l.S 1. vol.4.d.33.l* FF.2.

Poſſeſſio bonorum non eſt actus legitimus *vol.6.d.4.l.*Ll.1.

Poſſeſſionis ſcopus principalis, & finis eſt acquiſitio dominii: illud verò poſſeſſione injuſta, & quam nullus præceſſit titulus, acquiri non ſolet *vol.7.d.7.l.*gg.3.

Poſſeſſio ſuarum rerum contra aggreſſorem defendi poteſt, in tantum, ut hoc fieri poſſit non ſolùm biduo, & triduo, ſed tanto tempore, quantum ad illam vim propulſandam, convocandumque amicos, & auxilia ſufficit *vol.1.d.19.l.*Q.4. vide in verbo Defenſio, & Vis, & infra.

Poſſeſſor malæ fidei nullo unquā tempore præſcribit *vol.2.d.3. l.*h.1.m *2.d.*17. *l.*O.*2.d.27.l.*LL.*4.d.14.l.*G.3.*volum.5.d.*17. *l.*iiii.*2.d.35.l.*AA.1. *vol.7.d.7.l.*ii.1. nec immemoriali de jure canonico, ſecus de jure civili *ibid.d.9.l.*nn.4.

Poſſeſſor malæ fidei exceptione tamen ſe tueri poteſt jure civili, non canonico *vol.7.d.6.l.*dd.3.

in Poſſeſſione malæ fidei eſt, qui alienæ rei ſive in toto, ſive pro parte notitiam habet, id eſt, ſcit rem, quam poſſidet, alterius eſſe, aut hoc ſupinè ignorat *vol.2.d.3. l.*i.*2 d.14.l* C.1.2 G.3. Igitur non erit malæ fidei poſſeſſor ille, qui dubitat, item qui litem conteſtatur, item qui in jure errat *vol.5.d* 8.*l.*qq.3.*d.17 l.*iiii.2.

Poſſeſſionem ergò juſtæ cauſæ eſſe debent, quæ recenſentur in §.21.*l.3.ff.h.t.* atque ex illis cauſis facta traditione dominium acquiretur, ſi tradens fuerit dominus: ſin minus uſucapiendi conditio *vol.7.d.7.l.*gg.3.

Poſſeſſionum qualitates, vitiaque poſſeſſionum cum reipſa ad quemlibet poſſeſſorem etiam bonæ fidei commeant, non ſecus ac lepra leproſum ſequitur *vol.7.d.4.l.t.2.*

Poſſeſſionum vitia à majoribus contracta, in ſucceſſoribus perdurant *vol.2. d.3.l.*h.1.*d.14.l.*G.3.4. *volum.5.d.17.l.*iiii.2. *volum.6 d.8.l.*Ddd.2.

in Poſſeſſionis judicio præfertur is, qui docuerit, ſe diutius adverſario in poſſeſſione fuiſſe: eamve juſto, & legitimo titulo, causâ, & initio acquiſiviſſe, Nam hoc caſu præfertur juſtum titulum non alleganti *vol.5.d.46. l.*ZZZ.3.

in Poſſeſſionem bonorum nulla præcedente ſententia definitiva ſæpe mittimur, vel legatorum ſervandorum, ſive rei ſervandæ cauſa, aut mulier ratione ventris, aut ratione damni infecti, qui damnum ędium vicinarum timet, aut etiam contumaciæ coërcendæ cauſa, quando contra citatum, & non comparentem pignora capiuntur *vol.7.d.4.l.*q.1.

ad Poſſeſſionem in juribus incorporalibus

libus tuendam, unicus ſufficit actus *vol.2.* *d.*3.*l.*p.4. *vol.6.d.*3.*l.*Z.1. imò & acquirendam unicus ſufficit actus, quod etiam in officii & dignitatis poſſeſſione verum videtur *ibid.* vide Præſumptio.

in Poſſeſſionis negotio actus nec violenti, nec meticuloſi eſſe debent *vol.6.d.*3. *l.*Z.1.2. vide Præſcriptio.

Poſſidentis in pari cauſa melior eſt conditio *vol.2.d.*7.*l.*hHh.1. *volum.*7.*d.*4. *l.*s.2.

Poſſeſſio de neceſſitate à natura prodita eſt, ut ſine qua dominia rerum nullo modo diſtingui poſſent: Itaque optimus dominia diſtinguendi modus eſt ipſa corporalis rei rei inſiſtentia, & detentio *vol.*7. *d.*7.*l.*ee.3.

Poſſeſſio à ſedibus dicta, quaſi poſitio aliam, atque aliam jure ſignificationem recipit. Eſt tamen maximè propriè poſſeſſio, rei corporalis cum animo ſibi habendi detentio *volum.*2. *d.*14. *l.*A.2.3.4. *volum.*3 *d.*3.*l.*p.3. alii poſſeſſionem à pedibus deducunt: & in jure varia ſignificat, ſed ea, de qua hic agimus, vel eſt ea, quæ jam definita eſt: vel eſt jus corporaliter inſiſtendi, vel detinendi rem corporalem ab alio poſſeſſore vacuam: etſi peritiſſimi poſſeſſionem definire neſciant *vol.*7.*d.*7. *l.*ee.3.

Poſſeſſionis litigioſç conſtitutione pax publica confirmata cenſetur *volum.*2.*d.*7. *l.*yy.2.

qui in Poſſeſſione partis, in totius poſſeſſione eſt *vol.6.d.*3.*l* Z.1.

Poſſeſſio defuncti quaſi juncta, deſcendit ad heredem, ac plerumque nondum adita hereditate completur *volum.*2. *d.*14. *l.*A.3. G.3.4. *vol.*3.*d.*3.*l.*q.1.2. d.1. Sed hic intelligitur uſucapio, non poſſeſſio, illa diſtincta ab uſucapione, quia poſſeſſio in hereditatem non cadit *vol.6.d.*4.*l.*Nn.2. *vol.*7.*d.*7.*l.*ff.1.

Poſſeſſio defuncti in herede non continuatur, ſed requiritur realis apprehenſio: ſtatuto tamen effici poteſt, ut continuetur *vol.6.d.*2.*l.*I.3. *vol.*2.*d.*14.*l.*D.4. *vol.*3. *d.*3.*l.*q.1.t.1.*d.*5.*l.*ll.3.*vol.6.d.*4.*l.*Nn.2. vide Heres *vol.*7.*d.*7. *l.*ff.1. etiam in herede teſtamentario *ibid.*

Poſſidere dicuntur etiam lato modo coloni, commodatarii, conductores, inquilini, depoſitarii, & ii, qui ex primò decreto dotis, vel legatorum ſervandorum cauſa: item qui ventris, vel damni infecti nomine, à prætore in poſſeſſionem mittuntur, ut & ille, qui precariò rogavit, ut ſibi in poſſeſſione morari liceret, poſſidere dicitur. De quibus omnibus expeditum eſt, quòd verè, & formaliter non poſſideant: & non tàm poſſident, quàm in poſſeſſione eſſe dicuntur, vel detinent quidem, non verò poſſident: quippe non ſibi, vel ſuo nomine, ſed Domino rei poſſidere creduntur. Igitur hic valet regula, quod quorum nomine in poſſeſſione ſunt, per eos poſſident. Qui omnes interdicto *uti poſſidetis* contra turbantes uti poſſunt *vol.*2.*d.*14.*l.*A.3.B.2. *volum.*3. *d.*3. *l.*p.3.4. q.1.2. aliis edictis ad poſſeſſionem ſuam defendendam uti non poſſunt, quia propriè non poſſident *vol.*7.*d.*7.*l.*hh.1.

Poſſeſſio cum proprietate nihil commune habet, nec proprietatis, ac poſſeſſionis cauſæ ſunt permiſcendæ: item dominium à poſſeſſione differt, & poſſeſſio à proprietate ſeparata eſſe debet *volum.*2. *d.*14.*l.*A.4.

Digitized by Google

Poſſeſſio corpore, & animo adquiritur: neque per ſe animo, neque per ſe corpore *vol.2.d.14. l.*A.4.D.1.2.3.4. *vol.3.d.3. l.*s.3.*vol.*7.*d.*7.*l.*cc.4.

Poſſeſſionis duplex eſt ratio, alia quæ jure conſiſtit, alia quæ corpore *vol.6.d.*4. *l* Kk.2.

Poſſeſſio eſt facti *vol.6.d.4.l.*Nn.2.

Poſſeſſio aliquando ita diſtinguitur, nempe in naturalem, & civilem: ut illa ſit facti, hæc juris: quæ diſtinctio non placet: cum & illa ſæpe ſit juris, quamvis propriè facti: hæc ſæpe partim juris, partim facti *vol.6.d.*4.*l.*Mm.3.

Poſſeſſio eſt facti, non juris *vol.2.d.*14. *l.*A.4. B.1. ubi pulchrè ipſo facto adimitur, ipſo facto acquiritur *vol.6.d.2.l.*I 3. requiritur realis occupatio *ibid.vol.3.d.5. l.*ll.3.*d.*3.*l.*t.1. eſt tamen etiam ſæpè juris, quoad effectum, & virtutem poſſeſſioni tributam *vol 6.d.*4.*l.*Mm.3. Nn.2. ſic non tranſit in heredem niſi realiter apprehenſa *ibid. vol.2.d.*14.*l.*D.4.*vol.3.d.*3.*l.*q.1. t.1. *d.5.l.*ll.3. alii ita diſtinguunt, ut quoad initia productiva ſit facti, ſed poſtquam eſt in eſſe producta, & ſic civiles operatur effectus ſit juris *vol.*7.*d.*7.*l.*cc.3.

pro Poſſeſſore poſſidere dicitur, qui vi rapuit, aut abſtulit, nec ullam poſſeſſionis juſtam habet cauſam *vol.*1.*d.*14.*l.*A.4.

Poſſeſſio dividitur in naturalem, & civilem non attenta diſtinctione malæ, & bonæ fidei. Naturalis poſſeſſio, eſt corporalis rei detentio cum animo, & affectione ſibi habendi citra jus, & opinionem Domini. Poſſidere civiliter, eſt animo ſibi habendi poſſidere, ſive poſſeſſionem corpore detineas, ſive animo retineas. Corpore poſſidere, eſt rem ipſam, quæ vel civiliter, vel naturaliter poſſidetur, corpore contingere, in fundo morari, in prædio eſſe: hæc autem, quomodo differant, & quàm variè accipiantur vide *ibid.vol.2.d.*14.*l.*B.2.*vol.*7.*d.*7.*l.*cc.3.

Poſſidere naturaliter dicuntur. Creditor Pignoratitius, Sequeſter voluntarius, ſive conventionalis, precario rogans, ut ſibi poſſidere liceat: Emphyteuta, Vaſallus, Superficiarius, Colonus, qui ad longum tempus rem conduxit: Miſſi ex ſecundo decreto in poſſeſſionem rerum feudalium, Emphyteuticarum, & ſimilium. Naturalis item poſſeſſor eſt maritus, & uxor donatarii, quatenus profuſis, & immodicis donationibus ſe invicem ſpoliant, & pauperiores reddunt: item occupatores violenti, invaſores clandeſtini, denique vitioſi, & malæ fidei poſſeſſores omnes. His omnibus, excepto ſequeſtro, & his ultimis vitioſis poſſeſſoribus, competit interdictum *uti-poſſidetis* contra turbantes *vol.2.d.*14.*l.*B.2.3.4. ubi pulchrè *vol.3.d.3.l.*p.3.4.*vol.*7.*d.*7.*l.*hh.1.2. uſufructuarius verò non poſſidet, jus tamen uſusfructus, quod eſt ſervitus perſonalis, quaſi poſſidebit, unde etiam illud jus uſucapere poterit *ibid.*

Poſſeſſione ſua nemo invitus privari poteſt, ne à judice quidem *volum.2.d.*14. *l.*B.4.*vol.5.d.*4.*l.*z 2.

Poſſeſſio naturalis ſecundùm accidentia ſua in poſſeſſionem bonæ, aut malæ fidei: ſive juſtam, & injuſtam diſtinguitur. Poſſeſſio bonæ fidei eſt juſtæ ac legibus conformatæ: contrà poſſeſſio malæ fidei, eſt injuſtę ac legibus reprobatæ poſſeſſionis ſcientia *vol.2.d.*14.*l.*C.1.2. vide paulo ſuperius *vol.*7.*d.*7.*l.*cc.3.

Poſ-

Digitized by Google

Poſſeſſio naturalis ſæpe juris eſt, quamvis propriè ſit facti *vol.6.d.4.l.*Mm.3.

Poſſeſſio naturalis in ſervum cadit, civilis non *vol.6.d.4.l.*Mm.3.

Poſſeſſionis traditæ probatio in facto conſiſtit *vol.6 d.4.l.*Nn.1.

Poſſeſſio civilis eſt partim juris, partim facti *vol 6 d.4.l.*Mm.3.Nn.1.

Poſſeſſio civilis eſt corporalis rei detentio, ex juſta dominii adquirendi cauſa deſcendens, cum animo & adfectione Domini conjuncta: civiliter igitur poſſident ipſi rerum Domini, & bonæ fidei poſſeſſores illi, qui ex juſta cauſa, & opinione domini rem in manum, & poteſtatem ſuam accipiunt. Item miſſi ex ſecundo decreto in poſſeſſionem bonorum: Maritus rem in dotem accipiens: denique uſufructuarii ipſum uſumfructum, vel jus utendi, fruendive velut poſſident, item Vaſallus, & Emphyteuta *vol.2.d.14.l.*C.2.3.

Poſſeſſio igitur acquiritur animo, & corpore ſimul *vol.7.d.7. l.*ee.4. ita civilis nudo animo acquiri non poteſt *ibid.*

Poſſeſſio civilis maximos habet effectus *vol.6 d.4.l.*Mm.3.

Poſſeſſio utraque, ratione objecti ſit naturalis, ſit civilis, deſiderat rem corporalem, ſive immobilis ea ſit, ſive mobilis, in commercio hominum exiſtentem, & eam certam, inque ſubjecto habili, pro parte tàm diviſa, quàm indiviſa, modo de hâc, quota quantaque ſit, non obſcurè conſtet, & denique aliis poſſeſſoribus vacuam *volum.2.d.14. l.*C.4. *volum.7.d.7. l.*ee.3.4.

Poſſeſſio acquiritur vel per nos ipſos, vel per alios: Et quidem per nos ipſos animo, & corpore noſtro ſimul. Itaque neque per ſe animo, neque per ſe corpore. Hinc promanat, quòd, qui jure familiaritatis fundum amici ingreditur, poſſidere non videatur, licèt corpore in fundo ſit: quod item furioſus incipere poſſidere non poſſit: quod pupillus, qui ejus ætatis nondum eſt, ut intellectum capiat, per ſe poſſeſſionis ſit incapax: quod infans, qui nec linguæ, nec rerum gnarus eſt, mero jure neque per ſe, neque tutore authore, neque per tutorem poſſeſſionem adquirere poſſit: quod denique ex eadem ſtricta juris regula hereditas jacens, uti & municipes, ad poſſeſſionem adquirendam ſint inhabiles: apprehenſio autem corporis præcedat, & animus ſubſequatur. Nam poſſeſſio non ab animo, ſed à corpore incipit: ubi vide aliquot caſus, in quibus multi Dd. aſſerunt, poſſeſſionem ſolò animo, aut corpore adquiri, qui pulchrè refutantur *vol.2.d.14. l.*D.1.2.3.4. *volum.3.d.3.l.*s.3. *volum.7.d.7. l.*ee 4.ff.1.

Poſſeſſionis apprehenſio alia eſt naturalis, ſive plena, alia verò civilis, ſive compendioſa, hæc ab aliis aſcriptitia, ab aliis ficta appellatur. Naturalis & plena, eſt totius corporis miniſterio interveniente rei poſſidendæ apprehenſio: eſtque aliàs omninò neceſſaria, aliàs minus neceſſaria, ſive utilis. Neceſſaria præcisè in his, quæ nullius in bonis ſunt, vel unquam fuêre, iiſque tàm animatis, quàm inanimatis conſiſtit: utilis verò in his, quæ ſunt alterius, & à poſſeſſore traduntur: Civilis vel adſcititia eſt, quæ juris interpretatione per modum compendii, genere corporis quodam aliove actu

Digitized by Google

æquipollente expeditur, qui ad tres principales modos reduci poteſt, quorum primus fit, quando per partis adprehenſionem totum (pro ratione tamen, & diverſitate ſubjectorum corporum) adprehenſum intelligitur, ubi vide tria corporum genera: unum una Elementorum compagine, ut homo, lapis, fundus &c. alterum ex pluribus corporibus inter ſe cohærentibus ſed una compagine conflatum, ut domus, navis &c. Tertium ex pluribus capitibus, diſcretis, & individuis conſtans &c. ut hereditas, legio, grex, caſtrum, prædium &c. ex quibus omnibus, ſi pars apprehenditur, & totum apprehenſum cenſetur, excipitur ultimum, ubi ingens dubium, & negandum videtur. Secundus eſt, ubi non ipſa rei naturalis apprehenſio, ſed pro ea quid aliud, quod adprehenſionis vim obtineat, intervenerit: id quod tum per aſpectum, cæteris tamen paribus fit, tum per cuſtodis adpoſitionem, clavium traditionem, modisque ſimilibus. Tertius eſt, ubi nec ipſa, ipſius rei tradendæ adprehenſio, nec quod huic æquipolleat, intervenit, ſed pro re poſſidenda alia res traditur, & apprehenditur, cujusmodi eſt inſtrumentum authoritatis ſeu tituli; ut verò hæc locum habeat, requiritur, ut tradens inſtrumentum rem ipſam poſſideat *vol.2.d.14. l.*E.1.2.3.*vol.7.d.7.l.*ff.1.2.3. idem obtinet in retentione uſusfructus, & re prius nobis vel locata, vel commodata, vel apud nos depoſita, pòſt nobis vendita, & in ſignatione, verbi gratia, arborum nobis in ſilva venditarum non dolii *ibid.* & in adoptione *ibid.* poſſunt item alii modi conſuetudine introduci, qui nos ſine reali apprehenſione in poſſeſſionem introducere poſſunt *ibid.l.*ff.4.

Poſſeſſionis acquiſitionem error nominis minimè impedit *vol.7.d.7.l* ff.2. nec ea amittitur, etſi in corpore erratum ſit *ibid.*

Poſſeſſionis acquirendæ modi à jure civili introducti per fictionem juris, corporali apprehenſioni æquiparantur *vol.7. d.7.l.*ff.3.

Poſſeſſionem autem non tantum acquirimus ex traditione, & apprehenſione, quæ fit ex utili contractu, ſed etiam ex inutili, verbi gratiâ, Donatio à viro mulieri facta eſt inutilis: traditio verò poſſeſſionis eſt utilis, ſi ea realiter ſit facta, non fictè *vol.7.d.7.l.*ff.2.

Poſſeſſio rerum incorporalium eodem modo acquiritur, quo corporalium, id eſt, animo, & corpore ſimul, ſive uſu, vel exercitio, etiam per partem, id eſt, ſi pars jurium occupata ſit, quæ tamen cohæreant, totum etiam occupatum cenſeatur: quod idem eſt de jurisdictione *vol.1. d.14.l.*E.3.4. harum rerum uſus verè eſt, non poſſeſſio, conſuetudo tamen obtinuit, ut earum quoque poſſeſſio dicatur *vol.7.d.7.l.*ee.4.ff.1. ad acquirendam tamen jurisdictionis poſſeſſionem unicus exercitii actus non ſufficit, ſi aliquis alius contradicat, ſecus, ſi nemo ſe opponat *ibid* & ff.4. vide *ibidem* diſtinctionem inter ſervitutes negativas, & affirmativas, & quomodo earum poſſeſſio acquiratur *ibid.*

Poſſeſſio etiam adquiritur corpore alieno, quod fit, aut per homines liberos poteſtatem noſtram neutiquâ recognoſcentes: aut per poteſtati noſtræ, vel patriæ,

Digitized by Google

triæ, vel dominicæ, ſuppoſitas perſonas: ubi hæc annotanda. Primò, ut animum, & intellectum poſſidendi habeant illi, per quos adquirere volumus: ſecundò, ut eum animum habeant, quo nobis, non ſibi, vel alii adquirere volunt: tertiò, ut illi per naturam, ætatem, intellectum, aliamve qualitatem ejus conditionis ſint, ut ſibi ipſis adquirere valeant. Superiora fallunt in infante, furioſo, hereditate jacente, & ignorante in cauſa peculii, quatenus tamen hoc caſu juſtè, non ex maleficiis adquiritur. Itaque ſervus adquirit etiam ignoranti in cauſa peculii, ſed in aliis rebus extra peculium hoc non valet, extenditur hoc etiam ad ſervos adſcriptitios, item ad Monachos, & olim ad filiosfam. Demum per omnis generis ſervos nobis pleno jure adquirimus *vol.* 2. *d.*14. *l.*F.1.2 3.4.G.1. *vol.* 3. *d.*3.*l.*p.3.4. *vol.*6.*d.*4. *l.*Mm.3.4. de Procuratore hoc loco animadvertendum, etiamſi animam poſſidendi non habeat, tamen ſi nos præſentes ſimus, & hunc habeamus, poſſeſſionem illam valere *vol.*7.*d.*7.*l.*ff.3. de ſupradictis perſonis vide *ibid.* & ff.4.gg.1.2.

Poſſeſſio Monaſterio acquiritur ſtatim ab ingreſſu Monachi, ſine reali apprehenſione *vol.*7.*d.*7.*l.*ff.4.

Poſſeſſio Clauſtris, vel aliis locis religioſis acquiritur, dummodo modicū terræ Prælato Eccleſiæ datum, vel Altari oppoſitum firmiter cuſtodiri mandetur, qui actus Scorario nominatur *vol.*7.*d.*7.*l.*ff.4.

Poſſeſſionem adquirimus denique per externas perſonas: & primò per illum ipſum, qui poſſeſſionem nobis tradit, per modum Conſtituti. Secundò per eos, quorum poſſeſſio nunquam fuit, veluti per Procuratorem, tutorem, curatorem &c. quatenus noſtro nomine, idque vel mandantibus, vel ratum nobis habentibus, eam adprehenderunt *volum.*2. *d.*14. *l.*G.2.3. *vol.*6.*d.*4.*l.*Mm.4. *vol.*7.*d.*7.*l.*ff 3.4. gg 2. & procurator etiam nobis acquiret, etſi ſibi volet, modo ſe non explicet *ibid.*

Poſſeſſionis acquirendæ effectum ſæpe operatur animus retinendæ *vol.*7.*d.*7. *l.*ff.2.

Poſſeſſio nec per dormientem, nec per captum ab hoſtibus, nec per ſervum alienum acquiritur, per noſtrum tamen ſi animum, & quidem acquirendi habeat, & rem noſtra voluntate apprehendat *vol.*7. *d.*7.*l.*gg.1.

Poſſeſſio dictis modis acquiſita non nobis ſolùm, ſed & ſucceſſoribus noſtris, iisque tàm ſingularibus, quàm univerſalibus proficit: cum poſſeſſio defuncti, vel authoris, poſſeſſioni ſucceſſoris accedat, & quaſi conjungatur: qui modus acceſſio ſimpliciter dicitur. Verum poſſeſſio accedit, qualis illa ipſa eſt, ſit vitioſa, vitioſa accedet, ſit juſta, juſta accedet *volum.*2. *d.*14 *l.*G.3.4. vide paulo ſuperius *volum* 6. *d.*8.*l.*Ddd.2.3.

Poſſeſſionem propria authoritate occupare non poſſumus, in quo authoris conſenſus ſemper præcedere debet, niſi hic patiatur me in poſſeſſione manere, aut ficta intervenerit traditio, ut cum aliquibus locis datur calamus, vel feſtuca aliqua &c. *vol.*7 *d.*7.*l.*ff.2.3.

Poſſeſſionem ex pluribus cauſis habere poſſumus, aliter ac fit in dominio, quod datur ſolùm ex una *volum.*7.*diſp* 7. *l.*gg 3.

Poſſeſſio ex actibus familiaritatis nulla ac-

Digitized by Google

la acquiritur, nec præjudicant tales actus juri vel publico, vel privato, ſive in petitorio, ſive in poſſeſſorio *volum.6. diſp.8. l.*Ggg.4. *vol.7.d.7.l.*ff.4. qui autem allegat ex familiaritate, aut gratia aliquid conceſſum, illud probare debet *ibid.*

Poſſeſſio pro herede an Uſucapiones producet? vide pro herede Poſſeſſio.

Poſſeſſionis vitia quædam ſunt merè realia, quæ comitantur rem, ſicut lepra leproſum. Eaq; aut ſua natura talia ſunt, ut eſt in rebus extra commercium conſtitutis, ſacris, ſanctis, religioſis, quæ vitium illud nunquam deponunt: aut ex accidenti, ut ſunt rapina, furtum, violentia (quatenus tamen hæc committitur per vim ablativam, vel expulſivam, non etiam compulſivam) Res enim furto, aut per vim ablata adeò inficitur, ut niſi à vitio purgetur, omninò impediat, & quaſi enecet uſucapionem. Quædam vitia ſunt quaſi realia, quæ mixtam ſapiunt naturam, quæ & ipſa propter juris prohibitionem rem ſequuntur, quocunque vadat: ut eſt in re, quæ præſidi contra legem repetundarum donatur, vel venditur, in qua vitium illud contrahitur, ex prohibitione legis, propter præſumptum periculum concuſſionis. Idem eſt in rebus Eccleſiæ, Monaſterii, vel civitatis, illegitimè alienatis, nec non fundo dotali, rebusque pupilli. Quædam denique vitia ſunt perſonalia, quæ durante perſona, quæ vitium contraxit, durant, ceſſante, item ceſſant: Hic enim res ipſa non inficitur, ſed potius perſonæ macula inuritur, quod fit, quando quis dolo vel metu inducit aliquem ad contrahendum aut faciendum, vel per fraudem lædit contrahentem, aut rem precario poſſidet, vel etiam ſciens rem alienam emit *volum.2.d.14.l.*G.3. *vol.6.d.8. l.*Ddd.2.3. ubi pulchrè præſertim de poſſeſſione metus cauſa, quo plerunque ſubditi ad præſtanda ſervitia inducuntur *ibid.* vide etiam de hoc in verbo Metus.

Poſſeſſio omnino violenta eſſe non debet, quam prætor non tuetur, ſed potius vim fieri prohibet: hæc poſſeſſio nulla eſt, nihilq; operatur *vol.6.d.8.l.*Ddd.2. 3. Ggg.4.

Poſſeſſionis violentæ indices ſunt, arreſtatio, pigneratio, incarceratio, mulctæ &c. *vol.6.d.8.l.*Ddd.2.

Poſſeſſio ſemel acquiſita præſumitur continuata, cum ſolo animo contineatur *vol.6.d.8.l.*Ddd.2.

Poſſeſſio retinetur vel corpore, & animo noſtro ſimul, vel animo noſtro tantum, vel denique animo noſtro, & corpore alieno: nec verò civilem duntaxat ſic retinemus poſſeſſionem, ſed naturalem etiam, ut & nudam detentionem, rerumque tàm incorporalium, quàm corporalium, & horum ſive mobilium, ſive immobilium, ſive denique conſpectu noſtro ſint, ſive extra conſpectum conſtitutæ *vol.1.d.14.l.*G.4.H.1. *vol.7.d.7.l.*gg.4. itaq; Dux expulſus poſt decennium Ducatum ſuum recuperare poteſt *ibid.* modo nulla recuperandi diligentia omiſſa oſtendat ſe retinendi animum ſervaſſe *ibid.*hh.1.

Poſſeſſionem retinemus per quemcunque, qui noſtro nomine eſt in poſſeſſione, & rem corporaliter tenet, uti per procuratorem, hoſpitem, amicum, colonum, inquilinum, commodatarium, depoſi-

Digitized by Google

poſitarium, conductorem &c. *vol.6.d.4.l.*Mm.4. *vol.7.d.7.l.*hh.1.

Poſſeſſionem ante furorem acquiſitam, ac poſt ſuperveniente furioſus retinet *vol.7.d.7.l.*hh.1.

Poſſeſſionem amittimus, cum vel inviti, & nolentes poſſidere deſinamus: Et quidem inviti vel ratione rei, vel perſonæ. Rei ſi vel extra commercium eſſe ceperit (id quod tàm natura, verbi gratia, ſi ager flumine inundetur: quam jure fit: verbi gratia, ſi res ſacra, ſancta, religioſa, vel etiam publica efficiatur, vel ſi ſervus manumittatur) vel in aliam ſpeciem mutata ſit, ut ſi ex lana veſtimentum fiat. Ratione perſonæ amittimus poſſeſſionem, vel ratione noſtræ, qui ipſi poſſidemus, quod fit, ſi animus noſter prorſus extinguatur, putà, per mortem, aut furorem continuum, vel circa qualitatem (qualis eſt deſtinatio ſibi habendi) alteretur, veluti ſi in alterius poteſtatem quis redigatur; hic enim cum ab alio deinceps poſſideatur, ipſe poſſidere nihil poteſt. Vel ratione alterius perſonæ, ejusq; tàm publicæ, cum ſcilicet prætor aliquem ex ſecundo decreto in poſſeſſionem ire juſſit: vel privatæ, quæ vel nos ipſos (licet aliter in immobilibus, quàm mobilibus hoc fiat) vel noſtro nomine poſſidentes poſſeſſione deturbat: & hoc in genere, vel prorſus ſine facto noſtro quodammodo interveniente, quod accidit, cum fundum alienum, quem bona fide poſſidemus, locamus ipſi domino, aut pignori, vel precariò tradimus, ignorantes eum dominum: hic enim ſtatim amittimus poſſeſſionem, nec tamen ideò minùs inviti poſſidere deſinimus, quod factum noſtrum interveniat *vol.2.d.14.l.*H.2.3. quando verò amittitur, debet id fieri animo, & corpore *vol.7.d.7.l.*hh.2.3.

Poſſeſſionem turbat non ſolùm, qui expellit, ſed etiam qui vel ab ingreſſu, vel regreſſu arcet *vol.7.d.7.l.*gg.4.ii 3.

Poſſeſſio amittitur, quando ea in furioſum transfertur, etſi is eam non acquirat *vol 7.d.7.l.*hh.2.

Poſſeſſiones ſub conditione traditæ alio modo non amittuntur, neque transferuntur, niſi conditio exſtiterit *vol.7.d.7.l.*ff.2.hh.2.

Poſſeſſio ſolo animo amitti poteſt *vol.6.d.4.l.*Nn 2.

Poſſeſſio amittitur inundatione, ſi totus fundus, non pars, inundatus ſit *vol.7.d.7.l.*hh 2.

Poſſeſſionem rerum ſuarum amittit captus ab hoſtibus: ſed jura earum retinet *vol.6.d.4.l.*Mm.3.

Poſſeſſio non acquiritur ignoranti, niſi aliquando expeculati cauſa, & eo caſu, quo jus acquiritur ignoranti, & dormienti, imò invito *vol.6.d.4.l.*Mm.3.

Poſſeſſio non amittitur, quam ignorante poſſeſſore alius clam occupavit: nec occultus hujusmodi poſſeſſor interdictis uti poteſt *vol.2.d.29.l* OO.3. *vol.3.d.3.l.*p.1.

Poſſeſſionem ſuam vel quaſi continuans eodem modo, quo ante litem ortam, non attentat *vol.3.d.2.l,*k.2.

Poſſeſſio etiam tum continuari poteſt, cùm dubia eſt, & quamvis attentatum ſit, revocari tamen non poteſt, niſi ad ſententiam definitivam *vol.3.d.2.l.*o.1.

Poſſeſſionis retinendę interdicta ſunt, quibus præſentem rei poſſeſſionem retinere,

nere, & tueri contendimus: quorum duæ potiſſimum ſunt ſpecies, una Uti-poſſidetis, altera Utrubi. Uti-poſſidetis interdictum eſt, quo quis tuetur poſſeſſionem rerum immobilium, vel quaſi poſſeſſionem incorporalium, adverſus eum, qui eandem poſſeſsionem ſibi arrogat, aut quo alio modo poſsidentem turbat: ad prius quod attinet datur hoc interdictum tàm civiliter, quàm naturaliter poſſidenti rem immobilem adverſus turbatorem poſseſſionis, modo non vitiosè, nec vi, nec clàm, nec precariò poſſideat ab illo, à quo turbatur *vol.3.d.3.l.*p.2.q.2.3. vide inferius.

Poſseſſio vitioſa adverſus extraneum prodeſt *vol.3.d.3.l.*p.2.

Poſsidere quis dicitur non ſolùm ſi ipſe rei incumbat, ſed etiam quando alius ejus nomine in poſseſsione eſt, ut Colonus, inquilinus &c. uſque adeò, ut licèt hi dereliquerint poſseſſionem, vel alii prodiderint, tamen tale factum nihil poſſidenti præjudicet, quo minus ex interdicto contra turbantes experiri poſſit *vol.3.d.3.l.*p.3.4.

ad quaſi Poſſeſſionem jurium, & rerum incorporalium conſervandam prodita ſunt interdicta veluti poſſeſſoria, unde illi, qui in ſervitutis ſuæ urbanæ, ſecus ruſticæ (nam ad hujus ſpecialia conceduntur interdicta) quaſi poſſeſſione inquietatur, hoc interdictum Uti-poſſidetis, tribuitur *vol.3.d.3.l.*p.4. *vol.4.d.9.l.*ss.3. *d.10.l.*ddd.4.

pro quaſi Poſſeſſione juris percipiendi decimas ex fundis alienis interdictum hoc rectè intentatur: ut & de jure Magiſtratum eligendi orta controverſia ejusdem interdicti interpoſitione ſiſtetur *vol.3.d.3.l.*p.4.

pro quaſi Poſſeſſione jurisdictionis competit hoc interdictum *vol.3.d.3.l.*p.4. *vol.4.d.9 l.*ss.3.

pro quaſi Poſseſsione juris venandi, piſcandi, aucupandi, paſcendi interdictum Uti-poſsidetis, contra turbatorem rectè intentatur *vol.3.d.3.l.*p.4.

pro quaſi Poſseſsione annuorum redituum, & penſionum adverſus eum, qui interpellatus ſimulatis excuſationibus ita differt ſolutionem, ut turbare videatur, licèt præſtationes ſint perſonales ex communi Canoniſtarum ſententia interdictum Uti-poſsidetis obtinuit, etſi hoc ex jure civili vix ſubſiſtat *vol.3 d.3 l.*p.4.

Poſseſsio niſi naturaliter apprehenſa, non tranſit in heredem *vol.3.d.3.l.*q.1. vide heres: & ſuperius ubi dicitur quod ſit facti.

Poſseſsio ficta & ipſa eſt vera poſseſſio, & tantundem operatur, quantum vera, ſicut fictio tantùm, quantum veritas *vol.3.d.3.l.*q.2.

ex Poſseſsionis de uno prædio apprehenſione, non acquiritur poſseſſio aliorum prædiorum *vol.3.d.3.l.*q.2.

Poſseſſione partis apprehenſa, totum apprehenſum cenſetur *vol.6.d.3.l.*Z.1.

à Poſseſſione vi dejectus contra dejicientem hoc interdicto Uti-poſſidetis uti non poteſt, etſi affirmet Weſenb. *vol.3.d.3.l.*q.2.

Poſſeſſio non eſt uſus rei: & uſus rei à poſſeſſione maximè diſtinguitur *vol.6.d.4.l.*Mm.4.

Poſſeſſionis controverſia, vel turbatio fit dupliciter, aut verbis, aut re. Verbis, cùm

cùm in controverſia proprietatis aliquis ſe poſſeſſorem dicit, & ita adverſarium commodo poſſeſſionis uti non patitur. Re fit, primò; cùm quis poſſeſſorem in ſuo prohibet quid facere eorum, quę quivis Dominus in re ſua facere poteſt: aut ſecundò, cum quis in re aliena inſtituit quid facere invito poſſeſſore: nec intereſt, an turbator ſe eam rem, cujus controverſiam facit, poſſidere contendat, ſive ſola temeritate, & malitia poſſeſſorem moleſtet: ſicuti nec refert utrum quis ipſe, an verò mandato ejus alter turbet: imò contra eum, qui mandatum ſuſcepit, interdicti Uti-poſſidetis competit *volum*. 3. *d*. 3. *l*. q. 2. 3. eadem in juribus incorporalibus locum habent. Nam ſervitus amittitur, ſi quis in ſervitutis uſu impediatur, & protinus atque in juriſdictionis exercitio impedior, poſſidere deſino. Sunt prȩterea quædam jura debita fundo, qualia ſunt ſervitutes reales, quæ exiſtere non poſſunt, niſi ſit prædium dominans, & ſerviens, in quibus tunc etiam poſſeſſionem amitto, ſi amitto prædium dominans *vol*. 7. *d*. 7. *l*. hh. 3.

Poſſeſſionis noſtræ turbator, & qui vim facit, quo minus poſſideamus, damnati debet in id, quod noſtra intereſt, vim factam non eſſe, ejusque nomine conſtituta eſt hæc actio à Prætore duntaxat intra annum utilem, ex quo vis fieri poſſidenti cepit: ſed nihil prohibet poſt annum adhuc agi ne turbet. Nam turbatio continua durat, & perpetuò præſens eſt, quapropter ad poſſeſſionem tuendam ſemper agi poteſt. Præterea adverſarium propter damna, & intereſſe turbationis factæ, ad prȩſtandam cautionem de non amplius moleſtando, vel turbando teneri, interpretes & receptus uſus, praxisque oſtendunt *vol*. 3. *d*. 3. *l*. q. 3.

contra Poſſeſſionis noſtræ occupatorem datur etiam actio realis, & rei vindicatio, ad quam fundandam requiritur ex parte rei poſſeſſio; actionem verò præcedit arbitrium de reſtituendo. Reus quoque etſi poſt litem conteſtatam poſſidere deſierit, tamen, ſi id cum culpa fiat, condemnabitur in æſtimationem, ut tamen petat ſibi cedi actiones, ſi dolus acceſſit, condemnabitur quanti actor in litem juravit, nec actiones ei ceduntur, idem fiet ſi lata culpa intervenerit, aut reus dolo etiam ante litem conteſtatam poſſidere deſierit. Sin autem & dolus, & culpa abfuerit, reus abſolvetur. Contra tertium verò poſſeſſorem tempore litis factum ſententia ferri non poteſt, ſed novo judicio opus eſt. Si etiam intentata hac actione ſub titulo dominii tamen litis conteſtatæ tempore Dominus non ſim, ſed poſt modo fiam, ſi egi ex cauſa generali, aut ſpeciali de præterito adhuc condemnabitur, ſin ex cauſa ſpeciali de præſenti abſolvetur, & datur hæc actio etiam contra civiliter poſſidentem *vol*. 7. *d*. 7. *l*. ii. 1.

in Poſſeſſionis negotio datur interdictum Utrubi poſſidetis, quod eſt ſuper retinenda poſſeſſione rerum mobilium, & nunc priori æquiparatur *volum* 3. *diſp* 3. *l*. q 3. 4.

contra Poſſeſſionis turbatorem non modò his interdictis, ſed & injuriarum ex L. Aquilia, & criminaliter agi, adeoque poſſeſſionem ingredi volenti reſiſti, & ingreſſus incontinenti expelli poteſt: quin imò, qui interdicto Utrubi pro rebus

Digitized by Google

bus mobilibus experitur, etiam ad exhibendum agere poteſt *vol.*3.*d.*3.*l.*q.4.

Poſſeſſionis imò turbatorem etiam per vim ex noſtris rebus quas poſſedimus, expellere recuperando poſſumus, ſi id incontinenti fiat. In quo & qualitas rei, & conditio perſonarum & dejectarum, & dejicientium conſideranda. Quamvis enim poſt amicorum convocationem recuperaverim, incontinenti recuperatio facta dicetur *volum.*7.*diſp.*7. *lit.*ii.1. ſicut autem violentum poſſeſſorem dejicere licet, ſic quoque, quæ in noſtro fundo, vel prædio nobis invitis ædificata ſunt, propria authoritate deſtruere licet *ibid.* vide Violentus in verbo Vis.

ad Poſſeſſionem retinendam ſi turbatus agat, non quidem ex jure feudali, ſed civilibus legibus, tunc ordinarii cognitio eſt, idemque obtinet, ſi extraneus turbet, aut è contrà *vol.*3.*d.*3.*l.*r.2.

in Poſſeſſionis turbatæ cauſa, quandoque diſceptatum eſt, an immediatus, qui **vermög der Außträg** ad inſtantiam actoris intra præſcriptum tempus nominare judices neglexerit, ex capite denegatæ juſtitiæ in Camera Imperiali conventus, ibidem actorem reconvenire poſſit? & negatur *vol.*3.*d.*3.*l.*s.1.

Poſſeſſionis ſemel ſive per ſemetipſum, ſive per miniſtros adquiſitæ cauſa favorabilior eſt, & magis privilegiata eâ, quæ de novo primùm adquirenda eſt *volum.*3. *d.*3.*l.*s 4.

Poſſeſſio clandeſtina Domino nocere non ſolet, niſi tumultus, & diſcordiæ vitandæ cauſa id fecerit, qua tamen in re multum religioni judicis tribuitur *vol.*3. *diſp* 3.*lit.*s.4.*diſp.*9.*lit.*ccc.1. *volum.*6.*diſp.*8. *l.*Ddd.3.

Poſſeſſionis tempus conſideratur ſecundùm jus civile, ita ut ſufficiat, ſi quis litis conteſtatæ tempore poſſederit: verùm ſecundùm jus canonicum ita, ut ſufficiat, ſi quis antiquiorem poſſeſsionem probet: & notandum hic, quod in probatione antiquioris poſſeſsionis, etiam momenta obſervanda ſunt; Nam ubivis eſt prioritate, & poſterioritate non modo dies, ſed etiam hora in conſideratione *vol.*3.*d.*3.*l.*t.4.*d.*5.*l.*qq.4.

Poſſeſsionis turbatio non adeò exquiſita indiget probatione cum eo ipſo, quod quis litem ſuſtinet turbare dicatur, in caſu tamen inficiationis demum docenda eſt: hinc quæritur an actor neceſſe habeat probare turbationem factam fuiſſe dolo, vel culpa turbantis? diſtinguo: aut reus civiliter agit adverſus turbantem, aut criminaliter. Primo caſu in negativa: poſteriori in affirmativam concedendum, nec tenetur actor turbarionem de præſenti allegare, & docere, ſicut tenetur probare poſſeſsionem de præſenti *vol.*3.*d.*3.*l.*r.4.

Poſſeſsione ſua nemo privandus eſt, qui citatus non eſt *vol.*3.*d.*5.*l.*pp.3.

Poſſeſsio vitioſa duo requirit, primò ut poſſeſſor ſeu malæ, ſeu bonæ ſit fidei, dejectus fuerit vel à Domino, vel ab alio. Secundò ut is, qui eum vi defuncti poſſeſsione expulit, poſſeſsionem etiam adprehenderit *vol.*3.*d.*9.*l.*ccc.1.

Poſſeſsio verè vacua dicitur, quæ ab omnibus non ſolùm veris poſſeſsoribus (ſive civiliter, ſive naturaliter rem poſsidentibus) ſed etiam iis, qui quoque jure rem

Digitized by Google

rem detinent, & ab emptore impunè expelli non poſſunt, libera eſt, & vacat *vol.3. d.9.l.*ddd.1.eee.2.

in Poſſeſsione qui alicujus juris, vel libertatis eſt, petere poteſt, ut ſibi continuetur, & imponatur ſilentium ei à quo timet vexari *vol.4.d.9.l.*ss.2.

in Poſſeſsione vel quaſi conſtitutus habet intentionem ſuam fundatam, & contrarii probationem tranfert in turbantem, ſeu adverſarium, dum tamen iſta quaſi poſſeſsio ſit conſtans, inviolata, inconcuſſa, id eſt, ſine contradictione, & reprobatione *volum.4.d.9.l.*uu.1. *diſp.*10. *l.*eee.1.

Poſſeſsor bonæ fidei ſuos facit fructus conſumptos, ſeu naturales, ſeu induſtriales *vol.5.d.8.l.*qq.3.*vol.7.d.7.l.*hh.4.

Poſſeſſor malæ fidei perceptos, conſumptos, extantes, imò percipiendos fructus plenariè reſtituere debet *vol.5.d.*8. *l.*qq.3. *vol.*7. *d.*7. *l.*hh.4. expenſas tamen quas malæ fidei poſſeſſor in colligendis fructibus fecit, ut & omnes ſumptus, quibus res melior facta eſt, conſequetur *ibid.*

pro-Poſſeſſor dicitur, qui rem mala fide poſſidet: ſic prędo pro poſſeſſor appellatur *vol.5.d.16.l.*ppp.2.

Poſſeſſio improba, vitioſa, propria authoritate occupata nullum habet juris adminiculum, ſive effectum, nec foveri debet, ne detur materia delinquendi *vol.*5.*d.*17.*l.*iiii.3.

Poſſeſſionis tàm civilis, quàm naturalis, & etiam detentionis cauſam ſibi mutare nemo poteſt, niſi extrinſecus aliqua juſtà cauſa accedat *volum.5. diſp.*17. *l.*iiii.2.

de Poſſeſſione, & proprietate apud unum, & eundem judicem diſceptari debet *vol.5.d.23.l.*ppppp.1.2.

Poſſeſſionem volentes amittimus, vel animo, & corpore ſimul, vel animo tantum, eoque vel verbis, veluti ſi quis expreſsè dicat, poſſidere ſe amplius nolle, vel ſi dicat, ſe velle alteri poſſidere, vel denique ſi quis in judicio interrogatus an poſſideat, per mendacium ſe poſſidere neget, cum ab adverſario deinde convincatur; vel facto declarato, cum ſcilicet hujuſmodi quid agimus, quod poſſeſſionis abdicationem, & translationem facto, & reipſa importet. Et primò quidem traditione, quæ vel naturaliter, vel reipſa fit. NATURALITER, & quidem in re mobili, vel de manu in manum tradendo, ut eſt in debitore rem pignore dante, vel permittendo, ut quis per ſe capiat: Immobili, inducendo in poſſeſſionem ædium, fundi &c. vel permittendo, ut quis per ſe in poſſeſſionem illorum veniat, vel etiam patiendo alium in noſtro territorio, vel caſtro imperare. CIVILITER, ſi quod meo nomine poſſideo, alteri poſſidere conſtituam, vel ſi rem, quæ ex depoſito, vel commodato jam apud te eſt, vendidero tibi: quod in tantum procedit, ut etiamſi poſtea recepturus, quis poſſeſſionem tradat, nihilominus poſſidere deſinat, nec quidquam referat, transferat in alium poſſeſsionem nec ne, ſi quidem ille dimittat, dummodo tamen purè traditio facta ſit, non ſub conditione, veluti, ſi poſſeſsio emptori adquiretur, hoc eſt, ſi traditio effectum haberet. Secundò, ſi fundum egreſsi, aliquot annos colere eum neglexerimus, quo nos poſsidendi animum abjeciſſe teſta-

Digitized by Google

rum facimus. Tertiò, hoc fit manumittendo ſervum tàm alienũ bona fide poſſeſſum, quam proprium, quamvis diverſa ratione. Quartò, ſi in locum noſtrum purum, mortuum inferamus. Quintò, ſi quis rem, quam poſſidet, & uſucapit, precariò roget ab alio, vel etiam conducat, quod poſterius tamen ita temperatur, niſi aut ignoret, ſe poſsidere, aut Dominus ſit rei poſſeſſæ, & rem conducat, non poſſeſsionem: quæ omnia etiam ad jurium incorporalium poſſeſsionem, ejusque amiſsionem referenda *vol.2.d.*14.*l.*H.3.4. de mortuo in fundum illato vide *volum.*7. *diſp.*7.*l.*hh.2.3. ubi dicitur mortuum hac mente in fundum illatum eſſe debuiſſe, non quieſcendi fortaſsis, aur alterius rei gratia: fundus autem non amittitur totus, ſed tantum pars illa, quæ monũmento tegitur *ibid.* de negante ſuam poſſeſsionem *ibid.*

Poſſeſsionis multi, magniquc ſunt effectus: unde tritum illud, GAUDENT POSSIDENTES, item AUREA EST POSSESSIO, item poſsidentis in pari cauſa melior eſt conditio *vol.2.d.*7.*l.*hHh. 2.*d.*14.*l.*H.4.*vol.*3.*d.*3.*l.*p.2. *vol.*7.*d.*4.*l.*t.2. *d.*7.*l.*hh.3.4.

Poſſeſsionum itaque materia eſt una ex utiliſsimis, & difficillimis totius juris, de nulla frequenriores controverſiæ, cum litigatorum nemo ſit, qui non aliquem poſſeſsionis titulum affectet *volum.*7.*d.*7. *l.*ee.2.

Poſſeſsio multas, & prægnantes inducit præſumptiones. Nam hinc eſt: ut poſſeſſore dicente rem eſſe allodialem, alio contendente rem eſſe feudalem, pro poſſeſſore præſumatur, ac pronuncietur: ſic ſi poſsidens rem ſervire, alius verò liberam eſſe dicat, quamvis pro libertate maxima ſtet præſumptio, pro poſſeſſore tamen pronuncietur, & probatio libertatis in adverſarium rejiciatur *volum.*2.*d.*14. *l.*H.4. *volum.*3. *diſp.*3. *l* p.2. *volum.*7.*diſp.*7. *l.*hh.3.4.

Poſsidere & idcircò aliquis in dubio præſumitur titulo præambulo, adeo, ut nemo poſſeſsionis ſuæ titulum edere cogatur, niſi in hereditatis petitione *vol.*7. *d.*7.*l.*hh.3.4.

ſic Poſſidendo rem tempore legibus præſcripto, rei poſſeſſæ dominium per uſucapionem conſequimur *vol.*7.*d.*7.*l.*ii.1.

Poſſeſſione ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus *vol.*2.*d.*14.*l.*H.4 *volum* 3 *d.*3. *l.*u.1. vide in verbo Spolium.

contra Poſſidentem etiam naturaliter ſpolium committitur *vol.*2.*d.*17.*l.*N.4.

Poſſeſſio vera eſt rerum incorporalium, in qua patientia adverſarii pro traditione, uſus pro poſſeſſione habetur *vol.* 5.*d.*30.*l.*H.3.

Poſſeſſionis transferendæ modus eſt inductio *vol.*6.*d.*4.*l.*Ll.3.

Poſſeſſores plures ejusdem rei eodem poſſeſſionis genere ſimul, & ſemel in ſolidum eſse nequeunt *vol.*6 *d.*4.*l.*Mm.4.

Poſſeſſionis controverſiæ deciſio talis eſt; ut judex juxta oblatum libellum actorem poſſeſsorẽ declaret, reum verò condemnet in id, quanti intereſt victoris vim ei factam nõ eſse, tum etiam condemnet ne in futurum poſſeſſorem turbet, ejusq; nomine ſatisdationem præſtet. Quod ſi verò uterque ita poſſeſſionem probet, ut neuter ſuam magis doceat, aut plus evincat, tunc pro eo decernendum, qui poſ-

ſeſsio-

Digitized by Google

ſeſſionem antiquiorem probavit. Sin æqualiter non probent, tunc attendenda poſseſſio de præſenti etiam ſine titulo,& præferenda antiquiorem habenti titulum,niſi illa de præſenti vi,clàm,aut precariò acquiſita ſit,tunc enim qui de antiquiore poſſeſſione docet, præferendus eſt: at poſſeſſione æqualiter probata is vincet, qui titulum poſſeſsionis habet. Quid ſi & in hoc pares ſint litigantes? Diſtinguo: aut Actor tantum provocavit ad judicium,& pro reo judicandum eſt,aut uterque ſimul provocavit,ita ut quis reus ſit,vel actor ignoretur,& utrique ea pro parte indiviſa adjudicanda erit *vol.3. d.3. l.u.1.2.*

Poſſeſsionis momentaneæ actio exerceri poteſt per quamcunque perſonam, etiam per ſervum,minorem,& pupillum; licèt non æque minor,& pupillus ſine tutore, vel curatore hoc judicio poſtulari poſsint *vol.2.d.14.l.H.4.*

in Poſſeſsione judicium momenti poſtulatur ab ejus loci judice,in quo ſtatus poſſeſsionis perturbatus eſt *volum.2.d.14. l.H.4.*

Poſſeſsionis appellatio momentum remorari nequit,ne quod beneficio celeritatis inventum eſt, ſubdatur injuriis tarditatis *vol.2.d.14.l.H.4.*

uti-Poſsidetis interdictum datur tantum pro rebus corporalibus,& immobilibus,nec datur contra verbis, ſed facto, & reipſa turbantes *vol.4.d.9.l.ss.2.d.10. l.ccc.4.*

uti-Poſsidetis interdictum etiam tunc valet, quando quis in jure aliquo incorporali turbatur: unde Domino in quaſi poſſeſsione juriſdictionis,Rectori Eccleſiæ in quaſi poſſeſsione juris rectoriæ,& patrono in quaſi poſſeſsione juris præſentandi turbatis conceditur:etiam contra eum,qui jus alterius obſcurare nititur, ut in turbatorem, rectè hoc interdictum intentatur *volum.4.d.9 l.ss.3.d.10.l.ccc.4. vol.6.d.3.l.Ii.1.vol.6.d.8.l.Hhh.3.4.* ſed qui hoc interdicto in hiſce juribus uti vult, non debet vi,clam,vel precario poſsidere *ibid.*

Poſſeſſorium à peritis advocatis petitorio plerumque præmittitur *vol.7. d.7. l.hh.4.*

in Poſſeſſorio vel adipiſcendæ, vel retinendæ,vel recuperandę poſſeſsionis interdictis agitur *vol.2.d.27.l.MM.2. vol.3. d.3.l.p.2. per tot. vol.7.d.7.l.ii.1.2.* ea vel reſtitutoria,vel exhibitoria,vel prohibitoria:erant autem certæ formulæ,& conceptiones verborum, quibus Prætor aliquid fieri aut prohibebat,aut mandabat, hodiè ſublata veteri verborum ſolennitate,ſimpliciter tanquam aliæ in factum actiones poſſunt proponi *ibid.*

Poſſeſſor rei, uter ex litigantibus ſit, quando dubium eſt (quod evenit in interdicto Uti poſsidetis,& Utrubi,cum ſimilibus) tunc etſi neuter ex ſtricto jure prætenſa poſſeſsione uti poſsit, ſed inhibendum utrique,vel ſequeſtranda poſſeſſio ſit,benignius tamen eſt neutrum prohibendum eſſe eâ uti (niſi metus armorum ſubſit) uſque dum ſummariſsimo poſſeſſorio alterutri vel tota poſſeſsio, vel utrique pro parte,vel alternatim utenda adjudicetur. Hinc etiam ante omnia non eſt revocanda talis continuatio *vol.3.d.2. l.k.2.*

in Poſſeſſorio judicio judex compe-

Digitized by Google

tens non ſolùm is, in cujus territorio res, quæ petitur, ſita eſt, ſed etiam in cujus territorio vis turbatoria facta fuit *vol.*3. *d.*3.*l.*q.4.

in Poſſeſſorio rei ſpiritualis mero judex laicus rectè cognoſcit: attamen is ſolus, & privativè judex non eſt, quia ſi Clericus actor ſit, ipſi poteſtas judicem eligendi relicta eſt. Superius autem intelligitur, ſi unus laicus ſit, alter clericus, ſin uterque laicus non rectè cognoſcit *vol.*3. *d.*3.*l.*r.1.

in Poſſeſſorio rei ſpiritualis mixto, ubi titulus principaliter juſtificandus venit, ſolus judex Eccleſiaſticus judicat, adeoque ejusmodi quæſtio ſpiritualis incidens, in Camera Imperiali remittitur ad eum, ſed non vice verſa *vol.*3.*d.*3.*l.*r.1.

Poſſeſſorii idem judex eſt, qui & petitorii *vol.*3.*d* 3.*l.*r.1.2.

in Poſſeſſorio judicio etſi uterque actor, & reus dicatur, tamen ille, qui primus ad judicium provocat, præcipuè à Dd. actor cenſetur: & licèt pupillus mentis compos, & minor ſine tutore, & curatore momentaneum poſſeſſorium deducant, attamen absque horum authoritate non conveniuntur *vol.*3.*d.*3.*l.*r.2.

Poſſeſſorium judicium aliud eſt ſummarium, aliud plenarium: in quibus noſtrum interdictum diverſimodè in judicium deducitur, in ſummario ſcilicet per officii judicis implorationem, in ordinario verò, per modum actionis ex cauſa interdicti *vol.*3.*d.*3.*l.*r.3.*d.*5.*l.*qq.4.

Poſſeſſorii ſummarii proceſſus continetur tùm cauſæ diſceptatione, quæ fit à litigatoribus coram judice compente, tùm litigioſæ poſſeſsionis deciſione, quæ ipſi judici incumbit; ipſa litigatorum diſceptatio conſtat partim modo, & ordine procedendi, partim etiam intentionis probatione. Ordo, & modus procedendi hujus judicii celeri reformatione, & ſine cunctatione agenti ſuccurritur, nec ab actore, quæ ſtricti juris civilis ſunt deſiderantur. Libellum enim ſolennem exhibere, & litem conteſtari non tenetur, ea verò ſolummodò deſiderantur, quæ ſunt juris naturalis: nempe citatio, ſummaria petitio: tùm etiam ad faciliorem litis expeditionem poſitiones, & articuli exhiberi poſſunt *volum.*3. *d.*3.*l.*r.3.*d.*5.*l.*qq.4. *volum.*7.*d.*7.*l.*ii.4.

in Poſſeſſoriis judiciis, cùm hodie actiones extraordinariæ in factum dentur, ſi agatur de adipiſcenda, vel retinenda poſſeſsione, tunc illæ reales erunt, ſi de recuperanda, perſonales *vol.*7.*d.*7.*l.*ii.2.

Poſſeſſorium judicium trifariam, conſtitui ſolet, vel de adipiſcenda, vel retinenda, vel recuperanda poſſeſsione: adipiſcendæ olim tria fuerunt interdicta, Quorum bonorum, Quod legatorum, & Salvianum: addidit Juſtinianus quartum: retinendæ ſunt, Uti poſsidetis, & Utrubi: de ſuperficiebus: de Rivis; de fontibus. Recuperandæ ſunt, unde vi: & datur tantum in rebus immobilibus, niſi mobiles ſint his connexæ *vol.*7.*d.*7.*l.*ii.2.

in Poſſeſſorio plenario, vel ordinario plena inquiſitione cauſa diſcuti debet: hinc libellus offerendus, lis conteſtanda eſt, & reliqua, quæ ad cujusque proceſſus ordinarii ſubſtantiam ſpectant, peragenda ſunt *volum.*3.*d.*3.*l.*r.4.*d.*5.*l.*qq.4. *vol.*7. *d.*7.*l.*ii.4.

in Poſſeſsorio noſtro quæritur, an Reconven-

conventio, ſeu mutua petitio proponi poſſit? diſtinguo: aut cauſa Con-& Reconventionis ejusdem rei nomine movetur,& tunc Reconventio fit de poſſeſſorio,vel de petitorio:primo caſu de poſſeſſorio ejusdem rei reconventio locum habet: poſteriori verò non item. Aut reſpectu diverſæ rei,& procedit reconventio tàm de petitorio,quàm poſſeſſorio etiam ſummariſſimo. Referre tamen videtur,an utraque cauſa Con-& Reconventionis ſit ſummaria, & ſic conſimilis cognationis: aut an ſaltem cauſa conventionis ſummaria, Reconventionis verò plenaria: illo caſu Reconventio procedit, hoc autem caſu quoad judicem prorogandum, non verò quoad effectum ſimultanei proceſſus valebit *volum.3. d.3. l.r.4.*

in Poſſeſſorio retinendæ poſſeſsionis ſi interdicto agatur,petitorium etiam cumulari poteſt *vol.3.d.3.l.s.1.*

in Poſseſsorio judicio libelli forma talis ſit,ut actor narret primò,quod de præſenti poſſideat, vel quaſi poſſideat rem immobilem corporalem, vel incorporalem. Secundò,quod in ea ſibi ab Adverſario vis,& controverſia fiat: ſed non opus,ut qualitas, vel ſpecies poſſeſſionis in libello exprimatur,nec modus turbationis,niſi id reus ad ſui defenſionem poſtulat,vel de dolo turbans argueretur,ſicut nec tempus anni, menſis, diei, & loci *vol.3. d.3.l.s.1.d.5 l* qq.4.

Poſſeſsorialis libelli concluſio ſit,ut à præſenti turbatione ceſſet: ſecundò ne in poſterum turbet: tertiò ut damna, & intereſſe cum ablatis reſtituat: quartò,ut ſatisdationem de non amplius turbando in futurum præſtet. Actor prætereà in libelli concluſione proteſtari ſolet de intentando ſolo remedio retinendæ poſſeſſionis, nec cumulando in hoc judicio petitorio *vol.3.d.3. l.s.1.*

Poſſeſsorium ordinarium plenas, & perfectiores probationes: ſummatium verò leviores,& ſemiplenas recipit,proindeque in illo teſtium reprobatio admittitur in hoc non item. Duo verò probanda ſunt, Poſseſſio videlicet ex parte Actoris, & Turbatio ex parte Rei. Dominii, & tituli probatio regulariter neceſsaria non eſt, in juribus tamen incorporalibus, quæ,absque ſingulari titulo poſſideri non poſsunt, tituli probatio requiritur *vol.3.d.3.l.s.2.d.5.l.*qq.4.

circa Poſseſſionem duo conſiderantur: unum,quomodo actor poſseſſionem probare velit, alterum, cujus temporis poſseſſio probanda ſit. Prius quod attinet,per actus tàm in corporalibus,quàm in incorporalibus inferri,& probari poſſeſſionem nemo ambigit. Sed quæſtionis eſt,an ut quis conſtituatur,vel etiam conſervetur in quaſi poſseſſione frequentia actuum præcisè requiratur,vel unicus actus ſufficiat? hoc ultimum dicitur. Inprimis autem actus nec violentos, nec clandeſtinos eſse oportet. Actus certiſſimi ſunt inſiſtentia rei, cultura rei, ſeu per me,ſeu per colonum fructuum perceptio. Verum ſi alter de cultura fundi, alter de perceptione fructuum probet, uter vincet? Diſtinguo, aut quis fructus percipit alio ſciente, & patiente, aut verò clam per violentiam: primò caſu ſi cultura aliquid commodi,& utilitatis adferre potuit, hic in perceptione fructuum, ille

ille in cultura defendendus eſt, ſi nulla inde reſultat utilitas, is obtinet, qui fructus percepit. Aut clàm, aut per violentiam percepit fructus, tunc hoc non valet, & alter obtinet. Nec de perceptione cenſuum dubitandum eſt, quin ex concludens probationem poſſeſſionis ſibi efficiat, modo præcedente titulo legitimo ad transferendum dominium penſio ſoluta ſit. Locatio verò nihil operatur, nec inveſtitura impropria: ſed clavium, & inſtrumentorum traditio, retenſio uſusfructus, rei conſignatio, cuſtodum appoſitio, ſic adminiſtratio juſtitiæ, & jus appellationis circa jurisdictionem in Poſſeſſionibus multum operantur. Probatur inſuper poſſeſſionis adquiſitio per inſtrumenta, & per teſtes, *volum.3.d.3.l.s.3.4. t.1.2.d.5.l.ee.1.gg.4 vol.7.d.7.l.kk.1.* in juribus incorporalibus per exercitium jurium, & perceptionem emolumentorum *ibid.*

Poſſeſſio mobilium probatur ſignaturá, cuſtodia, clavium retentione, & cum res apud aliquem eſt in dubio poſſidere præſumitur *vol.7.d.7.l.kk.1.*

Poſſeſſorii actus probantur teſtibus, & unicus teſtis in ſummariſsimo poſſeſſorio ſufficit, duo verò ad minimum in plenario, qui & ordinario requiruntur. Hinc quæritur an Poſſeſſio univerſitatis probetur per teſtes deponentes de ſingulorum poſſeſſione? Reſpondetur ſi poſſeſſio univerſitatis concernat principaliter commodum ſingulorum, eos, ut ſuſpectos repellendos eſſe, & ſi commodum principaliter ad univerſitatem, in conſequentiam vero ad ſingulos redundet, eos admittendos eſſe crediderim *vol.3.d.3.l.t.3.4. vol.6.d.8.l.Ddd.1. vol.7. d.7.l.kk.1.*

Poſſeſſorium conſtitutum ad probationem poſſeſſionis multum proficit *volum.3.d.3.l.t.2.*

in Poſſeſſorio exceptiones ſunt violentæ, clandeſtinæ, ſeu precariæ poſſeſſionis, præſcriptionis annalis ex noſtro interdicto, ſpontaneæ renunciationis, reconventionis ſpolii, invalidi tituli in beneficialibus, exceptio tamen dominii contra interdictum noſtrum objici non poteſt *vol.3.d.3.l.u.1.*

ſuper Poſſeſſorio retinendæ ſententia lata in ſummario interlocutoria eſt, in plenario verò definitiva: Et judex etiam non requiſitus reo turbanti, qui ſuccubuit, perpetuum ſilentium imponit, ne in poſterum poſſeſſorem turbet, eumq; moleſtiâ afficiat: quæ ſententia perpetui ſilentii ſimiliter definitiva reputatur, & non ſolum ipſi diffamanti, ſed etiam ipſius heredibus univerſalibus, vel ſingularibus nocet *vol.3.d.3.l.u.2.3.*

in Poſſeſſorio ſuccumbens regulariter expenſarum condemnationi ſubjacet, nec non ad fructuum reſtitutionem aſtringitur, quorum ex die, quo interdicta edita ſunt, non retrò meritò habenda ratio eſt *vol.3.d.3.l.u.3.* qui verò in poſſeſſorio unde vi ſuccumbit, & ſpolium reſtituere debet, tunc debet reſtituere totam cauſam cum ſuis fructibus perceptis, & percipiendis, omnibus utilitatibus, quas poſſeſſor habiturus fuiſſet, mobilibus, quæ adfuerant, etſi non adſint, æſtimationem *vol.7.d.7.l.ii 2.*

Poſſeſſorium retinendæ cum petitorio cumulari poſſe quidam ajunt: hinc quæri-

Digitized by Google

quæritur, an ille, qui vincit in poſſeſſorio, ſi poſtea in petitorio ſuccumbat fructus reſtituere teneatur? & negatur *vol.* 3. *d.* 3. *l.*u. 3.

in Poſſeſſorio etſi actor, qui abſolutus eſt virtute hujus interdicti non opus habeat executorialibus, in factis tamen negativis, puta, ut quis amplius non turbet per cautionem interpoſitam executio rectè fieri cenſetur. Sed dubium eſt an lata ſententia in hoc interdicto contra heredes, & ſucceſſores condemnati ſuo proprio ſeu novo facto poſſeſſionem turbantes executioni ſit demandanda? & negatur *vol.* 3. *d.* 3. *l.* u. 3.

in Poſſeſſorio ſummariſſimo victus, beneficio reſtitutionis in integrum non gaudet, gaudet tamen in poſſeſſorio plenario *vol.* 3. *d.* 3. *l.* x. 1. *d.* 5. *l.* qq. 4.

in Poſſeſſorio ſummariſſimo ſupplicare, aut reviſionem petere prohibitum eſt, in plenario verò permiſſum *volum.* 3. *d.* 3. *l.* x. 1. *d.* 5. qq. 4.

Poſſeſſorio momentaneo etiam locus eſt ſi lis incepta ſit, aut in ſecunda inſtantia ventiletur *vol.* 3. *d.* 5. *l.* qq. 3.

in Poſſeſſorii lite potior eſt in interdicto Uti-poſſidetis, quod eſt retinendæ poſſeſſionis, qui vacuam rei poſſeſſionem habet *vol.* 3. *d.* 9. *l.* ddd. 1.

petitorii, & Poſſeſſorii actio rectè in judicio cumulatur *vol.* 5. *d.* 34. *l.* X. 1. id eſt, cœpta rei vindicatione poteſt pendente judicio decurri ad interdictum adipiſcendæ, recuperandæ, & retinendæ poſſeſſionis, & id quidem jure civili, jure verò Canonico illud correctum eſt *vol.* 7. *d.* 6. *l.* dd. 3. *d.* 7. *l.* kk. 1.

Poſſeſſorium, & petitorium cumulari non poſſunt *vol.* 4. *d.* 27. *l.* R. 4. in Coroll. Hinc quæritur, an in his judiciis ſimul, an verò ſucceſſivè procedere judex debeat? Et ſi juris Pontificii, forique uſum ſpectemus, dicendum erit, hæc duo judicia uno libello intentata ſimul tractari poſſe, unaque ſententia ambo determinanda eſſe: aliud verò de jure civili dicendum *vol.* 7. *d.* 6. *l.* dd. 3. *d.* 7. *l.* kk. 1.

Poſſeſſorii finis, eſt principium, & inſtructio petitorii, ut pars litigans ea divellens amiſſione cauſæ, vel pœna judicis arbitraria puniatur, & poſſeſſorio alicui commiſſo, etiam petitorium commiſſum cenſetur *vol.* 5. *d.* 11. *l.* zz. 4. Itaque etſi liceat in poſſeſſorio ordinario ſententia definitivè cauſam poſſeſſionis determinare, nec aliam poſt ſe ſententiam expectare dicatur, nihilominus proprietatis cauſa judicio petitorio dirimenda eſt. Quoniam ſententia in poſſeſſorio pronunciata nullum proprietati præjudicium afferre poteſt, nec etiam poſſeſſoria cauſam proprietatis finiunt, ſed præparant, nec perpetuam, ſed temporariam poſſeſſionem, quoad de proprietate judicatum fuerit, addicunt *vol.* 7. *d.* 9. *l.* oo. 2.

in Poſſeſſorio ſummario perperam inhibitio decernitur *vol.* 7. *d.* 9. *l.* oo. 2.

in Poſſeſſorio vel quaſi conventus clericus præſcriptione fori non utitur *vol.* 2. *d.* 14. *l.* G. 4.

ab omni Poſſeſſorio appellari poteſt *vol.* 2. *d.* 17. *l.* O. 2. negatur tamē hoc à ſummario *vol.* 3. *d.* 3. *l.* u. 4. *volum.* 4. *d.* 23. *l.* C. 4. alii tamen diſtinguunt, jure civili à poſſeſſorio quovis appellari non poſſe, jure verò canonico præter ſummarium poſſe *volum.* 7. *diſp.* 7. *l.* ii. 4. & Camera à poſſeſſo-

ſeſſorio plenario recipit appellationes *ibid.*

in Poſſeſſorio victus, de dominio ſive proprietate apud eundem judicem, ubi de poſſeſſione actum eſt, agere cogitur *vol.7.d.7.l.*kk.1.

Poſſeſſio ſtatus Imperii unico in Comitiis comparendi, & conſultandi actu acquiri poteſt *vol.2.d.3.l.*g.3.

Poſtas, ut vulgò vocant, Cæſar ſolus conſtituit *volum.2.d.4.l.*y.1.*volum.5.d.29. l.*uuuuuu.2.*vol.7.d.9.l.*pp.2.

Poſteris, quæ à genere, à civitate, à rerum natura tribuuntur, iis incolumia manere fas eſt *vol.2.d.3.l.*o.1.

Poſteriora explicant priora, ſi obſcurius ſint prolata, adeoq; prioribus omninò derogant, ſi illa poſterioribus adverſentur, aliàs natura ipſa interverteretur *vol.4.d.*16.*l.*bbbb.4.*d.*17.*l.*ffff.4.

Poſthumus adhuc in utero materno conſtitutus, & heres inſtitui, & in bonorum poſſeſſionem mitti, nihilque in ejus prejudicium fieri poteſt, cum jam pro nato habeatur *vol.5.d.39.l.*ll.3.

Poſthumus etiamſi in utero adhuc ſit, juris tamen fictione habetur jam pro nato, imò in rerum natura eſſe cenſetur *vol.2.d.*20.*l.*V.4.*vol.3.d.14.l.*O.3. tunc maximè, quando de commodo eorum agitur *vol.7.d.2.l.*f.1.

Poſthumis quoties teſtator legati nomine aliquid adſcribit, ſi poſthumus naſcatur, quia non prius homo dici poteſt, quàm ſi ſit editus, & ſi partus non editur, nunquam in utero fuiſſe creditur *volum.5. d.*41.*l.*TT.1.

Poſthumo conditionaliter inſtituto Teſtamentum ejus agnatione non rumpitur, ſi conditio extiterit, antequam fuerit natus: Secus eſt ſi vel conditio defecerit, vel pendente conditione poſthumus natus fuerit *vol.6 d.*12 *l.*Ttt.1.

Poſthumi etiam cenſentur, qui vivo quidem Patre, ſed poſt conditum ejus teſtamentum naſcuntur *vol.7.d.2.l.*f.1.

Poſthumi poſtremò cenſentur, qui avo ex uxore filii defuncti vivo adhuc avo adnaſcuntur *vol.7.d.2.l.*f.1.

Poſtliminia ad antiquam, & naturalem libertatem hominem reducunt *vol.2. d.7.l* yy.1.

Poſtliminio reverſus recuperat omnia jura, quæ per captivitatem amiſit, modò ea integra inveniat *vol.5.d.6.l.*ii.3.

Poſtliminium aut in bello, aut in pace dicitur competere *vol.5.d.13.l.*iii.4.

Poſtulanti quod prodeſt, & concedenti non nocet, hoc concedendum *vol.7. d.4.l.*t.1.

Potentiæ tria ſunt apud Principes capita: primum divitiæ, & opes, tum pecuniæ, tum armorum: ſecundum, magnanimitas, & bellicoſitas: tertium, conſiliorum felicitas *volum.5.d.2.l.*i.2.*volum.6.d.3. l.*Y.2.

Potentiæ fama, quæ ſuis viribus nixa non eſt, res fluxiſſima *vol 6 d.3.l.*Y.2.

Potentum amicitia multis modis ſuſpecta eſſe debet *vol.6.d.3.l.*Y.2.

Poteſtatis exceptio ea eſt, qua & Magiſtratus, & parentes ſe defendere poſſunt, ne in jus ſine venia vocentur *vol.2. d.27.l* KK.4.

Poteſtas omnis à Deo eſt. Igitur qui poteſtati reſiſtit, Deo reſiſtit *vol.4.d.3. l.*n.4.*d.13.l.*qqq.2.*vol.5.d.17.l.*uuu.4.aaaa.1. gggg.1.2.3.

Pote-

Digitized by Google

Poteſtas eſt facultas alicujus hominis ſuper alios ad eorum regimen, & gubernationem habentis authoritatem, & eminentiam *vol 6.d.3.l.S.1.*

Poteſtas humana à divina ordinatione pendet, omniſque anima ſubjecta eſt poteſtati, & qui reſiſtit poteſtati, is reſiſtit ordinationi DEI *vol.3.d.5.l.pp.1.*

Poteſtas Eccleſiaſtica propriè poteſtas non eſt, ſed tantum adminiſtratio, ſeu Miniſterium. Itaque Epiſcopi magis conſuetudine, quàm Dominicæ diſpenſationis veritate Presbyteris ſunt Majores *vol.6.d.3.l.S.1.*

Poteſtates duæ ſunt, & diſtinctæ, ſpiritualis, & temporalis ab uno, & eodem deſcendentes principio, una ab altera non effluit, neutra ab altera dependet. Illa ſæcularibus præeſt negotiis, quæ Cæſari, hæc divina, quæ Eccleſiaſticis commiſſa. Ajunt multi, quòd hæ duæ poteſtates apud Chriſtianos conjungi nequeant: nec ſufficit unius hominis ingenium ad ſuſtinendum officium tàm Eccleſiaſticum, quàm Politicum *vol.2.d.4. lit.s.1.2.3. t.1.2.3.* ubi multa de Pontificis ſummi authoritate, quæ tamen nobis Catholicis in illis rebus, quæ ſeriæ ſunt, probabuntur *volum.3.d.5.l.bb.4. volum.4.d.2. l.b.3.4.d.8.l.ff.4.d.12.l.ggg.3.hhh.3.4.d.19. l.mmmm.4. vol.5.d.1.l.c.1.2.23.l.nnnnn.2. ppppp.4.vol.6.d.3.l.S.1.*

Poteſtas Politica, & Eccleſiaſtica incompatibiles qualitates non ſunt *vol.2. d.4.l.t.2.3.volum.4.d.8.l.ff.4.vol.5.d.1.l.c.1. d.17. l.yyy.1.* vide in verbo Eccleſiaſtici Principes.

Poteſtas civilis, ſubjecta eſt poteſtati ſpirituali *vol.5.d.17.l.bbbb.2.*

Poteſtas Principis citra ſacrilegium diſputari non poteſt: ſcilicet in iis, quæ ſunt juris poſitivi, ſeu civilis, QUO IS UT PRINCEPS CONSIDERATUR. Nam in iis, quæ honeſtatem, & æquitatem naturalem concernunt, & juris ſunt naturalis, & gentium: quo Princeps, ut animal, & homo conſideratur, impunè diſputari poteſt, modo hoc non ex audacia, & contemptu fiat ſed veritatis eruendæ ſtudio, & ad tutelam, ſeu conſervationem juris tertii, alienamve cauſam neceſſariam: & tanto impunius diſputator abibit, ſi non tàm de potentia, quàm voluntate, & ſcientia Principis diſputetur *volum.2.diſp.7. l.eEe.4.fFf.1.*

Poteſtas pleniſſima Principi conceſſa non eſt *vol.5.d.17 l.sss.4.*

quæ Poteſtatis ſunt, ea non dicuntur translata, & conceſſa, niſi in ſpecie dicantur omninò eſſe conceſſa *volum.5.diſp.17. l.fff.2.*

Poteſtas nulla ulli magiſtratui propter ſeipſum, ſed eos, qui ab eo corrigendi, & fovendi ſunt, competit *vol.5 d.11.l.xx.4.*

Poteſtate conceſſa abutens eadem privari poteſt *vol.6.d 3.l.Ii.1.2.*

Præbenda vacatura, id eſt, quæ in futurum vacabit, aut ſpes alicujus præbendæ, ſeu certa promiſſio poteſt alicui concedi, ſi incerta, ſeu indeterminata ſit promiſſio, & conceſſio nec quid pravi ab expectante ſit metuendum *vol.4.d.30.l.Z.3.*

Præbendæ poſſeſſio non collatione, inſtitutione, aut inveſtitura ſola, ſed reali apprehenſione paratur, quæ omninò neceſſaria eſt, *volum.7.d.7.l.ff.1.* vide Inveſtitura.

Præbendæ poſſeſſio propria tamen autho-

authoritate apprehendi non poteſt, niſi quis ejus jure cadere velit *vol.7.d.7.l.ff* :.

ad Præbendam per procuratorem apprehendendam ſpeciale requiritur mandatum, quamvis ad accipiendam generale ſufficiat *vol.7.d.7.l.*gg.2.3.

Præbendam Prælatus alicui conferens, videtur quodammodo donare, quæritur hic: ſi ille, cui beneficium contulit, ingratitudinem aliquam in perſonam conferentis admiſerit, ex ea cauſa poſſit collationem beneficii revocare? & negatur *vol.4.d.32.l.*CC.3.

Præbendali una re apprehenſa, tota apprehenſa cenſetur *vol.6.d.3.l.*Z.1.

de Præcedentia Principes in Imperii conſeſſibus, & aliis publicis congreſſibus ſæpius acerrimè contenderunt: vide ibi modum litium dirimendarum, quarum judex eſt Cæſar *volum.5.d.29.l.*uuuuuu.4. xxxxxx.1. yyyyyy.1.2.3.

Præceptori corrigenti diſcipulus licitè non reſiſtit, & quamvis exceſſus in corrigendo illi interdicatur, tamen in eum, qui adhuc actu Præceptor eſt, diſcipulo, præſertim ubi non eſt vitæ periculum, defenſionis jus non eſt conceſſum, nec retorſio, niſi in caſu notorio animi injuriandi, quod tamen tentare periculoſum eſt, cùm Præceptor ſe juramento purgare poſſit *vol.2.d.7.l.*mMm.3.

Præceptorem, etſi magna & inſigni reverentia proſequi debeamus, tamen eum ſine venia in jus vocare poſſumus *vol.7.d.8.l.*mm.3.

Præceptori ſi quis aliquid contra ipſius honorem, vel ſeriò, vel ex Joco faciat, eo ipſo fit infamis, & privilegia Studioſorum amittit *vol.2.d.7.l.*mMm.4.

Præcipitatio eſt Juſtitiæ noverca, & maximè à judicibus fugienda *vol.6.d.15.l.*Xxx.2. vide Sententia, & Nullitas.

Prædicata talia eſſe oportet, qualia à ſubjectis permittuntur *vol.6.d.6.l.*Rr.2.

Prædii ruſtici Dominus ex tacita obligatione retinere poteſt fructus ejusdem ſive naturales ſint, ſive induſtriales *vol 5.d.37.l.*FF.4. quæ autem aliter in hoc prædium invecta ſunt, tacitè non obligantur *vol.7.d.4.l.*r.1. niſi expreſſa conventione id actum fuerit *ibid.*

Prædium ruſticum eſt, quod ad colligendos, & conſervandos fructus, agriculturam, & res ruſticas excolendas comparatum eſt, horum habitatores dicuntur coloni *vol.7.d.4.l.*r.1.

Prædiorum fructus ſunt etiam metalla. Igitur de jure gentium ad Dominos prædiorum pertinent, etiam de jure feudali *vol.2.d.6.l.*ss.4.

Prædia ſuper terram uſq; ad ſummum, ſeu cœlum, & infra terram uſq; ad imum Dominorum ſunt *vol.2.d.6.l.*ss.4.

Prædium urbanum ſpectat ad habitationem præbendam, vel recreationem, vel alium aliquem uſum extra culturam agrorum, ac receptionem fructuum, ubicunque locorum exiſtat, ſive in oppidis, ſive villis *vol.7.d.4.l.*r.1. horum inhabitatores dicuntur inquilini *ibid.*

Prædii Urbani à ſe locati Dominus retinere poteſt ex tacita obligatione inducta, & illata non ſolùm pro penſione non ſoluta, aut deterioratione inquilini culpâ facta (quæ tamen inducta, & illata eſſe oportet, ut ibi ſint) ſed pro alio quoque debito *vol.5.d.37.l.*FF.4. vide in verbo Hypotheca.

Digitized by Google

quæ in Prædium Urbanum invecta ſunt, ex tacita obligatione pignori obliganrur *vol.3.d.10.l.C.2.*

propter Prædia, quæ Ruſtici à Dominis poſſident, illi plerumq; varias res ſolvere debent: nunc frumentum, nunc fœnum, nunc pecus, nunc etiam operas tàm perſonales, quàm reales præſtare, quæ omnia pro argumento dominii, & jurisdictionis habentur: quod tamen eatenus procedit, quatenus loci, & Provinciæ conſuetudo illud importat, aliàs ſecus: quæ ſolutiones adeò conſuetæ ſunt, ut in multis locis etiam ſub mortem ruſticorum Domini tales recognitiones exigant nempe **das beſt Haupt ꝛc.** *volum.6. diſp.8. l.*Ddd.4.

Prædones communi ſecuritate non gaudent, ſed à magiſtratu graviter perſequendi ſunt, & ab impetitis impunè occiduntur, ſin in captivitatem redacti ſint, amplius ad libertatem proclamare non poſſunt *volum.2.d.7.l.*dDd.2.

Præjudiciales literas, quicunque ſibi retinet, neq; contrariam teſtationem interponit, pro conſentiente habetur *vol.5. d.30.l.*E.1.

Præjudicialis exceptio eſt, ſi reus dicat fieri præjudicium per actionem ab adverſario inſtitutam, quæſtioni principaliori, quod ita ſcilicet accipiendum, ſi & majoris, & minoris quæſtionis actio inter eaſdem perſonas inſtituatur. Si enim experiatur tertius, præjudicii exceptio, objicientem fruſtrabitur *vol.2.d.27.l.*KK.4.

Prælati delictum non nocet Eccleſiæ *volum.3.d.1.l.*h.4.

Prælatus quilibet in bonis, quibus præponitur, diligens inventarium conficere debet, ne ſi inopinatus forſan tranſitus contingat, Eccleſiarum res diminutionem, è contra bona Epiſcopis propria importunitatem patiantur *volum.3. d.16. l.*X.3.

ex Prælati mala adminiſtratione præſcriptio exorta non ſubſiſtit, ſed demum à morte ejus jure canonico initium capit: ſed jure civili etiam ſtatim poſt alienationem vivo adhuc Prælato præſcriptio contra Eccleſiam incipere poteſt *vol.7.d.6. l.*dd.3.

Prælationis jus eſt, quo unus, vel quidam creditorum aliis præferuntur, & debitum ſuum illis auferunt *vol.5 d.7.l.*ll.1. vide in verbo Hypotheca.

Prælationis eodem jure gaudet, qui in locum ejus in concurrentia creditorum, qui prælationem habuit, ſucceſſit *volum.5. d.7.l.*oo.3.4.

Præſcriptio immemorialis malæ fidei præſumptionem tollit. Si tamen probetur certum, & vitioſum poſſeſſionis initium, tunc præſcriptionem immemorialem excludi poſſe communius exiſtimatur. Idque ob malam fidem, quæ præſcriptionem quoque immemorialem planè enervat. Itaque non eſt opus poſſeſſori allegare titulum tempore ipſo ſatis munito, ex quo, ut dixi, fides bona præſumitur. Nam bona fides in omni præſcriptione, aut talis eſſe debet, aut certè præſumi *vol.1.d.2.l.*i.3. *vol.2.d.3.l* h.1 k.1.m.2. *d.7. l.*aAa.1. *vol.3.d.5.l.*dd.4.ee.2.gg.4. *vol.6. d.2.l.*G.3. *d.8.l.*Ccc.4. Fff.2.3. jus Canonicum ait bonam fidem requiri, id forſan ita intelligendum ſi de mala fide certò conſtet, aliàs ſi dubium erit, potiùs videtur præſumendam *vol.7.d.6.l.*dd.3,

Præſcriptio immemorialis 100 annorum ſpatio definitur,& in tali præſcriptione,nec ex capite juſtæ ignorantiæ reſtitutio datur,ſuppoſita tamen præſcriptionis bona fide: alii aliter tempus immemoriale conſtituunt, præſertim in præſcriptione jurisdictionis,& imperii vol.1. d.2.l.i.3. vol.2.d.3.l.k.2.d.13 l.t 3. vol.3.d.5. l.dd.4. volum.4.d.10.l.eee.1.d.17.l.hhhh.3. d 19.l.pppp.2. volum.5.diſp 17.l.iiii.4.d.21. l.ffff.3. vol.6.d.8.l.Ccc 4. nec requiritur bona fides jure civili, ſed jure canonico veluti conſcientiæ res,ea omninò poſtulatur vol.7.d.9.l.nn.4.

Præſcriptio immemorialis temporis, vim contractus, juſtæ cauſæ, tituli, veritatis, legis, privilegii denique pleniſſimi obtinet volum.2. d.3.l.k.1. vol 3.d.5.l.ee.2. kk.3. vol.4.d.9.l.tt.2.3.d.10.l.aaa.2.eee.1. d.17.l.hhh.3.d 19.l.pppp.2.volum.5.diſp.12. l.hhh.3. d.18. l qqqq 1. d.21. l.ffff.3. d.35. l BB.1. vol.2.d 4.l.u.3. volum.1.d.6.l.dd.1. volum 6.d.2.l.G.3.d.8.l.Ccc.1.2.4.Ddd.1. Fff.2.3. v.l.7. d.9. l.nn.4. tantum poteſt, quantum Imperator cum cauſa, nec ſtatuto prohiberi poteſt vol.7.d.9.l.nn.4.

Præſcriptione immemoriali præſcribuntur omnia: Jurisdictio,regalia,imperium, etiam non præſcriptibilia, igitur etiam Majeſtas, quæ aliàs præſcribi non poteſt, quod tamen à multis negatur volum.2.d.3.l.k.1.volum.4.diſp.9.l.tt.3.d.17. l.hhhh 3.4.d.10.l.aaa.2.eee.1.d.19.l.pppp. 1.2.vol.5.d.19 l.qqqq.1.vide in verbis Jurisdictio, Imperium, Majeſtas, & Regalia vol.6.d.2.l.G.3.N.1.d.8 l.Ccc.1.2.vol.7.d.9. l.nn.4.ubi hoc negatur.

Præſcriptibilia non ſunt,quæ nòn ſunt alienabilia vol.7.d 9. l.nn.4.

Præſcriptio eſt odioſa, & iniquiſſimum præſidium vol 3.d.5.l.ee.3.

Præſcriptio in iis, quæ meræ facultatis ſunt,non procedit,cum his(niſi interverſio poſſeſſionis cum legitimi temporis lapſu intervenerit) nullo modo præſcribi queat, id eſt, in actibus voluntariis, qui à ſola facientis voluntate dependent vol.1. d.2.l.i.4.vol.3.d.5.l.hh.1 vol.5.d.17.l.hhhh.3. 4.iiii.1.3.4. d.46.l.ZZZ.2.volum.6.diſp.3. l.Ee.2. ubi vide quandam limitationem, nempe quando illi, contra quos præſcribitur, factæ prohibitioni non contradicunt, quia tunc præſumitur patientia, & tacita renunciatio ibid.vol.6.d.8.l.Ggg.4. Hhh 1 Iii.1.vol.7.d.7.l.ff.4.d.9.l.pp.4.

Præſcriptio ceſſat, quando lædere incipit vol.6.d.8.l.Ggg.4.

Præſcriptionis actus inprimis nec violenti, nec clandeſtini eſſe debent: & bonum initium, id eſt, bona fides omninò requiritur. Nam præſcriptio malæ fidei nunquam currit vol.1.d.2.l i.4. vol.2.d.3. l.k.1.m.2.d.17.l.O.2.vol.4.d.17.l.hhhh.3. vide ſuperius vol.6 d.8.l.Ddd.2.Ggg.4.

Præſcriptum tantum cenſetur, quantum eſt poſſeſſum volum.1.d.2.l.l.2. vol 2. d.3.l.o.3.vol.4.d.17.l.hhhh.4 volum.5.d.11. l.ddd.1.d.12.l.hhh.3.d.17.l.hhhh.3.4.d.46. l.YYY.1.vol.6.d.8.l.Ddd.2.

Præſcribi non poteſt etiam longiſſimi temporis ſpacio, nec annuorum redituum ſolutioni jährlicher Zinſen / oder Pächten / nec juri reluendi pignoris, nec juri offerendi, quod habet venditor ex pacto de retrovendendo. Item nec fundo dotali, nec rebus fiſci vol.1.d.3.l.q.2. vol.2. d.28.l.NN.2.vol.3.d.5.l.bb.1.2.d.7.l.uu.1. d.13.l.N.3.vol.5.d.35.l.AA.1.

Digitized by Google

Præſcriptio non currit agere non valenti *vol.1.d.12.l.A.4.vol.2.d.28.l.*NN.2. *d.31.l.*QQ.1.2. *vol.6.d.8.l.*Hhh.1.

Præſcriptionis tempore, id eſt, ſpatio 30. vel 40. annorum elapſo, omne jus, omniſque actio tollitur *vol.6.d.8.l.*Fff.2. Hhh.1.

Præſcriptio inundatione facta amplius currit, ſed fundum oportet ex toto, non parte inundarum eſſe *vol.7.d.7.l.*hh.2.

Præſcriptione legitima ſi quis rem quæſivit, etiamſi poſtea rei alienæ ſcientia ſuperveniat, juſtè tamen in foro conſcientiæ poſſidere, & retinere poteſt *vol.1. d.3.l.*r.1. *vol 5.d.*10 *l.*tt.4.

Præſcriptio nulla omninò in turbatione civili, & continua currit *vol.2.d.3.l.*h.1.

Præſcriptionis curſus ne procedat, impedimenta juſta, & neceſſaria eſſe debent, eaq; probanda *vol.1.d.12.l.*C.2.

Præſcriptio temporis exceptionem parit, & agentem propterea excludit, quod debito tempore non egit: excludit hæc poſt annum agentem de injuriis, poſt biennium de dolo, poſt quinquennium de inofficioſo: quod tempus controverſiæ ſtatus defuncti, & adulterii etiam accuſationi, vicennium autem actionibus aliàs criminalibus ferè omnibus præſtitutum eſt. Sic jus tàm realibus, quàm perſonalibus certos terminos *t.C. de præſcript. long. temp. cum tt.ſeqq.* præfixit, quos ſi excedi contingat, exceptio hæc locum habebit *vol.2.d.27.l.*LL.4.

Præſcriptio cum effectu nulli objicitur, qui reſciſſa uſucapione poteſt in integrum reſtitui: veluti militibus, abſentibus Reip. cauſa, captis ab hoſtibus *vol.2. d.28.l.*NN.2.

Præſcriptio centenaria contra Eccleſiam Romanam requiritur *volum.2.d.28. l.*NN.2.

Præſcriptio potentiorum contra inferiores non valet, quando nimirum inferior aliquid in rem ſuam patitur, niſi alia tituli adminicula accedant *volum.3. d.5. l.*dd.4. vide inferius.

Præſcribi ſervitutes diſcontinuæ non poſſunt: niſi tempore immemoriali *vol 3. d 5.l.*dd.4.

Præſcriptio immemorialis etiam per inſtrumenta probari poteſt Sin verò probetur per teſtes, oportet, ut illi ſint ſenes, & ad minimum 54. annorum, qui de 40. annis atteſtari queant *vol.3.d.5.l.*ee.1.gg.4. *vol.6.d.2.l.*G.4. qui ſimul etiam ſic deponant, ſe audiviſſe à majoribus illum hoc jus, qui præſcriptionem prætendit, habuiſſe, & in poſſeſſione fuiſſe *ibid. diſp.*8. *l.*Ccc.4.Ddd.1.

in Præſcriptione incorporaliũ patientia loco poſſeſſionis eſt: patientiam autem ſine ſcientia quis præſtare neſcit: ergò etiam in immemoriali præſcriptione ſcientia probanda eſt, niſi abſque poſſeſſione præſcriptionem ſubſiſtere poſſe, concludere malimus *volum.3.diſp.5.l.*ee.2. *vol.6.d.3.l.*Z.1.*d.8.l.*Ddd.1.2.

in Præſcriptione patientia à non Domino rei præſtita nullius momenti eſt *vol.3.d.5.l.*ee.2.

in Præſcriptione immemoriali jurium incorporalium patientia adverſarii præſumitur *vol 6.d.3.l.*Z.1.*d.8.l.*Ddd.2.

in Præſcriptione jurium incorporalium, quando agitur de libertate præſcribenda, tunc in dubio bona fides præſumitur *vol.3 d.5.l.*gg.4.

Præ-

Digitized by Google

Præſcriptio in pœnalibus actionibus valet, etiam cum mala fide *volum.3. d.5. l.rr.3.*

Præſcribi poſſunt etiam jura ſanguinis *vol.4. d.9. l.zz.4.*

Præſcriptio quamvis juri naturæ videatur adverſari, tamen optima lege introducta, & omninò probanda eſt *vol.4. d.13. l.ppp.3.*

Præſcriptione obligatio evaneſcit *vol.4. d.27. l.N.3.*

Præſcriptione extinguitur fidejuſſio *vol.4. d.27. l.R.2.*

Præſcriptio eſt ſtricti juris, nec plus poteſt, quàm ei à cauſa ſua, nempe poſſeſſione infunditur, ut ad jura ſimilia ab alio adhuc poſſeſſa non extendatur *vol.5. d.11. l.yy 3.*

Præſcriptio contra ea, quæ ſunt juris divini nulla omninò currit *volum.5. d.17. l.iiii.1.*

Præſcriptio inducitur ex pluralitate actuum, & temporis diuturnitate. Hoc autem intelligendum eſt de juribus affirmativis, non negativis, & quæ per lapſum temporis ſimpliciter, & ſine alio facto induci, & acquiri queunt *volum.5. diſp.17. l.hhhh.3.4.*

Præſcriptio non datur ulla adverſus Remp. & ea, quæ ſunt juris publici *vol.5. d.17. l.iiii.1.2.*

Præſcribi poſſunt res Eccleſiæ ſpatio 40 annorum: uti & publicę res *vol.5. d.30. l.H.3. d.42. l.HHH.2. d.44. l.SSS.3.* ita cõtra privatum regalia ſpatio 30, vel 40 annorum præſcribi poſſunt *vol.6. d.2. l.G.3.*

Præſcriptione ſervitutes acquiruntur, ſi ea ſine interruptione continuata ſit, & nec vi, nec clam, nec precariò exercita *vol.5. d.30. l.H.3. d.46. l.ZZZ.1.2. vol.6. d.8. l.Ddd.2.3.*

in Pręſcriptione res aut quaſi poſſidetur, ac uſucapitur ab eo, qui dominus fundi ſervientis non eſt, & tunc uti in vera uſucapione, ita etiam hic juſto titulo (nulla verò ſcientia Domini, contra quem præſcribitur) opus eſt. Sin autem poſſidetur à vero Domino, nullus titulus neceſſarius eſt, ſed ſola Domini ſcientia, ac patientia ſufficit, propterea quod non veriſimile ſit Dominum tamdiu ſervitutem paſſurum fuiſſe, ſi nollet eam conſtitutam eſſe *vol.5. d.30. l.H.3.*

per Præſcriptionem facultas pignoris luendi tolli non poteſt *vol.5. d.35. l.AA.1.*

Præſcribi poſſunt etiam Regalia, & ea quę ſunt jurisdictionis contra Principem, ſed ipſe ſcire debet, uti & omnis adverſarius contra quem præſcribitur: Et contra Principem immemorialis, vel 40 annorum, contra reliquos 10, 20, vel 30 annorum præſcriptio requiritur *vol.1. d.2. l.i.4. vol.2. d.3. l.g.3. k.1.0.3. vol.4. d.9. l.tt.3. d.17. l.hhhh.3.4.* vide in verbo Regalia, & Jurisdictio.

in Præſcriptione actuum frequẽtia neceſſaria non eſt, maximè in juribus incorporalibus. Nam quotiescunque ex conjecturis haberi poteſt populi conſenſus, in actuum frequentiam curioſè non eſt inquirendum: cum etiam ſine actibus id obtineat, ſi teſtes deponant, ſic ſemper fuiſſe obſervatum *vol.6. d.8. l.Ddd.2.*

in Pręſcriptione jurisdictionis actuum frequentia ad quaſi poſſeſſionem jurisdictionis acquirendam, vel conſervandam haud præciſè requiritur, cùm vel unico ſervitutis cauſa interpoſito actu poſſeſſionem

ctionem generalis jurisdictionis apprehendi, & conſervari communiter receptum ſit *vol.1.d.2.l.i.4.vol.2.d.3.l.g.3.vol.4.diſp.17.l.hhhh.3.4.volum.6.d.3.l.Z.1.diſp.8.l.*Ddd.2.quod dicitur de jurisdictione, intelligendum eſt etiam de ſervitutibus, & quibusvis juribus incorporalibus *vol.3.d.3.l.s.2.3.*

Præſcriptionem Principum, & fortiorum qualemcunque, & omnem tacita ſubditorum, & imbecilliorum murmuratio interrumpit. Sic tacito ſubditorum conſenſu tyrannus ſuam tyrannidem non præſcribit *volum.2.diſp.3.l.i.4.d.7.l.*aAa.1.*vol.5.d.17.l.*llll.1.*volum.6.d.3.l.*Gg.2.*d.8.l.*Ccc.3.*vol.3.d.5.l.*dd.4.*vol.6.d.8.l.*Ccc.4.Ddd.2. ſic operarum ruſticarum poſſeſſio plerumque vitioſa eſt, & ſervitia per dominorum impreſſionem, ac vim, quibus ſubditi pares eſſe nequeunt, extorta præſumuntur *ibid.*

Præſides Provinciarum in ſuis Provinciis res mobiles alias emere non poſſunt, quam quæ ad victum, & veſtitum pertinent: immobiles verò omnes præterquam prædia paterna, ſi à fiſco distrahantur *vol.3.d.9.l.*aaa.4.

Præſcriptis verbis actio datur in factum, & eſt Civilis, quæ naſcitur ex contractu, qui proprio caret nomine, id eſt, dicitur innominatus. Dicitur autem præſcriptis verbis vel ex eo, quòd detur ex præſcripto conventionum, aut proinde uti convenerit: vel quia ejus verba rei geſtæ explicationem contineant, id eſt, abſque expreſſione ſpecialis actionis rem narrant. Dicitur in Factum Civilis. Eſtque hæc propria appellatio earum actionum, quæ nomine vacant, quia in factum concipiuntur, & componuntur, quæ verò nomen habent proprium, quandoque ex facto dari dicuntur, quandoque ex contractu, contrà, quæ nomine carent, in factum appellantur: quod rem, prout geſta eſt, exponunt. Dicitur Civilis, non quod lege nominatim prodita ſit, ſed quia ad exemplum Civilium actionum comparata eſt: & generaliter actio præſcriptis verbis, Civilis inſtar actionis obtinet, eaque ratione utilis dicitur. Alia eſt actio in Factum prætoriæ, quam prætor ſupplendi, aut adjuvandi juris Civilis gratiâ, propoſuit, quæ etiam, ubi nulla conventio præceſſit, competere poteſt: cùm omnis actio præſcriptis verbis ex contractu deſcendat, hæc autem ſit Civilis, altera prætoria. Dicitur etiam incerta, aut incerti; vel ideò, cùm contractus incertus ſit, neceſſe ſit hinc etiam actionem, ſeu judicium incertum competere: vel, quia nec certâ, nec ſolenni formula concipitur, nec certo deſignatur nomine, vel: ideò Incerti appellatur, quia in id, quod intereſt, datur: id autem quod intereſt, incertum eſt *vol.2.d.21.l.*Z.2.

Præſcriptis verbis actio competit duplicem ob cauſam. Primò. Cùm negotium ita comparatum eſt, ut quidem referri ad nominatum aliquem contractum poſſe videatur, ſed ad quem potius, dubitetur. Secundò. Cùm ad nullum contractum nominatum referri poteſt: vel de eo ipſo, an referri poſſit, dubitatur. Prioris generis eſt actio æſtimatoria: poſterioris permutatio, & reliquæ ſpecies, quæ *in l.5.ff. de præſcript. verb.* recenſentur: ſcilicet Do, ut des (quæ nihil eſt aliud, quàm permutatio) Do, ut facias, Facio

Digitized by Google

ut des, Facio, ut facias *volum.2.diſp.* 21. *l.*Z.2.

in ex Præſcriptis verbis contractibus pœnitentia locum habet, non tamen ut hoc ad utramque contrahentium partem, ſed ad eum tantum, qui dedit, ut ex capite vel ceſſationis, vel pœnitentiæ rem repetere poſſit, pertinere intelligendum ſit *vol.7.d.6.l.*cc.1.2.

Pręſidia patronorum clientes rarò, aut ſaltem valdè cicumſpectè in ſuas urbes, ac ſedes admittere debent *volum.6. d.*3. *l.*Bb.4. Cc.1.

Præſumptiones juris probationibus claris proximè accedunt, ex quibus ſolis judex aliquando judicare poteſt: has ibi vide *volum.*4. *d.*33.*l.*GG.2.*volum.6 diſp.*19. *l.*Tttt.1.2.

Præſumptiones juris & aliæ ſunt, non adeò perſpicuæ, & claræ: eum tamen, à cujus parte ſtant, ab ulteriori probatione relevant, & tamdiu ad dijudicandum judici ſufficit, quamdiu contrarium à contradicente non adducitur: has *ibid.* vide *vol.*4.*d.*33.*l.*GG.3.

Præſumptio levis ſemiplenam probationem facit, quæ eſt opinio hominis: & ſufficit quandoq; ad torturam, quandoque ad juramentum purgationis, quandoque etiam ad juramentum ſuppletorium *vol.*4 *d.*33.*l.*HH.2.

Præſumptio levis oritur plerumque ex actionibus ita ſe habentibus, ut qui dilationibus variis judicium fruſtratur injuſtam cauſam fovere: qui vicinus eſt, conditionem, facta, & ſtatum vicini, qui paterfamiliâs vires patrimonii ſui noſſe: qui rem furtivam habet, ipſe fur præſumatur, & ſic cenſeatur &c. *vol.*4.*d* 33.*l.*HH.2.

Pętori in perſonas viles, & ſervos acris eſt coërcitio permiſſa, in honeſtiores vix ulla *vol.*2.*d.*19.*l.*T.4.

Prætore authore, agens nullum debet ſentire incommodum ex ſua exequutione *vol.6, d.*1.*l.*D.3.

Præventionis exceptio competit reo, ſi pluribus locis ob unam eandemq; cauſam forum ſortiatur, & ad unum judicem citatus, poſtea ad alium vocetur. Ubi enim judicium cœptum eſt, ibi finiri debet: legitimè autem citatus ſit, oportet: quod ſi reus ad judicem vocatus, contumax fuerit, apud alium denuò convento, exceptio hæc inutilis erit, ut nec ei, qui poſtquam in arbitrum compromiſit, ad judicem ordinarium citatur *vol.*2. *d.*27. *l.*KK.3.

Pręventio etiam in cauſis mercatorum locum habet *vol.6.d.*11.*l.*Sss.1.

Pręventio ubi inter judicium ſuperius, & inferius locum habet, ibi ceſſat avocatio *vol.*5. *d.*14.*l.*mmm.4.in Coroll.

Præventioni locus eſt, ſi pluribus Magiſtratibus in ſolidum competat juriſdictio *vol.6.d.*3.*l.*Y.2.

Precaria poſſeſſio parum ad præſcriptionem utilis: vide Poſſeſſio & Præſcriptio.

Precibus fruſtra impetratur, quod à lege communi conceſſum eſt *volum.*7.*d.*4. *l.*p 3.

Precarium eſt, quo alicui rei alicujus uſus gratis conceditur, quamdiu libuerit concedenti *vol.*4 *d.*13.*l.*qqq.3.

in Precario locum habent ea, quæ de depoſito dicuntur *vol.*7.*d.*7.*l.*m.2.

in Precario dolus tantum locum habet, quia Precarium totum deſcendit ex li-

Digitized by Google

ex liberalitate ejus, qui precariò conceſſit. Ut igitur initiò ei, qui dedit, liberum fuit non dare, ita eidem liberum eſt revocare id, quod datum eſt, quocunque tempore voluerit: ſibi ergò imputet, ſi ab homine negligente, cui precariò dedit, precarium tempeſtiviùs non revocarit *vol.5. d.9.l.*rr.4.

Preces quibus res, & gratiæ Principum petuntur, nec damnoſæ fiſco, nec generali juri, vel utilitati publicæ adverſæ eſſe debent. Nam quæ jure non conceduntur, eadem nec jure petuntur, contra jus tamen valent ex juſta cauſa, quæ publicam utilitatem concernit *volum.2. diſp.1. l.b.*4. vide in verbo Reſcripta Principum.

Preces Principum ſubditis maximè ſuſpectæ eſſe debent: illis enim, ſi ſubditos de ſervitio aliquo faciendo, vel præſtando rogent, plerumque novitatem inducere contendunt, quam alio modo vix conſequi poſſunt *vol.6 d.8.l.*Ddd.3.

Pretium ex re immobili redactum, mobile eſt *vol.1.d.12.l.*xx.4.

Pretium juſtum alicujus rei in contractibus emptionis, & venditionis quodnam dicatur *vol.1.d.12.l.*B.4.

Pretium rei redemptæ, quæ jure primogenituræ perventum erat ad primogenitum, non tantùm pertinet ad primogenitum, ſed eſt inter heredes, ut alia bona mobilia, dividendum *volum.3. diſp.1. l.*b.3.

Pretii magnitudo actum & contractum ſuſpectum reddit *vol.3.d.1.l.*i.2.

Pretium in emptionis contractu neceſſario intervenit *vol.3 d.9.l.*ccc.3. vide in verbo Emptio.

qui Pretio fruitur, non minus habere intelligitur, quàm qui principali re utitur, fruitur *vol.7.d.4.l.*q.4.

Primipilus olim fuit primus centurio: in jure eſt munus militare nempe annonæ *vol.7.d.4.l.*n.1.2. hodie commeatuum tribunus Proviantmeiſter: & hujus contemplatione Fiſco non ſolùm propria debitoris bona, ſed etiam dotalia in ſubſidium obligata manent, ita ut hic fiſcus omnibus creditoribus præferatur, & filius pro Patre, etiamſi ejus hæres non extiterit, conveniatur *vol.7.d.4.l.*n.1.2.

Primogenituræ jus etiam privata familia introducere poteſt *volum.1. diſp.16. l.*O.1.

Primogenituræ jus omnium Regnorum unicum fulcrum, & firmiſſimum Illuſtrium Familiarum vinculum habitum fuit, & eſt *vol.4.d.16. l.*uuu.4 *volum.5.d.28. l.*ffffff.1.2.3.hhhhhh.2.3.

Primogenituræ duo fundamenta ſtatuuntur: proximitas gradus, & ſi plures ſint ejuſdem gradus prærogativa ætatis: proximitas gradus, cùm ipſa lex divina, civilis, & omnium ferè gentium fuerit, ut in ſucceſſionibus proximior excluderet remotiorem. Prærogativa autem ætatis inter pares palmarium obtinet *vol.4.d.16. l.*xxx.1.2.

Primogenitura duo fundamenta habet, naturam, & legem. Naturam, inquam, eo ipſo enim quod quis primo loco, primus ætate, primus ſtirpe inter fratres conſtituitur, naturæ prærogativam habet: cujus tanta vis eſt, ut impenſius amentur primò nati: ſic lex eandem prærogativam huic tribuit *volum.4. diſp.16. l.*xxx.2.3.4. *volum.5. d.28. l.*ffffff.2.3. *d.39. l.*Il.3.4.

Primogenitura ipſo nativitatis momento jus certæ ſucceſſionis tribuit, idque perpetuum, & invariabile, ita ut mutari, aut tolli non poſſit, nec patris teſtamento, nec paciſcendo, nec renunciando, aut quovis modo vol. 4. d. 16. l. xxx. 3. 4. yyy. 1. d. 19. l. pppp. 3. qqqq 1. volum. 5. d. 23. l. qqqqq. 3. 4. d. 28 l. eeeeee. 3. 4. nnnnnn. 2. 3.

Primogeniti ipſa naturæ, & juris lege in tantùm ſuccedunt, ut etiam nepotes ex illis nati, ſi primogenitum vivente avo mori contingat, patruum excludant, ipſique ex ſua perſona avo ſuccedant vol. 4. d. 16. l. yyy. 1. 2. 3. 4. zzz. 1. 2. 3. 4. aaaa. 1. 2. 3. 4. d. 19. l. pppp. 4. vol. 5. d. 23. l. qqqqq. 4. d. 28. l. hhhhhh. 4. d. 39. l. II. 4.

Primogeniti in regiis familiis, & regnis ſoli ſemper ſuccedere debent vol. 5. d. 28. l. ffffff. 1. 2. 3. d. 29. l. ssssss. 2. vol. 7. d. 2. l. h. 4.

ad Primogenitum totum dicitur pertinere regnum, etiam res mobiles vol. 5. d. 28. l. ffffff. 4.

poſt Primogenitum veniunt reliqui liberi, quibus tamen honeſtè proſpiciendum eſt: iisque ſolent vel annuæ penſiones, vel regni portio hac lege aſſignari, ut eam non teneant regio nomine, ſed ſubſint fratribus, ac morientibus absq; prole redeant ad regnum, tum renunciabunt titulis regiis retento ſolò familiæ nomine vol. 5. d. 28. l. gggggg. 1. 2. 3. 4.

Primogenitus ſuum primogenituræ jus fratribus renunciare poteſt vol. 5. d. 28. l. ffffff. 3 iiiiii. 3.

ad Primogeniturę jus introducendum pertinere videtur, ut & filii, & agnati, & populi, & Dominus ſuperior, imò omnes, quorum intereſt, conſentiant vol. 5. d. 28. l. hhhhhh. 3.

Primogeniturę jus in tantùm ſe extendit, ut filius ante adeptum à patre Regnum natus, reliquis fratribus Rege patre natis, in ſucceſſione præferatur. Sic nepos ex primogenituræ jure excludit patruos volum. 5. d. 28. l. hhhhhh. 3. 4. d. 44. l. SSS. 5.

Primogenituræ jus etſi quis renunciârit, tamen filio ſuo in hoc non prejudicat, qui eam renunciationem pro ſe interpretabitur, nec illum, cui renunciatum eſt, præferri ſibi patietur vol. 5. d. 28. l. iiiiii. 3.

Primogenitura in filio Regis eſt prima dignitas poſt regiam volum. 5. diſput. 28. l. nnnnnn. 2. 3.

Primogenituræ tantum jus eſt, ut primogenitus etiam tunc regat, quando pater Rex, aut Princeps, quovis impedimento avocatur à regimine, nec ipſi obſtabit ulla, aut patris, aut Ordinum Regni, aut Pontificis diſpoſitio volum. 5. d. 28. l. oooooo. 4.

Primogeniti Principum, præcipuè Electorum, ſemper ſuccedunt, nec jus ipſis à patre auferre poteſt, nec ullo modo adimi, ſeu paciſcendo, ſeu renunciando vol. 2. d. 6. l. rr. 3. 4. d. 8. l. nNn. 4. per tot. d. 20. l. X. 1. 2. Y. 1. vol. 4. d. 12. l. iii. 2. 3. 4. vol. 5. d. 21. l. ffff. 4. d. 39. l. II. 3. 4. vide ſuperius.

Primogeniti Regum vivo etiamnum patre, inſignibus, titulis, & privilegiis gaudent; uti Primogenitus Franciæ Delphinatium Princeps eſt, Angliæ verò Walliæ &c. vol. 4. d. 1. l.)(.)( )(. 2. d. 2. l. a. 4. d. 16. l. xxx. 3. d. 19 l. mmmm. 3. vol. 5. d. 2. l. f. 2. d. 28. l. nnnnnn. 2.

Primogenituræ jus, Uti Electores, & alia-

Digitized by Google

aliarum Principum familiæ quædam habent, uti Bavarica, Auſtriaca, Brunſvvicenſis, & Wirtembergica: alii tamen Principes plerunque dividunt ſua dominia *volum.*4.*d.*19. *l.*qqqq.4. *volum* 5.*d.*28. *l.*hhhhhh.*r.*2.

Primogenituræ jus Haſſiæ Principes, tam Caſſellani, quàm Darmſtadiani, unaquæq; linea, in ſua linea introduxerunt *vol.*5.*d.*23.*l.*qqqqq.3.*d.*28.*l.*hhhhhh.2.

Princeps, eſt magiſtratus perfecti, & tetrarchici regiminis: quæ generica definitio Cæſares, Reges, Electores, Archi-Principes, Comites, Barones, & liberarum civitatum Magiſtratus complectitur. Itaque, quicquid hic dicitur de Principe, de illis omnibus intelligendum: exceptis illis Comitibus, & Baronibus, qui Landſaſſii ſunt: Nam illi verè Principes non ſunt, ſed Principum ſubditi, omni ſuperioritate territoriali deſtituti *vol.*6.*d.*9. *l.*iii.4.

Princeps nec Legibus Divinis, nec naturæ, nec Gentium, nec Imperii, vel ſtatus ſolutus eſt; non tamen ſuis, quas ipſe tulit, uti nec Anteceſſorum tenetur. Itaque illud axioma; Princeps legibus ſolutus eſt; non de illis, Sed de his intelligendum eſt *vol.*1.*d.*1.*l.*a:3.*d.*2.*l.*e.1.*d.*3.*pag.ult.* *d.*22.*l.*S:4. *volum.*2.*d.*1.*l.*a.3.*d.*4.*l.*x.1 y.4.*d.*5. *l.*ff.4.*d.*6.*l.*hh:4.*d.*7.*l.*eEe.2:3.*d.*28.*l.*N.2. *vol.*4.*d.*2. *l.*o.2.*d.*5.*l.*q.2.*d.*12.*l.*ggg.4.iii.1. llh1.*d.*13.*l.*lll.4.mmm.1.nnn.3.ooo:2.3.4. ppp.1.2.*diſp*:15.*l.*ttt.1.*d.*17.*l.*eeee.2. *diſp.*19. *l.*nnnn.1.2.oooo.2.3.*d.*26.*l.*l.2. *vol.*5.*d.*13. *l.*iii.2.*d.*17. *l.*sss.4.zzz.4. aaaa.1.2.3.4. ubi pulchrè de legibus patriis, in quas Princeps jurare tenetur *diſp.*23. *lit.*ppppp.3. ssss.4.*d.*28.*l.*eeeeee.3. *vol.*7.*d.*10.*l.*uu.3. non tamen utetur Princeps, niſi juſta cauſa adſit. Rectè enim Bart. in tr. de Tyr. ordinariam dicit, abſolutam poteſtatem in Tyranno, extraordinariam, & caſualem in bono Principe, quem extra prædictos caſus legibus ſubmittere ſeſe jubeant, tùm divini juris authoritas: tùm naturalis æquitas, ipſaque Reipubl. utilitas: quia exemplum ejus valdè eſt efficax. Semper in Principe præſumitur juſta cauſa, ejusque intentio talis, qualis eſt legum candor, & juris *ibid.*

Princeps fidem amicis datam, vel conventionem publicam, etiam hoſtibus, barbaris, hæreticis, & nephariis datam, violare non debet *vol.*1. *d.*1. *l.*a.3.4.*d.*7. *l.*ee.1.2. *vol.*2. *d.*1. *l.*b.2. *d.*4.*l.*x.3. *vol.*4.*d.*5. *l.*q.3.*d.*13.*l.*ppp.4. vide in verbo Fides.

Princeps donationes ab Anteceſſoribus factas, ſi modum exceſſerint, aut in indignos collatæ ſint, revocare poteſt *vol.*1.*d.*1.*l.*b.1.

Principis omnia ſunt, id eſt, jurisdictione, defenſione, protectione: ſingulorum autem ſunt, id eſt, dominio *vol.*1.*d.*1. *l.*b.2.*d.*12.*l.*yy.3.*vol.*5.*d.*21.*l.* ffff.1. *vol.*6.*d.*3. *l.*S.3.

neo Princeps ipſe hanc ſibi legem dicere poteſt, ne ſubditi ad ſe rogationem ferant *vol.*7.*d.*5.*l.*y.4.

Princeps Anteceſſorum pactis tenetur *volum.*1.*d.*7.*l.*ee.1.2. *volum.*2.*d.*4.*l.*x.3.*d.*6. *l.*mm.1.ss.2. *volum.*2.*d.*20. *l.*V.4. *vol.*3. *d.*5. *l.*bb.1.oo.3. *vol.*4.*d.*1.*l.*)()()(.4.*d.*4.*l.*o.2. *d.*5.*l.*q.3. *volum.*5. *d.*28.*l.*nnnnnn.1.2.*d.*30. *l.*B.1.2.

Princeps ex plenitudine poteſtatis alteri jus ſuum auferre poteſt, modò juſtam habeat cauſam, ſed tamen pretium ju-

Digitized by Google

ſtum refundere debet: illud autem facere poteſt, maximè, ſi publica utilitas interveniat, aut neceſſitas *vol.* 1 *d.* 1. *l.* b. 2. *d.* 2. *l.* f. 4. *d.* 7. *l.* yy. 3. *vol.* 3. *d.* 5 *l.* dd. 3. nn. 4. *vol.* 4. *d.* 2. *l.* h 4 *d.* 5. *l.* q. 2. 3. *volum.* 5. *d.* 21. *l.* fffff. 2. *d.* 30. *l* A. 4. *d.* 31. *l.* L 3. *d.* 42. *l.* DDD. 2. *vol.* 6. *d.* 2. *l.* N 4. *d.* 3. *l.* S. 3. *vol.* 7. *d.* 1. *l.* a. 4.

Princeps privilegium concedendo, non præſumitur derogare velle actui jurato *vol.* 7. *d.* 1. *l.* a. 4.

Princeps ſuorum Magiſtratuum jurisdictionem moderari poteſt *volum.* 6. *d.* 2. *l.* N. 4.

Principis ſupremi, optimique eſt, omnes omnium jurisdictiones, licet inferiores, tueri, non turbare, aut infringere *vol.* 6. *d.* 3. *l.* V. 1.

Princeps juſta cauſa motus, Vaſallorum bonis ſervitutem imponere, & ſubditos collectis gravare poteſt *volum.* 1. *d.* 1. *l.* b. 2.

Princeps honorem, vel magiſtratum in aliquem collatum, ſine ſufficienti cauſa adimere non poteſt, ut Carolus Tapias ait *vol.* 1. *d.* 1. *l.* b. 2. *d.* 24. *l.* Z. 4. *vol.* 2. *d.* 1. *l.* c. 3. *volum.* 2. *d.* 3. *l.* m. 2.

Princeps de Regno armis ſuis acquiſito, arbitratu ſuo diſponere poteſt *vol.* 1. *d.* 1. *l* c. 4.

Principis, vel urbis inferioris territorium, vel urbem ſi Cæſar ingrediatur, non ſuspendit illius jurisdictionem *vol.* 5. *d.* 20. *l.* ccccc. 3.

Princeps Imperii ſui bona alienare non poteſt, multò minùs Regnum ipſum alienare aut transferre *vol.* 1. *d.* 1. *l.* b. 3. *d.* 2. *l.* e. 2. *d.* 6. *l.* cc. 3. dd. 1. Uti nec ſubditos *ibid.* *d.* 7. *l.* ee. 2. *d.* 16. *l.* N. 1. *volum.* 2. *d.* 1. *l.* c. 4. *d.* 3. *l.* i. 2. *d.* 4. *l.* u. 2. x. 2. *d.* 6. *l.* hh. 2. *d.* 9. *l.* pPp. 3. *d.* 13. *l.* β. 4. γ. 1. β. 3. *vol.* 3. *d.* 5. *l.* bb. 1. ee. 3. *vol.* 4. *d.* 1. *l.*)()()(. 4. *d.* 2. *l.* l. 3. 4. *d.* 3. *l.* n. 3. *d.* 22. *l.* zzzz. 4. *volum.* 5. *diſp.* 2. *l.* n. 3. *d.* 28. *l.* nnnnnn. 1.

Princeps jure, vel injuria damnatos, contra vim legum, ac judiciorum, ſive de bonis, capite, aut fama ipſorum agatur, repudiata diſtinctione, an divina, an humana lege ſcelus commiſerint, liberare poteſt *vol.* 1. *d.* 1. *l.* c. 3. *d.* 22 *l.* S. 4. *vol.* 4. *d.* 2. *l.* f. 4. *d.* 5. *l.* t. 3. 4. *d.* 12. *l.* hhh. 1. *d.* 20. *l.* uuuu. 2. *vol.* 5. *d.* 10. *l.* tt. 3.

Princeps Romanus ſuam majeſtatem, & jurisdictionem à ſolo Deo agnoſcit: ergò non à ſummo Pontifice aut quocunque alio ſacerdote: aſſerunt tamen quoad ſummum Pont. multi Cath. contrarium *vol.* 1 *d.* 2 *l.* d. 3. e. 4. vide in verbo Cæſar, & Majeſtas.

Princeps Romanus Majeſtatem, quæ ſola, ſumma, & ipſius propria eſt, alteri communicare non poteſt, ita, ut nullo tempore præſcribi poſſit *vol.* 1. *d.* 2. *l.* c. 2. 4. *d.* 6. *l.* cc. 3. dd. 1. *volum.* 2. *d.* 3. *l.* g. 2. *d.* 4. *l.* x. 4. *vol.* 5. *d.* 23. *l.* sssss. 2. 3. vide in verbo Cæſar, & Majeſtas.

Princeps omnium maximè Remp. defendere debet, imò uniuscujusq; jurisdictionem, & immunitatem *vol.* 2. *d.* 1. *l.* a. 2. *d.* 3. *l.* m. 2. *d.* 7. *l.* yy. 2. 3. *vol.* 5. *d.* 21. *l.* kkkkk. 1. *volum.* 6. *diſp.* 3. *l.* T. 2. *d.* 8. *l.* Ddd. 3. Ggg. 1. Hhh. 1. 2.

Princeps ſummus legitimationem natalium, famæ reſtitutionem, & conceſſionem veniæ ætatis ſolus cognoſcit *vol.* 1. *d.* 2. *l.* e. 3. g. 2. *volum.* 2. *d.* 4. *l.* t. 3. *vol.* 1. *d.* 6. *l.* cc. 3.

ex Principis ſupremi delegatione, vel conceſſione quicquid fit, eo loco habetur,

Digitized by Google

tur, ac ſi ab ipſo factum eſſet *volum.*7.*d.*9.*l.*00.4.

Princeps qui ſalvum conductum, id eſt, jus conducendi, vulgò **das Gelcit** habet, conſequenter delictorum in viis publicis commiſſorum cognitionem habere conſuevit *vol.*1.*d.*12.*l.*F.3. in Coroll. *d.*2.*l.*h.3. *vol.*5.*d.*21.*l.*kkkk.1.

Princeps non tàm leges civiles quàm Decalogi, & Symboli præcepta à ſubditis obſervari curet *vol.*2. *d.*1.*l.*a.4.

uti Princeps ſubditos invitos alienare nequit, ſic & ècontra ſubditi, alteri, quam vero domino ſe ſubmittere non debent, niſi fortè juſtæ ſubtractionis eſſent cauſæ *vol.*1.*d.*2.*l.*o.3.*d.*7.*l.*ee.2.*volum.*2.*d.*3.*l.*i.2.3. *volum.*6.*d.*3.*l.*Z.1.*vol.*5.*d.*11.*l.*xx.4. *volum.*6.*d.*3.*l.*Bb.1.2.

Principis, ac regalis dignitas magis in utilitatem ſubditorum, quàm ipſius Principis inventa eſt: ſic Principes ita ſe mundi dominos eſſe meminerint, ut ſimul ſervos Dei ſe eſſe cogitent, & non tàm Dominos, quàm patres ſubditorum ſe præſtent *volum.*2.*d.*1.*l.*a.3.4. *vol.*2.*d.*3.*l.*i.3.*d.*4.*l.*x.2. *volum.*5.*d.*17.*l.*aaaa.3.4.*d.*11.*l.*xx.4. *vol.*6.*d.*3.*l.*Bb.1.2.*d.*8.*l.*Ddd.3.Fff.4.Ggg.1.2. Hhh.1.2.

Princeps, ſi ſubditos roget de aliquo ſervitio præſtando, vel faciendo: tunc certum eſt, illum novitatem inducere velle, quam conſequi non poſſit, niſi hoc modo *vol* 6.*d.*8.*l.*Ddd.3.

Princeps ſumma ingruente neceſſitate publica, non tenetur expectare ordinem collectationis, ſed per manus injectionem divites ad mutuandas pecunias compellere poteſt *vol.*1.*d.*4.*l.*x.3.

Princeps antequam ſubditis collectas imponat, proprium debet excutere marſupium *vol.*1.*d.*4.*l.*x.3.

Principis jus eſt ſubditos luſtrare, & ad militiam ducere *vol.*1.*d.*4.*l.*y.2. *vol.*6.*d.*3.*l.*Gg.3.

inter Principem, & ſubditos mutuum eſt vinculum, ita ut ille tueatur, hic obediat, ille ſi ſuum rumpat, etiam ſubditi ſuum rumpere poſſunt *vol.*1.*d.*6.*l.*dd.1.2. *vol.*5.*d.*17.*l.*llll.3. *vol.*6.*d.*3.*l.*T.1.2. Bb.1.2. *diſp.*8.*l.*Fff.3. & ſicuti ſubditus Principi ſervire debet, ita etiam Princeps ſubditum omnimodò defendere tenetur *ibid.* *l.*Hhh.1.2.

Princeps damna ſæva belli tempeſtate invecta, ſine ſubditorum aſſenſu remittere poteſt, imò etiam, ne in poſterum ulla de injuriis moveatur controverſia, paciſci *vol.*1.*d.*7.*l.*ee.2.

Princeps totius juris vicem ſubit, eſt vicarius Dei in terra, omnia jura in ſcrinio pectoris ſui recondita habet, ſolus eſt conditor, & interpres legum, ſolus etiam dat privilegium *vol.*2.*d.*28.*l.*NN.1. *vol.*1.*d.*16.*l.*N.4.

Princeps ſi juſtus eſſe velit, pacem inter ſubditos ſerere debet, removere ſcandala, jurgiorum materias amputare, dubia juris, & ex his natas lites ſuo oraculo terminare, querelas injuriarum, & aggravationum, quæ à Præfectis ſuis ipſis inferuntur, audire, ac compeſcere, jura ſubditorum ſarta, tectaque conſervare, nec innovationes admittere, ſed ipſos in antiquis libertatibus, juribus, & privilegiis tueri: non ad menſuram pecuniarum pecunias quærere, ſed ex iis pecuniis, quæ ordinariè currunt, expenſas metiri, nec ſine graviſſimis cauſis ſubditos talliis, & ex

Digitized by Google

& exactionibus gravare, ſed & tunc cum charitate moderatum ab eis auxilium poſtulare, idque ipſum ceſſante neceſſitate omittere. Intelligere ſuper pauperem, & egenum, item peregrinis, pupillis, & viduis auxilium præbere: infirmitatem humani generis clementiâ protegere, & iracundiæ juſtitiam benignitatis rationibus conciliare: avaritiam maximè vitet, & ſubditorum opes ſuas ducat: nec in cujuſque tamen injuriam beneficia concedat *vol.2.d.1.l.a.4.b.1.*

Principi peculiaris debet eſſe humanitas & clementia *vol.2.d.1.l.b.1. vol.6.d.8.l.*Fff.4.Ggg.2.

Principi pluris ſit ſubditorum opulentia, quàm maximi ex iis reditus *vol.2.d.1.l.*b.1.*vol.6.d.3.l.*Bb.1.

Princeps beneficia in cujusquam injuriam non concedat *vol.2.d.1.l.*b.1.*d.3.l.*m.3.

Princeps litigantium precibus non aliter aures præbere ſolet, niſi per ordinarios judices juſtitiam obtinere nequeant *vol.2.d.1.l.*b.1.

Princeps, ut paucis omnia dicantur, toto niſu in id incumbat, ut omnis æquitas, & juſtitia ſubditis ſuis floreat: ut ipſe bonis actionibus undique conſpicuus ex virtute, & gloria remunerationem habeat: Recta fide, & ſumma pietate in DEUM fulgeat, uti probitate vera, & modeſtia *vol.2.d.1.l.*b.1.2.*d.7.l.*yy.2.3. *vol.4.d.2.l.*c.1.f.1. *volum.5.d.17.l.*aaaa.1.2.3 4. llll.4.

Princeps non ſolùm legibus, ſed & armis ſit decoratus, ut patriam tueatur contra hoſtes, vel domi infirmos, vel à latronibus ſocios *volum.2.d.1.l.*b.2.*d.7.l.*yy.2.3. *vol.4.d.14.l.*rrr.3.4.

Principis ſolius eſt leges condere, cui rei adhibebit viros ſapientes, nec, ut ſibi aliquando leges ſuæ diſplicere poſſint, præcipiti feſtinatione uti debet, ſed morem ſepties recitandi in conſiſtorio palatii Juſtiniani imitari: eæ nullo privato commodo, nec inanis gloriæ cauſa, ſed pro communi civium utilitate conſcriptæ eſſe debent, & ſuper dubitabili, aliàs ridiculæ videntur, & ad ea potius adaptari debent, quæ & frequenter, & facilè, quàm quæ perrarò eveniunt, & quoad ejus fieri poterit, pauciſſimæ eſſe debent, juſtæ, ac honeſtæ, poſſibiles, generales, perſpicuæ, debentque publicari, ut harum finis juſtitia fiat, & hominibus excuſatio ignorantiæ tollatur *volum.2.d.1.l.*b.2.3.c.2.

Princeps in delegandis officialibus, & demandandis iis Magiſtratibus exactiſſimum delectum habebit, & præſtantiſſimum quemque, & optimum ad munera advocabit *vol.2.d.1.l.*a.3.b.2.3.c.2. vide in verbo Conſiliarius.

Principis voluntas pro lege habenda eſt, & hæc per legem explicatur *vol.2.d.1.l.*b.3.*d.14.l.*D.3.*d.24.l.*DD.3. *vol.4.d.17.l.*eeee.1.*vol.5.d.42.l.*yy.2.

Principis voluntas ſemper cenſetur juri conſentanea, & impoſſibile reputatur illud, quod Princeps concedere non ſolet *vol.2.d.1.l.*b.1.*d.14.l.*D.3. *volum.4.d.13.l.*ppp.4.

Princeps tantò illuſtrior eſt, quantò liberioribus, & melioribus præeſt: & tanto potentior, quo ditioribus, & potentioribus præeſt *vol.2.d.3.l.*g.3.*d.4.l.*bb.2.

vol.4.

Digitized by Google

*vol.*4 *d.*9.*l.*uu.3.*d.*15.*l.*uuu.3.*d.*19.*l.*oooo.4. *volum.*5.*d.*1.*l.*b.2.*d.*11.*l.*yy.4.*d.*14.*l* kkk.4. lll.2.*d.*21.*l.*ddddd.4.*d.*30.*l.*zzzzzz.4.*vol.*6. *d.*3.*l.*Bb.1.

Princeps Jus quæſitum alteri nequit auferre *vol.*2.*d.*3.*l.*m.1.2. vide in verbo Jus: & ſupra.

Princeps inſcium, & invitum Vaſallum in dominum inferiorem alienare nequit *vol.*2.*d.*3.*l.*m.2.

Princeps capitulationibus vi extortis non tenetur *volum.*2.*d.*3.*l.*o.4. *vol.*4.*d.*2. *l.*k.2. *vol.*5.*d.*17.*l.*mmmm.2,*d.*30 *l.*A.1.2.

Principis intentio nunquam tertio præjudicare cenſetur *volum.*3.*d.*5.*l* ff.3.

Principes pro rebus ſuis vectigalia ſolvere tenentur *vol.*3.*d.*5.*l* ff.2.

Principibus diligenter invigilandum, ut Provinciæ, & ſubditi in ſecuritate, & pace ſerventur illæſi *volum.*3 *d.*5. *l.*oo.1. ſubditos omni ſtudio defendere tenentur, præſertim à Latronibus, & prædonibus, & niſi vias ſecuras præſtent, ipſi de damno tenentur. Demum, ſi Princeps contra ſubditos nimis ſævus ſit, mandata ſine clauſula contra ipſum decernuntur *vol* 6.*d.*3.*l.*T.2. vide ſupra.

ad Principis præſertim novi potentiam conſervandam multa requiruntur: primum eſt magnitudo ipſius Principis, quæ firmata longo Imperio de amore civium minus ſolicita eſt, quem eligat, quia hoc unum intueri habet eum eligi, qui præcipuè mortuo par ſit rebus. Secundum eſt modeſtia deſignati, qui talis ſit adſuetudine, ingenio, ut etiamſi poſſit, etiamſi vocetur ad Imperium, malit tamen id expectare, quam ſceleratè præripere. Tertium, & poſtremum, uti talem Princeps eligat, qui bonis artibus clarus, quemque parem rebus futurum, aut experimentis cognitum ſit, aut ſumma indole. Sic Auguſtus ſecuram ſibi, & longè pacatam dominationem conſtituit, deſtinando ſibi vivo ſucceſſores, nec obſtat Galbæ exemplum, qui non uſus eſt mediis veris, ubi pulchrè *vol.*4 *d.*1.*l.*)(.4.

Princeps debita deceſſoris ſui exſolvere debet, ſi in cauſam Reip. æs alienum conflatum ſit: ſumma tamen cautio privatis erit, explorare privatum Principis patrimonium, quo adſiduo, & locuplete agro ſponſore, haud dubium eſt, poſteros quoq; ejus poſſeſſores conventis obſtringi *volum.*4.*d.*1.*l*)()()(.4.*d.*12.*l.*iii.2. *vol.*5.*d* 28.*l.*nnnnnn.1.2.

Princeps ſubditos ſuos ultra ſubjectionis vinculum in protectionem recipere poteſt, quod adhuc majus eſt vinculum *vol.*6.*d.*3.*l.*Aa.2.

Principum propriæ, & peculiares res habentur eo loco, quo patrisfam. illius, pro quibus quis licitè, & ſecurè contrahere poteſt *vol.*4.*d.*1.*l.*)()()(.4.

Princeps maximè de cultu DEI vero reſtituendo, conſervando, & amplificando ſolicita eſſe debet *vol.*4.*d.*2.*l.*c.2. *vol.*6. *d.*3.*l.*T.2.

Princeps nunquam nimium ſeſe demittere; nec ſubditos in ulteriorem familiaritatem admittat, ſed ſedulò caveat, ne externo corporis habitu, vel exemplo aliquo, aut facto indecoro, majeſtatis diminutionem patiatur *vol.*4.*d.*2.*l.*f.1.2.

Principis vita eſt perpetua ſubditorum regula, & cenſura *volum.*4. *diſput.*2. *l.*f.1.

Princeps in alieno alterius Principis

Digitized by Google

territorio delinquendo, ejus jurisdictioni ſubjicitur *vol.4.d.2.l.g.1.d.6.l.gg.3.4.*

Principem, quamvis in ſuo territorio deliquerit, ſupplicio mortis extremo afficere periculoſum eſt. Cum plerumque conjuncti ultionem ſeriò quærant, aut ſi non quærant ſeriò, eam tamen cupiditatibus ſuis prætexant *vol.4.d.2.l.g.1.*

Princeps nec nimiùm ſeverus ſit, nec lenis: Nam ex illo oritur ſubditorum odium, & interdictum, defectio, ex hoc contemtus *vol.4.d.2.l.h.1.*

Principis inexpugnabile munimentum eſt amor civium *vol.4.d.2.l.h.1.vol.6.d.3.l.T.1.Ii.3.d.8.l.Fff 4.*

Principis Innocentia eſt fidiſſima cuſtodia *vol.6.d.3.l.Ii.3.*

Principem habere ſeverum, ſub quo nihil, quàm lenem, ſub quo omnia licent, tutius eſt *vol.4.d.2.l.h.1.*

Principes crudeles minus abſunt ab exitio, quàm molles, & luxurioſi *volum.4.d.2.l.h.1.*

Princeps, Principem hoſtem veneno, aut quovis hujusmodi medio omninò tollere non debet *vol.4.d.2.l.i.4.*

Princeps fidem non det, aut datam omninò ſervet *vol.4.d.2.l.k.1.*

Princeps nec omnibus fidere, nec omnibus diffidere debet *vol.4.d.2.l.k 4.*

Princeps extra territorium habetur inſtar ſubditi, alteriusve privati, ibique, quoad jurisdictionem forum ſortitur *volum.4 d.9.l.kk.3.d.19 l.qqqq.4.*

Principum jurisdictio eſt limitata, nec extendi poteſt ultra territorium, multò minùs ad non ſubditos *volum.7.diſput.1.l.a.4.*

qui Principi vicinus eſt, de qualitate ejus participat, imò illuſtris fit *vol.4.d.9.l.ll.4.*

Princeps in dubio non præſumitur vel uno momento legis diſpoſitionem velle invertere *vol.4.d.9.l.nn.1.*

Princeps nil fruſtra dixiſſe, & feciſſe exiſtimatur *vol.4.d.9.l.nn.2.*

Principali authoritate nemo debet decipi *vol.4.d.13.l.ppp.4.*

Principis cura debet eſſe ſumma, ut utrumque tempus bellorum, & pacis juſtè, rectéq; gubernari poſſit. Nemo enim Remp. magis defendere tenetur, quàm Princeps *vol.4.d.14.l.rrr.3.4.vol.6.d.3 l.T.1.2.d.8.l.Ggg.1.*

Principis cauſa efficiens eſt Deus, ſecunda Cæſar, imò hæc dignitas præſcribi poteſt *vol.5.d.1.l.a.4.*

Principum beneficia in præjudicium etiam concedentium ſunt latiſſimè interpretanda *vol.5.d.10.l.xx.1.*

Princeps quidam ſuo quodam officiario hanc immunitatem conceſſit, ut in pago quodam ſuo cum omni ſua familia ab omnibus oneribus realibus, & perſonalibus immunis reſideret. Verùm ille tandem auctâ ita familia, ferè dimidium pagi obtinuit. Quæritur nunc, cum tempore conceſſi privilegii tantum octo perſonas ſecum habuerit, an illæ prædicto modo augmentatæ, conceſſa hac immunitate omnes frui debeant? & affirmatur *vol.5.d.10.l.xx.1.*

Princeps ſi alicui jurisdictionem tribuat, eam cumulativè, non privativè tribuit *vol.5.d 11.l.bbb.2.3 4.*

Princeps cum Vaſallis ſuis in jurisdictione concurrit *vol.5.d.11.l.bbb.2.3.4.*

Pinceps cum urbibus ſuis provincialibus,

Digitized by Google

bus, ſi illæ aliquam jurisdictionem habeant, in ea omninò concurrit *vol.5. d.*11. *l.*bbb.4.

Princeps, & quivis Dominus Vaſallo præſertim illuſtri feudum, ejusque connexa, jurisdictiones, regalia non cumulativè, ſed privativè concedere ſolet, ita ut Dominus directus non habeat amplius facultatem exercendæ jurisdictionis in terra infeudata, nec vim disponendi de rebus Vaſalli, aut ſubvaſallos in jus vocandi, deque iis ſtatuendi *volum.5. d.*17. *l.*ffff.3.4.

inter Principem, & ſubditos pacto firmo (quod præſupponitur) ita convenerit, ut priusquam homagium ipſi à ſubditis præſtetur: Magiſtratus, & ſubditi placidè omnes controverſias inter prædeceſſores, Magiſtratum, & ſubditos hactenus exortas, debeant componere, quæritur, nunc an id de omnibus omninò cauſis ſit intelligendum? reſpondetur criminales actiones, quæ dolum habent annexum apertè, vel quæ manifeſto dolo fiunt, excipi *vol.5.d.*17.*l.*hhhh.2.3.

Principes ſi hactenus forte (quod præſupponitur) per immemoriale tempus conſueverint, & paſſi ſint, ut antequam homagium mutuum à Magiſtratu, & ſubditis ſit initum, omnes controverſiæ amicèſint compoſitæ: quæritur hic an per hoc conſuetudo, & præſcriptio poſſit induci, cujus vigore in poſterum quilibet ſucceſſor Princeps ante homagii præſtationem teneatur cum ſubditis tranſigere? Et negatur, cum talis præſcriptio in æternum fieri non poſſit; nec valebit etiam talis præſcriptio, quando ſucceſſores prædeceſſorum actiones contra ſubditos ante homagium præſtitum remiſerint, vel iis renunciarint, & ſic pacta de non agendo, & petendo fecerint. Nam Princeps nec ad ea tenebitur, ſi nolit, etiam ſui prædeceſſores hoc fecerint *volum.5. diſp.*17. *l.*hhhh.3.4.

Principis confeſſio, qui ad regimen, aut regnum ſucceſſione venit, uti & quilibet alius actus prędeceſſoris ipſi tantùm nocet, ac præjudicat, ac ſi privatus eſſet *vol.5. d.*17.*l.*hhhh.4.

ſi à Principe ſit celebratus aliquis actus, indiſtinctè cenſetur factus ſub nomine dignitatis, ac proinde ad heredes tranſitorius eſt, præſertim in caſu, ubi celebratus eſt reſpectu rerum ad regnum, vel principatum pertinentium, etiamſi in illo contractu vel dignitatis nulla fuerit facta mentio, vel nomen proprium nomini dignitatis præpoſitum ſit *vol.5.d.*17. *l.*hhhh.4.

Principi alicui, etſi populus quidam vi, & armis ſubactus homagium præſtet, ipſi tamen ex hoc, ſi de violentia, & populi contraria voluntate conſtet nullum jus in populum adquiritur *volum.5. d.*17. *l.*llll.1. ubi pulchrè.

Princeps ad ſervationem contractuum, & pactorum, quæ cum aliis contraxit, omninò tenetur *vol.5.d.*17.*l.*mmmm.3.

Principes multi, qui tamen barbari ſunt, ut ſibi regnum ſtabiliant, fratres ſolent occidere, ſæpe etiam filios *vol.5.d.*28. *l.*ffffff.4.

Principes Proteſtantes occaſionē non habent filios ad ampliſſimas Epiſcopatuum, & Abbatiarum Eccleſias promovendi: quod tamen in aliquibus Comitiis enixè petierunt *vol.5.d.*28.*l.*hhhhhh.2.3.

Digitized by Google

Principum fata plerumque celari ſolent, donec ſucceſſoris negotia in tuto collocata ſunt *vol.*5.*d.*28 *l.*oooooo.1.

Principum Minorennium tutelæ valdè periculoſæ ſunt. Nam plerumque tutores pupillis oppreſſis regna invadunt. Itaque cenſent Politici pupillos matribus committendos, ſed cum & hoc non careat incommodo, tutelam proximis agnatis dandam opinantur, quod ferè in omnibus regnis obtinuit *volum.* 5. *diſp.*28. *l.*oooooo.1.2.3.

Principes qui teſtamento filiis ſuis tutores dare poſſunt, id negligere non debent, & prudentiſſimos quosque huic muneri præficere: ſæpe etiam hoſtes, quod quibusdam benè ceſſit *vol.*5.*d.*28. *l.*oooooo.2.3.

Principum tutoribus conſtituendis Ordines Regni multum poſſe, indubium eſt, qui plerumque tutorum poteſtatem meritò circumſcribunt *volum.* 5. *diſp.* 28. *l.*oooooo.3.

Principi, maximè ſi ſummus ſit, affirmanti aliquid, & adſerenti, omninò credendum eſt *volum* 5. *d.*3 o. *l* G.3.*vol.*6.*d.*8. *l.*Hhh.4. ubi tamen hoc limitatur, ſi Principis aſſertio fiat in præjudicium tertii *ibid.*

Princeps bonorum, quæ ſubditi habent, Dominus non eſt, nec illorum liberam habet adminiſtrationem: Itaque de iis alicui feuda dare non poteſt *vol.* 5.*d.*42. *l.*DDD 2.

Principis eſt proſpicere ne quis malè re ſua utatur, ipſeque habeat ſubditos opulentos *vol.*5.*d.*46. *l.*XXX.3.4.

Principis intereſt, ne ejus ſubditi annuam penſionem protectori ſolvendo, depauperentur. Igitur hoc impedire debet *vol.*2.*d.*4. *l.*ee.1.

Princeps juratis à ſe in Regni ingreſſu legibus, & capitulationibus omninò contravenire non poteſt. Et conſuetum eſt ferè ubique, ut Princeps in hujusmodi, id eſt, patrias leges juret, & hoc maximè rectè, & licitè *vol.*2. *d.* 6. *l.*hh.4. *volum.*4.*d.*15. *l.*ttt.2. *volum.*5.*d.*17.*l.*aaaa.1.2.3.4. ubi pulcherrimè.

Principum pluralitas ſubditis populis nocentiſſima eſt *vol.*2. *d.*6. *l.*ii.3. *vol.*6. *d.*3. *l.*Y.3 *d.*8.*l.*Fff.3.

Principum non recognoſcentium ſuperiorem dominum, aut tribunal, honeſtas requirit, ne in propria cauſa judicent, ſed ſe arbitris, & Conſiliariis ſuis, aut ſubditis ſubmittant *vol.*2.*d.*6 *l.*rr.1. vide Jus.

Principes ſunt domini viarum publicarum in ſuis territoriis, poſſunt ergò ſubditis, & forenſibus prohibere, ne aliter, quam ipſi velint, loca ſua ingrediantur, licèt poſtquam ingreſſi ſint, eos expellere non debeant *vol.*2 *d.*7. *l.*zz.3.

Princeps, qui terræ eſt, dominium etiam maris terræ adjacentis intra 50 milliaria habet, itaque vectigalia à navibus illuc tranſeuntibus, exigere poteſt *vol.*2. *d.*7.*l.*a Aa.1, 2.

Principis ſtatuas etiam inanimes violare non licet *vol.*2.*d.*7.*l.*gGg.1.

Princeps ſucceſſor donationes illas, vel exemptiones ab imperio, quas prædeceſſor in grave Reip. damnum fecit, illæſa exiſtimatione revocare poteſt *vol.*5. *d.*30.*l.*B.1.2.

Principem ſuum proprium, & legitimum, id eſt, qui legitima via, & modo per ſucceſſionem, aut electionem ad regnum perve-

pervenit, etſi ſceleribus, & flagitiis inquinatiſſimum nec univerſo populo, nec ſingulis civibus tollere, aut occidere licet, nec etiam imperio abdicare, aut ipſum judicare, bellumve indicere *volum*.1. *d*.1. *l*.d.3. *vol*.2. *d*.3. *l*.i.3. *d*.7. *l*.eEe.2.3. *vol*.4. *d*.2. *l*.h.2.4.i.1. *d*.13. *l*.qqq.1.2.3.4 *d*.17. *l*.eeee.2.3. vide in verbo Tyrannus.

Princeps Imperio abutens, illo privari poteſt, quod tamen negandum videtur, ſi legitimus Princeps ſit *vol*.2. *d*.3. *l*.i.3. *vol* 6. *d*.3. *l*. Ii.1 2. vide paulò inferius, & in verbo Tyrannus: & Subditus.

Principum tyrannicè imperantium reſcripta, privilegia conceſſa, ſi legitima fuerint, rata habentur, ſi cum alterius injuria conjuncta ſint, antiquantur plerumque *vol*.2. *d*.3. *l*.i.4.

Principes alicujus Regni etſi religionem defendere, graſſantique Principi reſiſtere poſſint, ipſum tamen ſub hoc prætextu removere, aut à legitima ſucceſſione arcere, multò minus opprimere, & devovere poſſunt, quin populi pro ejus ſalute orare debent *vol*.4. *d*.2. *l*.e.3.4.

in Principem, etiamſi contra legem Dei fecerit, nullus condemnationis judicium ferre poteſt, quia Princeps nullum habet ſuperiorem *vol*.4. *d*.2 *l*.e.4.

Principem religionis cauſa, etſi à noſtra defecerit, interficere non licet: quamvis multi etiam ex noſtris, in contraria ſint ſententia *volum*.4. *diſp*.2. *lit*.e.4. *d*.13. *l*.qqq.2.3.4.

in Principem tunc populus animadvertere poteſt, quando is quid commiſit, quo ipſo jure regno privatur *volum*.4. *d*.13. *l*.qqq.4. vide Tyrannus & Subditus.

Principes Imperii, ſi juriſdictione. & poteſtate ſua in ſubditos abutantur, eoſque ſævitia premant, à Cæſare, vel camera poſſunt banno, aliisq; graviſſimis pœnis coërceri, mandata ſine clauſula contra illos decerni *volum*.5. *d*.17. *l*.aaaa.2. imò etiam juriſdictione ſua privari, aliter non *volum*.1. *d*.2. *l*.o.3. *volum*.2 *d*.3. *l*.i 3. *vol*.6. *d*.3. *l*. Ii.1.2. *volum*.4. *d*.13. *l*.qqq.4. *volum*.6. *d*.8. *l*. Hhh.3.4. Iii.1.2.

Princeps vi ſuperioritatis cauſam à Vaſallo avocare non poteſt, nec juriſdictionem in prima inſtantia exercere in ſubditos ipſius Vaſalli, ſed eos in ordinariis judiciis relinquere debet *volum*.2. *d*.6. *l*.rr.2. rr.3.

Principes imperii Germanici omnibus aliis principibus in exteris regnis viventibus præferuntur *volum*.1. *d*.1. *l*. b.4. Præeminentias horum Principum vide *d*.16. *l*.N.3. *vol*.2. *d*.3. *l* g.2. *d*.4 *l*.bb.1.2.3.

Principum Imperii juriſdictio maxima eſt: nam JCti concludunt, unumquemq; Imperii Principem tantam exercere poteſtatem in ſua ditione, quantam Cæſar in univerſo orbe. Vide ſpeciatim juriſdictionis partes *vol*.1. *d*.2. *l*.h.1. *d*.16. *l*.N.3. *diſp*.2. *l*.1.2.3. ubi latè *vol*.2. *d*.3. *l*.g.2. n.1. *d*.4. *l*.y.1. bb.1.2.3. *d*.7. *l*.fFf.2. *d*.13. *l*.y.4. *vol*.3. *d*.5. *l*.cc.2. *vol*.4. *d* 2. *l*.d.3. m.1.2. *d*.4. *l*.n.2. *d*.5. *l*.r.2 *d*.6. *l*.bb.3 4. *d* 9. *l*.kk.3 *d*.10. *l*.aaa.2. *d*.12 *l*.lll.1.2. *d*.17 *l*.gggg.1. *vol*.5. *d*.1. *l*.c.1.2.3.4 d 1.2.3.4. *cum ſeqq*. *d*.11. *l* bbb.2.3.4. ubi pulchrè *d*. 17. *l*.dddd. 3.4. iiii 2. *d*.20. *l*.ccccc.3. *d* 21. *l*.ggggg.1.2. hhhhh.3.4. *vol*.6. *d*.2. *l*.G 2. *d*.3. *l*.T.1.2. *vol*.6. *d*.1. *l*.A.3. *vol*.7. *d*.1. *l*.a.4. *d*.4. *l*.p.2. ubi dicitur Principem Imperii in territorio ſuo eſſe inſtar Regis, & Monarchæ *ibid*. ea tamen, omnia ſalva Imperatoris, & Imperii maje-

Digitized by Google

ſtate & cumulativè, non privativè conceſſa eſſe contendunt authores citati *ibid.*

Principes Imperii in ſuis territoriis condendæ legis poteſtatem habent, item jurisdictionem omnimodam, & perpetuam, item jus pangendorum fœderum, conſcribendorum militum; item condendarum conſtitutionum provincialium, & faciendorum edictorum &c. *vol.* 1.*d.*16.*l.*N.3.*vol* 2.*d.*4 *l.*x.4.*d.*6.*l.*uu.2.4.*vol.* 3.*d.*5.*l.*cc.2.*vol.*5.*d.*21.*l.*kkkkk.2.*vol.*6.*d.*2. *l.*G.2.

Princeps inſtat Cæſaris ſibi ipſi dicere jus non poteſt, ſed vel arbitris, vel Conſiliariis ſuis, vel ſubditis ſe ſubmittere debet, vel certè cognitio ad partes ſpectabit *vol.*2. *d.*6.*l.*rr.1.2.tt.3.

Principum Imperii eſt dignitas ingens, ſunt enim regia dignitate, & rerum primi *volum.*2.*d.*3.*l.*g.2.*vol.*5.*d.*21.*l* ddddd.4. ggggg 1. vide ſuperius.

Principes Imperii jurisdictionem ſuam auſpiciis Cæſaris exercent: quod patet ex infeudatione, quam à Cæſare recipiunt, hinc ſe Cæſareæ Majeſtatis ſubjectiſſimos nuncupant *vol.*2.*d.*3.*l.*g.2.*d.*7.*l.*fFf.2. *vol.*4.*d.*2.*l* n.2.*d.*6.*l.*bb.4.*d.*19.*l.*oooo.1.2. *volum.*5.*d.*4.*l* ee.2.*d.*11.*l.*yy.4.*d*.17.*l.*fff.3. *d.*21.*l.*fffff.1 *d.*42.*l.*ZZ.2.3 *vol.*6.*d.*2.*l.*G.2.

Principes Imperii vi ſuæ ſuperioritatis, Eccleſiarum in territoriis ſuis ſitarum, etiam cathedralium ſunt defenſores, patroni, & Advocati *volum.*6.*d.*3.*l.*T.1. vide in verbis Advocatia, & Patrocinium.

Princeps Imperii eſt, qui matriculâ imperii comprehenditur. Nam ut cæteris paribus matricula & ſtudioſum, & militem, & civem facit, ſic & Principem *vol.*2.*d.*3.*l.*g.2.

Principes Imperii Cæſarem conſilio adjuvare debent, nec hoc ejus majeſtatem minuit *volum.*2.*d* 3.*l.*g.3.*d.*4.*l.*x.1.*d.*6. *l.*hh.3.4.*d.*7.*l.*fFf.1.2,*d.*13.*l* β.4. *vol.*3.*d.*5. *l.*cc.1. *volum.*4.*d.*2.*l.*l.1.*d.*15.*l.*uuu.2.*d.*19. *l.*nnnn.1.*vol.*5.*d.*1.*l.*b.2 *d.*17.*l.*qqq.1.*d.*42. *l.*ZZ.2.

Princeps, Rex, aliusve Imperii Heros, ubicunque eſt, ratione perſonæ ſuæ Princeps eſt, non ſubditus, etiamſi in alieno ſolo *vol.*2.*d.*3.*l.*n.4.*d.*7.*l.*fFf.2.

Principes Imperii etſi ordinatione Imperii ſuas habeant inſtantias, in fiſcalibus tamen cauſis reus in Camera, id eſt, coram fiſci judice vadimonium ſubire cogitur *vol.*2.*d.*3.*l.*q.1.

Principes Imperii perpetuo militare dicuntur ob collationes, quibus Cæſarem juvant *volum.*2.*d.*20.*l.*V.4. *vol.*1.*d.*16. *l.*N.3.

Inter Principes Imperii, quà Principes non eſt differentia niſi in ſeſſionibus *volum.*4.*d.*10.*l.*ccc.1. idem obtinet inter Comites, & Barones Imperii. Itaque titulus illuſtrium utriſque promiſcuè aſſignatur, in receſſibus Imperii, in omnibus cauſis comparantur, & pari gradu ambulant, veluti in privilegio, & jure Auſtregarum: in munere judicis, ac Præſidum Cameræ Imperialis: in Conſtitutionibus Imperii parificantur quoad leges veſtiarias *vol.*7. *d* 9.*l.*nn.1.2.

Principes Imperii non propriè ſunt Cæſaris ſubditi, ſed potius Imperii membra, ita ut Cæſar ſolus ob delictum aliquod eos beneficiis, & privilegiis privare, aut Imperii banno ſubjicere non poſſit, niſi re in Conciliis Imperii publicè deliberata, præcipuè ſi ex ea condemnatione pe-

ne periculoſi motus in Imperio metuendi ſint *vol.*4.*d.*12.*l.*kkk.4.

Princeps, qui aliàs Imperii ſtatus eſt, ſi feudum ab alio Principe recognoſcat, non erit propterea ipſius ſubditus *vol.*5. *d.*1.*l.*c.4.

Princeps, ac ſtatus quilibet immediatus Imperii fundatam habet intentionem in principatus ſui territorio, & qualibet ejus parte, ſicut Cæſar in univerſo ratione ſuperioritatis, ac univerſalis jurisdictionis tàm in mediatos, quàm in immediatos, tàm in primo, quàm ultimò appellationis gradu, ut in illis, ubi lubet, tribunal conſtituere poſſint *volum.*5.*diſp.*11. *l.*bbb.2.*d.*21.*l.*hhhhh.2.3. *volum.*2. *diſp.*3. *l.*m.3.4.

in Principum inferiorum diſtrictu provinciali, & territoriis multa loca inveniuntur, quæ ab eorum jurisdictione, & toparchia exempta ſint, imò etiam in Regno Franciæ. vide ibi exempla *vol.*2. *d.*3.*l.*m.4. vide in verbo Jurisdictio.

Principis alicujus territorium non loco, non ſitu, ſed per actus jurisdictionales deſignandum eſt: hinc definitur terræ ſpatium armatum jurisdictione: quod ſi igitur Princeps finitimus non terrendi, non juris dicendi vim aliquotiens jure exeruit, de territorio ejus locus adjacens non eſt *vol.*2.*d.*3 *l.*m.4.

Princeps feudum à Cæſare, vel Rege acceptum, ſubinfeudans per illam ſubinfeudationem omnia ea transfert, & abdicat, quæ à Cæſare acceperat, etiam ſuperioritatem ipſam, præcipuè ſi perſonæ illuſtri feudum conferat. Nam ſubinfeudatio eadem prorſus lege, & iisdem prorſus pactis fit, quibus infeudatio: imò ſubinfeudans omnem poſſeſſionem, & civilem, & naturalem amittit, ſolamq; ſuccedendi ſpem, item Vaſalli fidelitatem, & ſervitia retinet *volum.*2.*d.*3.*l.*n.1.2.*d.*4. *l.*cc.1.

Principes inferiores, & Imperii regalia, & ſuperioritatis jura in alios conferre non poſſunt *vol.*5. *d.*1. *l.*b.3.*d.*21. *l.*fffff.1. hhhhh.4.

Principes Imperii in Duces, Principes, Marchiones, Landtgravios, Burggraſios, Comites, Barones, dividuntur: quorum diſtinctiones, præeminentias, originem, progreſſum, & ordinem ibi vide *volum.*2. *d.*4.*l.*bb.2.3.4.c.1.2.3.4.*vol.*4.*d.*6.*l.*bb.3.4. *d.*19.*l.*qqqq.3.4. rrrr.1.2.3.4.*vol.*5.*d.*1.*l.*a.4. b.1.2.*diſp.*21.*l.*ggggg.2.3.*diſp.*29.*l.*rrrrrr.4. ssssss.1. *d.*42. *l.*ZZ.3.4.*vol.*6.*d.*8.*l.*Ccc.1. *vol.*7.*d.*9.*l.*nn.1. hi omnes regalia habent *ibid.*

Principes Imperii duplices ſunt Eccleſiaſtici, & Sæculares: illi, quibus rerum ſpiritualium cura principaliter demandata eſt, qui tamen ſæculari etiam nunc dignitate gaudent, hi, quibus temporalium *vol.*2.*d.*3.*l.*g.1.2.*d* 4.*l.*z.3.*vol.*5.*d.*1. *l.*a.4.*d.*21.*l.*ggggg.1.*d.*29.*l.*rrrrrr.3.

Principes cum olim titulo adminiſtrationis ſolùm eſſent, vertente ſæculo proprietatem invaſerunt, ac patrimonii nomina effecta ſunt: ipſaque jurisdictio patrimonialis *vol.*2.*d.*3.*l.*g.1.*d.*7.*l.*yy.3.*vol.*3. *d.*5.*l.*dd.3 *volum.*4.*d.*4.*l.*o.4.*d.*10. *l.*ccc.1. *d.*16.*l.*zzz.2.*d.*17 *l.*eeee.1.qqqq.1 *d.ſp.*19. *l.*gggg.2. *vol.*5. *d.*21. *l.*ddddd.4. ggggg.1. *d.*42.*l.*ZZ.1.2.3.4.

Principis nomen olim ſolus Cæſar habuit: quod introductum eſt ab Auguſto, cum & Regis nomen, & Dictatoris ſordeſce-

deſceret. Nunc etiam Ducibus, Marchionibus, & Comitibus datur &c. *vol.5.d.21.l.*ggggg.1.*d.*42.*l.*ZZ.1.2.3.

Principis nomen ſolum quidam Germaniæ Proceres geſtitant, nec aliam dignitatem habent adjunctam, ut verbi gratia, Anhaldini Proceres *volum.5.d.*42.*l.*ZZ.3.

Principis nomen in Gallia non niſi regii ſanguinis proceribus tribuitur *vol.4.d.9.l.*mm.4. *vol.5.d.42.l.*ZZ.1.

Princeps, Dux, Comes nemo denominari poteſt, niſi ſubditos habeat, & territorium *volum.4.d.9.l.*uu.3.*d.*10.*l.*ccc.1.eee.3.

Principum appellatione in ſtatuum imperialium diſtributione non veniunt Nobiles etiam immediati, ſed tantum Comites, & Barones *volum.4.d.9.l.*xx.4.

Principum Imperii origo, diviſio, officia *vol.4.d.*19.*l.*qqqq.3.4.rrrr.1.2.3.4.*vol.5.d.*11.*l.*b.1.2.3.4.

Principum Imperii jus, ſive officium duabus partibus abſolvitur: una ad deliberationem in comitiis de graviſſimis imperii cauſis, altera ad adminiſtrationem Provinciæ, & Principatus ſui pertinet *vol.5.d.*1.*l.*b.2.3.

Principes Imperii ſunt fulcra Cæſareæ Majeſtatis, & imperialis potentiæ robur *vol.5.d.*21.*l.*ddddd.4.

Princeps Imperii eſt, qui de Principatu inveſtitus eſt *vol.5.d.*23.*l.*qqqqq.1.*d.*29.*l.*ssssss.1.

Princeps Imperii, etſi inveſtituram regalium defuncto patre nondum impetrârit, tamen Comitia accedere, in iisque ſeſſionem, & ſuffragium habere poteſt: quod idem de Eccleſiaſticis electis dicendum *vol.5 d.*29.*l.*ssssss.1.2.

Principes Imperii ſi pupilli ſint, tunc eorum tutores ad Comitia accedunt, ac vices ſupplent *vol.5.d.*29.*l.*ssssss.2.

Princeps ex matre plebeia & ignobili natus, ad Comitia non vocatur *volum.5.d.*29.*l.*ssssss.2.

Principum minorennium in Francia ad capiendam Regni adminiſtrationem legitima ætas anno 14 definitur *volum.5.d.*28.*l.*oooooo.3.

Principum Imperii ſubditi â Cæſare ab ipſorum inferioribus judiciis evocari non poſſunt, nec Cæſar jurisdictionem in ipſorum ſubditos exercet in prima inſtantia *volum.*2 *d.*6.*l.*rr.2.tt.3.

in Principatu nil, quàm æqualitas pernicioſius *vol.*2.*d.*3.*l.*p.1.

Principatus dividi aut non debent, aut non deberent *vol.2.d.*10.*l.*X.2. *vol.4.d.*2.*l.*m.1. *diſp.*12.*l.*iii.3. *d.*16. *l.*xxx.2.*d.*19.*l.*qqqq.4. *volum.5.diſp.*23.*l.*qqqqq.3.*d.*28.*l.*ffffff.1.2.3.hhhhhh.2.3. *vol.6.d.*3.*l.*Y.3.

Principatus in multis locis, præſertim Germaniæ, dividuntur, ita ut unusquisq; ſuam portionem cum plenaria jurisdictione obtineat *vol.5.d.*28.*l.*hhhhhh.1.2.3. *vol.6.d.*3.*l.*Y.3.

Principum pluralitas mala *vol.6.diſp.*3.*l.*Y.3.*d.*8.*l* Fff.3.

Principatus jura **die Landesfürſtliche Obrigkeit / Herrligkeit / vnd Hochheit** non præſcribuntur, etiam tunc, quando jurisdictio & generalis, & univerſaliter præſcribitur *vol.5.d.*11.*l.*yy.3.

Principes magni pletumq; parvos abſumunt, etſi ſæpe contingat, ut magnus etiam

etiam à multis parvis abſumatur *vol.2.d.3.l.g.4.*

inter Principes vicinos, magnos, & potentes occultiſſimè odiorum ſemina ſunt ſpargenda, ut ipſis bellorum clade attritis, tu interea rerum tuarum ſatagas, ſi non ad potentiam, ſaltem ad ſecuritatem. Sic egit Philippus Macedo, qui civitatum Græciæ contentiones alendo, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter, victoresque regiam ſervitutem ſubire coegit *vol.2.d.3.l.g.4 vol.5.d.30.l.B.4.*

Princeps potentiores reliquos injuria non afficiat *vol.2.d.3.l.h.1.*

Principes omnes, & Reges, etſi varias exemptiones prætendant, juſtis tamen armis ad Imperii ſubjectionem cogi poſſunt *vol.2.d.3.l.h 1.*

Principalis cauſa quando non conſiſtit, ea quoque neceſſe eſt extingui, quæ acceſſionum locum obtinent *vol.7.diſp.4.l.n.1.* vide Acceſſorium *ibid.o.2.*

Principale trahit ad ſe minus principale, & ſemper attenditur, ne una eademque res diverſo jure cenſeatur *vol.5.d.49.l.HHHH.2.*

Prioritas in concurſu creditorum eſt jus, quo alter alteri in ſolutione præfertur *volum.7.d.4.l.s.3.* habet alia varia nomina *ibid.*

qui Prior tempore, potior eſt jure *vol.2.d.11.l.xXx.3.d.28.l.NN.3.vol.4.d.9.l.uu.4.vol.7.d.4.l.l.3.s.3.t.1.2.*

in Prioritate temporis, & poſterioritate conſideratur non modò dies, ſed & hora, imò ſufficit prioritas in puncto *vol.3.d.3.l.t.4.vol.4.d.27.l.O.1.vol.5.d.7.l.ll.4.vol.7.d.4.l.t.1.2.*

in Prioritate ſi de tempore dubitatur, reſpondet Baldus, quod natura prioritatis ſit, poſſeſſorem priorem, & potiorem eſſe *vol.7.d.4.l.t.2.*

Privata via, vel vicinalis, vel rivus, vel vicus non dicuntur ſeparare conjunctionem *vol.1.d.12.l.yy.4.*

Privatus juri publico derogare non poteſt *vol.2.d.8.l.oOo.2.*

Privatus ſi pro poteſtate ſe gerat, lege Julia Majeſtatis tenetur *vol.2.d.1.l.c.2.*

Privata jura propter publicam utilitatem limitari poſſunt *vol.6.d.2.l.F.3.*

Privatis pactionibus jus cæterorum lædi non poteſt *vol.7.d.4.l.t.3.*

Privilegia non niſi nominatim conſtituuntur *vol.7.d.4.l.o.4.*

Privilegia non inducuntur ex identitate rationum, ſed Imperatorum, & Principum conſtitutionibus tribuuntur *vol.7.d.4.l.o.4.*

Privilegia alicujus loci habere volens, in loco morari debet *vol 2.d.6.l.uu.3.*

Privilegii ratione judicum juriſdictio ſæpe fundatur, quod certis ex cauſis, certis perſonis conceſſum eſt *volum.5.diſp.15.l.nnn.4.ooo.1.* vide in verbo Forum.

Privilegia cuicunque conceſſa ſint, in tertii præjudicium nequaquam ſunt interpretanda, nec ad alterius injuriam porrigi debent *vol.1.d.2.l.f.4.vol.2.d.3.l.m.2.d.6.l tt.2.d 28 l.OO.1.vol.7.d.1.l.b.2.*

Privilegium dicitur quaſi privata lex, quæ ſit extra jus commune *volum.6.d.2.l.F.3.*

Privilegiorum juriſdictio, ſi de eorum validitate, vel invaliditate quæſtiones exoriantur, ſoli Cæſari reſervatur, quamvis illas Cameræ Spirenſi inſinuari poſſe, nemo inficietur, aut alteri Principi, qui ea

Digitized by Google

conceſſit *volum*.1.*d*.2.*l*.g.1. *vol*.3.*d*.5.*l*.ii.1. *vol*.4.*d*.4.*l*.o.4.*d*.17.*l*.llll,2. *volum*.7.*d*.9. *l*.pp.2.

Privilegiorum itaque ſicut conceſſio, ſic & interpretatio ad Principem pertinet, ut & confirmatio *vol*.7.*d*.9.*l*.pp.2.

Privilegii jure jus commune ſemper fortius, & potentius eſt, hinc ſtatutum ſuperveniens, ſemper intelligitur ſine præjudicio alterius jam privilegiati, & privilegia faciliùs tolluntur, quam juris communis beneficia. Nam privilegium juri communi derogare non debet *vol*.1.*d*.12. *l*.zz.4. *vol*.2.*d*.6.*l*.tt.2. *vol*.3.*d*.1.*l*.c.3. *vol*.4. *d*.19.*l*.nnnn.4.

Privilegiatus contra Privilegiatum non utitur ſuo Privilegio, ſed jure communi *vol*.7.*d*.4.*l*.t.2.

Privilegium, vel beneficium à lege, vel conſuetudine conceſſum, à privato nequit auferri *vol*.1.*d*.12.*l*.A.1.

Privilegia de non appellando quibusdam Principibus conceſſa eousque ſe extendunt, quo uſq; agentibus juſtitia non denegetur, quæ ſi denegetur, aut protrahatur, promotoriales ad excitandam ejus jurisdictionem: ſi neque his paritum ſit, absque nova requiſitione, citationem partis ad cauſam in Camera agendam decerni ordinatio jubet. Quanquam hodie ne nimium litibus obruatur Camera, Mandatum pœnale loco promotorialium, & citationis ad procedendum, & pronuntiandum emanare ſolet *vol*.1.*d*.8. *l*.pp.1.3.*vol*.2.*d*.6.*l*.tt.4.

Privilegium conditionale, id eſt, de non appellando inter certam ſummam, quidam Principes, & urbes habent. Itaque hodie à nullo inferiorum judicum, niſi controverſia 300. florenos excedat, appellari poteſt *vol*.1. *d*.8. *l*.pp.4. vide in verbo Appellatio.

Privilegia in publica neceſſitate ſilent, & ſi Princeps illa tueri velit, ipſe onus privilegiatorum ſuſtinere debet *volum*.2.*d*.3. *l*.k.4.*d*.28.*l*.OO.1.

Privilegium privatum irrevocabiliter conceſſum in publica neceſſitate revocari poteſt *vol*.6.*d*.2.*l*.F.3.

Privilegium mutatur mutatione perſonæ, ut & qualitas, conditio, natura bonorum *vol*.2.*d*.3.*l*.n.4.

Privilegia, exemptionesque ſtatuum non ſunt locis, ac patrimonio affixa, ſed perſonis annexa, & innata. Sic ſunt perſonalia, & à perſonis inſeparabilia *vol*.2.*d*.3. *l*.n.4.

Privilegia indulta, ob ingratitudinem, delictum, rebellionem recidi, & reſcindi poſſunt: & aliàs etiam à Principe concedente revocari poſſunt, etſi hoc honeſtum non ſit *volum*.2.*d*.3.*l*.p.4.*d*.4.*l*.u.4. *d*.6.*l* uu.1.*d*.28.*l*.OO.2.*volum*.3.*diſp*.5.*l*.ff.1. & hh.4.

Privilegium perditur ſpatio 10. annorum, ſi aliquis tamdiu illo non utatur *vol*.6.*d*.8.*l*.Fff.3.

Privilegium ceſſat, quando lædere incipit *vol*.6.*d*.8.*l*.Ggg.4.

Privilegium amittitur contrario actu, aut ejus non uſu. Itaque qui ex privilegio immunis eſt, ſi inſcribi ſe æſtimo, aut caſtro paſſus intra 10. dies (aliis anno) non provocet, ſibi præjudicat, quia tacitè renunciaſſe cogitatur, niſi fortè onus ſponte ſuſceperit, patriæ utilitatibus ceſſerit, aut gloriæ cupiditate paulisper jus publicum relaxârit: ſic Privilegium etiam amittitur

titur abuſu *volum.2.d.3.l.*p.4.*d.*28.*l.*OO.2. *volum.3.d.5.l.*hh.3. *volum.4.d.5.l.*x.2.3.*d.*9. *l.*yy.3.

Privilegiorum per ſucceſſores Principes confirmatio non eſt de neceſſitate *vol.2.d.*6.*l.*mm.1.

Privilegia Anteceſſoris ſucceſſor Princeps revocare poteſt *vol.2.d.6.l.*uu.1.

Privilegia omnia, quæ Electorum privilegia, & libertates imminuere videbantur, Carolus IV. in Aurea Bulla in cap.13. revocavit *vol.2.d.6.l.*uu.1.

Privilegia certo alicui ordini, corpori, univerſitati tributa, è favore aliquo ejusdem promanarunt, quemadmodum clericorum expreſſit favor Eccleſiæ: Peregrinantium, favor devotionis: Nobilium, favor generis, & generoſæ indolis; Doctorum, favor ſcientiæ, & dignitatis: Scholarium favor ſtudiorum in publicum proficuorum, ſcientiæ, legum præſertim divinarum, ac ſacrarum *volum.2. d.*7.*l.*LL.1.

Privilegium etiam re integra non expirat morte concedentis *volum* 5.*diſp.*49. *l.*GGGG.2.

Privilegium immunitatis ſimpliciter conceſſæ, comprehendit etiam bona futura *vol.*5.*d.*49.*l.*GGGG.2.

Privilegium exemptionis, ſolutionis, pedagii, comprehendit etiam terras poſtea conſtructas *vol.5.d.*49.*l.*GGGG.2.

Privilegii cauſa ceſſante, ceſſat & ipſum privilegium. Itaque perſonæ privilegiatæ ſi ſe vitiis dedant, ac indignè gerant, privilegia amittunt, quæ ob virtutem ſolummodò ipſis conceſſa ſunt: & privilegii cauſam qui negant, privilegium perdunt *vol.2.d.*18.*l.*R.3.*d.*28.*l.*OO.2.*vol.*3 *d.*5.*l.*ff.1.

Privilegia conſervantur, quando in deſuetudinem deproperans, in uſum revocatur, aut ſi inſtrumentum vetuſtate, vel aliquo alio vitio ſit corruptum, vel etiam deperditum. Licet enim privilegia per viam contractus plerumque conceſſa, non poſſint à ſucceſſoribus revocari, proindeque magis de honeſtate, quàm neceſſitate confirmentur, tamen abundans cautela minùs nocet *vol.2.d.*13.*l.*e.3. *d.*28.*l.*OO.2.

Privilegium eſt jus ſingulare, ſpecialis largitas, prærogativa, conſtitutio perſonalis, propria lex, lex privata: & eſt jus conceſſum alicui ſingulariter cōtra communes juris normas *vol.2 d.*28.*l.*NN.1.

Privilegia variè dividuntur: quædam enim ultrò, quæ ad petitionem conceduntur: quædam ſunt realia, certæ alicui cauſæ conceſſa, quædam perſonalia, quæ conceduntur perſonis: quædam generalia generi alicui rerum, vel perſonarum communia: quædā ſpecialia, propria ſingulorum: quædam ſunt in favorem concepta: quædam in odium: quædam reſtringuntur ad perſonam concedentis, qua moriente extinguuntur, quædam imperſonalia, quæ durant, niſi à ſucceſſore revocentur expreſsè *vol.2.d.*28.*l.*NN.1.

Privilegium nemo ſibi propria authoritate arrogare poteſt: ergò ſolus Princeps concedit ſuperiorem non agnoſcens. Olim id non niſi comitiis centuriatis fiebat *vol.3.d.5.l.*dd.1 gg.3.*vol.7.d.9.l.*pp.2. Principes quoque illi, quibus ſummus dedit regalem dignitatem, ac poteſtatem exercendi jura Principis, ea concedere poſſunt quoad ſubditos ſuos in ſuo territorio *vol.7.d.9.l.*pp.2.

Privilegia poſſunt etiam dare illi; quibus vel de ſuis indulſit Princeps, vel de novo conceſſit; uti Synodus, Epiſcopus, Senatus, Principes, & ſtatus Imperii ſubditis. Legati etiam Pontificis, Vice-Reges, Poteſtates, & Rectores Provinciarum *vol.2.d.*28.*l.*NN.1.

Privilegia etiam tacitè, id eſt, per præſcriptionem acquiri poſſunt. Nam ea ſic tacitè Princeps indulgere cenſetur *vol.2. d.*28.*l.*NN.1.

Privilegii tenor ſervandus eſt ad unguem, nec enim extendi poteſt, nec à verbis recedi, niſi fortè per eos, qui jus habent concedendi: Pleniſſima tamen adhibenda eſt interpretatio, ita, ut verba intelligantur aliquid operari, & cauſa impulſiva reſtringit, & declarat privilegium, quæ cauſa colligitur ex præfatione *vol.2. d* 28.*l.*NN.4.

Privilegium ſemper intelligitur de eo, de quo tempore conceſſionis cogitatum fuit *vol.*7.*d.*1.*l.*c.1.

Privilegium reale intelligitur, ſi deſcendit ex contractu, ſin ex gratia, perſonale erit *vol.2. d.*28.*l.*NN.4. illud ob bene merita, & per modum conventionis conceditur, nec revocari ſine juſta aliqua cauſa poteſt, cum ejusmodi in contractum transeat, qui habet præſtationis neceſſitatem etiam in perſona ſummi Principis *vol.*7.*d* 9.*l.*pp.2.

Privilegii pars ambigua intelligitur ſecundùm verba clarè poſita. Finis autem privilegiorum eſt, conſulere infirmitatibus: præſtantias præmiis afficere, & remunerari. Effectus privilegiorum eſt, quod tantum operantur, quantum conſuetudo, & præſcriptio, imò per ea præſcriptio poteſt tolli, vel illi derogari, dummodò inibi ſit clauſula: non obſtante tali jure *vol.2.d.*28.*l.*OO.1.*volum.*7.*d.*1. *l.*c.4.

Privilegia tamen concedi ſolent ſæpe ſine omni cauſa, vel præcedenti merito, ex ſola gratia Principis, quæ perſonalia ſunt, nec ad heredes tranſeunt, & revocari poſſunt, quandocunque Principi ita viſum fuerit *vol.*7.*d.*9 *l.*pp.2.

Privilegia realia perpetua ſunt, & ad heredes transmittuntur: unde privilegia corporibus, & civitatibus generaliter data, ad poſteros transmittuntur: iisque omnes cives gaudent *vol.2. d.*28. *l.*OO.1. *volum.*3. *d.*5.*l.*hh.2.

Privilegia perſonalia ſunt temporalia, nec ad heredes transeunt, tunc autem ad heredes transeunt, ſi ſpecialiter indulgeatur. Itaque perſonam non egrediuntur: in dubio verò Privilegia omnia perſonalia cenſentur *volum.*2. *d.*28.*l.*OO.1. *vol.*3.*d.*5 .*l.*ff.2.*d.*6.*l.*ss.3. hujusmodi perſonalia de perſona ad perſonam non protrahuntur *vol.*7.*d.*1.*l.*d.1.*d.*4.*l.*o.3.p.3. debent manere intra terminos, nec ulterius extendi, neque de cauſa ad cauſam, nec de perſona, ad perſonam etiam ex identitatis ratione admitti *ibid.l.*t.3.

Privilegium Principis ad ſucceſſorem transmittitur, non verò privilegium Auguſtæ *vol.2.d.*28.*l.*OO.1.

Privilegium dotis tranſit ad ſuum heredem *vol.*2.*d.*28.*l* OO.1.

Privilegium ſi conceſſum ſit tibi, & tuis poſteris, heredibus ex maſculino ſexu deſcendentibus ſolùm conceſſum intelligitur, Privilegium verò, datum ſibi, & tuis heredibus, tranſit ad omnes heredes: datum.

Digitized by Google

tum autem tibi, & tuo heredi ad primogenitum ſolùm pertinet *volum.2.diſp.*28. *l.*OO.1.

Privilegio eodem debet frui, qui eandem perſonam repræſentat, non extenditur verò ad alium, cum datum eſt uni, etiam ob puritatem rationis; ſic privilegium loquens de filio, non extenditur ad nepotem, nec deſcendentibus datum ad aſcendentes, ut nec privilegium immunitatis extenditur ad onera patrimonialia, & heres proprio privilegio non excuſatur, quin conveniatur, ubi defunctus debuit conveniri *vol.2.d.*28.*l.*OO.1.

Privilegium Univerſitati datum, ſingulis non debetur, & corporatum non prodeſt iis, qui ſunt ultra numerum. Sic heretici ab orthodoxorum privilegiis excluduntur, & impetratum poſt rem judicatam, contra rem judicatam non valet, & præventus ante acceptum privilegium illo non juvatur *vol.2.d.*28.*l.*OO.1.

Privilegium extenditur ſpecialiter vel à Principe, vel à lege. Sic privilegium Principis extenditur ad Auguſtam, patris ad liberos, & uxorem, ſic prodeſt filio, ſi pater in tribus fuerit muneribus tutelarum, aut curatoriarum: & conceſſum privilegium uni extenditur ad familiares, ſine quibus eſſe non poteſt, ſic ab uno ſociorum impetratum commodat etiam alteri, & uni datum ratione muneris, eo diviſo duos complectitur *volum.2.d.*28. *l.*OO.1.

Privilegium de non-ſolvendo vectigali in tota terra ſua extenditur ad terras, & ditiones pòſt quæſitas *volum.2.diſp.*28. *l.*OO.1.*vol.*3.*d.*5.*l.*hh.2.

Privilegiatus non utitur privilegio ſuo adverſus privilegiatum, ſic privilegium collegii, collegiato non datur adverſus collegiatum, & inter privilegiatos duos melioris eſt conditionis, qui privilegio eſt fortior *vol.2.d.*28.*l.*OO.1.

Privilegiati pariter ſequuntur jus commune; Unde in dubio pariter privilegiatorum potior eſt conditio poſſidentis: ſic nec uti privilegio contra eum quis poteſt, propter quem quis privilegium habet, uti vero poteſt contra tertium, invito eo, ex cujus perſona quis privilegium habet *vol.2.d* 28.*l.*OO.1.2.

Privilegia, quæ data ſunt ab Anteceſſoribus, non poſſunt à ſucceſſoribus deſtrui, niſi fortè ubi major eſt authoritas: nec per conceſſionem novi, revocatum intelligitur antiquum, ſic nec privilegium mihi datum tollit illud alterius, nec ſpeciale tollit generale, nec ex perſona defenſoris rei, mutatur privilegium, quod habeo contra reum: maximè tunc privilegia non poſſunt revocari, ſi titulo oneroſo ſint conceſſa, nec etiam ex cauſa læſionis *vol.2.d.*28.*l.*OO.2. *vol.*4.*d.*5.*l.*x.2.3.

Privilegio contraria eſt iniquitas: Uſurpatio: contrarium item eſt Mendacium, Delictum, Abuſus *volum.2.diſp* 28. *l.*OO.2. *volum* 3.*d.*5.*l.*hh.3. *volum.*4.*d.*17. *l.*fff.3.

Privilegium tollitur per non uſum: ſic Vagabundi privilegium amittunt, & ſententia tenet contra privilegiatum non appellantem: tollitur etiam per contrarium actum, tamen privilegium populo conceſſum non amittitur contraventione paucorum: tollitur item per renunciationem: item ceſſante cauſa, ob quam datum eſt privilegium, ceſſat etiam privilegium,

Digitized by Google

gium, dignitatis tamen officio functo, non ceſſat privilegium dignitatis; tollitur item morte privilegiati, interdum etiam morte concedentis, ſi fuit ad ejus beneplacitum conceſſum *vol.2 d.*28.*l.*OO.2. *volum*.3.*d*.5.*l*.hh.3.*vol*.4.*d*.5.*l*.x.2.*vol*.5.*d*.17. *l*.iiii.4.

ut ſub Privilegii alicujus prætextu flagitiorum creſcat authoritas, vel publica vacillet utilitas, nunquam eſt permittendum *volum*.7.*d*.1.*l*.c.1.

Privilegium reale extinguitur re extincta: Unde urbe deſtructa, privilegium moritur. Si verò ſpes eſt reparationis, ſuſpenditur ſolùm *vol*.2.*d*.28.*l*.OO.2.

Privilegium item tollitur per revocationem, ſed revocatio generalis, non revocat privilegium ſpecialiter datum *vol*.2. *d*.28.*l*.OO.2.

Privilegii renovatio nōn confert jus de novo, ſed confirmat vetus *vol*.2.*d*.28. *l*.OO.2.

Privilegia quando incipiunt eſſe damnoſa, revocationem admittunt *vol*.3. *d*.5 *l*.bb.1.*vol*.4.*d*.17.*l*.ffff.3.

Privilegiorum conceſſio eſt ſupremæ majeſtatis actus, quem contradicendo nemo impedire poteſt. Item eſt donum, ſeu liberalitas ſuperioris, cui frænum injici non debet: quamobrem in hac conceſſione partis adverſæ citatio minimè neceſſaria videtur. Sed tamen hic diſtinguo: Nam privilegia ſunt, quæ principem abſoluta poteſtate concedere velle apparet, & ſic citatio non eſt neceſſaria, & privilegia ſunt, quæ cum cauſæ cognitione tribuuntur, & ſic citatio partis neceſſaria videtur, quod maximè valet in privilegiis tertium gravantibus *vol*.3.*d*.5.*l*.dd.1.

Privilegium tertii præjudicium tangens, quantumvis ſpecie pietatis conceſſum, ſtrictè eſt interpretandum, adeò ut non cenſeatur ſublatum prius, niſi in poſteriori ejus mentio fiat *vol* 3.*d*.5.*l*.ff.3.

Privilegium conceſſum ſuper eo, quod aliàs competebat, valet etiam in præjudicium alterius, nec poteſt conqueri is, qui ſenſit damnum *vol*.3.*d* 5.*l*.ff.3.

Privilegii jus ad rem conceſſum privilegii, juri in re conceſſo, etiam priori etſi non faciens ejus mentionem, derogare poteſt *volum*.3.*d*.5.*l*.ff.3.

Privilegium non debet eſſe conceptum in aliorum odium, & præjudicium, ſecus ſi fiat ab eo appellatur, & exceptione doli ſuccurritur *vol*.3.*d*.5.*l*.gg.3.*volum*.5. *d*.19.*l*.aaaaa.1.*d* 21.*l*.fffff.1.

Privilegia immunitatis in favorem immunium latè interpretanda ſunt, unde pro ſe heredibus, & deſcendentibus data immunitas non ſolum ad primum, ſed ad ſequentem gradum heredum, tàm maſculos, quàm fœminas porrigitur *vol*.3. *d*.5.*l*.hh.2.

Privilegium generale ad publicam neceſſitatem non extenditur, niſi illud ex contractu oneroſo adquiſitum ſit, & verba ampliſſima, vel negativa complectatur *vol*.3.*d*.5.*l*.hh.3.4.

Privilegium ob merita indultum, ne quidem ex cauſa ingratitudinis revocari poteſt: malè autem exinde vulgus interpretum colligit, hæc privilegia ad deſcendentes in perpetuum prorogari. Contraventum verò eſſe privilegio, & aliquem immunitate cecidiſſe, principi, qui eam conceſſit, non aliis comperit opponere *vol*.3. *d*.5.*l*.ii.1.ubi pulchrè.

Pri-

Digitized by Google

Privilegium conceſſum mutato loco itidem mutatur *vol.*3.*d.*5.*l.*nn.2.

Privilegium Principis latiſſimam recipit interpretationem,ut privilegiatus pro utilitate ſua privilegio,eo loci,quo velit, uti poſſit *vol.*3.*d.*5.*l.*nn.2.

Privilegio,ſi quis longo tempore certo modo uſus ſit, ligat privilegiatum, ut in poſterum non poſſit aliter uti: nec valet hic regula, quod utens jurisdictione in parte, conſervet eam in totum, quia illa in individuis procedit *vol.*3.*d.*5.*l.*nn.3.

Privilegia non proſunt,niſi allegentur *vol.*3.*d.*5.*l.*qq.1.

in Privilegiatorum concurſu privilegium allegari non poteſt *vol.*3.*d.*5.*l.*rr.2.

in Privilegiatorum concurſu,vel quoad privilegia Eccleſia, Fiſcus,& pupillus æquiparantur *vol.*7.*d.*1.*l.*c.1.

Privilegiatæ perſonæ lege generaliter loquente comprehendi etiam ſolent,quæ ea ipſa in re,de qua lex loquitur,peculiare privilegium non habent *volum.*3.*d.*16. *l.*T.4.

de Privilegio judicat,qui conceſſit *volum.*4.*d.*5.*l.*u.4.

Privilegia in ſimplicis donationis terminis conſiſtentia, ſi per illa traditione vera,vel ficta dominium translatum ſit, irrevocabilia ſunt: ſecus ſi necdum dominium translatum ſit *vol.*4.*d.*5.*l.*x.3.

Privilegium conceſſum ad beneplacitum,id eſt,donec voluero,& quidem his verbis, morte concedentis extinguitur *vol.*4.*d.*5.*l* x.3.

Privilegium conceſſum ad beneplacitum,id eſt,donec revocavero,ſtat,donec revocetur,etiam poſt mortem *vol.*4.*d.*5. *l.*x.3.

in Privilegiis regulariter tempus dati inſpicitur,præſertim in reſcriptis ad gratiam emanatis *vol.*7.*d.*1.*l.*c.3.

Privilegium Univerſitati conceſſum non tollitur, niſi præſcriptione longiſſimi temporis *vol.*4.*d.*5.*l.*x.3.

in Privilegiorum cauſa Cæſar judicat *vol.*4.*d.*5.*l.*z.3.

in Privilegii à ſe conceſſi cauſa propria ſolus Cæſar judicat,melius tamen facit,ſi tertium deleget *volum.*4.*d.*5.*l.*z.3.

Privilegio omninò nullo, quodcunq; illud ſit,ſubjectionis jus adimi,minui,aut limitari poteſt: Itaque ſubditus qui eſt, ſemper ſubditus erit, nec ullo privilegio ſe à ſubjectione eximere poterit *volum.*4. *d.*17.*l.*gggg.4. vide in verbo Majeſtas.

Privilegia neceſſitate extrema urgente ſilent, & franguntur *volum.*5. *diſp.*19. *l.*aaaaa.1.

Privilegia ſine præjudicio,& diminutione juris tertii intelligenda ſunt *volum.*5. *d.*39.*l.*KK.3.

Probatoria dilatio de jure civili non facilè amplius quàm ſemel conceditur: ſed jure canonico ſecundò, tertiò, & interdum quartò: ratione enim perſonæ, cauſæ, itineris &c. ampliatur, & reſtringitur *vol.*7.*d* 6.*l.*bb.3.

Probatio eſt lumen veritatis; & regulariter actori incumbit,& niſi probet,abſolvitur reus *vol.*3.*d.*15.*l.*S.1. *volum.*1.*d.*15. *l.*K.3.4. *vol.*6.*d.*6.*l.*Qq 1.

Probatio, dicitur à verbo Probo, eſt rei dubiæ per argumenta facta judicii oſtenſio: rejiciuntur igitur argumenta elumbia, mutila &c. præſertim ſi debitis careant adminiculis:& dividitur in artificialem,& inartificialem:iterum in perfectam,

Digitized by Google

ctam, ſeu ſemiplenam: hujus ſpecies variæ conſtituuntur: potiſſimum tamen locum ſortiuntur inſtrumenta, & teſtes, & ocularis inſpectio Judicis *vol.3.d.15.l.*S.1. *volum.4. d.33. l.*FF.2. *vol.6.d.19.l.*Ssss.4. Tttt.1.2.3. ubi pulchrè.

Probationum materia eſt operoſa, fructuoſa, diffuſa, latiſſima, quæ ulla certa regula comprehendi non poteſt & quotidiano uſu neceſſaria *vol.6.d.19.l.*Ssss.4.

Probatio cœcis in foro verſantibus lumen reſtituit, judici viam facilem, lenem, & apertam ad judicandum præmunit, oppreſſis fert opem &c. *volum.6.diſp.19. l.*Ssss.4. eſt finis omnium cauſarum *ibid. l.*Vuuu.2.

Probari quæ nequeunt, pro non geſtis, & non exiſtentibus ſunt habenda *vol. 6.d.*19 *l.*Ssss.4.

Probatio debet fieri citata adverſa parte, ac in termino juſto, & ſubſtantiali (qui plerunque eſt ſex ſeptimanarum.) Illaque inſtituitur regulariter poſt judicium acceptum, ſeu litem conteſtatam, niſi fortè inciderint exceptiones temporales, & dilatoriæ, ipſive cauſæ in judicium deducendæ oppoſitæ *volum.6.d.19. l.*Vuuu.2.

intra Probatorium terminum, qui nunc ferè arbitrarius eſt, & ubique prorogari poteſt, offerat actor articulos probatorios, cum iisdem requiſitis, quæ in poſitionibus neceſſaria eſſe diximus, addat, ſi opus eſt, directorium, denominet teſtes, petat, ut prævio teſtimonii juramento, vel ipſe judex eorum examen inſtituat, vel ut Commiſſariis commendet, denique producat, ſi quæ habet, publica, vel privata inſtrumenta in ipſa forma authenticâ. Reus ècontrà ſua exhibeat interrogatoria generalia, ac ſpecialia, quorum illa de teſtium perſonis: hæc de perhibiti teſtimonii meritis, rationibus, ac circumſtantiis inquirunt, inſtrumenta prolata agnoſcat, aut diffiteatur: Articulos denique, ſi opus eſt, reprobatorios producat. Judex, ſeu Commiſſarius commonſtrato ſuæ commiſſionis mandato, articulos recipiat, parti adverſæ copiam eorum faciat, teſtes citet, qui ſunt ſub ſua jurisdictione, alios mutuo, ut loquuntur, compaſſu evocet, aut ibi examinari roget, reluctantes cogat, litigantibus terminum denunciet ad videndum teſtes produci, & jurare, tùm verò illos, atque amanuenſes, niſi aliàs perſonæ publicæ ſint, & antea juràrint, juramento obſtringat, illi ut veritatem dicant: hi ut omnia fideliter conſcribant, utrique, ut ea, quæ deponuntur, ſilentio cuſtodiant, à perjurio eos dehortetur, ad ipſum denique examen, partibus remotis, progrediatur *vol.3.d.15.l.*S.1. *vol.6.d.19.l.*Vuuu.2.

Probationibus ritè factis, pronuntiandum pro allegante, & victus pœna mulctandus eſt *vol.6.d.19.l.*Vuuu.2.

Probatio circa omnem materiam controverſam, & dubiam occupari poteſt, ut eluceſcat, ſive ſit juris, ſive facti, ſive civilis, ſive criminalis, modò ad caput cauſæ, ejusque deciſionem ſpectet *vol.6. d.19. l.*Tttt.4.

Probatio contra rem judicatam, & transactionem non admittitur *vol.6.d.19. l.*Tttt.4.

Probationes in Criminalibus maximè adhibendæ ſunt: nam ſine manifeſtiſſimis probationibus, humanus ſanguis fundi

Digitized by Google

fundi non debet volum.6.d.19.l.Vuuu.1.

Probatio probatæ, aut manifeſtæ rei, fruſtra fit vol.4.d.9.l.tt.3.d.10.l.eee.1.vol.6.d.19.l.Tttt.1.

Probatio regulariter eſt affirmantis vol.3.d.15.l.S.1.vol.4.d.27.l.P.1.vol.6.d.19.l.Tttt.1.3.

Probare intentionem ſuam quilibet debet, ſive id fiat agendo, ſive excipiendo, ſive affirmando, ſive negando, modò à negante negatum in judicio proponatur volum.4.d.27.l.P.1. vide ſuperius & in verbo Actor vol.6.d.19.l.Tttt.3.4.

Probationibus inſtructus ad judicium quis accedere debet vol.4.d.33.l.FF.1.

Probatio interdum affirmanti, interdum neganti ſervitutem incumbit, nonnunquam actori, nonnunquam reo diverſis tamen reſpectibus volum.5.diſp.46.l.ZZZ.4. vol.6.d.3 l.Z.2.d.19.l.Tttt.3.4. ubi pulchrè.

ſecundum Probationes meliores, & probabiliores judex judicare tenetur, has verò ibi vide vol.5.d.46.l.ZZZ.4.

Probatio ſemiplena eſt argumentum aliqualiter cauſam approbans, ſufficientem tamen fidem ad litem decidendam judici non faciens: cujus ſpecies ſunt confeſſio extrajudicialis, teſtis unius teſtimonium, inſtrumentum privatum, comparatio literarum, præſumptio levis, fuga, fama, juramentum neceſſarium: quæ omnia ibi vide vol.4.d.33.l.GG.4.HH.1.2.3.4.vol.6.d.19.l.Tttt.2.3.

Probamus per ſcripturam noſtram, quando ipſi aliquid in ſcripturam redigere ſolemus, quæ communiter inſtrumentum privatum appellatur, quod tamen tum pro ſcribente ſemiplenam probationem efficit, quando ſcribens eſt homo legalis ein auffrechter/vnd frommer Mann/ & non tantùm ipſe contenta ſcripturæ ſcripſit, ſed etiam obligationis cauſam expreſſit vol.4.d.33.l.HH.1.volum.6.d.19.l.Tttt.3.

Probant contra ſcribentem chirographum, Apocha, antapocha, ſi modo cauſam etiam obligationis: nimirum mutui, emptionis, aut venditionis contineant vol.4.d.33.l.HH.1.

Probationem faciunt die Rechnungsbücher/ vnd Regiſter omnium eorum, qui adminiſtrationi alicujus rei præſunt: qui libri rationum vocantur: ſicut & illis creditur, quibus pater, & majores, liberorum natales, originem, & familiæ ſucceſſionem annotaverunt vol.4.d.33.l.HH.1.vol.6.d.8.l.Ccc.4.

Probationem faciunt mercatorum codices, & in ipſorum foro tàm pro, quàm contra ſcribentem plenè probant vol.4.d.33.l.HH.2.vol.6.d.19.l.Tttt.3.

Probationem facit ſcriptura mortui hominis, qui ſit legalis, & bonæ famæ. Uti etiam ſcriptura antiqua, lapidibus etiam & columnis inciſa: item epiſtola, quâ quis debitum aliquod fatetur: item bacilli illi, qui vulgo vocantur Kerphölzer vol.4.d.33.l.HH.2.vol.6.d.19.l.Tttt.2.

Probationem facit literarum comparatio à literatis hominibus confecta, quando Notarius, vel teſtes mortui ſunt vol.4.d.33.l.HH 2.

Probationes ſemiplenæ, diverſæ licet, ſi eundem finem reſpiciant, ſæpius conjungi poſſunt, & ſic cauſa decidi, nec ad juramentum poterit perveniri, ſed hoc obtinet, in foro ſolum civili, non in cri-

Digitized by Google

eſt, ſed hoc ſub diſtinctione *volum.*1. *d.*20. *l.*S.2. *vol.*4. *d.*33 *l.*FF.2.

Procuratores quidam cum libera adminiſtrandi poteſtate conſtituti ſunt, cujus vigore bona iſta, quorum adminiſtrationem habent, permutare, itemque alienare poſſunt: omniaque facere, quæ ipſi Domino cum rebus ſuis facere permittitur *vol.*5. *d.*42. *l.*DDD.3.

Procurator cum libera non indiget Mandato ſpeciali *vol.*6. *d.*17. *l.*Gggg.4.

Procuratorem extraneum invitis collegis ad eligendum nemo conſtituere poteſt, & hoc procedit in omnibus actibus univerſitatis *vol.*2. *d.*6. *l.*kk.3.

Procuratorem in electionibus non aliter quis conſtituere poteſt, niſi juſto impedimento impeditus ipſe venire non poſſit *vol.*2. *d.*6. *l.*kk.3.

Procuratori mandatum ad certam perſonam eligendam, dari poteſt *vol.*2. *d.*6. *l.*kk.4.

Procurator fructus collectos reſtituere tenetur *vol.*2. *d.*6. *l.*pp.2.

Procuratorum uſus neceſſarius eſt: Itaque poſſunt Domino emere, mutuum accipere, ac in ſumma Domino acquirere &c. *vol.*6. *d.*4. *l.*Mm.4.

Procurator etiam cum libera alienare non poteſt *vol.*2. *d.*6. *l.*pp.4.

Procurator non poſſidet niſi nomine procuratorio: acquirit nobis etiam ignorantibus, ſi mandatum generale ſit, non ſi ſpeciale, niſi in re illa ſpeciali *vol.*2. *d.*14. *l.*A.3, G.2. *vol.*6. *d.*4. *l.*Mm.4.

per Procuratorem bonorum poſſeſſionem acquirere poſſumus *volum.*6. *d.*4. *l.*Ll.1. Mm.4.

Procurator in cauſa capitali publica, ut & in privata, quæ criminalis eſt, intervenire non poteſt *vol.*2. *d.*27. *l.*KK.4.

quod de Procuratore judiciali dicitur, intelligitur etiam de extrajudiciali, id eſt, de quolibet rerum adminiſtratore *vol.*3. *d.*5. *l.*qq.2.

Procuratoris officio mulier in judicio fungi non poteſt jure civili, ſecus videtur de jure Canonico, quanquam & hoc de ſolis Abbatiſſis, vel Veſtalibus intelligendum ſit *vol.*7. *d.*6. *l.*bb.3.

Procuratorem non poteſt conſtituere Univerſitas, ſed Syndicum jure civili, ſecùs jure Canonico *vol.*7. *d.*6. *l.*bb.3.

Procurator appellatur jure Canonico quilibet, alienæ rei adminiſtrator, ſi habeat poteſtatem agendi, & definiendi *vol.*7. *d.*6. *l.*bb.3.

Procuratores omittendo id, ad quod mandatum eos obſtringebat, Domino nocent *vol.*3. *d.*5. *l.*qq.2. non committendo, id eſt, agendo ultra id, ad quod mandatum eos aſtringebat *ibid. volum.*5. *d.*23. *l* ppppp.1. vide Mandatum.

inter Procuratorem omnium bonorum, & procuratorem cum libera magna eſt differentia *vol* 3. *d.*13. *l.*M.3.

Procuratores ſunt, qui alienam litem mandato Domini agendam ſuſcipiunt *vol.*3. *d.*15. *l.*Q.3.

Procuratores, qui ab univerſitate conſtituuntur, Syndici ſunt *vol* 3. *d.*15. *l.*Q.3.

Procuratoris officium bonum, honeſtum, & [illegible]bile eſt *vol.*4. *d.*9. *l.*zz.3.

Procurator tamen de jure civili etiam is eſſe poteſt, qui infamis eſt, ſecus de jure Canonico, quod pleraq; judicia ſequuntur *vol.*7. *d.*6. *l.*bb.3.

Procurator legitimè in judicio comparet.

Digitized by Google

paret, ſi à principali mandatum habet, idque producit, vel de rato, & mandato cavet *vol.5.l.d.3.l.*r.2.3.

Procuratori ea ſolùm, quæ negotium, & adminiſtrandi officium cõtinent, mandari poſſunt *vol.6.d.*4. *l.*Ll 1.

per Procuratorem agere valemus, quicquid ipſi agere valemus *vol.5.d.*4.*l.*z.4.

Procurator alieno nomine, ut procurator, hereditatem adire non poteſt *vol.6. d.*4.*l.*Ll.1. neque Cæſaris etiam, niſi ſit opulenta *ibid.*

Procurator conveniri poteſt ab eo, cum quo contraxit, cum is fidem ejus ſit ſecutus *vol.5.d.*4.*l.*aa.2.

Procuratoria mandata cùm ſint facti, non præſumuntur, ſed probari debent *vol.*7.*d.*5. *l.*x.2.

Procuratoria exceptio concernit perſonas in judicio intervenientes, & datur vel contemplatione procuratorem conſtituentis, vel procuratoris conſtituti, vel mandati, vel denique cauſę reſpectu: quia in cauſa capitali publica, & in privata, quę criminis eſt, procurator intervenire nequit *volum.*2. *d.*27.*l.*KK.4. vide ulterius in verbo Mandatum, & Subſtitutus, & Adminiſtrator.

Procuratoria exceptio in quocunque judicio locum habet *vol.6.d.*11.*l.*Ṡss.2.

Procuratoria Exceptio in foro Mercatorum locum non habet *volum.6.diſp* 11. *l.*Sss.2.

, de Procuratoribus *vol.6.d.*22. *l.*Xxxx. per tot.

Prodigus ab obligatione, & contractu omninò tutus eſt, id eſt, nemini obligatur in cauſa civili *vol.3.d.*9.*l.*aaa.3.*d.*12. *l.*K.2.*vol.*4.*d.*24.*l* D.4.*d.*27.*l.*L.2. nec bona ſua in alium transferre poteſt *volum.6. d.*16.*l.*Dddd.2.

Prodigo interdictio bonorum non fit ipſo jure, ſed ad hoc, ut alicui bonis interdictum ſit, isque prodigus cenſeatur, decreto Magiſtratus opus eſt *volum.3.diſp.*9. *l.*aaa.3. *volum.*4.*d.*24.*l.*D.4.*d.*27.*l.*L.2.*d.*31. *l.*AA.2. *volum.*5.*d.*35.*l.*Z.3.*volum.6.diſp.*16. *l* Dddd.2.

Prodigus teſtari nequit, eique pupillaris ſubſtitui poteſt *vol.*3.*d.*10.*l.*A.2.

Prodigus nullam voluntatem habet, & furioſo comparatur *vol.*3.*d.*10. *l.*A.2. *d.*12.*l.*K.2. *vol.*4. *d.*24. *l.*E.1. *volum.6. d.*4. *l.*Ll.1.

Prodigus authore curatore poteſt adire hereditatem *vol.6.d.*4. *l.*Ll.1.

Prodigus hereditati paternæ renunciare non poteſt, etſi necdum curatorem à magiſtratu acceperit, & juramentum interpoſuerit *vol.5.d.*33.*l.*T.1.

Prodigus contractum à ſe geſtum, nec per juramentum confirmat, quia comparatur furioſo *vol.5. d.*33.*l.*T.2.

Proditionis crimen eſt atrox, famoſum; & deteſtandum *vol.5.d.*42.*l.*PPP.1.

Proditores graviſſimis pœnis à magiſtratu perſequendi ſunt *vol.*2.*d.*7.*l.*dDd.3. *vol.*5. *d.*19. *l.*bbbbb.3.

Proditores Reip. pro hoſtibus habentur, & graviſſimè puniuntur *volum.*4.*d.*6. *l.*cc.4.*d.*9 *l* rr.1.

Proditor Principis, eſt Proditor D E I *volum.*4. *d.*6. *l.*cc.4.

Proditorem quilibet denuntiare tenetur. Nam omnium maximè proditor læſæ Majeſtatis tenetur *vol.*4. *d.*6. *l.*cc.4. *d* 9.*l.*rr.1.

de Prohibitorum genere quæ ſunt, &

Digitized by Google

conceſſit *volum.*1.*d.*2.*l.*g.1. *vol.*3. *d.*5.*l.*ii.1. *vol.*4. *d.*4.*l.*o.4.*d.*17.*l.*llll.2. *volum.*7. *d.*9. *l.*pp.2.

Privilegiorum itaque ſicut conceſſio, ſic & interpretatio ad Principem pertinet, ut & confirmatio *vol.*7.*d.*9.*l.*pp.2.

Privilegii jure jus commune ſemper fortius, & potentius eſt, hinc ſtatutum ſuperveniens, ſemper intelligitur ſine præjudicio alterius jam privilegiati, & privilegia faciliùs tolluntur, quam juris communis beneficia. Nam privilegium juri communi derogare non debet *vol.*1. *d.*12. *l.*zz.4. *vol.*2.*d.*6. *l.*tt.2. *vol.*3. *d.*1. *l.*c.3. *vol.*4. *d.*19.*l.*nnnn.4.

Privilegiatus contra Privilegiatum non utitur ſuo Privilegio, ſed jure communi *vol.*7.*d.*4.*l.*t.2.

Privilegium, vel beneficium à lege, vel conſuetudine conceſſum, à privato nequit auferri *vol.*1.*d.*12.*l.*A.1.

Privilegia de non appellando quibusdam Principibus conceſſa eouſque ſe extendunt, quo uſq; agentibus juſtitia non denegetur, quæ ſi denegetur, aut protrahatur, promotoriales ad excitandam ejus jurisdictionem: ſi neque his paritum ſit, abſque nova requiſitione, citationem partis ad cauſam in Camera agendam decerni ordinatio jubet. Quanquam hodie ne nimium litibus obruatur Camera, Mandatum pœnale loco promotorialium, & citationis ad procedendum, & pronuntiandum emanare ſolet *vol.*1.*d.*8. *l.*pp.1.3. *vol.*2. *d.*6.*l.*tt.4.

Privilegium conditionale, id eſt, de non appellando inter certam ſummam, quidam Principes, & urbes habent. Itaque hodie à nullo inferiorum judicum, niſi controverſia 300. florenos excedat, appellari poteſt *vol.*1. *d.*8. *l.*pp.4. vide in verbo Appellatio.

Privilegia in publica neceſſitate ſilent, & ſi Princeps illa tueri velit, ipſe onus privilegiatorum ſuſtinere debet *volum.*2. *d.*3. *l.*k.4.*d.*28.*l.*OO.1.

Privilegium privatum irrevocabiliter conceſſum in publica neceſſitate revocari poteſt *vol.*6.*d.*2.*l.*F.3.

Privilegium mutatur mutatione perſonæ, ut & qualitas, conditio, natura bonorum *vol.*2.*d.*3.*l.*n.4.

Privilegia, exemptionesque ſtatuum non ſunt locis, ac patrimonio affixa, ſed perſonis annexa, & innata. Sic ſunt perſonalia, & à perſonis inſeparabilia *vol.*2. *d.*3. *l.*n.4.

Privilegia indulta, ob ingratitudinem, delictum, rebellionem recidi, & reſcindi poſſunt: & aliàs etiam à Principe concedente revocari poſſunt, etſi hoc honeſtum non ſit *volum.*2. *d.*3. *l.*p.4. *d.*4. *l.*u.4. *d.*6.*l* uu.1. *d.*28.*l.*OO.2. *volum.*3.*diſp.*5.*l.*ff.1. & hh.4.

Privilegium perditur ſpatio 10. annorum, ſi aliquis tamdiu illo non utatur *vol.*6.*d.*8.*l.*Fff.3.

Privilegium ceſſat, quando lædere incipit *vol.*6.*d.*8. *l.*Ggg.4.

Privilegium amittitur contrario actu, aut ejus non uſu. Itaque qui ex privilegio immunis eſt, ſi inſcribi ſe æſtimo, aut cataſtro paſſus intra 10. dies (aliis anno) non provocet, ſibi præjudicat, quia tacitè renunciaſſe cogitatur, niſi fortè onus ſponte ſuſceperit, patriæ utilitatibus ceſſerit, aut gloriæ cupiditate paulisper jus publicum relaxârit: ſic Privilegium etiam amittitur

tiitur

Digitized by Google

titur abuſu *volum.*2.*d.*3.*l.*p.4.*d.*28.*l.*OO.2. *volum.*3.*d.*5.*l.*hh.3. *volum.*4.*d.*5.*l.*x.2.3.*d.*9. *l.*yy.3.

Privilegiorum per ſucceſſores Principes confirmatio non eſt de neceſſitate *vol.*2.*d.*6.*l.*mm.1.

Privilegia Anteceſſoris ſucceſſor Princeps revocare poteſt *vol.*2.*d.*6.*l.*uu.1.

Privilegia omnia, quæ Electorum privilegia, & libertates imminuere videbantur, Carolus IV. in Aurea Bulla in cap.13. revocavit *vol.*2.*d.*6.*l.*uu.1.

Privilegia certo alicui ordini, corpori, univerſitati tributa, è favore aliquo ejuſdem promanarunt, quemadmodum clericorum expreſſit favor Eccleſiæ: Peregrinantium, favor devotionis: Nobilium, favor generis, & generoſæ indolis; Doctorum, favor ſcientiæ, & dignitatis: Scholarium favor ſtudiorum in publicum proficuorum, ſcientiæ, legum præſertim divinarum, ac ſacrarum *volum.*2. *d.*7.*l.*LL.1.

Privilegium etiam re integra non expirat morte concedentis *volum* 5.*diſp.*49. *l.*GGGG.2.

Privilegium immunitatis ſimpliciter conceſſæ, comprehendit etiam bona futura *vol.* 5.*d.*49.*l.*GGGG.2.

Privilegium exemptionis, ſolutionis, pedagii, comprehendit etiam terras poſtea conſtructas *vol.*5.*d.*49.*l.*GGGG.2.

Privilegii cauſa ceſſante, ceſſat & ipſum privilegium. Itaque perſonæ privilegiatæ ſi ſe vitiis dedant, ac indignè gerant, privilegia amittunt, quæ ob virtutem ſolummodò ipſis conceſſa ſunt: & privilegii cauſam qui negant, privilegium perdunt *vol.*2.*d.*18.*l.*R.3.*d.*28.*l.*OO.2.*vol.*3 *d.*5.*l.*ff.1.

Privilegia conſervantur, quando in deſuetudinem deproperans, in uſum revocatur, aut ſi inſtrumentum vetuſtate, vel aliquo alio vitio ſit corruptum, vel etiam deperditum. Licet enim privilegia per viam contractus plerumque conceſſa, non poſſint à ſucceſſoribus revocari, proindeque magis de honeſtate, quàm neceſſitate confirmentur, tamen abundans cautela minùs nocet *vol.*2. *d.*13.*l.*e.3. *d.*28.*l.*OO.2.

Privilegium eſt jus ſingulare, ſpecialis largitas, prærogativa, conſtitutio perſonalis, propria lex, lex privata: & eſt jus conceſſum alicui ſingulariter cõtra communes juris normas *vol.*2 *d.*28.*l.*NN.1.

Privilegia variè dividuntur: quædam enim ultrò, quæ ad petitionem conceduntur: quædam ſunt realia, certæ alicui cauſæ conceſſa, quædam perſonalia, quæ conceduntur perſonis: quædam generalia generi alicui rerum, vel perſonarum communia: quædã ſpecialia, propria ſingulorum: quædam ſunt in favorem concepta: quædam in odium: quædam reſtringuntur ad perſonam concedentis, qua moriente extinguuntur, quædam imperſonalia, quæ durant, niſi à ſucceſſore revocentur expreſsè *vol.*2.*d.*28.*l.*NN.1.

Privilegium nemo ſibi propria authoritate arrogare poteſt: ergò ſolus Princeps concedit ſuperiorem non agnoſcens. Olim id non niſi comitiis centuriatis fiebat *vol.*3.*d.*5.*l.*dd.1 gg.3.*vol.*7.*d.*9.*l.*pp.2. Principes quoque illi, quibus ſummus dedit regalem dignitatem, ac poteſtatem exercendi jura Principis, ea concedere poſſunt quoad ſubditos ſuos in ſuo territorio *vol.*7.*d.*9.*l.*pp.2.

Digitized by Google

Privilegia poſſunt etiam dare illi; quibus vel de ſuis indulſit Princeps, vel de novo conceſſit; uti Synodus, Epiſcopus, Senatus, Principes, & ſtatus Imperii ſubditis. Legati etiam Pontificis, Vice-Reges, Poteſtates, & Rectores Provinciarum *vol.2.d.*28.*l.*NN.1.

Privilegia etiam tacitè, id eſt, per præſcriptionem acquiri poſſunt. Nam ea ſic tacitè Princeps indulgere cenſetur *vol.2. d.*28.*l.*NN.1.

Privilegii tenor ſervandus eſt ad unguem, nec enim extendi poteſt, nec à verbis recedi, niſi fortè per eos, qui jus habent concedendi: Pleniſſima tamen adhibenda eſt interpretatio, ita, ut verba intelligantur aliquid operari, & cauſa impulſiva reſtringit, & declarat privilegium, quæ cauſa colligitur ex præfatione *vol.2. d* 28.*l.*NN.4.

Privilegium ſemper intelligitur de eo, de quo tempore conceſſionis cogitatum fuit *vol.7.d.*1.*l.*c.1.

Privilegium reale intelligitur, ſi deſcendit ex contractu, ſin ex gratia, perſonale erit *vol.2.d.*28.*l.*NN.4. illud ob bene merita, & per modum conventionis conceditur, nec revocari ſine juſta aliqua cauſa poteſt, cum ejusmodi in contractum transeat, qui habet præſtationis neceſſitatem etiam in perſona ſummi Principis *vol.7.d* 9.*l.*pp.2.

Privilegii pars ambigua intelligitur ſecundùm verba clarè poſita. Finis autem privilegiorum eſt, conſulere infirmitatibus: præſtantias præmiis afficere, & remunerari. Effectus privilegiorum eſt, quod tantum operantur, quantum conſuetudo, & præſcriptio, imò per ea præſcriptio poteſt tolli, vel illi derogari, dummodò inibi ſit clauſula: non obſtante tali jure *vol.2.d.*28*.l.*OO.1.*volum.7.d.*1. *l.*c.4.

Privilegia tamen concedi ſolent ſæpe ſine omni cauſa, vel præcedenti merito, ex ſola gratia Principis, quæ perſonalia ſunt, nec ad heredes tranſeunt, & revocari poſſunt, quandocunque Principi ita viſum fuerit *vol.7.d.9 l.*pp.2.

Privilegia realia perpetua ſunt, & ad heredes transmittuntur: unde privilegia corporibus, & civitatibus generaliter data, ad poſteros transmittuntur: iisque omnes cives gaudent *vol.2. d.*28. *l.*OO.1. *volum.3. d.5.l.*hh.2.

Privilegia perſonalia ſunt temporalia, nec ad heredes tranſeunt, tunc autem ad heredes tranſeunt, ſi ſpecialiter indulgeatur. Itaque perſonam non egrediuntur: in dubio verò Privilegia omnia perſonalia cenſentur *volum.2. d.*28.*l.*OO.1. *vol.3.d.5.l.*ff.*2.d.6.l.*ss.3. hujusmodi perſonalia de perſona ad perſonam non protrahuntur *vol.7.d.*1.*l.*d.1.*d.*4.*l.*o.3.*p.3.* debent manere intra terminos, nec ulterius extendi, neque de cauſa ad cauſam, nec de perſona, ad perſonam etiam ex identitatis ratione admitti *ibid.l.*t.3.

Privilegium Principis ad ſucceſſorem transmittitur, non verò privilegium Auguſtæ *vol.2.d.*28.*l.*OO.1.

Privilegium dotis tranſit ad ſuum heredem *vol.2.d.*28.*l.*OO.1.

Privilegium ſi conceſſum ſit tibi, & tuis poſteris, heredibus ex maſculino ſexu deſcendentibus ſolùm conceſſum intelligitur, Privilegium verò, datum ſibi, & tuis heredibus, tranſit ad omnes heredes: datum

Digitized by Google

tum autem tibi, & tuo heredi ad primogenitum ſolùm pertinet *volum.2.diſp.*28. *l.*OO.1.

Privilegio eodem debet frui, qui eandem perſonam repræſentat, non extenditur verò ad alium, cum datum eſt uni, etiam ob puritatem rationis; ſic privilegium loquens de filio, non extenditur ad nepotem, nec deſcendentibus datum ad aſcendentes, ut nec privilegium immunitatis extenditur ad onera patrimonialia, & heres proprio privilegio non excuſatur, quin conveniatur, ubi defunctus debuit conveniri *vol.2.d.*28.*l.*OO.1.

Privilegium Univerſitati datum, ſingulis non debetur, & corporatum non prodeſt iis, qui ſunt ultra numerum. Sic hæretici ab orthodoxorum privilegiis excluduntur, & impetratum poſt rem judicatam, contra rem judicatam non valet, & præventus ante acceptum privilegium illo non juvatur *vol.2.d.*28.*l.*OO.1.

Privilegium extenditur ſpecialiter vel à Principe, vel à lege. Sic privilegium Principis extenditur ad Auguſtam, patris ad liberos, & uxorem, ſic prodeſt filio, ſi pater in tribus fuerit muneribus tutelarum, aut curatoriarum: & conceſſum privilegium uni extenditur ad familiares, ſine quibus eſſe non poteſt, ſic ab uno ſociorum impetratum commodat etiam alteri, & uni datum ratione muneris, eo diviſo duos complectitur *volum.2. d.*28. *l.*OO.1.

Privilegium de non-ſolvendo vectigali in tota terra ſua extenditur ad terras, & ditiones pòſt quæſitas *volum.2.diſp.*28. *l.*OO.1.*vol.3.d.*5.*l.*hh.2.

Privilegiatus non utitur privilegio ſuo adverſus privilegiatum, ſic privilegium collegii, collegiato non datur adverſus collegiatum, & inter privilegiatos duos melioris eſt conditionis, qui privilegio eſt fortior *vol.2.d.*28.*l.*OO.1.

Privilegiati pariter ſequuntur jus commune; Unde in dubio pariter privilegiatorum potior eſt conditio poſſidentis: ſic nec uti privilegio contra eum quis poteſt, propter quem quis privilegium habet, uti vero poteſt contra tertium, invito eo, ex cujus perſona quis privilegium habet *vol.2.d* 28.*l.*OO.1.2.

Privilegia, quæ data ſunt ab Anteceſſoribus, non poſſunt à ſucceſſoribus deſtrui, niſi fortè ubi major eſt authoritas: nec per conceſſionem novi, revocatum intelligitur antiquum, ſic nec privilegium mihi datum tollit illud alterius, nec ſpeciale tollit generale, nec ex perſona defenſoris rei, mutatur privilegium, quod habeo contra reum: maximè tunc privilegia non poſſunt revocari, ſi titulo oneroſo ſint conceſſa, nec etiam ex cauſa læſionis *vol.2.d.*28.*l.*OO.2. *vol.4.d.*5.*l.*x.2.3.

Privilegio contraria eſt iniquitas: Uſurpatio: contrarium item eſt Mendacium, Delictum, Abuſus *volum.2.diſp* 28. *l.*OO.2. *volum* 3.*d.*5.*l.*hh.3. *volum.*4.*d.*17. *l.*ffff.3.

Privilegium tollitur per non uſum: ſic Vagabundi privilegium amittunt, & ſententia tenet contra privilegiatum non appellantem: tollitur etiam per contrarium actum, tamen privilegium populo conceſſum non amittitur contraventione paucorum: tollitur item per renunciationem: item ceſſante cauſa, ob quam datum eſt privilegium, ceſſat etiam privilegium,

gium, dignitatis tamen officio functo, non ceſſat privilegium dignitatis; tollitur item morte privilegiati, interdum etiam morte concedentis, ſi fuit ad ejus beneplacitum conceſſum *vol.2 d.28.l.*OO.2. *volum.3.d.5.l.*hh.3.*vol.4.d.5.l.*x.2.*vol.5 d.*17. *l.*iiii.4.

ut ſub Privilegii alicujus prætextu flagitiorum creſcat authoritas, vel publica vacillet utilitas, nunquam eſt permittendum *volum.7.d.1.l.*c.1.

Privilegium reale extinguitur re extincta: Unde urbe destructa, privilegium moritur. Si verò ſpes eſt reparationis, ſuspenditur ſolùm *vol.2.d.28.l.*OO.2.

Privilegium item tollitur per revocationem, ſed revocatio generalis, non revocat privilegium ſpecialiter datum *vol.2. d.28.l.*OO.2.

Privilegii renovatio nõn confert jus de novo, ſed confirmat vetus *vol.2.d.*28. *l.*OO.2.

Privilegia quando incipiunt eſſe damnoſa, revocationem admittunt *vol.3. d.5 l.*bb.1.*vol.4.d.*17.*l.*ffff.3.

Privilegiorum conceſſio eſt ſupremæ majeſtatis actus, quem contradicendo nemo impedire poteſt. Item eſt donum, ſeu liberalitas ſuperioris, cui frænum injici non debet: quamobrem in hac conceſſione partis adverſæ citatio minimè neceſſaria videtur. Sed tamen hic diſtinguo: Nam privilegia ſunt, quæ principem abſoluta poteſtate concedere velle apparet, & ſic citatio non eſt neceſſaria, & privilegia ſunt, quæ cum cauſæ cognitione tribuuntur, & ſic citatio partis neceſſaria videtur, quod maximè valet in privilegiis tertium gravantibus *vol.3.d.5.l.*dd.1.

Privilegium tertii præjudicium tangens, quantumvis ſpecie pietatis conceſſum, ſtrictè eſt interpretandum, adeò ut non cenſeatur ſublatum prius, niſi in poſteriori ejus mentio fiat *vol.3.d.5.l.*ff.3.

Privilegium conceſſum ſuper eo, quod aliàs competebat, valet etiam in præjudicium alterius, nec poteſt conqueri is, qui ſenſit damnum *vol.3. d 5.l.*ff.3.

Privilegii jus ad rem conceſſum privilegii, juri in re conceſſo, etiam priori etſi non faciens ejus mentionem, derogare poteſt *volum.3.d.5.l.*ff.3.

Privilegium non debet eſſe conceptum in aliorum odium, & præjudicium, ſecus ſi fiat ab eo appellatur, & exceptione doli ſuccurritur *vol.3.d.5.l.*gg.3.*volum.5. d.19.l.*aaaaa.1.*d 21.l.*fffff.1.

Privilegia immunitatis in favorem immunium latè interpretanda ſunt, unde pro ſe heredibus, & deſcendentibus data immunitas non ſolum ad primum, ſed ad ſequentem gradum heredum, tàm maſculos, quàm fœminas porrigitur *vol.3. d.5.l.*hh.2.

Privilegium generale ad publicam neceſſitatem non extenditur, niſi illud ex contractu oneroſo adquiſitum ſit, & verba ampliſſima, vel negativa complectatur *vol.3.d.5.l.*hh.3.4.

Privilegium ob merita indultum, ne quidem ex cauſa ingratitudinis revocari poteſt: malè autem exinde vulgus interpretum colligit, hæc privilegia ad deſcendentes in perpetuum prorogari. Contraventum verò eſſe privilegio, & aliquem immunitate cecidiſſe, principi, qui eam conceſſit, non aliis competit opponere *vol.3. d.5.l.*ii.1.ubi pulchrè.

Pri-

Digitized by Google

Privilegium conceſſum mutato loco itidem mutatur *vol.3.d.5.l.*nn.2.

Privilegium Principis latiſſimam recipit interpretationem,ut privilegiatus pro utilitate ſua privilegio,eo loci,quo velit, uti poſſit *vol.3.d.5.l.*nn.2.

Privilegio,ſi quis longo tempore certo modo uſus ſit, ligat privilegiatum, ut in poſterum non poſſit aliter uti: nec valet hic regula, quod utens jurisdictione in parte, conſervet eam in totum, quia illa in individuis procedit *vol.3.d.5.l.*nn.3.

Privilegia non proſunt,niſi allegentur *vol.3.d.5.l.*qq.1.

in Privilegiatorum concurſu privilegium allegari non poteſt *vol.3.d.5.l.*rr.2.

in Privilegiatorum concurſu,vel quoad privilegia Eccleſia, Fiſcus,& pupillus æquiparantur *vol.7.d.1.l.*c.1.

Privilegiatæ perſonæ lege generaliter loquente comprehendi etiam ſolent,quæ ea ipſa in re,de qua lex loquitur,peculiare privilegium non habent *volum.3.d.16.l.*T.4.

de Privilegio judicat,qui conceſſit *volum.4.d.5.l.*u.4.

Privilegia in ſimplicis donationis terminis conſiſtentia, ſi per illa traditione vera,vel ficta dominium translatum ſit, irrevocabilia ſunt: ſecus ſi necdum dominium translatum ſit *vol.4.d.5.l.*x.3.

Privilegium conceſſum ad beneplacitum,id eſt,donec voluero,& quidem his verbis, morte concedentis extinguitur *vol.4.d.5.l* x.3.

Privilegium conceſſum ad beneplacitum,id eſt,donec revocavero,ſtat,donec revocetur,etiam poſt mortem *vol.4.d.5.l.*x.3.

in Privilegiis regulariter tempus dati inſpicitur,præſertim in reſcriptis ad gratiam emanatis *vol.7.d.1.l.*c.3.

Privilegium Univerſitati conceſſum non tollitur, niſi præſcriptione longiſſimi temporis *vol.4.d.5.l.*x.3.

in Privilegiorum cauſa Cæſar judicat *vol.4.d.5.l.*z.3.

in Privilegii à ſe conceſſi cauſa propria ſolus Cæſar judicat,melius tamen facit,ſi tertium deleget *volum.4.d.5.l.*z.3.

Privilegio omninò nullo, quodcunq; illud ſit,ſubjectionis jus adimi,minui,aut limitari poteſt: Itaque ſubditus qui eſt, ſemper ſubditus erit, nec ullo privilegio ſe à ſubjectione eximere poterit *volum.4.d.17.l.*gggg.4. vide in verbo Majeſtas.

Privilegia neceſſitate extrema urgente ſilent, & franguntur *volum.5.diſp.19.l.*aaaaa.1.

Privilegia ſine præjudicio,& diminutione juris tertii intelligenda ſunt *volum.5.d.39.l.*KK.3.

Probatoria dilatio de jure civili non facilè amplius quàm ſemel conceditur: ſed jure canonico ſecundò, tertiò, & interdum quartò: ratione enim perſonæ, cauſæ, itineris &c. ampliatur, & reſtringitur *vol.7.d 6.l.*bb.3.

Probatio eſt lumen veritatis; & regulariter actori incumbit,& niſi probet,abſolvitur reus *vol.3.d.15.l.*S.1. *volum.1.d.15.l.*K.3.4. *vol.6.d.6.l.*Qq 1.

Probatio, dicitur à verbo Probo, eſt rei dubiæ per argumenta facta judicii oſtenſio: rejiciuntur igitur argumenta elumbia, mutila &c. præſertim ſi debitis careant adminiculis:& dividitur in artificialem,& inartificialem: iterum in perfectam,

Digitized by Google

ctam, ſeu ſemiplenam: hujus ſpecies variæ conſtituuntur: potiſſimum tamen locum ſortiuntur inſtrumenta, & teſtes, & ocularis inſpectio Judicis *vol.3.d.15.l.*S.1. *volum.4. d.*33. *l.*FF.2. *vol.6.d.19.l.*Ssss.4. Tttt.1.2.3. ubi pulchrè.

Probationum materia eſt operoſa, fructuoſa, diffuſa, latiſſima, quæ ulla certa regula comprehendi non poteſt & quotidiano uſu neceſſaria *vol.6.d.19.l.*Ssss.4.

Probatio cœcis in foro verſantibus lumen reſtituit, judici viam facilem, lenem, & apertam ad judicandum præmunit, oppreſſis fert opem &c. *volum.6.diſp.19. l.*Ssss.4. eſt finis omnium cauſarum *ibid. l.*Vuuu.2.

Probari quæ nequeunt, pro non geſtis, & non exiſtentibus ſunt habenda *vol. 6.d.*19 *l.*Ssss.4.

Probatio debet fieri citata adverſa parte, ac in termino juſto, & ſubſtantiali (qui plerunque eſt ſex ſeptimanarum.) Illaque inſtituitur regulariter poſt judicium acceptum, ſeu litem conteſtatam, niſi fortè inciderint exceptiones temporales, & dilatoriæ, ipſive cauſæ in judicium deducendæ oppoſitæ *volum.6.d.*19. *l.*Vuuu.2.

intra Probatorium terminum, qui nunc ferè arbitrarius eſt, & ubique prorogari poteſt, offerat actor articulos probatorios, cum iiſdem requiſitis, quæ in poſitionibus neceſſaria eſſe diximus, addat, ſi opus eſt, directorium, denominet teſtes, petat, ut prævio teſtimonii juramento, vel ipſe judex eorum examen inſtituat, vel ut Commiſſariis commendet, denique producat, ſi quæ habet, publica, vel privata inſtrumenta in ipſa forma authenticâ. Reusècontrà ſua exhibeat interrogatoria generalia, ac ſpecialia, quorum illa de teſtium perſonis: hæc de perhibiti teſtimonii meritis, rationibus, ac circumſtantiis inquirunt, inſtrumenta prolata agnoſcat, aut diffiteatur: Articulos denique, ſi opus eſt, reprobatorios producat. Judex, ſeu Commiſſarius commonſtrato ſuæ commiſſionis mandato, articulos recipiat, parti adverſæ copiam eorum faciat, teſtes citet, qui ſunt ſub ſua juriſdictione, alios mutuo, ut loquuntur, compaſſu evocet, aut ibi examinari roget, reluctantes cogat, litigantibus terminum denunciet ad videndum teſtes produci, & jurare, tùm verò illos, atque amanuenſes, niſi aliàs perſonæ publicæ ſint, & antea jurârint, juramento obſtringat, illi ut veritatem dicant: hi ut omnia fideliter conſcribant, utrique, ut ea, quæ deponuntur, ſilentio cuſtodiant, à perjurio eos dehortetur, ad ipſum denique examen, partibus remotis, progrediatur *vol.3.d.15.l.*S.1. *vol.6. d.19.l.*Vuuu.2.

Probationibus ritè factis, pronuntiandum pro allegante, & victus pœna mulctandus eſt *vol.6.d.19.l.*Vuuu.2.

Probatio circa omnem materiam controverſam, & dubiam occupari poteſt, ut eluceſcat, ſive ſit juris, ſive facti, ſive civilis, ſive criminalis, modò ad caput cauſæ, ejusque deciſionem ſpectet *vol.6. d.19. l.*Tttt.4.

Probatio contra rem judicatam, & transactionem non admittitur *vol.6.d.19. l.*Tttt.4.

Probationes in Criminalibus maximè adhibendæ ſunt: nam ſine manifeſtiſſimis probationibus, humanus ſanguis fundi

ſundi non debet *volum.6.d.19.l.*Vuuu.1.

Probatio probatæ, aut manifeſtæ rei, fruſtra fit *vol.4.d.9.l.*tt.3.*d.*10.*l.*eee.1.*vol.6.d.*19.*l.*Tttt.1.

Probatio regulariter eſt affirmantis *vol.3.d.*15.*l.*S.1.*vol.4.d.*27.*l.*P.1.*vol.6.d* 19.*l.*Tttt.1.3.

Probare intentionem ſuam quilibet debet, ſive id fiat agendo, ſive excipiendo, ſive affirmando, ſive negando, modò à negante negatum in judicio proponatur *volum.*4.*d.*27.*l.*P.1. vide ſuperius & in verbo Actor *vol.6.d.*19.*l.*Tttt.3.4.

Probationibus inſtructus ad judicium quis accedere debet *vol.4.d.*33.*l.*FF.1.

Probatio interdum affirmanti, interdum neganti ſervitutem incumbit, nonnunquam actori, nonnunquam reo diverſis tamen reſpectibus *volum.*5.*diſp.*46.*l.*ZZZ.4. *vol.6.d.*3 *l.*Z.2.*d.*19.*l.*Tttt.3.4. ubi pulchrè.

ſecundum Probationes meliores, & probabiliores judex judicare tenetur, has verò ibi vide *vol.5.d.*46.*l.*ZZZ.4.

Probatio ſemiplena eſt argumentum aliqualiter cauſam approbans, ſufficientem tamen fidem ad litem decidendam judici non faciens: cujus ſpecies ſunt confeſſio extrajudicialis, teſtis unius teſtimonium, inſtrumentum privatum, comparatio literarum, præſumptio levis, fuga, fama, juramentum neceſſarium: quæ omnia ibi vide *vol.4.d.*33.*l.*GG.4.HH.1.2.3.4.*vol.6.d.*19.*l.*Tttt.2.3.

Probamus per ſcripturam noſtram, quando ipſi aliquid in ſcripturam redigere ſolemus, quæ communiter inſtrumentum privatum appellatur, quod tamen tum pro ſcribente ſemiplenam probationem efficit, quando ſcribens eſt homo legalis **ein auffrechter/vnd frommer Mann/** & non tantùm ipſe contenta ſcripturæ ſcripſit, ſed etiam obligationis cauſam expreſſit *vol.4.d.*33.*l.*HH.1.*volum.6.d.*19.*l.*Tttt.3.

Probant contra ſcribentem chirographum, Apocha, antapocha, ſi modo cauſam etiam obligationis: nimirum mutui, emptionis, aut venditionis contineant *vol.4.d.*33.*l.*HH.1.

Probationem faciunt **die Rechnungsbücher/ vnd Regiſter** omnium eorum, qui adminiſtrationi alicujus rei præſunt: qui libri rationum vocantur: ſicut & illis creditur, quibus pater, & majores, liberorum natales, originem, & familiæ ſucceſſionem annotaverunt *vol.4.d.*33.*l.*HH.1. *vol.6.d.*8.*l.*Ccc.4.

Probationem faciunt mercatorum codices, & in ipſorum foro tàm pro, quàm contra ſcribentem plenè probant *vol.4.d.*33.*l.*HH.2. *vol.6.d.*19.*l.*Tttt.3.

Probationem facit ſcriptura mortui hominis, qui ſit legalis, & bonæ famæ. Ut etiam ſcriptura antiqua, lapidibus etiam & columnis inciſa: item epiſtola, quâ quis debitum aliquod fatetur: item bacilli illi, qui vulgo vocantur **Kerphölßer** *vol.4.d.*33.*l* HH.2.*vol.6.d.*19.*l.*Tttt.2.

Probationem facit literarum comparatio à literatis hominibus confecta, quando Notarius, vel teſtes mortui ſunt *vol.4.d.*33.*l.*HH 2.

Probationes ſemiplenæ, diverſæ licet, ſi eundem finem reſpiciant, ſæpius conjungi poſſunt, & ſic cauſa decidi, nec ad juramentum poterit perveniri, ſed hoc obtinet, in foro ſolum civili, non in criminali

Digitized by Google

minali *volum*.4 *diſp* 33 *l*.HH.4.*vol.6.d.*19. *l*.Vuuu 1.

Probationes in cauſa civili non debent eſſe adeò claræ, ut in criminali, in illa igitur præſumptionibus aliquando agi poteſt, maximè ſi plures concurrant *vol.6. d*.19.*l*.Vuuu.1.

Probatio videtur eſſe neceſſaria in judicio, & ſic omnis ſententia condemnatoria ſine aliqua probatione lata videtur eſſe nulla *vol.5. d.36.l*.EE.1.2.

Probatio autem illa per ferrum candens, per oleum, & aquam frigidam, quæ apud priſcos Germanos frequens erat, omninò improbanda eſt *volum*.7. *diſp*.10. *l*.uu.4.

Probationes fiunt per actus poſſeſſorios, per teſtes vivos, inveſtiturarum literas, inſtrumenta, & alios modos *vol.5.d.46. l*.ZZZ.3.4.*vol.6.d.3.l*.Z 2.

Probatio ſi fiat ab una parte per teſtes, ab altera per inſtrumenta, tunc probatio æqualis videbitur *vol.5.d.46.l*.ZZZ.4.

in Probatione teſtes prævalent inſtrumento *vol*.1.*d*.12.*l*.E.2.

in Probationis negotio ſtatur plerumque in facto antiquo litteris, aut inſtrumentis *vol.6.d* 3.*l*.Z 2.

Probari poteſt jus patronatus, publico dotationis, vel fundationis inſtrumento *vol.6.d*.3.*l*.Z.2.

Probatur ex præſentationibus juris patronatus quaſi poſſeſſio *vol.6.d*.3 *l* Z.2.

in Probationis negotio obſervantia pro lege habetur, quâ ut alia jura, ita jus patronatus probatur *vol.6.d.3.l*.Z.2.

Probationes ſi ab utraque parte de re quadam ita ſint illatæ æquales, ut judex meliores diſcernere non poſſit, tunc judex aut ipſos ad arbitros remittet, aut rem inter ipſos divides *vol.5.d.46.l*.AAAA.1. *vol.6.d.19.l*.Vuuu.2. aut ſecundum reum pronuntiabit *ibid*.

quod Probatum ante ab aliquo eſt, id dein reprobare non poteſt *volum.5.d.49. l*.FFFF.1.

Probanda non ſolùm eſt res ipſa, ſed etiam qualitas rei adhærens *volum.6.d.3. l*.Z.2.

Probationis utilis modus videtur famâ: quæ in antiquis ad demonſtrandam jurisdictionis, imò ſuperioritatis quaſi poſſeſſionem non parum proficit: & ipſum patronatus jus probat *volum.6.d.3. l*.Z.2. vide Fama.

Probare etiam poſſunt inſignia, ſi cum aliis concurrant *vol.6.d.3.l*.Z.2.*vol*.4.*d* 9. *l*.uu.1.

Probationem facit Nominatio. Itaque Princeps, qui locum aliquem civitatem nominabit, civitas erit: ſic pater, ſi aliquem naturalem nominet filium, erit legitimus: ſed hæc non ſemper ſunt vera, præſertim ſi in præjudicium Tertii tendant: cum Nominatio veritatem rei non immutet *vol.6.d.3.l*.Z.2.3.

Probatio ex honoris verbis, quæ erga alios blandiendi animo creduntur prolata, non conficitur *volum*.4. *diſp.6. l*.nn.1. tt.3.4.

Probitas eſt in omni actione, ac moribus rea v ia, ac nor ma honeſta *vol*.4 *d*.2. *l*.f.1.

Proceres Palatii Regii, aut Principis alicujus mercaturam exercere prohibentur *vol.1.d.15.l*.I.3.

Proceribus alicujus Regni, vel aliis inferioribus Baronibus abſque Principis licentia

Digitized by Google

centia conventum, aut congregationem celebrare non licet *volum.2. diſp.6. l.tt.1. uu.1.2.*

Proceſſibus in Camera petitis, & obtentis, actori ſimul in citatione emiſſa terminus præfigitur, in quo ipſe, vel potius ipſius procurator legitimè comparens, proceſſus impetratos, cum executione nuntii retroſcripta, vel inſtrumento authentico per notarium, matriculæ Camerali inſcriptum, confecto, reproducit, libellum ſimul exhibens *vol.5.d.3.l.r.2.3.*

Proceſſus exequitur vel nuncius Cameræ juratus, vel notarius matriculæ Camerali inſcriptus: ſin alius quiſpiam proceſſus exequatur, nulli erunt *volum.5. d.2. l.r.3.*

Proceſſus ab executione, non eſt incipiendus. vide in verbo Executio.

de Proceſſibus vide *vol.7.d.21.l.* Vuuu. 4. per tot.

Procurator eſt, qui aliena negotia mandatu Domini adminiſtrat *volum.6. d.16. l.*Dddd.3.

Procurator non ſuo, ſed alieno nomine appellare ſolet: & qui conſtitutus eſt ad omnes cauſas cum clauſula (cum Libera) tàm appellationem proſequi, quàm appellare indubiè poteſt: ut autem appellet, gnarus eſſe debet de injuria judicis, aut minimum dubitet. Ad proſequendam autem appellationem non cogitur, niſi ab interlocutoria, aut ſi ipſius culpa adverſa ſententia contigerit, aut mandatum etiam habeat ad proſequendum, ubi quoties appellat, toties appellationem exercet. Appellans tamen Procurator, ſi velit, proſequi poteſt, Appellatus ne quidem ſi velit, niſi perſona ſit conjuncta: nec intereſt procurator metipſe appellet, vel proſequatur, in definitiva ſcilicet, non interlocutoria. Vide *ibid.* quomodo Dominus contra Procuratorem, ſi is errorem committat, admittatur, & quæ juris remedia contra ipſum habet *vol.1.d.8. l* kk.1.2.ll.1.2.mm.4.nn.1. *volum.5.diſp.18. l.*qqqq.4 rrrr.1. *d.*40 *l.*NN.3. *volum.7.d.5. l.*X.2.Z.3. & difficulter dominus poſt decendium auditur, ſi procurator ſuus intra illud non appellet *ibid.l.*Z.3.

Procurator nec in arbitrium, nec in arbitratorem compromittere poteſt *vol. 1.d.7.l.*gg.1.

Procurator per litis conteſtationem litis Dominus factus, & per eam quoque inſtantiæ obligatus, ut ante ſententiam litem deſertum pati haud poſſit *vol.7.d.6. l.*dd.3.

Procurator quatenus in criminalibus intervenire poſſit, magna eſt Dd. concertatio *vol.5.d.*18. *l.*rrrr.2. nulli ipſum omninò non admittunt *volum.6. d.*4. *l.*Nn.3. in Coroll.

Procurator nemo invitus conſtitui poteſt exceptis procuratore Fiſci: procuratoribus Cameræ Imperialis quoad cauſas, non quoad officium: Palatii; Reip. &c. qui omnes etiam inviti procuratorium ſuſcipere debent *vol.6.d.2.l* G.4.

Procuratoris contumacia generaliter principali nocet, Dominus tamen adverſus eum mandati actionem, in caſu autem, quo procurator ſolvendo non eſt principali, per beneficium reſtitutionis in integrum *vol.1 d.8. l.*mm.4. *vol.5. d.18. l.*ssss.1. *vol.3 d.5.l.*qq.2.

Procuratoris confeſſio Domino ob-

 eſt,

eſt, ſed hoc ſub diſtinctione *volum.* 1. *d.* 20. *l.* S. 2. *vol.* 4. *d.* 33 *l.* FF. 2.

Procuratores quidam cum libera adminiſtrandi poteſtate conſtituti ſunt, cujus vigore bona iſta, quorum adminiſtrationem habent, permutare, itemque alienare poſſunt: omniaque facere, quæ ipſi Domino cum rebus ſuis facere permittitur *vol.* 5. *d.* 42. *l.* DDD 3.

Procurator cum libera non indiget Mandato ſpeciali *vol.* 6. *d.* 17. *l.* Gggg. 4.

Procuratorem extraneum invitis collegis ad eligendum nemo conſtituere poteſt, & hoc procedit in omnibus actibus univerſitatis *vol.* 2. *d.* 6. *l.* kk. 3.

Procuratorem in electionibus non aliter quis conſtituere poteſt, niſi juſto impedimento impeditus ipſe venire non poſſit *vol.* 2. *d.* 6. *l.* kk. 3.

Procuratori mandatum ad certam perſonam eligendam, dari poteſt *vol.* 2. *d.* 6. *l.* kk. 4.

Procurator fructus collectos reſtituere tenetur *vol.* 2. *d.* 6. *l.* pp. 2.

Procuratorum uſus neceſſarius eſt: Itaque poſſunt Domino emere, mutuum accipere, ac in ſumma Domino acquirere &c. *vol.* 6. *d.* 4. *l.* Mm. 4.

Procurator etiam cum libera alienare non poteſt *vol.* 2. *d.* 6. *l.* pp. 4.

Procurator non poſſidet niſi nomine procuratorio: acquirit nobis etiam ignorantibus, ſi mandatum generale ſit, non ſi ſpeciale, niſi in re illa ſpeciali *vol.* 2. *d.* 14. *l.* A. 3, G. 2. *vol.* 6. *d.* 4. *l.* Mm. 4.

per Procuratorem bonorum poſſeſſionem acquirere poſſumus *volum.* 6. *d.* 4. *l.* Ll. 1. Mm. 4.

Procurator in cauſa capitali publica, ut & in privata, quæ criminalis eſt, intervenire non poteſt *vol.* 2. *d.* 27. *l.* KK. 4.

quod de Procuratore judiciali dicitur, intelligitur etiam de extrajudiciali, id eſt, de quolibet rerum adminiſtratore *vol.* 3. *d.* 5. *l.* qq. 2.

Procuratoris officio mulier in judicio fungi non poteſt jure civili, ſecus videtur de jure Canonico, quanquam & hoc de ſolis Abbatiſſis, vel Veſtalibus intelligendum ſit *vol.* 7. *d.* 6. *l.* bb. 3.

Procuratorem non poteſt conſtituere Univerſitas, ſed Syndicum jure civili, ſecùs jure Canonico *vol.* 7. *d.* 6. *l.* bb. 3.

Procurator appellatur jure Canonico quilibet, alienæ rei adminiſtrator, ſi habeat poteſtatem agendi, & definiendi *vol.* 7. *d.* 6. *l.* bb. 3.

Procuratores omittendo id, ad quod mandatum eos obſtringebat, Domino nocent *vol.* 3. *d.* 5. *l.* qq. 2. non committendo, id eſt, agendo ultra id, ad quod mandatum eos aſtringebat *ibid. volum.* 5. *d.* 23. *l.* ppppp. 1. vide Mandatum.

inter Procuratorem omnium bonorum, & procuratorem cum libera magna eſt differentia *vol* 3. *d.* 13. *l.* M. 3.

Procuratores ſunt, qui alienam litem mandato Domini agendam ſuſcipiunt *vol.* 3. *d.* 15. *l.* Q. 3.

Procuratores, qui ab univerſitate conſtituuntur, Syndici ſunt *vol* 3. *d.* 15. *l.* Q. 3.

Procuratoris officium bonum, honeſtum, & [illegible]bile eſt *vol.* 4. *d.* 9. *l.* zz. 3.

Procurator tamen de jure civili etiam is eſſe poteſt, qui infamis eſt, ſecus de jure Canonico, quod pleraq; judicia ſequuntur *vol.* 7. *d.* 6. *l.* bb. 3.

Procurator legitimè in judicio comparet.

Digitized by Google

patet, ſi à principali mandatum habet, idque producit, vel de raro, & mandato cavet *vol.5.l.d.3.l* r.2.3.

Procuratori ea ſolùm, quæ negotium, & adminiſtrandi officium cõtinent, mandari poſſunt *vol.6.d.4.l.*Ll 1.

per Procuratorem agere valemus, quicquid ipſi agere valemus *vol.5.d.4.l.*z.4.

Procurator alieno nomine, ut procurator, hereditatem adire non poteſt *vol.6.d.4.l.*Ll.1. neque Cæſaris etiam, niſi ſit opulenta *ibid.*

Procurator conveniri poteſt ab eo, cum quo contraxit, cum is fidem ejus ſit ſecutus *vol.5.d.4.l.*aa.2.

Procuratoria mandata cùm ſint facti, non præſumuntur, ſed probari debent *vol.7.d.5. l.*x.2.

Procuratoria exceptio concernit perſonas in judicio intervenientes, & datur vel contemplatione procuratorem conſtituentis, vel procuratoris conſtituti, vel mandati, vel denique cauſę reſpectu: quia in cauſa capitali publica, & in privata, quę criminis eſt, procurator intervenire nequit *volum.2.d.27.l.*KK.4. vide ulterius in verbo Mandatum, & Subſtitutus, & Adminiſtrator.

Procuratoria exceptio in quocunque judicio locum habet *vol.6.d.11.l.*Sss.2.

Procuratoria Exceptio in foro Mercatorum locum non habet *volum.6.diſp.*11. *l.*Sss.2.

de Procuratoribus *vol.6.d.22. l.*Xxxx. per tot.

Prodigus ab obligatione, & contractu omninò tutus eſt, id eſt, nemini obligatur in cauſa civili *vol.3.d.9.l.*aaa.3.*d.*12. *l.*K.2.*vol.4.d.24.l* D.4.*d.*27.*l.*L.2. nec bona ſua in alium transferre poteſt *volum.6.d.*16.*l.*Dddd.2.

Prodigo interdictio bonorum non fit ipſo jure, ſed ad hoc, ut alicui bonis interdictum ſit, isque prodigus cenſeatur, decreto Magiſtratus opus eſt *volum.3.diſp.*9. *l.*aaa.3. *volum.4.d.*24.*l.*D.4.*d.*27.*l.*L.2.*d.*31. *l.*AA.2. *volum.5.d.*35.*l.*Z.3. *volum.6.diſp.*16. *l* Dddd.2.

Prodigus teſtari nequit, eique pupillaris ſubſtitui poteſt *vol.3.d.*10.*l.*A.2.

Prodigus nullam voluntatem habet, & furioſo comparatur *vol.3.d.*10. *l.*A.2. *d.*12.*l.*K.2. *vol.4. d.*24. *l.*E.1. *volum.6. d.4. l.*Ll.1.

Prodigus authore curatore poteſt adire hereditatem *vol.6.d.4. l.*Ll.1.

Prodigus hereditati paternæ renunciare non poteſt, etſi necdum curatorem à magiſtratu acceperit, & juramentum interpoſuerit *vol.5.d.33.l.*T.1.

Prodigus contractum à ſe geſtum, nec per juramentum confirmat, quia comparatur furioſo *vol.5. d.33.l.*T.2.

Proditionis crimen eſt atrox, famoſum; & deteſtandum *vol.5.d.42.l.*PPP.1.

Proditores graviſſimis pœnis à magiſtratu perſequendi ſunt *vol.2.d.7.l.*dDd.3. *vol.5. d.*19. *l.*bbbbb.3.

Proditores Reip. pro hoſtibus habentur, & graviſſimè puniuntur *volum.4.d.6. l.*cc.4.*d.9 l* rr.1.

Proditor Principis, eſt Proditor DEI *volum.4.d.6.l.*cc.4.

Proditorem quilibet denuntiare tenetur. Nam omnium maximè proditor læſæ Majeſtatis tenetur *vol.4. d.6. l.*cc.4. *d* 9.*l.*rr.1.

de Prohibitorum genere quæ ſunt, &

Digitized by Google

ſui naturâ talia, putà in delictis, & omnino iis, quæ contra bonos mores ſunt, injuſta cauſa non excuſat, ſed dolus præſumitur *vol.2.d.7.l.Ili.3.*

Prohibere aliquid ex officio cui incumbit, id ipſum facere non debet *vol.6.d.16.l.*Cccc.2.

Prohibitionis cauſa ceſſante, ceſſat prohibitio *vol 3.d.5.l.*ff.1.

Prohibendi facultatem qui habet, & de injuria, & ſcelere ſcit, nec tamen prohibet, ipſe etiam tenetur *volum.3 diſp.5. l.*oo.2.3.

in Prohibitoriis, quod expreſsè prohibitum non eſt, permiſſum cenſetur *vol.5. d.*18 *l.*uuuu.4. *vol.7.d.5.l.*y 1.

qui Prohibere non poteſt, etiamſi quid iniquum ſciat, culpa caret, & nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non poteſt: ſic à contrario ſenſu, qui prohibere poteſt, nec prohibet, culpæ, & criminis reus eſt, & conſequenter puniri debet *vol.2.d.24.l.*EE.1.

Promiſſio facta per Campſorem, ſeu Bancherium pro alieno debito, vim ſolutionis habet, & promiſſor obligatur, præſertim ſi promiſſionem creditor libris ſuis inſcripſerit *vol.1.d* 15. *l.*L.3.

Promiſſio ſimplex non correſpectiva, eſt ſimplex pactum, & ſic non poteſt producere aliquem effectum ex quatuor contractibus innominatis *volum.2. d.*12. *l.*A.1.

per Promiſſionem verbalem, & ſimplicem non renunciatur pacto priori, nec juri ullo *vol.1.d.*12 *l.*B.1.

ſecundum Promiſſorem in dubio fit interpretatio *vol.6.d.3.l.*Ee.5.

Promiſſio qualibet ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur, intelligi debet, ac juxta juris regulari formam *vol.6.d.3 l.*Hh.3.

Promittens aliquid facere, quod contrarium ejus non ſit facturus promittere cenſetur *vol.6.d.3.l.*Hh.3.

Promiſſio generalis ſe non extendit ad ea, quæ tempore contractus evidenter apparent, id eſt, quæ emptor, aut obligans ſe quaſi oculis cernere poteſt: igitur ad horum evictionem venditor non tenetur *vol.3.d.9.l.*eee.4.

in Promiſſione generali excipiuntur injuſta *vol.6.d.3.l.*Cc.4.

Promittens factum alienum obligatur, ac ſi ſpecificè promittat, ſe facturum, & curaturum, ut alius faciat, ad quod ſine juramento non tenebatur *vol.3. d.*11. *l.*i.1.

Promiſſum ſingulariter, promiſſo generali plus ſolet æſtimari *volum.6. diſp.*3. *l.*Aa.2.

Promitto verbum in publico inſtrumento poſitum, ad hoc ut ſolennitas præſumatur, & actio detur, ſtipulationem interveniſſe, importat, idque non propter ſcripturam, ſed partium conſenſum *vol.6. d.3.l.*Cc.2.

Promitto per fictionem tantum ſtipulationem inducit *vol.6.d.3.l.*Cc.2.

Promittens in ſtipulatione, efficaciter obligatur *vol.6.d.9.l.*Lll.2.3.

Promiſſor nullo tempore creditur velle adimplere *vol.6.d.12.l.*Sss.4 vide etiam de Promiſſionibus in ſtipulatione.

Propoſitum in mente retentum nihil operatur: Itaque poſſeſſionem quæſiturus actus ejus, actus ſuos palam facere, explicare ſe, imò teſtes, ſi poteſt, & tabellionem

lionem adhibere debet *volum.*3.*d*.3.*l*.s.3. *volum.*7.*d*.7.*l*.gg.2.

Propter quod unumquodque eſt tale, illud eſt magis tale *vol.*7.*d*.4.*l*.o.2.

Propolarum, & annonariorum ſubſtantia non eſt ſtabilis, nec his remanet, niſi peccatum *volum.*7.*d*.1.*l*.b.4.

Proprietas vide Dominium.

Prorogatio in cauſis appellationum non admittitur *vol.*7.*d*.5.*l*.y.4.

Prorogatio à ſubditis in alios fieri non poteſt, ubi ſuperioris intereſſe vertitur *vol.*7.*d*.5.*l*.y.4.

Proſcribuntur multi Principes, & urbes ob perfidiam, rebellionem, etiam ob religionem *vol.*2.*d*.3.*l*.k 1.p.4. vide Bannitus.

Proſcripti appellantur, qui criminis alicujus rei per ſententiam relegantur, & expreſsè bonorum ſuorum proſcriptione, id eſt, confiſcatione coërcentur. Ejusmodi ſunt, qui advocationis officium per ſurreptionem arripiunt: Judices, ſub quorum adminiſtratione aliquid hujusmodi attentatum fuit, quibus pœna exilii per per quenquennium, & proſcriptio dimidiæ partis bonorum irrogatur *vol.*7.*d*.9.*l*.qq.2.

Protectio vide in verbo Patrocinium.

Proteſtatio tollit animum ab actu *volum.*7.*d*.4.*l*.r.2.

Proteſtatio conſervat jus Proteſtantis, ſi quis dein implorat officium judicis *volum.*4.*d*.9.*l*.ss.2. *volum.*7.*d*.4.*l*.r.2.

Provincia unaquæq; in ſuo ſenſu, abundat ſecundùm rationabilem conſuetudinem regionis ſuæ *vol.*2.*d*.1.*l*.c.

Provincia eadem infido ſæpe plurium dominatu fatigatur: alius ſummum imperium, alius juriſdictionem ſimplicem, alius jus gladii, alius alia jura prætendit *vol.*2.*d*.3.*l*.o.3.

Prudentiam unicam Princeps ſectetur, complectatur, quæ ipſi omninò neceſſaria eſt *vol.*4.*d*.2.*l* k.2.3.4.

Prudentiam Principis vel habet à ſeipſo, vel ab aliis mutuatam. Ergò falſum dicit Machiavellus, qui aſſerit, quòd Princeps niſi à ſe uno utile conſilium capere non poſſit *vol.*4.*d*.2.*l*.k.3.4.

de Puberibus, & impuberibus vide in unaquæque materia, in qua eorum mentio fieri debet.

Publicanus vectigalia injuſtè exigens intra annum in duplum, poſt annum in ſiplum tenetur *volum.*2.*d*.7.*l*.lLl.3.

Publicani hodie bene dicuntur quicunque vectigalium, gabellarum, acciſiarum, datiarum &c. redemptores. Olim apud veteres peſſimè audierunt, nunc ſunt famæ melioris *vol.*3.*d*.5.*l*.ii.1.2.

Publicani hodie ex Germaniæ conſuetudine propria authoritate mercatorum, qui merces ſuas celarunt, & portorium defraudarunt, occupare merces poſſunt *vol.*3.*d*.5.*l*.pp.3.

Publicani bonos ſervos ad miniſterium exigendorum vectigalium adhibere tenentur, aliàs colludere cum ſervis furibus, quos in familia habent, plerunq; creduntur, & in caſu fraudis, niſi familiam exhibeant, ipſi noxæ tenebuntur *vol.*3.*d*.5.*l*.rr.2.

Publica utilitas, uti pupilla extra ordinem juvari debet *volum*.7.*d*.4.*l*.p.1.

Publica utilitas privatorum contractibus antefertur *vol.*7.*d*.4.*l*.p.1.

Publici tantus favor eſt, ut privato com-

Digitized by Google

commodo, & incommodo ſemper præferatur *vol.3.d.*5.*l.*00.3. *vol.5. d.*14.*l.*lll.2. *vol.*7.*d* 4.*l.*n.2 *d.*10.*l.*uu.2. ob hujuscauſam multa etiam iniqua, & vitioſa tolerantur *ibid.* vide etiam Populi ſalus.

ob Publicam utilitatem privata jura limitari poſſunt, ob quam & Privilegium privatum irrevocabiliter conceſſum, revocari poteſt *volum.*6.*d.*2.*l.*F.3.

Publica privatorum pactis immutari non poſſunt *vol.*7.*d.*4.*l.*o.3.

in Publico loco privatus ædificare poteſt ſine Principis permiſſu *volum.*5.*d.*13. *l.*kkk.3.

in Publico loco Princeps ædificationem permittere poteſt, etiam cum incommodo alterius *vol.*5.*d.*13.*l.*kkk.3.

ad Publicum munus invitus quis cogi poteſt *vol.*4.*d.*27.*l.*K.2.

Pudicitiam ſi quis violare tentaverit, is incontinenti à nobis occidi poteſt, cùm periculum ſit in mora. Nam pudicitia ſemel ablata, amplius reſtitui non poteſt *vol.*2.*d.*24.*l.*EE.2.

Pudicitiæ, & caſtitati vel maximè favit jus civile *vol.*7. *d.*1. *l.*f.2.

Pueri pubertati proximi cenſentur doli capaces *vol.*3.*d* 9.*l.*aaa.3.

Pueri quoque in delictis puniuntur, ſi ſint pubertati proximi, & jam doli, ac injuriæ capaces, tamen non pœna legitima, ſed extra ordinem minori, & mitiori, imò cum iſtis nonnunquam ſummo jure agitur, quando certa futuræ nequitiæ indicia in illa ætate exiſtunt, vel quando atrocitas facinoris etiam in iſta ætate damnanda eſt *vol.*2.*d.*22.*l.*BB.4.

Pugiles ſordidam, & vilem artem exercent *vol.*4.*d.*9.*l.*yy.3.

Pupillis propter ætatem, & lubricum conſilium ſubveniendum *vol.*7.*d.*1.*l.*c.1.

Pupillus pubertati proximus ſine tutoris authoritate obligatur naturaliter, ratione tamen effectuum obligationis naturalis, quandoque pro non obligato habetur: & hoc ex æquitate naturali *vol.*3. *diſp.*9.*l.*aaa.3. *volum.*4.*diſp.*27.*l.*L 3.*d.*28. *l.*T.3.4.

Pupillus tutelam exiens minor dictus curatorem habens, ſine ipſo civiliter non obligatur *vol.*1.*d.*7.*l* ee.1. *vol.*3.*d.*9 *l.*aaa.3. *vol.*4.*d.*27.*l.*L.3.

Pupillus majori ſuccedens utitur jure majoris, non minoris *vol* 7 *d.*4.*l.*r.3.

Pupilli bona immobilia, præſertim domicilium, id eſt, majorum ſacrarium, excepta ultima neceſſitate, omninò alienari non debent *vol.*6.*d.*16.*l.*Cccc.2.

Pupillares res alienari non poſſunt, niſi juſta cauſa, id eſt, patris ære alieno, aut alia inevitabili neceſſitate urgente, & hoc tutoris authoritate cum magiſtratus decreto interveniente *vol.*3.*d.*9.*l.*bbb.4. vide in verbo Tutor.

Pupillus, & minorennis ſine tutorum & curatorum interventu, optimè retrahere poſſunt *vol.*1.*d.*12.*l.*yy.2.

Pupillus, & minor uſumfructum, aut ſervitutem alteri conſtituere nequit, quippe alienationem ſapiunt *vol.*5. *d.*12. *l.*yy.3.

Pupillis, & minoribus præſcriptione occupatis, datur regreſſus contra magiſtratum, aut certè in integrum reſtitutio. Benedictus tamen dicit, hodie non opus eſſe reſtitutione, cum ipſo jure præſcriptio non currat, ſi ab ipſis incipiat, niſi ſint 30 vel 40 annorum: conceſſa autem reſtitu-

reſtitutione minori, ea prodeſt etiam conſortibus in cauſa individua, ſecus in cauſa dividua. Imò his nulla præſcriptio, etſi longiſſima, unquam currit. Item ſi in contractu quovis læſi ſint, datur ipſis beneficium reſtitutionis in integrum *vol.* 1. *d* 12. *l.* B. 2. *vol.* 2. *d.* 28. *l.* NN. 2. *vol.* 3. *d.* 9. *l.* aaa. 3. *volum* 4. *d.* 25. *l.* G. 2. 3. *d.* 27. *l.* L. 3. *volum.* 6. *diſp* 16. *l.* Cccc. 1. 2. *d.* 17. *l.* Gggg. 2. Iiii. 2. 3.

Pupillus poſt 25. annum adhuc 4. annos habet, quibus Reſtitutionem in integrum petere poteſt *vol.* 6. *d.* 16. *l.* Cccc. 2.

Pupillus in tutoris ſui rebus tacitam hypothecam habet, adeò, ut etſi tutor res ſuas vendat, tamen jus pignoris translationem ſequatur, & mulieris, quæ liberorum tutelam geſſit, ſecundus maritus ratione uxoris ſuæ obligetur *volum.* 2. *d.* 11. *l.* uVu. 3. *vol.* 3. *d.* 14. *l.* P. 1. *volum.* 4. *d.* 5. *l.* z. 2. *d.* 27. *l.* N. 1.

in Pupilli cauſis tutores, & curatores ſunt loco dominorum *vol* 7. *d.* 4. *l.* p. 3.

Pupillus in tutoris ſui rebus non ſolùm perſonalibus, id eſt, chirographariis, ſed etiam hypothecariis creditoribus, etſi tempore prioribus, præfertur *vol.* 2. *d.* 11. *l.* xXx. 3. 4. *vol.* 7. *d.* 4. *l.* m. 3. p. 2. 3. id ſtatim à tempore decretæ, non ſuſceptæ tutelæ *ibid.*

ex Pupilli pecunia res empta pupillaris efficitur adeò, ut utili actione ad rem vindicandam agere poſſit, vel ſi rem habere nolit, pecuniam cum legitimis uſuris condicere poſſit *vol.* 7. *d.* 4. *l.* m. 3.

Pupillis, & minoribus adæquantur, & pari paſſu ambulant prodigi, ſurdi, muti, fatui, furioſi, cæterique, qui rebus ſuis commodè præeſſe non valent, aut integritate mentis laborant *volum.* 7. *d* 4. *l.* p. 3.

Pupillare in creditorum concurſu privilegium non transmittitur ad heredes *vol.* 7. *d.* 4. *l.* p. 3.

Pupillare in creditorum concurſu privilegium valet, etiam contra protutores, putativos, imò eos, qui amicitiæ cauſa bona pupilli adminiſtrarunt *vol.* 7. *d.* 4. *l.* p. 3.

Pupilli extra forum ſuum Principis reſcripto vocari non poſſunt *volum.* 2. *d* 28. *l.* NN. 4.

Pupillaris ætas annis ad minimum 14 quoad maſculum, & quoad fœminam 12 ſublata turpi corporis inſpectione olim uſitata circumſcribitur, ut ſi pupillus eos compleverit, pubes efficiatur, & curatelæ, etiam in hoc à tutela ſeparatæ, locus eſſe incipiat *vol.* 3. *d.* 14. *l.* O. 2. *vol.* 6. *d.* 16. *l.* Cccc. 4.

Pupillus ſine tutoris authoritate ne quidem naturaliter obligatur, niſi ex contractu locupletatus ſit: alios quidem ſibi obligat; ipſe non obligatur, conditionem ſuam meliorem, non deteriorem facere poteſt *volum.* 3 *d.* 14. *l.* P. 2. *volum.* 4. *d.* 28. *l.* T. 3. *vol.* 5 *d.* 8 *l.* pp. 3. 4. *vol.* 6. *d.* 4. *l.* Mm. 3. *d.* 16. *l.* Cccc. 1. 2. 3. 4.

Pupillus ſine tutoris authoritate poteſt incipere poſſidere *vol.* 6. *d.* 4. *l.* Mm. 3. ſi modò ejus ætatis ſit, ut intellectum habeat: illam tamen ſine tutoris authoritate objicere non poteſt, quia alienationem ſapit *ibid.* *vol.* 7. *d.* 7. *l.* gg. 1.

in Pupillum ex tutoris, vel curatoris facto tunc demum datur actio, ſi in rem pupilli verſa ſit pecunia *vol.* 4. *d.* 5. *l.* y. 2.

Pupillus ſine tutoris authoritate hereditatem adire non poteſt niſi compe-

Digitized by Google

tens Judex abſentiam tutoris, ſuppleat: aut niſi patre vivente delata ſit hereditas: aut ſi pupillus ſub conditione inſtitutus ſit &c. *vol.*4. *d.*28. *l.*T.3. *vol.6.d.*4. *l.*Ll.1. ſin tutor pupilli nomine adeat, pupillus etiam aſſentire, & intervenire debet *ibid. vol.6.d.16.l.*Bbbb.2.Cccc.3.

Pupillus tutore authore, & feudum accipere, & bonorum poſſeſſionem acquirere, & hereditatem adire poteſt *volum.5.d.42.l.*EEE.1.*vol.6.d.16.l.*Cccc.3.

Pupillus in Judicio ſine tutoris authoritate omninò verſari non poteſt: niſi veniam ætatis impetret, aut agatur de crimine adulterii. Itaque ſententia contra ipſum nulla eſt, niſi ipſi ſit favorabilis. Et tutor præſens debet agere, non per epiſtolam, aut nuncium *volum.6. diſput.16. l.*Cccc.3.4.

Pupillo non rectè ſolvitur. vide Minor.

Pupillus ex delicto tenetur: vide Minor; ubi plura de hac materia.

Pupillo bona vacantia relinquenti tutor extraneus non ſuccedit *volum.7. d.9. l.*qq.1.

Purpuram tingere, aut vendere non poſſunt, niſi ii, quibus id permiſſum eſt *vol.*3 *.d.*9 *.l.*ccc.1.

Q.

QUæſitum jus primi acquirentis eſt reale, & tranſitorium de perſona in perſonam, & nunquam extinguitur, etiamſi per mille ambularet manus, & tranſiret ad diabolum infernalem *vol.*7. *d.*4 *.l.*r.2.

Qualitas ſine ſubjecto ſtare non poteſt *volum.*7.*d.*8.*l.*ll.2.

Quarentigiata inſtrumenta vide Inſtrumenta.

Quisquis: vocabulum: tam Maſculos, quam Fœminas complectitur *vol.5.d.2. l.*K.3.

in Qualitate aliqua qui ſe fundat, eam is probare debet *vol.*7.*d.*1.*l.*b.1.

Quandocunque: vocabulum: eſt dictio univerſalis, & omnes caſus, ac tempora comprehendit *vol.6.d.3.l.*Ec.1.

Qualitates plures aliquo modo inter pugnantes quando concurrunt, tunc illa attenditur, quæ prævalet *volum.6.d.*11. *l.*Qqq.4.

Quotidiana ſunt pleniori manu exhibenda, & ad eorum cognitionem, atque diſcuſſionem vigilantiores, atque attentiores eſſe debemus *vol.6.d.16.l.*Aaaa.3.

Quod quisque juris in alium ſtatuit, eodem ipſum uti æquum eſt *volum.*7.*d.*1. *l.*d.1. vide Jus.

R.

RApina eſt violenta, & fraudulosa rei alienæ mobilis contrectatio: Dolus autem, & vis in hoc delicto requiruntur, ut tale ſit *vol.2.d.25.l.*HH.1.

contra Raptorem & civiliter, & criminaliter agi poteſt, nec raptor fure mitius punitur, hodie pœnam gladii ſuſtinet, quadrupli verò pœnâ deprehenſus, mulctatur, tripli ſemper ſive deprehenſus ſit, ſive non, quod ſecus eſt in fure *vol.2. d.25.l.*HH.1.

Raptor actionibus diverſis conveniri poteſt. Nam ſi eſt manifeſtus, convenitur furti manifeſti, non ultrà: ſi non eſt manifeſtus actione vi bonorum raptorum, & furti nec manifeſti: utroque caſu etiam

etiam conditione: ex quibus vi bonorum raptorum graviſſima eſt *vol.6.diſp.15. l.*Zzz.3. & omnia quæ de fure dicuntur, in raptorem, veluti furem improba cadunt *vol.*7.*d.*4.*l.*n.1.

Raptorem jura adeò oderunt, ut interdicto unde vi, ne quidem proprietatis, ſive dominii exceptio objici poſſit, etiamſi incontinenti docere paratus eſſet *vol.*7.*d.*4.*l.*n.1.

Raptus committitur, cùm puella violenter à domo patris abducitur, & corrumpatur, vel corrupta uxoris loco habeatur, & eſt gravius crimen quàm ſtuprum, quia vis accedit, & punitur ex L. Julia ultimo ſupplicio, niſi prius pactum de matrimonio præceſſerit: & pœna hujus delicti eſt capitalis, ſive puellæ ſolummodò, ſive parentibus tantum, ſive utriſque vis illata conſtiterit *volum.2. diſp.25. l.*HH.3.

Raptus committitur etiam cum deſponſata jure civili, non canonico *vol.*7. *d.*6.*l.*ee.1.

Raptus pœna locum non habet, ſi carnalis copula non ſit ſubſecuta *vol.*2.*d.*25. *l.*HH.4.

Raptor cum rapta de jure civili matrimonium contrahere non poteſt: jus tamen canonicum in favorem matrimonii id permittit *vol.*2. *d.*25. *l.*HH.4. ſi prior diſſenſio transeat in conſenſum, & quod ante diſplicuerat, tandem incipiat complacere *vol.*7.*d.*6.*l.*cc.4.

Ratio recta non pugnat cum Philoſophia aut SS.Scriptura *vol.*7.*d.*10.*l* tt.2.

Rationum reddendarum conditio partim juris eſt, partim facti *volum.6.diſp.*4. *l.*Mm.2, Nn.1.

Ratio reddi non poteſt omnium, quæ à majoribus conſtituta ſunt *volum.*7.*d.*10. *l.*tt.4.

ubi Ratio eadem, ibi idem jus ſtatuendum *vol.*3.*d.*5.*l.*ll 2.

ubi Rationes duæ ſunt, quarum una prodeſt, & altera nocet, aſſumenda eſt illa, quæ prodeſt *vol.*3.*d.*5.*l.*mm.3.

Ratio eſt tàm legis, quàm opinionis anima *vol.*6.*d.*19.*l.*Tttt.3.

Ratio dicitur anima, ſpiritus, medulla, ipſaque eſſentia legis, & juris *vol.*7.*d.*10. *l.*ss.4.

Ratio, quæ pro reo facit, potiſſima ſemper habenda eſt *vol.*2.*d.*24.*l.*GG.3.

Ratio eadem ubi ſubeſt, tunc argumentari poſſumus ab uno ad aliud, licet aliquo ſaltem reſpectu in uno, quam in alio ea reperiatur minor *vol.*6.*d.*3.*l.*Y.4.

Rationis diverſitas, juris arguit diverſitatem *vol.*6.*d.*3.*l.*Cc.2.

qui Rationem allegat, non loquitur ſine lege *vol.*7.*d.*10.*l.*ss.4.

quod Ratione conſiſtit illud lex eſt *vol.*7.*d.*10.*l.*ss.4.

ubi Ratio naturalis ſuadet, ibi velle legem quçrere eſt debilitas intellectus *vol.*7. *d.*10.*l.*ss.4.

Rationem juris naturalem ſæpius juris conditores, quaſi legem quandam tacitam adducunt, quando naturæ votum allegant, & ajunt hoc æquum eſt natura: vel nihil eſt tam naturale: vel naturali ratione res eſt temperanda: vel quando Prætor inprimis operam dat, ut rationem naturalem, æquitatemq; tueatur *vol.*7.*d.*10. *l.*ss.4.

Ratione quod caret, penitùs extirpandum eſt *vol.*7.*d.*10.*l.*ss.4.

Rebellium multitudinem Princeps, ſi eos in poteſtate habeat, unico quaſi ictu tollat, non per intervalla: inprimis verò in capita rebellionis abſque mora ſeverè animadvertat, ne repetita conjuratione, Rempub. in majus diſcrimen deducant, nunquam autem ſi à plurimis læſus ſit, accuratiſſimè inquirat in noxios, ne metus in deſperationem convertatur, & veniæ diffidentia pertinaciam accendat *vol*.4. *d*.2.*l*.g.3.4.

Rebellio aliquando momentaneum, aliquando ſucceſſivum delictum eſt *vol*.4. *d*.5.*l*.z.4.

Rebellis dicitur, quicunque facto reſiſtit ſuperiori, & jurisdictioni ipſius *vol*.5. *d*.17.*l*.iiii.1.2.

Receptator delinquentium: vide Delictum.

Reconventio eſt à reo convento contra actorem coram eodem judice inſtituta actio. Eſt verò inſtituenda, vel ante, vel poſt litem conteſtatam *vol*.3. *d*.15. *l*.R.2. *vol*.5.*d*.34.*l*.V.4.X.1.

Reconventionis ratione jurisdictio judicis fundatur, quando quis ab adverſario in eodem judicio de cauſis, in quibus leges reconventionem admittunt, reconvenitur, adeò enim actor reconventus nulla fori præſcriptione, vel privilegio ſe tueri poteſt, ut & clericus coram judice laico reconveniri poſſit, non tamen de cauſa ſpirituali, vel criminali, uti & ſtudioſus non attento ſtudioſorum privilegio, imò Princeps quoque Imperii. Nam & reus, niſi coram eodem judice reconventionem inſtituere non poteſt, vel ſi alium judicem mavult, litis illatæ terminum expectare tenetur: quando reconventio inſtituenda ſit *ibid*. vide *vol*.5.*d*.15. *l*.nnn.4.*d*.34.*l*.V.4.X.1. ubi pulchrè.

Reconventio tàm coram ordinario, quàm delegato permiſſa eſt, ſi modo per modum conventionis de cauſa, quæ per modum reconventionis in judicium deducitur, cognoſcere queant. Et magnus reconventionis favor eſt *vol*.5.*d*.15. *l*.nnn. 4.*d*.34.*l*.X.1.

Reconventio etiam in cauſis Mercatorum locum habet *vol*.6.*d*.11.*l*.Sss.1.

Reconventio nō admittitur coram arbitro compromiſſario ad certam cauſam recepto, licet ſecùs ſit, quoad arbitrum juris *volum*.5.*d*.15.*l* nnn.4.*d*.34.*l*.X.1.

Reconventio etiā in ſecunda inſtantia locum habet, ſi ipſa in prima inſtantia recipi potuit *vol*.5.*d*.18.*l*.xxxx.4.

Reconventio non habet locum nec in cauſis executivis, nec in cauſis recuperandæ poſſeſſionis, nec in cauſis criminalibus *volum*.5.*d*.34.*l*.V.4.

Reconventio in Auſtregis admittitur *vol*.5.*d*.34.*l*.X.1.

Reconventio in cauſa feudali admittitur, quatenus agitur de cauſa feudali *vol*.5. *d*.34.*l*.X.1.

in Reconventionis proceſſu quæritur, an videlicet cauſa conventionis, & reconventionis ſimultaneo proceſſu tractanda, unâque ſententia definienda ſit? Diſtingui debet. Nam ſi actiones cognatæ ſint, utraque viciſſim tractari, unâque ſententia definiri poterit. Si autem ſunt actiones diverſæ, & ſe invicem non contingentes iterum diſtingui debet: aliæ enim uno judicio cumulari poſſunt, verbi gratia, ſi agens actione tutelæ reconveniatur actione depoſiti, quo caſu judicis arbitrio

pro-

Digitized by Google

proceſſus relinquendus. Aliæ verò ob legis prohibitionem uno proceſſu tractari nequeunt, ubi res clara, verbi gratia, Actor, quacunque actione conveniat, reconveniri poteſt actione præjudiciali, Præjudicialium autem ea eſt natura, ut ſive cum civilibus, ſive cum criminalibus concurrant, ſemper prius de cauſa præjudiciali, & cognoſcendum ſit, & pronuntiandum. Sic actor civiliter agens, reconveniri poteſt criminaliter, at ſemper criminalis præfertur civili. Sic igitur hic proceſſus ordinandus eſt, ut reus volens actorem hujuſmodi aliqua actione reconvenire ab actore pendente lite conventionis cautionem judicio ſiſti poſt primam cauſam terminatam exigat, vel libellum reconventionis actori oblatum ad acta judicii deponat *vol.2.d.19.l.*T.4. V.1.

Reconventionis jus etiam veteri jure cognitum fuit, & nunc valet *vol.2. d.19. l.*T.4.

Reconventio etiam in cauſis criminalibus valet, ita tamen, ut reconventionis executio, & cognitio interim differatur, donec conventionalis cauſa per ſententiam ſit definita; & valet indiſtinctè, ſive accuſati nomen relatum ſit inter reos, ſive non: & ſive utraque cauſa ſit criminalis, ſive alterâ civilis, altera criminalis *vol.2.d.19.l.*T.4.

Redhibitio eſt actio ædilitia, quâ omnia reſtituuntur in integrum, re reddita & pretio recepto, perinde, ac ſi neque emptio, neque venditio interceſſiſſet, & competit intra ſex menſes utiles, conſtantes iis diebus, quibus experiundi poteſtas fuit, emtori, omnibusque, ad quos ea res pertinet, re venditâ, quam aceepit, neque opera ejus, aut familiæ, aut procuratoris deteriore redditâ, cum omni, quod in venditione acceſſit, & poſt eam ex utraque re natum, & adquiſitum, ad eum pervenit, prius reſtitutâ adverſus venditorem de re vitioſa diſtracta, ut pretium rei venditæ reſtituatur, & ſi qua in re emtionis nomine emtor venditori, vel aliis obligatus, ex obligatione liberetur, quibus non præſtitis ſequitur condemnatio *vol.3.d.9.l.*eee.3.

Redhibitio in emptionibus fiſcalibus locum non obtinet *vol.6.d.2.l.*I.4.

Redimi poſſunt, qui bello capti ſunt, ſed redemtio dat facultatem redeundi, non jus poſtliminii *vol.5.d.13.l.*kkk.1.

Redintegrari non poteſt, quod ſemel eſt repudiatum *vol.7.d.1.l.*b.4. vide in verbo Favor.

Reditus annui præſtantur pro alienatione perpetua, neque in venditione eorum ſors redditur *vol.3.d.7.l.*uu.1.

Reditibus annuis nunquam præſcribi poteſt. Nam uniuscujusque anni propria eſt præſcriptio, & quot anni, tot ſunt præſcriptiones, quæ ad futuros annos, & futuras penſiones ſe non extendunt *volum.3. d.7.l.*uu.1.*d.9.l.*ccc.3.

Redituum annuorum, ſeu cenſuum emtio contractus uſurarius non eſt, ſive in pecunia, ſive frumento, ſive aliis rebus conſtituantur, modò juſtam penſionem non excedant, id eſt, à centum quinque per annum: & valet hæc emtio, etiamſi quis plus quam unum florenum annui reditus pro 20. emat *vol.3.d.7.l.*yy.3.*d.9. l.*ccc.3.

Reductio ad arbitrium boni viri, eſt à

laudo arbitratoris ad judicem competentem provocatio: poteſt intra 30. annos peti *vol.7.d.5.l.*aa.4.

Reductio laudi ad arbitrium boni viri appellationi ſimilis eſt: ſicque ea pendente, executio citra attentatum fieri nequit *vol.3.d.2.l.*n.1. *vol.7.d.5.l.*aa.4.

qui in Refectionem ædificii, non navis, aut alterius rei credidit, aliis creditoribus præfertur *vol.7.d.4.l.*o.4.

ad Refectionis privilegium requiritur, ut nummi expreſsè hanc in ſint mutuò dati, & etiam impenſi *vol.7.d.4.l.*o.4.

Referens cum omnibus ſuis qualitatibus relato ineſſe cenſetur, ut ſi referens aliter loquatur, quàm relatum, huic, non illi ſtandum ſit *vol.6.d.3.l.*Cc.1.

Regalia à ſummo Principe, non ſolùm inferioribus principibus concedi, ſed ab iis etiam præſcribi poſſunt, cum hinc nihil ſummæ, ac directæ majeſtati auferatur *vol.1.d.2.l.*f.3.h.1.2.*d.*4.*l.*t.1. *d.6.l.*cc.2. *vol.2.d.3.l.*k.1.*d.*4.*l.*u.3.*d.*13.*l* β.3. δ.2. Sic de facto Imperii Principibus conceſſa ſunt *volum.4.d.2.l.*L.4.m.1.2.*d.*3.*l.*n.4.o.1. *d.9.l.*tt.3. *d.12.l.*hhh.4.*d.*15.*l.*uuu.3.*d.*17. *l.*eeee.1.*d.*19.*l.*oooo.4.pppp.1. *volum.5.d.*1. *l.*c.1.2.3.4.d.1.2.3.4.*diſp.*12.*l.*hhh.3.*diſp.*17. *l.*ffff.3.*d.*18.*l.*qqqq.1.*d.*20.*l.*ccccc.3.*d.*21. *l.*fffff.1.2.3.4.*d.*30.*l.*H.2.3.*d.*39. *l.*MM.4. *vol.7.d.9.l.*nn.1.2.3.4.

Regalia itaque competunt variis perſonis vel Eccleſiaſticis, vel Politicis vel Publicis, vel privatis *vol.7.d.9.l.*nn.1.

Regalia, vel feuda Eccleſiæ à ſummo Principe conceſſa, nihil illius majeſtati auferunt, ipſiq; directum dominium, & ſuperioritatem reſervant *vol.1.d.1.l.*c.2.

Regalia principum *vol.1.d.2.l.*h.1.2. ubi ſingulatim recenſentur *vol.2.d.28.l.*NN.1.2. *volum.4.d.5.l.*s.3.t.1.2.3.4.*d.*15.*l.*uuu.3. *d.19.l.*ppp.1. *vol.5.d.1.l.*d.2.3.4.*d.*11.*l.*fff.4. per tot. *d.21.l.*kkkkk.1.2.3.4. vide in verbo Principum Imperii Juriſdictio *vol.1. d.6.l.*cc.3.4.

Regalia, uti & unaquæque juriſdictio contra Principem, vel unico poſſeſſionis actu præſcribi poſſunt, Principis tamen ſcientia, cui præſcribitur neceſſaria eſt *vol.1.d.2.l.*i.3. *vol.2.d.3.l.*g.3. vide in verbo Juriſdictio.

Regalia acquiruntur vel Cæſaris conceſſione, vel præſcriptione *volum.4.d.19. l.*pppp.1.*volum.1.d.6.l.*dd.1.2. *volum.7.d.9. l.*nn.3.4. excipiuntur regalia ſummo Principi reſervata, quæ concedi non poſſunt *vol.7.d.9.l.*nn.3. vide Cæſar.

Regalia habent Reges, qui ſuperiorem non agnoſcunt, non prædictis modis, ſed à Deo ad exemplum Cæſaris *vol.1.d.6.l.*dd.1. quicquid dicitur de Cæſare, intelligendum etiam de Rege. vide Reges.

Regalia generaliſſima etiam caſtri conceſſione non continentur, ſed ſpeciali nota indigent, & ſi expreſsè eorum non fiat mentio pro omiſſis, ac neglectis habentur *vol.6. d.8. l.*Ccc.1. idem obtinet, etſi Ducatus, & Marchionatus &c. concederetur *vol.7.d.9.l.*nn.3.

Regalia ſunt perſonalia, non realia *vol.7.d.9.l.*nn.3.

Regalibus ſic conceſſis nunquam ſuprema poteſtas conceſſa, aut à concedente abdicata videtur *vol.7.d.9.l.*nn.4.

Regalia dicuntur à Rege, quod huic ſoli propriè competant *volum.1.d.6.l.*cc.2. *vol.4.d.2.l.*l.4. *vol.7.d.9.l.*mm.4.

inter

inter Regalia recenſetur jus hoſpitandi *vol* 1.*d*.4.*l*.y.

Regalibus annumeratur jus monetæ cudendæ, imò extenditur ad reſervata Cæſaris *vol*.2.*d*.13. per tot. præcipuè verò *lit*.β.2.3.4.γ.1.2.3.4.δ.1.2. *volum*.5.*diſp*.12. *l*.ggg.3.4.*d*.21. *l*.kkkkk.1.*vol*.1.*d*.6.*l*.cc.3. *vol*.7.*d*.9.*l*.pp.1.2.

Regalibus annumerantur Vectigalia *vol*.3.*d*.5.*l*.gg.4.*d*.17.*l*.ggg.2.*d*.19.*l* pppp.1. *vol*.5.*d*.1.*l*.d.2.*d*.12 *l*.ggg.3. *vol*.7.*d*.9.*l*.qq.3. vide Vectigalia.

Regalibus adſcribuntur jura monetandi, bona vacantia occupandi, indignis relicta confiſcandi, ut & bona inceſtum, & crimen læſæ Majeſtatis committentium, nec non damnatorum in fiſcum redingendi *vol*.4. *d*.5. *l*.t.2.*d*.17.*l*.gggg.2. *d*.19.*l*.pppp.1.*vol*.5. *d*.12. *l*.ggg.3.4.hhh.2. *d*.21.*l*.kkkk.1.2.*vol*.1.*d*.6.*l*.cc.3.*vol*.7.*d*.9. *l*.pp.1.qq.1.2.3.

Regalia qui habet non ſtatim jus ſuperioritatis, aut Majeſtatis habet *vol*.4.*d*.6. *l*.bb.4.

Regalibus adſcribuntur jura collectandi, famæ reſtituendi, remittendi pœnas, concedendi ſalvum conductum, concedendi comitatum, id eſt, die Gelaitliche Gerechtigkeit *volum*.4.*d*.17.*l*.gggg.3.*d*.19. *l*.pppp.1.*volum*.5.*d*.1.*l*.d.2.3.4.*d*.12.*l*.eee.4. hhh.1 *d*.21.*l*.kkkkk.2.3 4.*vol*.7.*d*.9.*l*.pp.1. qq.4.rr.1.

Regalia Cæſari in ſignum ſupremæ eminentiæ, & ad conſervandam Imperii dignitatem competunt, veniunt autem ſimul cum territorio. Nam regalia dignitaribus regalibus continentur *vol*.4.*d*.17. *l*.gggg.1.*d*.19.*l*.pppp.1.*vol*.5.*d*.1.*l*.b.3.

Regalia minora non privativè, ſed ſemper cumulativè conceſſa intelliguntur *vol*.5.*d*.11.*l*.xx.4. ita & quæcunque alia majora *vol*.7.*d*.9.*l*.nn.4.

Regalia rectè definiri poſſe videntur, quod ſint jura, quæ Cæſari, vel hujus conſenſu aliis conſervandæ Reip. cauſa competunt *vol*.5.*d*.12.*l*.fff.4. *vol*.1.*d*.6. *l*.cc.2. plures definitiones vide *vol*.7.*d*.9.*l*.mm.4. nn.1. ubi ſequens cæteris antefertur: Regalia ſunt jura, Imperatoris Romani propria, in ſignum ſupremæ eminentiæ, & Imperii utilitatem ei tributa, à quo tamen illorum quædam ad alium modis legitimis pervenire poſſuut *ibid*.

Regalia communiter diſtinguuntur in majora, & minora *vol*.5. *d*.12. *l*.fff.4. *vol*.1. *d*.6.*l*.cc.2.3.4. Item in regalia Majeſtatis, & regalia Fiſci, quæ diſtinctio tamen cum priori eadem videtur *vol*.7.*d*.9.*l*.oo.1.

Regalia majora ſunt leges condere, interpretari, regales conferre dignitates, nobilitare, legitimare, famæ reſtituere, erigere Academias *vol*.5.*d*.12.*l*.fff.4. *vol*.1. *d*.6.*l*.cc.3.*vol*.7.*d*.9.*l*.oo.1.2.3.4.pp.1.2.

Regalia minora ſunt, quæ magis in reditu ac fructu conſiſtunt, & ſunt jura fiſcalia, ſeu fiſco Cæſaris competentia *vol*.5.*d*.12.*l*.ggg.1.*vol*.1.*d*.6.*l*.cc.4.*volum*.7. *d*.9 *l*.qq.1.

Regalibus annumerantur, mulctarum, pœnarumque compendia *vol*.5.*d*.12. *l*.ggg.4.*vol*.7.*d*.9.*l*.qq.1.

Regalibus annumerantur angariarum, parangariarum, plauſtrorum, & navium præſtationes *volum*.5.*d* 12. *l*.hhh.1. *vol*.7. *d*.9.*l*.rr.1.

Regalibus annumeratur jus ponderum, & menſurarum *vol*.5.*d*.21.kkkkk.3.

Regalibus etiam annumerantur flumi-
mina.

Digitized by Google

mina.Portus,Ripatica,Piſcatio,Fodinæ, Salinæ,Theſauri,Armandiæ,Palatia, viæ publicæ, Poſtæ, Nundinæ, & ſimilia, de quibus vide in ſingulis Verbis.

Regalia amittendi modi ſunt. Primus eſt, Revocatio facta ab eo, qui ex mera gratia conceſſit. 2. Præſcriptio ab alio completa, adverſus eum,qui prius Regalia habebat. 3.Felonia. 4.Delictum, & ſævitia nimia in ſubditos. 5. Venditio, vel alienatio facta in alios ſine conſenſu ejus, à quo Regalia obtinet. 6. Ignavia, ſeu torpor Regis, vel Principis. 7. Proſcriptio. 8. Civitas propter crimen aliquod ſolo æquata, & aratrum paſſa privatur Regalibus *vol.5.d.*21.*l.*hhh.3.

Regalium minorum poſſeſſio,& exercitium, uti jus recipiendi Cives, & Judæos,collectandi cives,homagium ab ipſis ſumendi &c. non infert ſupremam jurisdictionem, & jura territorialia *vol.5. d.*17.*l.*ffff.1.

Regalia à nemine concedi poſſunt,niſi à Cæſare *vol.5.d.*21.*l.*ffff.1.hhhhh.4.

Regalia ſi Cæſar alicui concedat,communicativè,non privativè concedit *vol.5. d.*21.*l.*hhhhh.4.

Regalis dignitas,uti ſine juribus regalibus conſiſtere poteſt,ita etiam Regalia ſine titulo regali eſſe poſſunt *vol.5. d.*21. *l.*ggggg.4.

Regalibus, quæ vel per conceſſionem Cæſaris,vel per præſcriptionem obtenta ſunt,quis citra pœnæ metum uti poteſt: contra Regalium nullo modo competentium uſurpatio non ſolum Legem Corneliam de falſis,ſed & Juliam Majeſtatis uſurpatori attrahit: ideoq; & pœnas earundem legum prævaricatoribus ſtatutas,accelerat *vol.*1.*d.*6.*l.*dd.2.

Reges: vide inferius Rex.

Regiminis humani,id eſt,rationis,quâ homines, & gentes diſperſæ in unam ſocietatem coaluerunt, certis legibus, & ſub unius, aut quorundam Imperio vivere oeperunt initia,& progreſſus *vol.4.d.*5. *l.*q.1.*d.*10.*l.*aaa.3.4.*d.*12.*l.*ggg.1.2.*vol.5.d.*17. *l.*ttt.3.4.uuu.1.2.3.4. xxx.1.2.3.4. ubi pulcherrimè.

juxta Regionis cujusq; ſcita,ac mores, Nobilitas, Dignitas, ac Infamia judicantur *vol.4.d.*9.*l.*ii.3.4.

Regionis mos, & conſuetudo in honoribus,& prælationibus eſt inſpicienda *vol.4.d.*9.*l* mm.2.*d.*10.*l.*bbb.2.

Regni proprietas ad populum pertinet *vol.1.d.*22.*l.*V.3.

Regna magna,id eſt,magni,& potentes Reges,magna plerunque latrocinia,id eſt,aliorum libertatem ſupprimendo exercent:præſertim juſtitia remota *volum.*2. *d.*3.*l.*g 4.*d.*4.*l.*x 3.*volum.*5.*diſp.*17.*l.*qqq.2. cccc.4.

Regnare neſcit, qui diſſimulare non novit *vol.4.d.*2.*l.*k.4.

Regna multa in perpetuum unita ſunt, quæ unio vocatur incorporatio *volum.5. d* 2.*l.*e.4.

Regni capeſcendi fundamentum, & cauſa eſt, tum receptio, ſive conſtitutio Principis, tum obligatio mutua Principis,& ſubditorum *vol.5.d.*17.*l.*xxx.2.

Regna Chriſtianorum mala fide ab infidelibus occupata, in quibus nullum juſtum habuerunt initium,neque approbationem ex intervallo,licet poſtliminio juſtè recuperare; nam hoc vitium violentæ oc-

tæ occupationis tranſit ad poſteros *vol.5. d.17.l.*zzz.1.2. ubi pulchrè.

Regnum non poteſt pati conſortium. Itaque unus tantùm imperet *vol.5.d.28. l.*ffffff.2.

Regna etſi plerumq; primogenito obveniant, tamen in multis locis ea dividuntur, quod tunc commodè fit, ſi ea ſint ita aut per locorum diſtantiam ſeparata, aut diſtinctâ jurisdictione prædita, ut commodè unum ab altero avelli queat: exempla ibi vide *vol.5. d.28. l.*hhhhhh.1. 2.3.

Regulæ juris in dubio ſtandum eſt *vol.5.d.49.l.*FFFF.4.

Regula nulla eſt ſine exceptione *vol.4. d.27.l.*N.4.

Relatum ineſt referenti cum omnibus ſuis qualitatibus, modis, & conditionibus *vol.2.d.6.l.*oo.1.

Relatione pendente nulliter, ſed tamen citra attentatum procedit judex *vol. 3.d.2.l.*n.4.

Relevandus in uno, qui gravatus in altero *vol.7.d.4.l.*n.1.

Relictum ſi quid ſit teſtamento, incapacibus pro non ſcripto habetur, proindeque ad fiſcum non pertinet, ſed pertinet vel ad ſubſtitutum, vel ad cohæredes ſcriptos, vel his deficientibus, ad proximos heredes, agnatos, & cognatos *vol.5. d.12.l.*ggg.4.

Religioſi religionem bonorum incapacem ingreſſi, à ſucceſſione removentur *vol.1.d.12.l.*F.1.

Religio legitima belli inferendi cauſa non eſt; licitè tamen defendi poteſt ſive à ſubditis, ſive ab exteris, ſi vel à proprio Principe, vel externo oppugnetur *vol.1. d.1.l.*c.1.*d.*22.*l.*V.3.*vol.*4.*d.*1.*l.*c.1.3.4.*d.*19. *l.*rrrr.3.4.ssss.1.2.3. *volum.5.d.2.l* l.3.*d.*17. *l.*mmmm.2.3.4.

Religionis diverſitas in Republ. benè conſtituta, tolerari poteſt: id tamen negant plerique Catholici *vol.1.d.16.l.*O.4. *vol.4.d.21.l.*xxxx.2. *vol.5.d.1.l.*c.2.*d.*2.*l.*l.3.4. *d.*30 *l.*B.3.4.

Religionis profeſſio ſubditum profitentem à jugo Domini, aut ſubjectione non liberat *vol.6 d.8 l.*Ggg.2.

Religio ſolet eſſe ſequela jurisdictionis *volum.1.d.16.l.*O.4.*vol.2.d.3.l.*p.2.*vol.4. d.9.l.*xx.3. *vol.5.d.11.l.*fff.2.3.*d.*21.*l.*iiiii.2. *d.*27.*l.*aaaaaa.3.4.*d.*30.*l.*G.4.ſic ut hæc jurisdictio ſit conjuncta cum ſuperioritate *ibid.vol.6.d.3.l.*Gg.3. nam Religio ejus eſt, cujus eſt regio *ibid.* Sed hæc intelligenda ſunt, ſecundum præſentem Imperii ſtatum, ſicut ipſe Cæſar in pace Pragenſi in §. de religione Bohemorum, quando ſe erga Saxoniæ Principem pro iis intercedentem ob potens ſuperioritatis jus allegato cæterorum per Germaniam Principum exemplo excuſat, ſtatuere videtur.

Religio publica res eſt: hinc quod in religionem divinam committitur, in omnium fertur injuriam, ſummaque ratio eſt, quæ pro religione facit *volum.2.diſp.1. l.*a.2.

à Religione omnis actus incipiendus *vol.6.d.3.l.*Q.1.

Religio utraque, Catholica, & Lutherana decenter in Imperio toleratur *vol.2. d.3.l.*o.3.*d.*7.*l.*bBb.4.

Religio eſt anima Reip. quâ ſublatâ, & Reſp. concidit *vol.6.d.3.l.*R.1.

Religionem, & Eccleſiam quilibet Magiſtratus in ſuis ditionibus defendere

tenetur, idque ſummo ſtudio *volum* 6. *d*. 3. *l*. T. 2.

Religio non eſt imperanda, id eſt, homines non ſunt cogendi ad religionem, ſed ſuadenda, id eſt, prædicationibus, inſtructionibus *vol*. 2. *d*. 7. *l*. bBb. 2. cCc. 2. *d*. 3. *l*. o. 3. *volum*. 4. *d*. 2. *l*. c. 4. *d*. 19. *l*. rrrr. 3. 4. *vol*. 5. *d*. 2. *l*. l. 3. *d*. 17. *l*. zzz. 2. llll. 4. mmmm. 1. 2. *d*. 19. *l*. zzzz. 3. *vol*. 1. *d*. 22. *l*. V. 3. *vol*. 2. *d*. 1. *l*. b. 2. *vol*. 5. *d*. 30. *l* D. 3.

Religionis concordia ſummum Regni bonum eſt, ſi ſubditi in ea ſint concordes, ne perpetuis diſſidiorum facibus Reſp. conflagretur. Non facilè igitur Princeps aliam, præter veram in ſuo regno admittet religionem, aut ſacra familiaria, ſeu conventicula, & pravos ritus ſubditis permittet. Nam religio vera debet eſſe primus ſcopus in Rep. quem Princeps omnibus modis ſubditis inculcare debet *vol*. 4. *d*. 2. *l*. c. 3. *d*. 12. *l*. hhh. 4. *d*. 15. *l*. uuu. 2. *vol*. 5. *d*. 17. *l*. llll. 3. mmmm. 1. 2.

Religionis Lutheranæ exercitium, ejusque impetratam ſecuritatem non niſi ad Tridentini Concilii exitum fuiſſe conceſſam, ac propterea quocunque tempore revocari poſſe, ajunt multi, negant id Proteſtantes *vol*. 4. *d*. 2. *l*. c. 4. *d*. 15. *l*. uuu. 2. *d*. 20. *l*. xxxx. 2. *vol*. 5. *d*. 30. *l*. H. 4.

Religionis tàm Auguſtanæ, quàm Catholicæ exercitium Principes Imperii jure territorii, & ex pacto cum Cæſare inito, item ejus mutandi poteſtatem ſibi vendicant. Sic quoq; ſubditis diverſam à Magiſtratu ſententiam amplectentibus, eandem conſcientiæ libertatem, & cum emigrationis, etiam manſionis beneficium competere aſſerunt multi *vol*. 4. *d*. 2. *l*. d. 2. *d*. 5. *l*. s. 3. *d*. 9. *l*. xx. 4. *d*. 12. *l*. hhh. 4. *d*. 15. *l*. uuu. 1. 2. *d*. 17. *l*. gggg. 3. 4. *d*. 19. *l*. pppp. 1. *d*. 20. *l*. xxxx. 3. 4. *vol*. 5. *d*. 1. *l*. c. 2. 3. *d*. 11. *l*. fff. 2. 3. *d*. 21. *l*. iiiii. 3. *d*. 30. *l*. B. 3. 4. D. 2. 3. 4. F. 1. 2. 3. 4.

Religionis Auguſtanæ cauſa ſubditi è Provincia, & patria ſua ejici à Principibus non poſſunt. Ergò nec Catholicæ religionis cauſa. Ita eſt, & multò magis *vol*. 4. *d*. 2. *l*. d. 2. *d*. 12. *l*. hhh. 4. *volum*. 5. *d*. 30. *l*. D. 3. quicquid de his rebus ſit, conſtat eas, quia nemo Principum ſubditos aliam à ſua religionem profiteri patitur, per praxin prævalente juris territorialis cauſa mutatas.

Religionis Calviniſticæ ſectatores in publica ſe religionis pace eſſe comprehenſos, ipſi contendunt. Catholici verò, imò & Lutherani quidam id negant *vol*. 4. *d*. 2. *l*. d. 2. 3. 4. *d*. 19. *l*. rrrr. 2. 3. *volum*. 5. *d*. 30. *l*. B. 3. 4.

Religionis adverſariæ primæva origo *vol*. 4 *d*. 2. *l*. d. 2.

Religionem ſi Princeps aliam, quam veram amplexus fuerit, & ſic contra legem DEI aliquid imperaverit, tuc ſubditi ipſi obedire non tenentur, ſed potius martyrium pati debent. Nec tamen ideò Principi reſiſtere audebunt *volum*. 4. *d* 2. *l*. e. 3. *volum*. 5. *diſp*. 17. *l*. mmmm. 4. *diſp*. 23. *l*. ooooo. 2.

Religionem etſi Principes alicujus Regni defendere, graſſantique Principi reſiſtere poſſint, non tamen illum ſub hoc prætextu removere, aut à legitima ſucceſſione arcere, multò minùs opprimere, aut devovere poſſunt, quin populi pro ejus ſalute orare debent *vol*. 4. *d*. 2. *l*. e. 3. 4. *d*. 12. hhh. 4. *vol*. 5. *d*. 30. *l*. I. 2.

Reli-

Religionis exercitium urbes Imperiales habent *vol.4.d.5.l.s.3.*

Religionis exercitium Nobiles immediati habent *volum.4.d.9.l.*xx.3.*d.12.l.*lll.2. *d.17.l.*gggg.3. *vol.5.d.30.l.*F.2.3.

Religionis exercitium in urbem ſi ſenatus introducere velit, an id populus permittere debeat, ſic ſi populus id contendat, an non Senatus obſtare debeat, quæritur? reſpondetur, reſpiciendum eſſe, penes quem ſumma rerum poteſtas ſit *vol.4.d.12.l.*kkk.3.*vol.5.d.27.l.*bbbbbb.4. cccccc.1.2.*d.*30 *l.*F.4.

Religionis exercitium iis tantum permiſſum eſſe, qui ante Paſſavicam pacem illius religionis fuerunt, multi contendunt *vol.4.d.12.l.*lll.2.

Religionem Eccleſiaſticum ſtatum immediatè Imperio ſubjectum mutare non poſſe, contendunt plerique, cauſa olim armis, & ſcriptis agitata in bello Colonienſi, & Argentinenſi *vol 4.d.12.l.*lll.2. *d.15.l.*uuu.2.*vol.5 d.29.l.*rrrrrr.3.*d.30.l.*D.4. E.1.2.3.4. ubi pulcherrimè.

Religio etiam contra proprium Principem, ſi is in eam graſſari velit, aut vi opprimere, defendi etiam vi armata poteſt. Multi tamen rem ſic diſtinguunt, id tunc ſubditis licere, ſi ipſi ſint libertate, & juriſdictione inſtructi *volum.4.d.19.l.*rrrr.3. 4. ssss.1.2.3. *vol.5.d.17.l.*mmmm.4.*d.*30. *l.*I.2.

Religio Principi maximè curæ ſit: quæ in exercitii religioſi, liberi, & puri, publicique permiſſione, & rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratione conſiſtit *volum.4. d.21. l.*xxxx.1.3. *volum.5. diſp.17. l.*llll.3.4. mmmm.1.2.*d.21.l.*iiiii.2.

Religionem veram etſi Princeps non habeat, tamen Princeps erit *vol.4. d.21. l.*xxxx,2.

ad Religionis inſtituendæ negotium maximè ſpectant Synodi, & Conventus *vol.4.d.21.l.*xxxx.4.

Religionis curam, inſtitutionem, & regimen etiam ad Magiſtratum ſæcularem ſpectare contendunt Proteſtantes *vol.5.d.1.l.*c.1.2.*d.21.l.*iiiii.2.*vol.6.d.3.l.*R.1. uſque T.3. ubi pulcherrimè.

in Religionis negotio, & juriſdictione ex conſtitutione ejusdem Cęſar cum Camera concurrit, etſi apparenter Cæſarem non eſſe judicem, ſed potiùs partem appareat *vol.5.d.11.l.*eee.4.fff.1.2.*d.30.l.*I.2. 3.4 K.1. ubi pulchrè.

Religionis publicum exercitium in alterius ſtatus territorio inſtituere nulli licitum eſt *vol.5.d.11.l.*fff.2.

ad Religionem ullam ſubditi cogi non debent, ſed poſſunt tamen cogi ad media, verbi gratia, ad audiendam concionem, & admittendos inſtructores *vol.5. d.17.l.*llll.4.mmmm.1.2.

Religionem falſam non debet admittere Princeps: quod ita intelligendum eſt, ſi ſtatus regni pacatus: nec vel jam magna, vel media ſubditorum pars falsâ ſit infecta, quo caſu Princeps falſam tolerabit, non probabit: quærer igitur omnia media occultè, quibus malum extinguat *vol.5.d.17.l.*mmmm,1.2.

Religionis exercitium liberum, ſi Princeps jurata obligatione promiſerit cuidam ſubditorum parti, & permiſerit, quæritur an teneatur juratam obligationem ſervare, vel an non poſſit ei etiam armis contravenire? Reſpondetur, ſi illa obligatio Magiſtratui non ſit vi extorta, tene-

teneri Magiſtratum de omnimoda, & ſancta obſervatione *vol.* 5. *d.* 17 *l.* mmmm. 2. 3. 4.

Religionis pax quando, & quibus legibus, & ubi ſancita ſit *volum.* 2. *d.* 7 *l.* yy. 2. bBb. 4. cCc. 3. *vol.* 4. *d.* 5. *l.* s. 4. *d.* 15. *l.* uuu. 1. 2. *d.* 21. *l.* xxxx. 2. 3. 4. *volum.* 5. *d.* 30. *l.* yyyyyy. 4. per tot.

Religionis pax ut revocetur, inviolabilis conventionum fides, publicarum Imperii ſanctionum authoritas, Imperatoriarum capitulationum religio, pacis denique publicæ favor ſummus, neutiquam patiuntur. Itaque revocari non debet *vol.* 2. *d.* 7. *l.* bBb. 4. *volum.* 5. *d.* 30. *l.* A. 4. B. 1. 2. 3.

Religionis pax eſt Senatusconſultum, quo civibus Romanis certæ religionis liberè colendæ facultas limitato modo conceſſa eſt à Principe, Electoribus, cæterisve S. R. Imperii Proceribus, ceu Patribus conſcriptis Auguſtæ Vindelicorum Anno Chriſti 1555. concordi ſuffragio factum, & promulgatum *vol.* 5. *d.* 30. *l.* zzzzzz. 2. 3. *per tot.*

in Religionis negotio Cæſar nihil ſtatuere poteſt, eò quod ea res præcipuè ad Pontificem ſpectat. Itaque liberum religionis exercitium à Cæſare Anno 1555 Proteſtantibus permiſſum nullum eſſe ajunt eò quod pontifex in id non conſenſiſſet: ſed hoc negant acerrimè Proteſtantes *vol.* 5. *d.* 30. *l.* A. 2 3.

Religionis liberum exercitium conſiſtit in eo, ut aliquis liberè ſuam religionem profiteatur, & omnibus iis adminiculis, & acceſſoriis liberè utatur, ſine quibus religio adminiſtrari non poteſt *vol.* 5. *d.* 30. *l.* C. 1. 2. 3. 4. D. 1. 2.

Religionis exercitium comitantur bona, quæ duplicia ſunt, patrimonialia, vel Eccleſiaſtica, illa poſſeſſoribus ſuis religionis intuitu intacta, & inviolata relinqui debent: Iſta ſunt res ſacræ cultui divino conſecratæ, & ad miniſtrorum Eccleſiæ uſum dedicatæ. Quæ verò à Proteſtantibus occupata, vel in poteſtate Catholicorum adhuc poſita ſunt, de illis talis eſto regula. *Præfectura Sacra, Cœnobia, aliave bona Eccleſiaſtica à ſtatibus nonnullis intercepta, & ad pias ut dicunt cauſas converſa, ſi neq; ad alios Imperii Ordines pertinent, vel tempore transactionis Paſſavienſis à Catholicis fuêre poſſeſſa, ſuo loco immota manento, nulla eo nomine actio eſto, nulla pro his proceſſus decernuntor.* De iſtis legis proviſio talis eſt: *Ordinibus, eorumq; ſubditis antiquæ religionis reditus, cenſus, & decimæ manento, commoda, & jura, quæ ante ortum de religione diſſidium competierunt, ſalva ſunto vol.* 5. *d.* 30. *l.* E. 4.

Religionis exercitium liberum ſtatus illi non habent, qui, etſi immediatè Imperio ſint ſubjecti, Imperii tamen ſtatus non ſunt, ut ſunt, verbi gratia, Prælati, Abbates &c. hinc Proteſtantes concludunt, ſe jure bona Monaſteriorum in territoriis ſuis ſitorum occupaſſe *volum.* 5. *d.* 30. *l.* F. 3.

Religionis exercitium liberum habent Cæſar, Principes, Status Imperii immediati, ſub quibus comprehenduntur Urbes Imperiales, non maritimæ die Hanſeſtätte / & demum Nobiles immediati *vol* 5. *d.* 30. *l.* F. 1. 2. 3.

Religionis liberum exercitium habere ſubditos horum Principum, qui id ante pacificationem religiouis habuerunt, adie-

adſerunt Proteſtantes, negant Catholici *vol.5.d.*30.*l.*G.1.2.3.4.

Religionis liberum exercitium ſibi ex hoc quis aſſerere non poteſt, ſi habeat aut mixtum, aut merum imperium, aut jus patronatus, aut ſit in patrocinio alterius. Nam ad aſſerendam religionis libertatem, requiritur omnino jus ſuperioritatis *vol.5.d.*30.*l.*G.4. *vol.6.d.*3.*l.*Gg.3. vide ſuperius.

Religionis favor etiam apud Ethnicos fuit ampliſſimus *vol.5.d.*30.*l.*H.2.

ob Religionis itaque favorem in jus vocari non poſſunt Pontifex, & hoc modo cæteri quoq; Clerici, dum ſacris operantur *vol.7.d.*8.*l.*mm.2.

Religionis liberum exercitium non ſolùm concedi, ſed etiam præſcribi poteſt *vol.5.d.*30.*l.*H.2.3.

in Religionis negotio litigantes, uterque Imperio Romano ſubjectus eſſe debet, quod tamen in perſona actoris Camera Imperialis non obſervat. Igitur etiam ſubditus alicujus Principis in Camera agere poterit, præſertim ſi juſtitia denegetur *vol.5.d.*30.*l.*K.2.

Religionis mutatio non tollit jus advocatiæ, aut patrocinii, ſed qui fuit patronus, nihilominùs manet patronus *vol.6.d.*3.*l* Ii.3.

ob Religionis disparitatem nuptiæ jure civili non ſunt prohibitæ, id autem jure Canonico eſſe mutatum Dd. communiter putant *vol.7.d.6.l.*cc.4.

in Religionis litigio, quomodo formandus ſit libellus, & inſtituendum judicium ibi vide *vol.5.d.*30.*l.*K.2.

Religioſa loca erant & publica, & privata: Publica quidem non Principum ſolùm, & Cæſarum, ſed etiam in quibus privati humabantur. Privata ſunt, quæ per illationem mortui religioſa fiunt: quæ religiones, tanquam acceſſio quædam, poſſunt cum aliis fundis, quibus adhærent, vendi *vol.6.d.6.l.*Rr.1.

Religioſa etiam dicuntur loca ſacra, ut altaria, templa &c. *vol.6.d.6.l.*Rr.1.2.

Renovatio fieri dicitur, quando actus, qui præceſſit, cum ſuis qualitatibus, & ſecundùm naturam denuò fit *volum.5.d.17. l.*ttt.2.

Remediis duobus cumulativè uti poſſumus, ſi ad unum tendant effectum, uno per ulterius electionem non evaneſcente *vol.5.d.4.l.*aa 2.

Remedium unum cui non ſufficit, æquum eſt, ut illi ulterius ſubveniatur *vol.5. d.4.l.*aa.2.

Renunciare nemo juri ſuo poteſt, antequam competat, paciſci tamen poteſt *vol.1.d.8.l.*ll.4.

Renunciatio futuri juris præſente parte facta, inſtar pacti valet *vol.3.d.1.l.*d.3.

Renunciare favori pro ſe introducto quilibet poteſt, ſed non datur amplius ad eum regreſſus *vol.1.d.12.l.*B.3. E.3. *vol.3. d.1.l.*d.3. vide in verbo Favor.

Renunciatio, aut remiſſio certi juris donationem ſignificat, & denotat *vol.4. d.32.l.*EE.1.

in Renunciatione ne juramentum quidem generaliter præſtitum accommodatur ad cauſam veriſimiliter non cogitatam: imò renunciatio ejus, cui veriſimiliter non renunciatur, metu, aut dolo extorta intelligitur *vol.1.d.8.l.*ll.4.

Renunciationes generales nullius ſunt valoris, niſi beneficia, quibus renuncia-

tur, ſpecialiter ſint expreſſa *volum.5.d.8.l.qq.4.*

Renunciationum materia, & ampliſſima, & frequentiſſima, & utiliſſima eſt *vol.5.d.14.l.kkk.4.*

Renunciatio vulgò **Verzicht/ vnd Begebung**: eſt ſucceſſionis ex libera voluntate, cum juramento, à filia congruè dotata, in favorem maſculorum, & conſervationem familiæ, facta remiſſio. Juramentum autem ad hanc renunciationem omninò neceſſarium eſt *vol.5.d.14.l.lll.1. d.33.l S.3.4. d.35.l.AA.4.* vide in verbo Filia.

Renunciatio hæc gentilis diverſo reſpectu dividi poteſt, in generalem, vel ſpecialem, juratam, vel non juratam, judicialem, vel extrajudicialem. Generalis dici poteſt, quando filia paternæ, maternæ, fraternæ, & omni denique ſucceſſioni renuntiat. Specialis, quando certæ ſucceſſioni, verbi gratia, patris tantùm, vel etiam feudo renuntiat. Jurata eſt, quæ fit mediante corporali juramento. Non jurata, quæ fit ſine juramento. Judicialis, quæ fit in judicio, judice pro tribunali ſedente, vel cum actis publicis inſinuatur, & hæc etiam absq; teſtibus valet. Extrajudicialis eſt, quæ fit coram Notario, & teſtibus, vel in præſentia patris, & cognatorum tantùm *vol.5.d.14.l.lll.1.*

Renunciationes hujusmodi etſi jus civile improbet: eas tamen approbat jus Canonicum, Saxonicum, & rationabilis totius fere Germaniæ conſuetudo *vol.5.d.14.l.lll.1,2.* ubi pulchrè *d.33.l.S.3.4. d.35.l.AA.4.* vide in verbo Filia.

Renunciationum gentilium cauſa efficiens propinqua, eſt conſenſus, & libera voluntas filiæ nobilis emancipatæ, vel in poteſtate conſtitutæ. Unde è contrario omnes, quæ conſenſu deſtituuntur, quales ſunt, impubes, furioſa, mente capta, errans, ignorans, dolo decepta, vel metu coacta, renunciare non poſſunt *vol.5.d.14.l.lll.2.3.* ubi pulchrè *d.33.l S.4.T.1.2.*

Renunciationis objectum conſtituunt omnia bona, quæ futura ſucceſſione filiabus nobilium obvenire poſſunt, utpote, avita, paterna, materna, fraterna, eaque tàm feudalia, quàm allodialia, immobilia, quàm mobilia *vol.5.d.14.l.lll.3.4.d.33.l.T.2.3.4.*

Renunciationum forma conſiſtit in ſolennibus ejus requiſitis, ut nempe fiat juramento ritè interpoſito, à filia congruè à patre dotata, idque in judicio, vel præſentiâ patris, & cognatorum, & id genus aliis, & præſtant hoc juramentum fœminæ ante meridiem, nec ſufficit affirmatio **bey jhren Fürſtlichen/ Gräflichen/ oder Adelichen Trewen** *vol.5.d.14.l.lll.4. d.33.l.S.4.*

Renunciatio omnis, ſi quis de jure quod ſibi competit, non certioretur, aut doceatur, ipſo jure eſt nulla *volum.5.d.14.l.lll.4.*

Renunciationis finis eſt conſervatio familiæ: effectus, ut filia, quæ ita renunciavit, excludatur à ſucceſſione ab inteſtato, non tantùm à filiis, & nepotibus, ſed etiam à patruo: filius tamen naturalis, legitimatus, adoptivus, clericus, & ſimiles, ipſi non ſunt obſtaculo *vol.5.d.14.l.lll.4.num.1.d.33.l.T.3.*

Renuncians renunciando jus ſuum perdit, & ad illos, in quorum gratiam renuntiat, transfert, nec ad jura renuncia-

tione

tione amiſſa, regreſſus dari ſolet *volum.5. d.*14.*l*.lll.4.

Renunciatio matris nocet etiam liberis, & nepotibus, ita ut ea præmoriente filius, vel nepos à ſucceſſione avi excludatur *vol.5.d.*14.*l*.mmm.1. *vol.7.d.2.l.f.3.*

Renunciatio etſi ritè facta ſit, tamen filia ex teſtamento capere poteſt omne id, quod relictum eſt. Nam hæc renunciatio tantùm fit in favorem ſucceſſionis ab inteſtato *vol.5.d.*14.*l*.mmm.1.3.

Renunciationes hæ gentiles ita validæ ſunt, valentque, niſi fœmina certo caſu ſucceſſionem ſibi reſervavit, aut renunciationem cum limitatione fecit: exiſtente enim caſu, vel conditione iterum admittitur. Nam ſolent pleræque filiæ ita renunciare, quoad maſculus, vel frater ſupervixerit **auff den ledigen Anfall/** quod valet, ubi pulchrè. Hinc quæritur primò, an filia, quæ ſibi caſu, quo fratres ſine maſculis deceſſerint, ſucceſſionem reſervavit, illis cum fœmellis tantum decedentibus, jus ſuccedendi ſalvum habeat? & dicitur omninò. Quæritur ſecundò, an filia ante maſculos moriens hoc jus reſervatum, ad ſuos heredes tranſmittat? & dicitur quod ſic. Ita etiam quando filia hereditati fraternæ, aut feudali non expreſsè, aut in ſpecie renunciavit, generalis renunciatio nihil facit, nec eam ab hiſce excludet. Tertiò iterum admittentur filiæ, ſi fratres hereditatem repudiârint, aut ſint exheredati teſtamento, imò poterunt impugnare teſtamentum, ſi ipſæ hoc caſu prætèritæ ſint. ubi de omnibus pulchrè *vol.5.d.*14.*l*.mmm.1.2.

Renuncians filia ſi ad ſucceſſionem paternam pervenire non poteſt, quæritur, an ſaltem nepos ex ea, vel neptis ad ſucceſſionem avi admittatur? ſi filia moriatur vivo patre, & nihil ad liberos ex paterna ſubſtantia tranſmiſit, vel quia non habuit à patre, vel quia reddi ſibi ſtipulatus eſt pater, hoc caſu nepotes admittuntur. Si autem filia accepta dote ſupervixit patri, tunc excluduntur, ſi extent avunculi, ſecus ſi agnati, aut conſobrini. Sin filia accepta dote moritur ante patrem, variant Doctores, alii admittunt nepotes, alii excludunt *vol.7.d.2.l.f.3.*

Renunciationes ſtricti juris ſunt, & odioſæ, & prout limitatæ, ita intelligendæ *vol.5.d.*14.*l*.mmm.2.

in Renunciatione generali non veniunt ea, quibus quis in ſpecie non eſſet renunciaturus *vol.5.d.*14.*l*.mmm.2.

Renunciatio gentilis reſolvitur aut pœnitentia patris, aut revocatione partis utriusque, aut ſi non ritè fuerit facta. Non tamen reſcinditur propter læſionem immodicam, ſupervenientiam liberorum, facultates patris poſtea auctas, aut denique præmiſſam filiæ proteſtationem *vol.5. d.*14.*l*.mmm.3.*d.*33.*l*.T.1.

Renunciatio reſolvitur, ſi filia ad hoc dolo fuerit inducta *vol.6.d.*17 *l*.Hhhh.4.

Renunciare hereditati non poteſt prodigus, etſi nondum à Magiſtratu curatorem acceperit *vol.5.d.*33.*l*.T.1.

Renunciatio minoris 25. annis valet, modò minor juramentum interpoſuerit *vol.5.d.*33.*l*.T.2.

Renunciatio in ebrietate facta ob conſenſus defectum non valet *vol.5.d.*33. *l*.T.2.

ſi Renunciaverit filia paternæ hereditati, non præſumitur renunciaſſe maternæ, niſi

næ, niſi id expreſsè contineatur *vol.5.d.33.* *l.*T.2.3.

Renunciare juri ſuo etiam abſens poteſt per mandatarium, modò rediens id ratum habeat *vol.5.d.33.l.*T.3.

Renunciatio filiæ (intellige ſemper ſi juramento firmata ſit: nam absque eo ſemper nulla erit) valebit, etiamſi dos ſit ſolummodò promiſſa, aut vel gratis omninò facta, in tantum ut filia, ne quidem alimenta petere poſſit, niſi in extrema neceſſitate conſtituta *volum.5.diſp.33.* *l.*T.3.

in Renunciatione juramentum etiam ſcripturâ fieri poteſt *vol.5.d.33.l.*T.3.

in Renunciatione juramentum verbale ſufficit *vol.5.d.33.l.*T.3.

Renunciatio, etiamſi ejus inſinuatio nec apud acta, nec apud judicem facta ſit, tamen conſiſtit *vol.5.d.33.l.*T.3.4.

Renunciatione à filiâ celebratâ, ipſa nullum amplius regreſſum habet ad bona paterna etiam fratribus omnibus extinctis: niſi manifeſtè probetur renunciationem fratrum, vel ſororum gratiâ tanquam cauſa principali, factam eſſe *vol.5.* *d.33.l.*T.4.

Repetundarum tenentur, qui in magiſtratu, vel officio conſtituti pecuniam accipiunt, unde non debent: & hi variis pœnis puniuntur *vol.2.d.25.l.*II.3.

Repræſaliæ pro odioſo, & ſubſidiario remedio habentur, & in defectum juſtitiæ, ſi ſuperior eam facere recuſet, conceduntur, accedente authoritate ejus, qui aliàs bellum indicere poteſt *vol.3.d.5.l.*rr.2.

Repreſſalia ſunt illicita *volum.3.diſp.13.* *l.*M.2.*vol.5.d.4.l.*ee.1.2. ubi pulchrè.

Repræſaliæ à Magiſtratu ad ſupplicantis inſtantiam conceduntur ad alterius magiſtratus, ejusve ſubditi injuſtitiam reprimendam: oportet autem ut juſtitia omninò, & diu fuerit denegata *vol.5. d.4.* *l.*ee.1.2.

Repræſaliæ, ut concedantur, tria requiruntur: primò ut intercedat debitum liquidum, & grande: 2. ut præcedat juſtitiæ apud rei ſuperiorem requiſitio, & requiſitæ denegatio: 3. ut negotium procedat authoritate magiſtratus *vol.5. d.4.* *l.*ee.2.

Repræſaliarum jus inter Regalia refertur *vol.5.d.1.l.*d.4.*d.12 l.*ggg.1.

Repręſentationis jure filius omne privilegium patris habet, non tantum, ut ſuccedat cum patruo, ſed etiam ut ipſum excludat in iis, in quibus patet eum excluſiſſet *volum.5. d.23.l.*qqqqq.4. *vol.6. d.5.* *l.*Oo.4.

Repræſentatio conſanguinitatis non habet locum in his, quæ ex ſtatuto deferuntur *vol.1.d.12.l.*zz.1.

Repræſentationis jus nepos Principis ad excludendum patruum in ſucceſſione avi habet, & ſic excludet eum revera *vol.* 4 *d.16 l.*yyy.1.*d.19.l.*qqqq.1.

Repræſentatio imitatur naturam. Itaque quod eſt impoſſibile per naturam, eſt impoſſibile per repræſentationem *vol.6.* *d.*10.*l.*Ppp.4.

Repræſentatio debet fieri ſecundum easdem qualitates, quas habuit res repræſentata *vol.6.d.*10 *l.*Ppp.4.

Repræſentatio etiam in collaterali ſucceſſione locū habet *vol.4.d.16.l.*aaaa.3.4.

Repræſentatione rei principalis ſolvitur fidejuſſio, quando fidejuſſor ſimpliciter ſpopondit reum ſemel ſiſtere, & præſen-

præſentare, niſi ad omnem requiſitionem judicis,& quoties opus fuerit, reum ſiſtere promiſerit *vol.4. d.27. l.R.2.*

Reprehenſione non eſt dignus, qui rebus ſuis diligentiſſimè proſpicit *volum.4. d.27.l.K.4.*

Reſciſſoria actio poſtliminiò reverſis, & Reip. cauſa abſentibus jure civili datur ad quadriennium à tempore reverſionis, ſed jure Canonico tali reſtitutione reverſus non habet opus, quippe ipſo jure tutus *vol.7.d.6.l.dd.3.*

Reſciſſoriæ actiones non temerè conceduntur, nec ob rem levem, nec ob ſummam pecuniæ minimam, ſi majori præjudicatur, ſed ob læſionem enormem: cum contra jus civile dentur *volum.6.d.17. l.Gggg.3.* vide Reſtitutio.

Reſcindens, & Reſciſſorium. vide Judicium.

Res dividuntur in corporales, quæ ſui natura tangi poſſunt: & in incorporales, quæ tangi demonſtrativè non poſſunt, cerni tamen animo, atque intelligi poſſunt: illæ ſunt, homo, fundus, veſtis, aurum &c. hæ, ſervitus, hæreditas, obligatio &c. *vol.6.d.4.l.Kk 2.*

in Re frivola, nugatoria, & modici præjudicii, non requiritur operoſa admodum, & curioſa diſpectio *volum 6. diſp.19. l.Vuuu.1.*

Res citiùs aliquam diminutionem, quàm totum interitum patitur *vol.2.d.3. l.i.1.*

Res de facili revertitur ad ſuam priſtinam naturam *vol.3.d.1.l.b.4.*

Res quæ ſemel mea eſt, amplius mea eſſe non poteſt *vol.2.d.3.l.t.1.*

Res in dubio cenſentur allodiales *vol.1. d.6.l.cc.1.*

Res hominibus, non homines rebus accedunt *vol.1.d.6.l.cc.1.*

Res cum onere ſuo transfertur *vol.6. d.8.l.Ddd.4. vol.7.d.4.l.t.2.3.*

Res ſuo ſolùm perit Domino *volum.1. d.13.l.C.1.*

Res non per ſe, ſed hominum gratiâ comparatæ ſunt *vol.2.d.24.l.EE.3.*

Res omnis libera eſt à primævo ſtatu, & jure *vol.2.d.3.l.m.3. vol.6.d.8.l.Aaa.2.*

Rei ad ſe non pertinenti, ſe immiſcere culpa eſt *vol.2.d.7.l.ili.1.* & rebus alienis nemo ſe facilè immiſcere debet *vol 6.d.4. l.Mm.4.*

ex Re mea, quod ad me venit, meum omninò eſt *vol.6 d.4.l.Ll 1.*

Rei ſuæ quilibet moderator, & arbiter eſſe poteſt, & debet *volum.2.d.8.l.oOo.3. vol.5.d.17.l.qqq.4. vol.7.d.3.l.k.4.*

Rei ſuæ abuſus cuilibet eſt permiſſus *vol.6.d.16.l Dddd.2.*

Rei vox, vel nomen latiſſimè patet: ſub vocabulo RE, non tantum modi acquirendi continentur, ſed & actiones *vol.6.d.2.l.F.4.*

Res quælibet tripliciter æſtimari, & exprimi poteſt: ſingulariter, ſpecialiter, & generaliter *vol.6.d.9.l.Kkk.3.*

Rei alienari prohibitæ nemo eſt capax *vol.2.d.9.l.pPp.3.*

Re ablata, jus ejus rei nobis adhuc ſalvum manet, tamen re ſubreptâ, ſalva nobis non manet poſſeſſio *vol.2.d.14.l.B.1.*

Rem propriam emere non poſſumus *vol.3.d.9.l.ccc.1.*

Res noſtra intelligitur, quæ verè, & ex omni parte noſtra eſt, qualis non eſt ea

primò, in qua uſumfructum habemus: ſecundò, quæ nobis cum alio communis eſt: tertiò, cujus poſſeſſio penes alium manet: quartò, ſi alterius ſit uſusfructus: quintò, res quæ commiſſo judicata eſt: ſextò, capta in cauſa judicati: ſeptimò, generaliter omnis res, in qua alius quicquam juris ſibi competere prætendit *vol.3.d.9.l.*ccc.1.2.

Res non eſt ſubjecta ſermoni, ſed ſermo rei *vol.6.d.3.l.*V.3.

Res non à verbis, ſed verba à rebus trahi debent *vol.4.d.16.l.*bbbb.3.

Rem ipſam non ſtatim habemus, etiamſi jus in ea nobis conſtitutum, & actio in promptu ſit *vol.4.d.27.l.*K.4.

Res celeriùs ad naturam ſuam primordialem redit, quàm ab ea avellitur *vol.5.d.11.l.yy.3.*

Rei uniuscujusque recurſus ad ſuum priſtinum ſtatum eſt favorabilior, quàm diſceſſus ab eo *vol.5.d.11.l.yy.3.*

Rem ſuam propriam apud alium conſtitutam, qui propria authoritate occupat, jure, & dominio, quod in iſta re habet, privatur *vol.7.d.4.l.*m.4.

Rei alicujus nomine duplex judicium exiſtit, petitorium, & poſſeſſorium *vol.5.d.15.l.*nnn.3.

Res inter alios acta, aliis non præjudicat *volum.5.d.18.l.*qqqq.2.*d.34.l.*X.1.*vol.7.d.4.l.*t.3.

Res inter alios acta, aliis, præſertim legitimè non citatis, obeſſe non debet *vol.5.d.30.l.*A.3 *vol.7.d.4.l.*t.3.

Reales actiones poſſeſſorem rei ſequuntur, & in quemcunque poſſeſſorem etiam tertium, & extraneum rectè expediuntur *vol.7.d.4.l.*t.3.

in Reali actione perſona non dicitur obligata, & ſic in hac actione non trahitur in judicium perſona Eccleſiaſtica, ſed res ipſa *vol.5.d.15.l.*nnn.3.

Realium actionum omnium natura eſt, ut re naturaliter extincta, pereat ſimul & actio *vol.7.d.4.l.*l.4.

Rei incumbere longè tutiùs eſt, quàm in perſonam incumbere *vol.7.d.4.l.*p.4. vide Actio.

Re ſua ne quis malè utatur, Reip. intereſt *vol.6.d.16.l.*Dddd.2.

Res judicata habetur pro veritate *vol.2.d.18.l.*R.1.*d.27.l.*LL.4.

Res judicata ſive jure, ſive injuria judicatum fuerit, obligationem diſſolvit, ſi tamen ex eadem cauſa, de re eadem, & ab eodem, qui ante egit, aut etiam alio, qui tamen cauſam ab eo habeat, agatur: ſæpe enim conſtitutum, res inter alios judicatas, aliis non præjudicare *vol.3.d.12.l.*L.4. vide in verbo Sententia.

Rei judicatæ exceptio cuivis competit, qui vicit, ſi victus actionem renovet, competit etiam reo, qui abſolutus eſt *vol.3.d.11.l.*L.1. competit hæc exceptio etiam quæſtione acceſſoria, ſi cauſa eadem, & eædem perſonæ ſint *vol.2.d.27.l.*LL.MM.1.

poſt Rem judicatam ſi quis priori actione agere inſtituat, iterata actio hæc exceptione rei judicatæ repellitur *vol.3.d.11.l.*l.2.

in Rem judicatam tranſit lata ſententia, ſi intra decendium à die latæ ſententiæ per appellationem, ſimilemvè cauſam non fuerit ſuſpenſa. Hinc facta, & innovata, poſt decendii hujus lapſum attenta non ſunt. Licèt poſteà intra decendium, nem-

némpe à die ſcientiæ fuerit appellatum: & licèt alio modo, putà, viâ nullitatis, reſtitutionis in integrum, & ſimili ſententia poſtea impugnetur (dummodo hiſce pendentibus nihil innovetur) & licèt ante factam executionem (poſt ſententiam tamen, & rem judicatam) innovetur quidquam, attentatum tamen non eſt. Intra decendium tamen illud, ſi quæ innovata ſunt, attentata erunt, dummodò poſtea appellaverit condemnatus: aliàs pro attentatis non habentur, neque revocantur, ſive appellare de jure non potuerit, ſive potuerit quidem, & neglexerit *vol.3.d.2.l.*K.4.

Res judicata, juramentum, & transactio æquiparantur, quæ ob quamcunque læſionem, retractari non debent *vol.5. d.35.l.*Z.1.

contra Rem judicatam quicquid ſuſcipitur, illud ſupervacuum eſt nec valet *vol.7.d.*1.*l.*b.3.

Res judicata ſuo effectu carere non debet *vol.7.d.*1.*l.*b.3.

Rebus ſic ſtantibus clauſula, omnibus diſpoſitionibus, promiſſionibus, & contractibus ineſſe cenſetur, etiamſi jurati ſint *vol.6.d.*3.*l.*Hh.1.vide Contractus.

Reſp. Princeps, imò ipſe Imperator utuntur jure privatorum, nec prærogativam aliquam habent, niſi poſſint de expreſſo privilegio ex aliqua lege docere *vol.7.d.*4.*l.*s.3.

Reſp. chirographariis ſolùm creditoribus præferrur *vol.2.d.*11.*l.*xXx.4.*volum.*7. *d.*4.*l.*p.3.s.1.

Reſp. tamen ſi expreſſam inſuper hypothecam in credito ſuo addat, conſequitur & prælationem, & hypothecam, & tunc cum dotis, fiſci, & pupilli, aliorumque ſimilium eodem modo ambulant *vol.7.d.*4.*l.*p.3.

Reip. munera ſunt triplicia. Perſonalia, mixta, & realia. Realia rurſus duplicia: alia merè realia, alia modo quodam, ſunt inſuper ex his aliqua ordinaria, aliqua extraordinaria *vol.1.d.*4.*l.*s.4.

Rerump. baſis, ac vinculum ſunt leges, quæ ſi variæ ac difformes, varias, ac inſtabiles eas efficit, hinc magno cum incommodo, ſæpe etiam cum interitu, conſolidatis & unitis per confraternitatem duobus Ducatibus unius Principatus leges, alteri aſſimilari, & accommodari neceſſe eſt *vol.1.d.*16.*l.*O.4.*d.*20.*l.*T.2.3.*vol.*4. *d.*1.*l.*)(.3.4.)()(.1.

Reip. ſtatus dicitur, quo illa ſtat & perſiſtit: definirique poteſt illud ipſum, quo Reſp. qualiſcunque illa ſit, talis eſt, non verò alia, & ſtatus hic qualitativus tantum eſt, non quantitativus. Itaque Spartæ Rex, tàm Rex erat, quàm Rex Perſarum, & Lucca nunc tàm Reſp. eſt, quàm Venetiæ. Reſp. autem eſt ſocietas populi ordine, & cum ratione, & ſuprema poteſtate ad ſalutem omnium coalita, unde & Reſp. quaſi populica, ſeu res populi dicta eſt. Igitur *ἀναρχίας* nullus, nec valet diſtinctio inter Reſp. nativas, & veras, & inter degenerantes, ſeu prolapſas. Nam illæ ſolæ ſunt Reſp. & τρόποι πολιτείας: hæ ἁμαρτήματα, παρεκβάσεις, μεταβολαί, φθοραὶ Rerump. ſunt, non veræ earum ſpecies. Nam præterquam, quod nec jure, nec ratione conſiſtunt, propria tantùm in ipſis vel unius, vel paucorum, vel multitudinis utilitas quæritur. Fundatur autem ſeu conſiſtit ſtatus Politiæ in juribus Regni,

gni, ſeu Reip. quæ ſunt duplicia, nempe Jura Majeſtatis, & Leges Regni fundamentales *vol.1. d.22. l.*T.2.3. *volum.2. d.5. l.*ee.4.

Reip. forma eſt duplex: vel unius, ſeu monarchica, vel multorum, ſeu polyarchica, & hæc viciſſim vel paucorum, vel omnium: illa in ſpecie dicitur MONARCHIA, iſta ARISTOCRATIA, hæc DEMOCRATIA *volum. 1. d.22. l.*T.4. *volum.4.d.2.l.*a.2.*d.3.l.*n.3.4.*d.5.l.*q.1.*d.12. l.*iii.1.*d.13.l.*nnn.4.

Reſp. mixtæ non dantur, etſi ob modum adminiſtrandi mixtum eæ tales apparere poſſint *vol.1. d.22. l.*V.1. *vol.2. d.5. l.*gg.1.*vol.4.d.3.l.*n.3.4.*d.12.l.*kkk.3.

ex Rerump. formis etſi Monarchia per ſe, & ex ſui natura ſit nobiliſſima, tamen ratione ſalutis civium præſtantiſſima, & optima erit ex tribus illa, quæ maximè alicujus gentis indoli, moribus, loco, commerciis, aliiſque circumſtantiis convenit *volum.1.d.22.l* X.4.*volum.4.d.1.l.*)(.3.*d.12. l.*lll.2.3.*vol.5.d.17.l.*xxx.3.4.

Reip. utilius eſt habere malum Principem, & bonos Conſiliarios, quàm bonum Principem, & malos Conſiliarios *vol.1.d.23.l.*Y.2.3. vide Conſiliarius.

Reip. bonum ſtatum, & dignitatem omnibus privatis commodis præponere decet *vol.2.d.1.l.*a.2.

Reipubl. damna omnes cives nunciare poſſunt, imò conjurationem contra Principem, vel Remp. etiam revelare coguntur, & tenentur *vol.2.d.1.l.*a.2.

Reſp. augeri, ac multis hominibus abundare debet. Præcipuè verò viris literatis, quibus ad ſui regimen vehementer indiget *vol.2.d.1.l.*a.3. vide Civitas.

Reip. ſalutem nemo magis defendere tenetur, quàm Princeps *vol.2.d.1.l.*a.3. vide in verbo Princeps. & Patrocinium.

Reip. intereſt plurimos ad defendendam ſuam cauſam admittere, niſi plurium defenſio negligentiæ cauſam det *vol.6. d.3.l.*Y.2.

qui pro Rep. ceciderunt, per gloriam vivere intelliguntur *vol.6.d.16.l.*Eeee.1.

ad Remp. adminiſtrandam ante 25 annum admitti minores non oportet, tamen ſi Princeps admiſerit, ejus juriſdictio valebit *vol.2.d.1.l.*e.2.

Reſp. duobus potiſſimùm rebus continetur, pœnis, & præmiis *vol.2.d.1.l.*e.2.

Reip. Chriſtianæ firmiſſima præſidia ſunt Sacerdotium, & Regnum *volum.2. diſp.3 l.*g.1.

Reſp, factionibus, quibus Princeps aliquis contentiones inter vicinos alit, multum læditur, ut & fama ipſius dominantis *vol.2.d.3.l.*g.4.

Reſp. nititur armis, & legibus *vol.6.d.3. l.*Dd.2.3.

Reip. arma, id eſt, bella ipſi maximè ſunt inutilia. Igitur omnia prius tentanda, quam ad arma deveniatur: quod ſi autem modus non eſt, tunc arma armis ſunt propulſanda *vol.6.d.3.l.*Dd.2.3.

in Republ. nihil magis eſt neceſſarium, quàm moneta: hinc nulla Reſp. ſine ea conſiſtere poteſt, quod hâc nitatur commercium *vol.2.d.13.l.*α.1.

Reſp. ſine ærario ſtare non poteſt. vide Ærarium, & Fiſcus.

Reip. nobile ſchema eſt, ſic ordinari, ne facile convertatur: Nam minutæ iſtæ mutationes, trahunt paulatim ruinam Imperii *vol.4.d.1.l.*)(.2.3.

in Rep.

in Rep. omnis novitas vitanda. vide Novitas.

Rerump. origo antiquiſſima *vol.4.d.2.l.a.1.*

Rerump. initia, progreſſus, & inſtitutiones *volum.4 d.5.l.q.1.d.10.l.aaa.3.4.d.12.l.ggg.1.2. vol.5.d.17.l.ttt.3.4.uuu.1.2.3.4.xxx.1.2.4.yyy.1.* ubi pulcherrimè.

Resp. continetur imperio, & ſubjectione, id eſt, regendi, & parendi modo, quod ab initio orbis, & nunc paſſim per gentes videtur *vol 4.d.12.l ggg.2.*

Resp. eſt hominum plurium, & rerum tùm privatarum, tùm inter ipſos communium ſumma, cum poteſtate, ac ratione gubernatio *volum.4 d.12.l.ggg.2.lll.3. vol.5.d.17.l.sss.4.ttt 1.*

Reip. unicuique ſua juriſdictio eſt, ejusque ſpecialis forma, prout eam, vel ſibi reſervare, vel communicare placuerit capiti Reip. à cujus arbitrio illa tota dependet *vol.4.d.17.l.cccc.3.*

Resp. tunc maximè ſalva erit, quando mediante amore Cæſar, Reges, Principes, aliiq; cum populo, ſtatibus, & clientibus ſuis, ut caput, & membra in unum corpus politicum ita coaleſcant, ut & caput pro membrorum, & membra pro capitis ſtatu conſervando, jugiter laborent, & occupentur *vol.5.d.17.l.qqq.1.2.sss.1.2.3.4.llll.3.*

Resp. nulla re magis læditur, quàm discordiis, & nulla magis conſervatur, quàm concordia *vol.5.d.17.l.qqq.1.2.*

Remp. rectè formare res difficilis eſt, & ſublimis, imò ſcientiarum ſcientia *vol.5.d.17.l.qqq.1.*

Resp. rarò quiete diuturna gaudet, ſed ſubalterno plerumque motu quaſſatur *vol.5.d.17.l.qqq.1.2.*

Reip. jus eſt vel Eccleſiaſticum, vel ſæculare, prius conſiſtit in religione, & pietate, cui reſpondet tabula decem Præceptorum prima. Poſterius conſiſtit in Juſtitia ſuum cuique tribuente, cui reſpondet ſecunda, ſeu altera decalogi tabula, quæ corporis, & vitæ hujus uſum ſpectat. Et eſt generale, vel ſpeciale; illud, quod ſingulis membris regni rationem, & formam juſtè agendi, & vivendi in ſingulis negotiis præſcribit. hoc, quod ad ſuccurrendum indigentiæ, & neceſſitati univerſorum, & ad promovenda eorundem commoda ſingularia media oſtendit, & præſcribit *vol.5.d.17.l.kkkk.1.*

Resp. incolumis, privatas res facilè ſalvas præſtat, publica perdendo tua nequicquam ſerves *vol.7.d.4.l.p.1.*

Reip. ſumma, & tota perfectio eſt, quæ etiam docetur jure naturali, gentium, & civili, ut Princeps bene imperet, ſubditi bene obediant *vol.5.d.17.l.llll.3.*

in Rep. confuſio omnis tollenda *vol.5.d.20.l.ccccc.3.*

Reſpublica floret rebus privatorum florentibus, & res privatorum florent Rep. florente *vol.6.d 3.l.P.4.*

Remp. prodit, qui illam deſerit *vol.6.d.3.l.P.4.*

Reip. intereſt, dignitate eminere, & authoritatem potentia, & utilitate munire *vol.6.d.3 l.Y.2.*

Reip. intereſt, provinciam malis hominibus purgari *vol.6.d.8.l.Aaa.3.* vide Delicta.

Reip. cauſa qui equo publico in cauſa publica transvehuntur, magiſtratibus affines ſunt *vol.7.d.8.l.mm.2.*

Reip. cauſa qui abſunt, excuſationem

 habent.

habent à tutela, contra illos non poteſt præſcribi, vel uſucapi, non habent neceſſe ſe defendere *vol.7.d.8.l.*mm.2.

Reſcripta Principum univerſa ſub ea conditione proferuntur, ſi Preces veritate nitantur: & modicum adverſæ partis jus, quod non exprimitur, vitiat gratiam *vol.2.d.1.l.*b.1. *vol.3.d.5.l.*dd 1.

Reſcripta Cæſaris, beneficiaq; univerſa hanc tacitè clauſulam habere debent annexam, nempe, ſalvo Imperii jure, & cujusq; *vol.2.d.3.l.*m.2.

Reſcripto Imperiali reſcindi non oportet, quæ legitimè definita, & conventa ſunt, nec id ſine infamia fieri poteſt *vol.2.d.3.l.*o.3.

Reſcripta Principum univerſa, ſub ea conditione proferri debent, ſi PRECES veritate nitantur. Nec aliquem fructum precator oraculi percipere valet, licèt in judicio afferat veritatem, niſi quæſtio fidei precum Imperiali beneficio inſerta monſtretur, etſi non cognitio, ſed executio mandetur. Cæterùm dolo facit, qui tacet in ſupplicatione id, quod exprimere debuerat. Planè clauſula motu Principis proprio adjecta, fraudis ſuſpicionem tollit, gratiamque. quæ aliâs non extenderetur, extendit. Motu autem proprio tunc ſolùm gratia fieri cenſetur, cùm hoc expreſsè cautum fuerit in eadem. Item clauſulâ ex certâ ſcientia ſignificatur diſpenſaſſe Principem, ſi quid ſciens cum inhabili egerit *volum.2.d.1.l.*b.1. *vol.3.d.5.l.*dd.1. *vol.5.d.36.l.*DD.2. *vol.6.d.2.l.*G.3.

Reſcriptis univerſis hæc clauſula, ſi Preces &c. ineſſe expreſsè debet, Pontificiis exceptis, in quibus ſi non adſit, ſubintelligi tamen debet, in cæteris ſi non adſit, objici poteſt exceptio *volum.7.d.6.l.*dd.3.

Reſcripta Principum, etſi contra jus valeant, ex juſta cauſa, quæ publicam utilitatem concernit, tamen hoc non placet admitti, ſi deciſæ ſemel cauſæ fuerint, judiciali ſententia, quam provocatio nulla ſuſpendit. Sed ii, qui talia reſcripta meruerunt, limine judiciorum repelli debent: Item cauſæ, vel lites tranſactionibus legitimis finitæ, Imperiali reſcripto reſuſcitari non poſſunt, ſic hæc neque valent contra jus Tertii, niſi temporalis tantùm Tertio auferatur. Generaliter enim reſcripta Principum ita intelligenda ſunt, ut nemini faciant injuriam. Quoniam voluntas Principis præſumitur juri conſentanea, & impoſſibile reputatur illud, quod Princeps concedere non ſolet *vol.2.d.1.l.*b.1.

Reſcripta ſubreptitia cenſentur fiſco damnoſa *vol.3.d.5.l.*gg.2.

Reſcripta Principum ſic intelligi debent, ne vergant in alterius præjudicium *vol.5.d.46.l.*ZZZ.3.

in Reſcriptis Principum verba accipienda ſunt cum effectu *vol.5.d.30.l* F.2.

Reſcriptum Principis, de jure ſubſiſtit, quando non aufertur alicui jus ſuum, ſed tantum temporalis quædam exceptio *vol.5.d.34.l.*X.2.

Reſervata ſoli Principi, id eſt, quæ ſunt de jure Majeſtatis, in generali conceſſione, ſi cui regimen, & Vicariatum Princeps committat, non veniunt, ſed ſpecialem expreſſionem, & conceſſionem requirunt. Quod ſi verò quis Princeps unum, aut alterum Reſervatum in conceſſione duntaxat excipiat expreſsè, & ſpeciali-

cialiter, tunc reliqua hoc modo conceſſa videntur. Hujuſmodi etiam Reſervata nec alienari, nec præſcribi ullo modo poſſunt *vol.2.d.6.l.*qq.2.*d.*18.*l.*S.4.*d.*20.*l.*V.4. dd.1.2.3. ee.2.3. *volum.*4. *d.*2. *l.*m.1.2. *d.*6. *l.*bb.4 *d* 9.*l.*kk.1. *vol.*5.*d.*21.*l.*hhhh.4. Vide in verbo Majeſtas, & Princeps.

Reſervatio conſervat jus reſervanti *vol.*5.*d.*14.*l.*mmm.2.

de Reſiduis tenentur, qui pecuniam publicam ſibi creditam in alios, quàm oportuit, uſus convertunt *volum.*2.*diſp.*25. *l.*II.3.

Reſtitutio in integrum etiam contra abſolutam præſcriptionem datur: ſi cauſa probatæ, juſtæ, nec diſſotæ ignorationis intercefferit *vol.*1.*d.*3.*l* q.2.

Reſtituuntur minores modicè læſi adverſus venditorem *vol.*2. *d.*28. *l.*NN.3. *vol.*4.*d.*25.*l.*G.2.3.4. vide in verbis Minor, & Pupillus *vol.*6.*d.*17.*l.*Gggg.2.

Reſtituuntur etiam aſſerentes ſe majores ſine dolo malo: interdum etiam ex delictis *volum.*2.*d.*28.*l.*NN.3. *vol*.4 *d.*25. *l.*H.1.

Reſtituuntur Ruſtici juris imperitia lapſi *volum.*2. *d.*28. *l.*NN.3. *volum.*6. *d.*17. *l.*Gggg.2.

Reſtitutio in integrum Domino adverſus negotiorum ſuorũ geſtorem conceditur tùm, cùm ipſe ſolvendo non eſt: ut patet ex exemplis Procuratorum pauperum, & aurigarum vectigalia non ſolventium &c. *vol.*1.*d.*8.*l.*mm.4. *vol.*3.*d.*5. *l.*qq.2.*vol.*5.*d.*18 *l.*ssss.1. aliàs negligentia adminiſtratoris Domino nocet *ibid.* vide etiam de hoc in verbo Negligentia *vol.*6. *d.*11.*l.*Sss.3 in Coroll. *vol.*7.*d.*5.*l.*aa.2.

Reſtitutio non conceditur, niſi quis enormiter læſus ſit *vol.*3.*d.*5 *l.*mm.2. *vol.*4. *d.*25.*l.*G.2. *vol.*6.*d.*17.*l.*Gggg.3.

Reſtitutio non injuſtitiam ſententiæ, ſed veniæ petitionem, & erroris proprii confeſſionem continet, non ſententiam nullam, ſed reſcindendam arguit *volum* 3. *d.*5.*l.*qq.2.

Reſtitutioni ſubjecta alienari non poſſunt *vol.*3.*d.*9.*l.*ccc.1.

Reſtitutionis in integrum ea vis eſt, ut unusquisque in integrum jus ſuum recipiat *volum.*3.*d.*10.*l.*C.2. *vol.*4.*d.*25.*l.*F.3.4. *vol.*6.*d.*2.*l.*N.2.*d.*17.*l.*Gggg 1.Hhhh.1.

Reſtitutio idem operatur, quod fictio poſtliminii, & renaſci facit, quod penitus fuit extinctum *vol.*6.*d.*1.*l.*E 4.

Reſtitutione rei Fiſcalis à Principe per clauſulam generalem Gratiamus; aut Indulgemus decreta: tunc etiam bona Fiſco jam de Facto Incorporata reſtituuntur *vol.*6.*d.*2.*l.*N.4.

Reſtitutione Rei, & Damnati Fiſcalis decreta illa tamen bona ipſi non reſtituuntur, quæ Juſto titulo ad Tertium pervenerunt *vol.*6.*d.*2.*l.*N.4.

Reſtitutio in integrum eſt redintegrandæ rei, vel cauſæ actio. Et eſt beneficium juris extraordinarium, quia contra jus commune competit, eo ipſo quod jure communi damnatum ex juſta cauſa liberat *vol.*4.*d.*25.*l.*F.3. *vol.*6. *d.*17.*l.*Gggg.1. hoc beneficium reducit deceptos, ac læſos ex juſta & probabili cauſa in eum ſtatum, quo ante læſionem fuêre: dicitur autem extraordinarium, quia alio competente non datur: unde in contractibus, qui ipſo jure irriti ſunt, eo non utimur *ibid* & Hhhh.1.

Reſtitutio ita petenda eſt, ut ſi in perſonam

ſonam agatur, ſpectandum ſit forum, in quo reus domicilium habet. Si verò in rem, ibi, ubi res ſita eſt. In quibusdam tamen cauſis, nec in foro domicilii, nec rei ſitæ agitur, ſed in conſiſtorio Principis, veluti adverſus libertatem: item adverſus ſententiam ejus, qui vice Principis judicavit *vol.4.d.25.l.F.3.vol.6.d.17.l.*Gggg.1. datur contra omnem ſententiam, tàm inappellabilem ex natura cauſæ, quàm propter excellentiam judicis *vol.7.d.5.l.*aa.4.

Reſtitutionis beneficium habent Minores, ſive patres, ſive filiifam. ſint, ſive maſculi, ſive Fœminæ; Item Furioſi, Prodigi; Mulieres 25 annis majores, ex probabili ſimplicitate, & Inconſulta facilitate, ac fragilitate ſexus lapſæ, vel circumſcriptæ: Item Collegia pia, & licita: Civitates, & Resp. Caſtra & villæ: Eccleſia deniq; tàm in contractibus, quàm in Judicio læſa *vol.6.d.17.l.*Gggg.2.Iiii.2.3. vide Minor.

Reſtituuntur etiam Majores abſentes ex juſta cauſa, vel alia legitima ratione impediti: Milites quoque etiam noſtri temporis, dummodo ſint in expeditione, & circa res militares occupati: Imò & Ruſtici ex probabili ſimplicitate lapſi: omnes denique, qui quoquo modo ex juſto errore in captionem non frivolam inciderunt *vol.6.d.17.l.*Gggg 2.3.

Reſtitutio petenda eſt partibus præſentibus & legitimè citatis, aut contumaciter abſentibus, & cauſa propter quam petitur, plenè probata. Nam reſtitutio non fit citra cauſę cognitionem, itaque libellus novus offerri debet, & ſi Procurator alterius nomine agat, debet docere de mandato, eoque ſpeciali. Tempus autem præfinitum eſt quadriennium, niſi actione doli quis experiatur, quæ biennio continuo finitur. Id autem tempus minoribus à primo die anni 26. vel ab intimata ætatis venia: vide de hoc ſupra, & in verbo minor, & pupillus. Militibus à die miſſionis: aliis Reip. cauſa abſentibus ex die reditus computatur *vol.4 d.25.l.F.4.vol.6. d.17.l.*Gggg.3.4.*vol.7.d.5.l.*aa.4.

Reſtitutionis, & nullitatis actiones cumulari poſſunt, & pendente judicio nullitatis quadriennium Reſtitutioni petendæ præfinitum non labitur *volum.6.d.17. l.*Gggg.3.

Reſtitutio primum datur ob metum, id eſt, qui ob metum aliquid promiſit, geſſit, contraxit &c. hoc beneficium habet *vol.4.d.25.l.F.4.vol.6.d.17.l.*Hhhh.1.2.

Reſtitutionis beneficium datur non ipſis tantum læſis, ſed & eorum ſucceſſoribus: unde reale eſt. Heredibus autem indifferenter omnibus conceditur, ſed non Fidejuſſoribus, niſi minor dolo adverſarii circumventus, fidejuſſores dederit: vel niſi minorem eſſe fidejuſſor ignoraverit. Cedi etiam hoc beneficium poteſt *vol.6.d.17.l.*Gggg.4.

Reſtitutionem malo animo, & cauſà ſolum impediendi, effectus à parte quapiam peti, quando apparet, tunc ſententia ante omnia executioni mandabitur, præſtita tamen de reſtitutione cautione *vol.7.d 5.l.*aa.4.

Reſtitutionis hujus natura hæc eſt, ut damnum, & rem tantùm perſequatur, nec ei detur, cui nihil abeſt. Ideo contra eum, qui rem nullam debitoris, vel pecuniam non à debitore ſibi ſponte datam, ſine judice invadit, & per vim exigit, non competit,

petit, ſed is incidit in legem Juliam de vi, & ex conſtitutione Divi Marci jus crediti amittit *vol.*4.*d* 25.*l.*G.1. *volum.*6.*diſp* 17. *l.*Hhhh.3.

Reſtitutio ſecundò datur ex dolo malo, ſi quis ſtudio fuerit deceptus, ac etiam ſi quis errore, aut ignorantia decipiatur: datur etiam heredibus, ſicut in actione metus. Sin autem per colluſionem procuratoris ad agendum dati reus vicerit, & abſolutus fuerit, reſtitutionis beneficium tum demum Dominus habebit, ſi ob inopiam Procuratoris damnum conſequi nequit. Ceſſat autem hæc actio, ſi modica ſit ſumma *volum.*4.*d.*25.*l.*G.1.2. *volum.*6.*d.*17. *l.*Hhhh.3.4.

Reſtitutiones, quæ honeſtæ ſunt, ob rem etiam minimam dantur, niſi majori rei præjudicium faciant *volum.*4.*d.*25. *l.*G.2.

Reſtitutio non datur liberis adverſus parentes, libertis adverſus patronos, minori adverſus minorem, multo minus delinquenti, inprimis ſi dolus ipſius appareat (mitiori tamen pœna hoc caſu affici poteſt, ad quod judex non ex neceſſitate, ſed ex æquitate tenetur, nec ei, qui dolo ſe majorem dixit *vol.*4 *d.*25.*l.*H.1.*volum.*6. *d.*17.*l.*Gggg.3.Hhhh.4.

Reſtitutionis quarta cauſa propter ſtatus mutationem contingit, & competit iis, qui propter minimam capitis diminutionem actiones ſuas amiſerunt, nam actiones per capitis diminutionem extinctas prætor creditoribus ipſius reſtituit. Quod interpretatione eo producitur, ut etiam reſtituatur actio Emancipatis, vel arrogatis, qui in re Caſtrenſi contractum fecerunt, inter quas non refertur obligatio naturalis, actio de dote, ex delicto deſcendens, uſusfructus, legatum in ſingulos annos, jura publica, & tutelæ legitimæ *vol.*4.*d.*25.*l.*H.1.

Reſtitutionis beneficium quintò habent majores ex juſta cauſa lapſi. Nam ſi abſentia, quæ cauſam habet probabilem, fecit, ut res majoris uſucapta ſit, aut actio, quæ ei competebat amiſſa, vel alio quovis modo damnum paſſus ſit, id omne in priſtinum locum reſtituit: tamen contra 30. vel 40. annorum præſcriptionem ex ſolo ignorantiæ capite reſtitutio non datur, ſubvenitur etiam pauperi in his quæ ſine ſumptibus expediri nequeunt, imò ſubvenitur majori cuilibet, cui inſtantia caſu aliquo probabili elapſa, & perempta eſt: item in cauſa proſequendi appellationem, adverſus lapſum fatalium, niſi ex facto tertii proveniat impedimentum *vol.*4.*d.*25.*l.*H.1.*volum.*6 *d.*17.*l.*Gggg.2.3. Kkkk.2.3.

ex Reſtitutionis edicto, & beneficio datur duplex remedium, Reſcindens, quod obſtaculum removet, & Reſciſſorium, quando remoto obſtaculo, actio prior intentatur: illud datur ex Conſtitutione Juſtiniani intra quadriennium, hoc verò perpetuum eſt *vol.*4.*d.*25.*l.*H.2.*vol.*6. *d* 17.*l.*Gggg.1.

Reſtitutio contra ſententiam judicialem tunc aliquando peti poteſt, ſi ſententia nulla ſit, quas nullitates vide in verbis Sententia, & Nullitas.

Reſtitutio datur item abſenti ſtudiorum cauſa: item graviter infirmo: item ebrio, non ebrioſo: quin etiam abſentibus civitatis ſuæ cauſa, ſive procuratorem habuerint, ſive non. Non verò relegato:

Digitized by Google

nec illi, in cujus abſentia inchoata eſt uſucapio, & reverſo intra non modicum tempus completa *vol.6.d.*17.*l.*Kkkk.3.

Reſtitutionis & alia ſpecies eſt, cum judicii mutandi cauſa durior, vel potentior adverſarius nobis objicitur. Prætor enim adverſus dolo alienantem actionem in factum pollicetur ei, in cujus fraudem alienatio facta eſt, & competit in id, quod intereſt alienationem non eſſe *vol* 4.*d.*25.*l.*H.2.*vol.6.d.*17.*l.*Kkkk.3.4.

Reſtituendi in integrum poteſtatem quidam cum Bodino inter jura Majeſtatis recenſent, ſed malè, cum merum Magiſtratuum jus ſit *vol.2.d.*5.*l.*gg.1. & quilibet Magiſtratus ſupremus reſtituere poteſt, imò & hanc poteſtatem alteri delegare: Magiſtratus tamen municipalis reſtituere non poteſt *vol.6.d.*17.*l.*Gggg.1. id ſingulare eſt, quod contra ſententiam procuratorum ſuorum qui vice Principis judicarunt, ſolus Princeps reſtituat *ibid.*

Reticentia facti, & circumſtantiarum, quæ vel gratiæ impetratæ, vel negotio geſto intervenerunt, etiam ſæculari præſcriptioni opponi poteſt *vol.2.d.3.l.*m.2.

Retentionis exceptio eſt, cum quis rem retinere contendit, & bona eſt, ſed tunc non valet, quando res aliena delicto, aut vitio ad aliquem pervenit, vel pervenerit quidem Domini voluntate, ſed illam rem obligare nolentis *volum.2.d.*27. *l.*MM.2. *vol.*3.*d.*1.*l.*h 3.

Retinere variè ſumitur: ſed præcipuè in jure retentio eſt poteſtas rem alterius penes nos conſtitutam ſervandi, donec nobis ſatisfiat, conceſſa. Rectè autem dividitur in retentionem veram, & quaſi retentionem. Reliquę diviſiones, quæ occurrunt, vel ex materia, vel aliis accidentibus ſumuntur *volum.5.d.*37.*l* FF.3.*vol.6, d.*14.*l.*Yyy.1.

Retentionis magnus eſt favor, imò facilius admittitur ipſa petitione *vol.6.d.1, l.*E.1.

Retentio ex variis cauſis naſcitur, quæ tamen in hoc conveniunt, quod ad rem tradendam requiratur, ut illa aut ſit obligata, aut quaſi obligata, aut cauſa retinendi cohæreat ipſi rei, aut debitum ſit propter utilitatem rei, aut res ſit alio modo apud aliquem ſine vitio *volum.5.d.*37. *l.*FF.3. *vol.6,d.*14.*l.*Yyy.1.

Retinere poteſt creditor propter obligationem, eamque expreſſam rem ſibi obligatam, in tantum, ut etiamſi majorem debiti partem, aut ex pluribus pignoribus, quibusdam certo pretio venditis, totum creditum ſuum ſit conſequutus, nihilominus tamen retinere poſſit, donec ei aut reſiduum ſolvatur, aut caveatur, ut evictionis nomine ſecurus ſit. Neque neceſſum, rem obligatam ab initio eſſe in debitoris dominio, modò poſtmodum ejus dominium ſit quæſitum: aut obligationem valere, modò pecunia accepta à tutore, aut procuratore in rem pupilli, aut domini ſit verſa. Et retinere poteſt creditor rem obligatam non tantum pro ſorte, in cujus ſummam etiam id, quod propter poſſeſſiones pignori datas ad collationes viarum muniendarum, vel quodlibet aliud neceſſarium obſequium præſtitit, computabitur. Verùm etiam pro uſuris, de quibus præſtandis ſpecialiter convenit, aut non, modò pignus datum ſit *vol.5.d.*35.*l.*FF.3. *vol.6.d.*14.*l.*Yyy.1.

Retinere non poteſt creditor rem pupilli

Digitized by Google

pilli ſine decreto, aut domini, citra ejus voluntatem obligatam, quando pecunia in ipſorum utilitatem non eſt verſa: ſecundò retinere non poteſt rem vitiosè obligatam, cujus vitium non eſt purgatum: tertiò, Pignus forte ſoluta, pro uſuris, quando pro ſorte duntaxat fuit obligatum, & è contra: quartò Depoſitarius rem depoſitam propter actiones, quas ſe contra deponentem habere contendit: quintò commodatarius rem commodatam: ſextò Maritus dotem propter res ab uxore amotas, eidem donatas, liberos ex ea ſuſceptos *vol.5.d.37 l.*FF.1.2. *vol.6.d.14. l.*Yyy.1.2.

Retinere poteſt propter tacitam obligationem primò, mulier bona mariti, in quorum tenuta, ut Doctores loquuntur, ſeu nuda detentione fuit tempore mortis, non ſolùm pro dote, ſed etiam bonis paraphernalibus, pro quibus non minus, ac dote mariti bona ipſi ſunt obligata, in quorum bonorum detentione autem tempore mortis mariti non fuit, illa propria authoritate poteſt invadere, iiſque inſiſtere, neque refert ſintne mobilia, aut immobilia, aut etiam feudalia (niſi ſtatim probari poſſint eſſe feudalia dummodo non ſint ab heredibus antea occupata *vol.5.d.*37.*l.*FF.4. *vol.6.d.*14.*l.*Yyy.2.

Retinere poteſt propter tacitam obligationem Dominus, qui locavit prædium urbanum, inducta & illata, non ſolùm pro penſione non ſoluta, aut deterioratione inquilini culpâ facta (quæ tamen inducta, & illata eſſe oportet, ut ibi ſint) ſed alio quoque debito *vol.5.d.*37.*l.*FF.4. *vol.6.d.*14.*l.*Yyy.2.

Retinere poteſt Dominus prædii ruſtici ex tacita obligatione fructus ejuſdem, ſive naturales ſint, ſive induſtriales *vol.5.d.*37.*l.*FF.4. vide de his in verbo Hypotheca *vol.6.d.*14 *l.*Yyy.2.

Retinere ex tacita obligatione poteſt creditor uſuras legitimas ex fructibus rei pignoratę *v.5.d.*37.*l.*FF.4.*v.6.d.*14.*l.*Yyy.2.

Retinere non poteſt ob defectum tacitæ obligationis prædii ruſtici Dominus illata & invecta, licèt eo ſciente ſint illata *vol.5.d.*37.*l.*FF.4.*vol.6.d.*14.*l.*Yyy.2.

Retinere poteſt ob quaſi obligationem Primò venditor rem venditam, donec pretiū ſolvatur, etiamſi unicus nummus tantum non ſit ſolutus. Secundò Redimens ab hoſtibus redemptum, quouſq; redemptionis pretium reſtituat, aut laboris obſequio, vel quinquennii opere beneficii vicem referat. Tertiò, Magiſter navis, merces non jactas, ut ipſatum Domini mercium jactarum damnum pro portione præſtent. Quartò emptor, lite ſuper re vendita pendente, pretium. Quintò emptor ſecundus rem emptam, cujus venditio priori venditori metu, aut vi extorta fuit, donec reddatur pretium: Sextò creditor rem, quæ ipſi pro alio debito fuit obligata pro eo, pro quo retinetur *vol* 5.*d.*37.*l* FF.4.*vol.6.d.*14.*l.*Yyy.2.

Retinere non poteſt Primò, Redimens ab hoſtibus redemptum, ſi eum pretio non accepto ſemel remiſit: Secundò Natum ex redempta: Tertiò Emptor, pretium lite ſuper re vendita pendente, ſi fidejuſſores pro evictione dati ſint *volum.5. d.*37.*l.*FF 4.*vol.6.d.*14.*l.*Yyy.2.

Retinere poteſt propter cauſam ipſi rei cohærentem, ſive impenſas in rem factas: primò Commodatarius rem commo-

modatam propter impenſas in valetudinem ſervi, in ejus requiſitionem poſt fugam: ſecundò Creditor pignus ob impenſas neceſſarias: tertiò Colonus rem conductam neceſſariò, vel utiliter auctam, etiamſi ob penſionem non ſolutam poſſeſſione expellitur: 4. Inquilinus: 5. Emphyteuta agrum vectigalem: 6. Depoſitarius rem depoſitam: 7. Heres Vaſalli feudum, quod defunctus ædificando, vel alio modo melioravit. 8. Stabularius equum pro pabulo: 9. Qui pecus alienum, quod damnum dat in agro ſuo deprehendit, & quouſque dominum cognoſcat, includit, & alit: 10. Caupo, qui in viatoris infirmitatem, & funus fecit expenſas, res quas ſecum habuit: 11. Commentarienſis, ſeu apparitor incarceratum, idque indiſtinctè non conſiderata incarcerationis cauſa: 12. Qui expoſuit pecuniam pro ſtudioſi funeralibus, libros *vol.5.d.*37.*l.*FF.4. GG.1. *vol.6.d.*14. *l.*Yyy.2.3.

Retinere poteſt decimotertiò: Poſſeſſor rei ſingularis (ſive bona, ſive mala fide poſſideat) ob impenſas neceſſarias rem poſſeſſam: at 14. Bonæ fidei poſſeſſor etiam ob impenſas utiles: 15. Procurator litem: 16. Donatarius rem alienam donatam melioratam: 17. Qui bona fide hereditatem poſſidet, & in mortui infirmitatem, ac ſumptum funeris de ſuo erogavit, legatorum nomine de ſuo ſolvit, in honorem filii erogavit, creditoribus hereditariis ſolvit, in hereditatem neceſſariò, utiliter, ac voluptariè impendit: 18. Item: qui mala fide hereditatem poſſidet, ſi creditoribus hereditariis ſolvit, & de defendendo petitore, ſi forſan iterum convemiatur, cavit, aut impenſis ſuis rem fecit meliorem: 19. Maritus dotem, ob impenſas neceſſarias, quæ ipſo jure dotem minuunt: 20. Tutor res pupilli, ſi factas impenſas reddita ratione probavit, aut ſtatim probare paratus ſit: 21. Negotiorum geſtor: 22. Uſufructuarius, ſi quid ultra impendit, quàm cogitur: 23. Heres fiduciarius res ex fideicommiſſi cauſa reſtituendas: 24. Miſſus in poſſeſſionem damni infecti nomine: 25. Emptor, quando res evincitur, aut re in diem addicta, melior conditio offertur, aut fundus à minoris curatoribus venditus longè, longeque melior factus per reſtitutionis beneficium impetratur *volum.5.d.*37. *l.*GG.1. *volum.6.d.*14. *l.*Yyy.3.

Retinere non poteſt ob impenſas, primò Commodatarius, ſi modica, aut alia fecit impendia, quæ naturali ratione ad eum pertinent: 2. Emphyteuta finita emphyteuſi rem in Emphyteuſin conceſſam, ſi ſumptus facti de jure ad eum ſpectant: 3. Uſufructuarius uſumfructum ob impenſas modicas in reficiendo factas: 4. Qui mala fide hereditatem poſſidet, impenſarum voluptuariarum nomine, tollere tamen non prohibetur, ſi ſine rei detrimento fieri poteſt: 5. Rei ſingularis malæ fidei poſſeſſor, propter expenſas utiles poteſt tamen tollere, ut dictum eſt: 6. Rem furtivam fur ob impenſas neceſſarias: 7. Qui fecit impenſas colligendorum fructuum gratiâ, ubi ſolvenda eſt decima Eccleſiæ, vel parocho: 8. Maritus dotem mulieris, propter impenſas utiles aut voluptuarias, aut neceſſarias, non ad perpetuam rei utilitatem factas: 9. Tutor res pupilli ob ſumptus, quos ſe feciſſe dicit,

cit, non autem, ut decet, probat *vol.5.d.37. l.GG.1.vol.6.d.14 l.Yyy.3.*

Retinere poteſt rem ipſam propter debitum pro utilitate ipſius rei contractum: primò Scriptor quinternos exemplaris pro mercede: ſecundò, Sartor veſtem *vol.5.d.37.l.GG.2.vol.6.d.14.l.Yyy.3.4.*

Retinere non poteſt ex diverſo, primò Scriptor exemplar ſibi traditum pro mercede: ſecundò. Advocati, Procuratores, judices inſtrumenta, vel ſcripturas eis traditas pro ipſorum mercede *volum.5.d.37. l.GG 2.vol.6.d.14.l.Yyy.4.*

Retinere tandem ob juſtam, & non vitioſam poſſeſſionem poteſt, Primò. Creditor rem minoris pretii ex falſa debiti quantitate in ſolutum datam: 2. Minor feudum datum, etiamſi fidelitatem facere cogi non poſſit, donec venerit in ætatem, in qua doli capax eſt: 3. Maritus res jure æſtimatas in dotem datas offerendo pecuniam: 4. Tutor rem pupilli juſtè venditam, emptore pretium non ſolvente, ſi de ſuo rationibus pupilli pretium accepto fert: 5. Dominus agri, delatum vi fluminis, ut caveatur de damno: 6. Heres quaſi retinet, vel deducit, quod defunctus aliis, aut ſibi debuit, antequam legata præſtet, aut hereditatem reſtituat, utcunque aditâ hereditate actiones ſint confuſæ: 7. Juſtus hereditatis poſſeſſor, quod ſibi debetur *vol.5.d.37.l.GG.2.vol.6. d.14.l.Yyy.4.*

Retinere tandem non poteſt: Primò. Creditor rem, quam alio modo, quàm per dationem in ſolutum accepit: Secundò. Legatarius rem legatam propria authoritate occupatam: 3. Maritus res æſtimatas in dotem datas interpoſito pacto de reſtituendo: 4. Qui mala fide hereditatem poſſidet, quod ſibi debetur, maximè ſi eſt naturale debitum: 5. Heres reſtituere gravatus, quod ſibi debetur, ſi teſtator expreſſit, ſe eum compenſandi animo inſtituiſſe: 6. Fœnerator, aliquid de pecunia fœnori danda, nomine uſurarum, ſportularum, ſiliquarum, aut alius cujuſcunque cauſæ gratiâ: 7. Filii dotem matris tutricis ad ſecundas nuptias transeuntis, etiam adminiſtrationis ratione nondum reddita: 8. Creditor, pignus debito intra ſtatutum diem non ſoluto *vol.5. d.37.l.GG.2.vol.6.d.14.l.Yyy.4.*

Retentio ratione formæ vel ipſo jure competit, neque opus habet exceptione, vel competit ope exceptionis, ut plerumque, & ita eſt peremptoria, perpetua, & rei cohærens *vol.5.d.37.l.GG.2.vol.6.d.14. l.Yyy.4.*

Retentionis finis eſt, ut id, ad quod conſequendum, aut nullam habemus actionem, aut ſi actionem quidem habemus, melius tamen eſt, ut per retentam id, quod petimus, conſequamur *vol.5. d.37. l.GG 2.vol.6.d.14 l.Yyy.4.*

Retentionis affinia remedia ſunt: Actio furti, Condictio incerti ad impenſam non deductam, conſequendam: Actio pignoratitiæ contraria: Actio negotiorum geſtorum: Mandati: Rerum amotarum: Exactio, ſi mulier impenſarum deductionem pati non vult: Communi dividundo judicium: Actio empti: Tutelæ contraria: Locati-conducti: Commodati contraria, & ſimiles *vol.5.d.37.l.GG.2. vol.6 d.14.l.Yyy.4.*

Retrahendi jus, ſeu retractus à retrohendo dicitur, ubique permiſſum eſt, nec

Digitized by Google

emptori licet illud ullis cautelis evertere. Et eſt jus quoddam prælationis, conceſſum ſpecialiter aliquibus perſonis in contractu Emptionis-Venditionis. Conſuetudo autem hæc, nec eſt contra jus commune, cum potius & jure Civili, Pontificio, Divino, imò Feudali ſit permiſſa, imò rationabilis, & ſummè favorabilis *vol.1. d.12.l.uu.2.3.vol.3.d.1.l.a.1.2.*

Retractus duo ſunt genera. Nam hoc eſt aut ipſo jure, aut voluntate privatorum conſtitutum. Illud dicitur quod vel ex jure communi, vel ſtatuto, vel loci conſuetudine receptum, quem poſteriorem retractum Municipalem indigetant. Et eſt conſuetudinarium competens proximioribus, in alienatis à proximo bonis, pretio ſimili reſtituto recuperandis, intra conſtituta moribus tempora. Et valet hic retractus in venditione perfecta, imò nulla: item in venditione ab eo facta, qui ſub inventarii beneficio heres factus eſt. Item in venditione fundi alieni bona fide empti: & in venditione rei alienæ, ut alienæ, aliàs ſecùs: item in venditionibus conditionalibus, modalibus &c. *volum.1. d.12.l.uu.2.3.vol.3.d.1.l.a.2.3.4.*

Retractus jus tunc communi jure receptum eſt: quando vendito feudo novo, vel emphyteuſi id competit Domino adverſus emptorem extraneũ, qui feudum, vel emphyteuſin emit, condictione videl. ex lege, quæ eſt actio in perſonam ex quaſi contractu. Hoc tamen non obtinet, ſi agnati cum Domino concurrant. Competit hoc retractus jus Vaſalli agnatis, ſi feudum paternum licitè extraneo, vel etiam remotiori agnato vendiderit *vol.1. d.12.l.uu.2.3.vol.3.d.1.l.a.4.*

Retractus jus ſemel confuſum, ceſſante poſtea confuſionis cauſa, reviviſcit, & redintegratur: idem ſentiendum in uſufructibus, ſervitutibus, pignoribus, actionibus, & id genus aliis *vol.1. d.12. l.xx.2. vol.3.d.1.l.a.4.*

Retractus municipialis generaliter duplex eſt, unus ſpecierum illius, actionis alter, qui retracturo competit occaſione illarum ſpecierum. Cujus hæ ſunt ſpecies: Retractus Territorialis **die Marckloſung/** Cenſualis **die Zinßloſung /** Partialis **die Theilloſung /** Gentilibus **die Erbloſung/** alio nomine agnatitia fundorum redemptio. Poſſunt etiam plures adduci ſpecies, quas conſtituunt, vicinitas, cohabitatio, patrocinium, ſocietas, communio, locatio, quæ tamen ad jam allatas commodè referri poſſunt, ſi non iisdem comprehenduntur *vol.1.d.12.l.xx.2.3.*

Retractui obnoxiæ ſunt omnes res immobiles ſive feudales, ſeu emphyteuticæ, ſeu allodiales, ſeu ſæculares, ſeu Eccleſiaſticæ: Et ad res immobiles rediguntur rerum jura, quia immobilibus cohærent: uti hereditas, uſusfructus, actiones, & nomina debita, quæ immobilia reſpiciunt, ſervitutes; decimæ; vectigalia; & id genus diſtracta portoria, annui reditus, jus luendi vel facultas redimendi, ſtantes & pendentes fructus, ceu ſunt ſegetes terræ; uvæ vitibus, poma, ac pira arboribus cohærentia, incrementum rei emptæ factum, poſſeſſorium. Sic retractus valet in omnibus reliquis contractibus, quos *ibid.* vide *vol.1.d.12.l.xx.2.3.4.volum.3.d.1.l.a 4. c.1.2.3.4.*

Retractus non obtinet in re mobili, etſi pretioſiſſima, ut verbi gratia unione Cleo-

Digitized by Google

Cleopatræ. Mobilibus accenſentur moventia: item pecunia, quamvis prædiorum emptioni ſit deſtinata, vel ex illorum venditione redacta, vel ad cambium **in den Wechſel** collata, vel peculio patrisfam. deſtinata; Item navis, quamvis domus, & habitationis commoditatem habeat; domus exemptilis, machinæ bellicæ caſtri, piſces in ſtagno, vel piſcina, molendina in aquis quæ natant, aut ventis agitantur, inſulæ maris, fluminis, aut ſtagni, ſemper fluctuantes, & Torcular: Secùs eſt in columna domui affixa, & etiam alia quavis re ejus generis, ſit affixa, aut non, ſed quæ tamen poſita eſt, ut perpetuò maneat. Hinc oritur quæſtio, ſi quis decedat ſine liberis, relictis aſcendentibus & collateralibus, & ſtatutum ſit, ut ſuccedant, aſcendentes in mobilibus; collaterales in immobilibus: Jam qui fundum emit, moritur intra tempus legitimum relictis patre, & fratre & ſit retractus, reſtituto pretio, ad quemnam illud pretium pertineat, fratremne immobilium, aut patrem mobilium heredem? Patris aſſeruntur partes *volum.1.d.12.l.xx.1.2.3.4.yy.1.2. vol.3.d.1. l.b.1.2.3.*

Retractus territorialis eſt, qui ex ſtatuto vel conſuetudine loci, civibus, vel indigenis competit, ſi res quædam immobilis territorii ſuæ civitatis, vel pagi in extraneum, vel forenſem, nec civem, vel indigenam, fuerit alienata: imò civis nomine etiam procurator retrahere poteſt. Retrahere item poſſunt pupillus, & minorennis ſine conſenſu, & authoritate tutorum, vel curatorum; item Principis miniſtri in ea urbe, etiamſi ibi cives non ſint. Princeps autem ſive emat, ſive vendat, in ſuis territoriis hic excluditur *vol.1. d.12.l.yy.2.3.*

Retrahere ſibi ob inopiam non valens, in commodum cujusdam tertii, retrahendi jus non habet: ſicut nec cedi poteſt jus illud alteri, niſi forte proximiori conſanguineo *volum.1.diſp.12.l.yy.2.vol.3. d.1.l.g.2.*

pro Retractu ſi plures ex civibus certent, is potior erit, qui aut prævenit, aut quandoque forte hæc contentio dirimitur, aut potius vicinus venditoris reliquis præfertur; aut ille cui ex conventione, aut defuncti voluntate ſit facta poteſtas retrahendi prædium alienatum: ſic pluribus exiſtentibus ex pacto, vel teſtamento retractum habentibus, is, qui antiquius jus habet præferendus eſt. Hic in vicini cauſa oriuntur quæſtiones. Primò, Vicino competebat jus congrui, antequam autem obtineret in cauſa mortuus eſt ipſe, relictis pluribus heredibus, quæritur, an iſtud jus congrui transeat in heredes, & fiat diviſio inter eos? 2. Quid ſi via regalis, vel publicum flumen ſeparet duos agros, an nihilominus jus protimiſeos à vicino uſurpari poterit? 3. Quid juris: ſi quis duo prædia conjuncta habeat, quorum unum tuo prædio eſt conjunctum, ipſumque vendidit Titio, tu petis à Titio totum jure congrui, & ille petit ſe admitti pro parte, quæ remanſit collateralis, num audiendus? In primo aſſevero: Poſterius nego *vol.1.d.12.l.yy.3.4.*

Retractus cenſualis eſt, qui ex ſtatuto vel conſuetudine loci competit, hanc ob cauſam, quòd duo, pluresve ex prædiis ſuis, quæ poſſident ſinguli, communem cenſum fundiarium, aut impoſititium uni

Domi-

Digitized by Google

Domino quotannis tribuunt. Competit autem illi,qui ejusmodi prædium unum, aut plura poſſidet adverſus alium,ab alio poſſeſſore tale prædium,vel plura ementem. Pluribus autem concurrentibus is præfertur,qui majorem partem poſſidet, aut qui domicilium ſuum in fundo retractus habet *vol.1.d.12.l* yy.4.

Retractus partialis competit domus, vel horrei partem poſſidenti,adverſus ementem alteram domus,vel horrei partem *vol.1.d.12.l*.yy.4.

Retractus gentilitius competit cognatis,ſi alius conſanguineus rem in communi familia extraneo vendat. Ceſſat autem in venditis Regi, aut civitati publicæ utilitatis gratia: & omnes hujus capaces ſunt,& ſicut in ſucceſſione proximior excludit remotiorem,ita & hic. Pares autem gradu pariter admittuntur & hic, nec repræſentationi locus eſt,uti nec fœmina hinc excluditur. Itaq; vir loco uxoris retrahit,ſi autem vendat fundum,cognati uxoris retractum petere non poſſunt *vol.1 d.12 l*.zz.1.2.3.4. *vol.3 d.1.l*.d.3.4. e.1.2.3.4.g.3.4.h.1.2.3.4. ubi latiſſimè.

Retractus datur in ſocietate,& communione omnium bonorum, & ſemper rei retractæ pars ſocio etiam acquiritur *vol.1.d.12.l*.zz.1 2.

in Retractu emptor ſemel admittens conſanguineum ad retractum rei,eidem non ſubjectæ, pœnitere non poteſt, nec proficit conſanguinitatem agentis ad retractũ confeſſus,eandem poſtea negans. Deinde conſanguineus, ſi ab emtore ſit alicui locatus fundus,quem retrahat conſanguineus,tenebitur ſtare locationi *vol.1. d.12.l*.zz.3.

in Retractu ſi plures concurrant ex diverſis tamen cauſis,quid aſſerendum? & dicitur quòd majus ſit privilegium ſocietatis, quàm vicinitatis in petendo jure congrui, majus vicinitatis,quàm ſanguinis, majus ſanguinis, quàm dominii,majus dominii, ſeu proprietatis,quàm vicinitatis, majus interdum conventionis, quàm ſanguinis, & demum municipalis retractus fortior eſt,quàm conventionalis *vol.1.d.12.l*.zz.3.4.

Retractus nomine competunt actiones,& primò condictio ex lege,ſeu conſuetudine municipali, proindeque perſonalis in rem ſcripta,ex quaſi contractu. Si de foro quæras,forum eſt,ubi plerumque res ſita, aut domicilium, aut major, aut principalis fortunarum pars. Sed attendenda conſuetudo loci,in qua res,de qua agitur,ſita eſt *vol.1.d.12.l*.zz.4. *vol.3. d.1 l*.h.1.2.k.1.

Retractus iterum dividitur in teſtamentarium,& conventionalem. Teſtamentarius eſt,ſi quis ultima ſua voluntate per fideicommiſſum dederit poteſtatem alicui, utpote Titio cognato, ut, ſi quis heredum,vel legatariorum de fundis relictis unum, aut plures extraneo vendiderit,integrum illi ſit fundum venditum pretio reſtituto retrahere; hæc tamen diſpoſitio non parit præjudicium,ſi proximior rei alienandę petat retractum. Competit hujus retractus nomine vindicatio,& actio hypothecaria *volum.1.d.12. l*.A.1.

Retractus conventionalis eſt,qui alicui ex conventione,vel pacto competit, quo rem quandam vendendo venditor cavit,ut liceat quandoque vel intra certum

rum tempus, vel nullo deſtinato tempore, quandocunque voluerit, rem venditam redimere. Cujus nomine venditori contra emtorem competit actio perſonalis ex vendito *vol.1.d.12.l.*A.1.

in Retractu conventionali hæ oriuntur quæſtiones. 1.Utrum unico ex heredibus emptor partem duntaxat revendere cogatur? & Negatur. 2.Stante hac negativa, poſſimne cogere coheres coheredem, aut venditor convenditorem, ut reemant, aut ſibi jus cedant? & affirmatur: 3.Si emtor ſub hoc pacto retrovenditionis ſit mortuus, & multos reliquerit liberos, illorum autem unus fundum ſic emtum poſſideret, utrum ille tantum, quoad ſuam partem, an verò quoad totum poterit conveniri? & dicitur, quod poſſit etiam in totum conveniri. 4.Si emptor, & venditor pacti ſunt de retrovendendo, verùm inſtrumento ſuper hoc contractu compoſito, deeſt promiſſio de retrovendendo facta, imò puram, & ſimplicem continet tantùm venditionem, an nihilominus tenebitur emtor, revendere? & dicitur quod ſic. 5. Utrum, ſi in pacto retrovenditionis non ſit conſtitutum certum pretium, quo reemere poſſit venditor, ſed ſimpliciter tantum illud intervenerit pactum, num venditor prius pretium, quod ab emtore accepit, aut verum, & juſtum pretium, aut illud quod alius offert, aut ab alio accipere poſſet, exſolvere tenebitur? & dicendum prius pretium eſſe exſolvendum. 6. Quid autem ſi pactum retrovenditioni adjectum de pretio in ducatis ſolvendo, qui poſtea reprobati ſint, num venditor aget ad revendendum oblata alia uſitata monetâ? & affirmandum. Hic obiter notandum pactum hoc de retrovendendo efficere, ut res valeat minus quarta parte communis pretii. Nam & aliàs onus rei adjectum eſt pars pretii, & id minuit *vol.1.d.12.l.*A.1.2. *volum.3.diſp.*1. *lit.*c.3. h.1.i.1.2.3.4. k.1. ubi latè.

in hoc Retractu conventionali, & hæc oriuntur dubia. 1.Emtione facta, aliquo tempore pòſt emtor promittit revenditionem, venditor verè non pollicetur reemptionem, an venditor ad retrovendendum aget vigore promiſſionis ab emptore factæ? & negatur. 2.Vendidit quis molendinum cum omnibus inſtrumentis ad molendum idoneis, imò novis, ſub hoc pacto, verùm cum redimere vult, omnia inſtrumenta ſunt attrita, an emtor tenebitur alia inſtrumenta, eaque idonea æquè & nova ſubſtituere, aut eorum præſtare æſtimationem? & negatur. 3.Theſaurus in fundo tali inventus, an emtori totus cedat, vel venditori, vel poſt redemptionem dividendus erit inter utrumque? & hoc ultimum ſtatuo.4 Emtor fundi hoc pacto empti uſumfructum alteri reliquit, & mortuus eſt, an contra uſufructuarium, aut heredes defuncti emtoris ad retrovenditionem agendum? contra hos agendum eſt, tutius tamen & ille convenitur. 5. An conſanguinei venditoris in retrovenditione retractum habeant? & affirmandum. Si autem emtor fundum talem alienabit, cum tali onere alienabit: & nota hic, retractum fieri debere intra tempus aliàs retrahentibus deſtinatum. Hinc alia quæſtio oritur, utrum ex illo dominium rei venditæ ita ad venditorem revertatur, ut rem à quolibet tertio poſ-

Digitized by Google

tio poſſeſſore vindicare poſſit? & negatur. Si verò venditor fundum pro ſecuritate retractus jure pignoris obligatum habet ſibi, iſto caſu & ejusmodi ſimilibus, retrahere eum ab emptore poteſt, niſi præſcriptione 30. annorum, anni, & diei impediatur *vol.1.d.12.l.A.2.3. volum.3.d.1. l.h.4.*

Retractus competit etiam ex pacto diviſionis, ut ſi heredes in ipſa hereditatis diviſione ſint pacti, ſi quisquā coheredum quicquam vendiderit extraneo, cæteris coheredibus poteſtas ſit, retrahendi illud, cujus retractus nomine contra emtorem extraneum competit condictio ex ſtatuto, vel conſuetudine, ſi alicubi fuerit receptus hic contractus. Hinc quæritur, cum nobiles familiæ ex ſententia poſſint condere ſtatutum, ne prædia extra familiam alienentur, num valeat etiam tunc eorum ſtatutum, ut facta alienatione prędiorum extra familiam ſit locus retractui? & negatur, valet tamen ſi hoc ſtatutum fuerit à Cæſare confirmatum *vol.1.d.12. l.A.3.*

ex Retractus ſolemnibus requiſitis eſt primò, ut fiat intra, ſive ſtatutis deciſa, ſive uſu longævo, & moribus hominum introducta tempora. Sin autem municipali ſtatuto tempus retrahendi certum non eſt præfixum, tunc ex jure communi, anni ſcilicet & diei tempus proximioribus indultum legitur: Intra quod non retrahens poſtea non auditur: lapſus tamen temporis ex juſta cauſa non impedit reſtitutionem in integrum. Annus autem intelligitur continuus, non utilis, aliquando etiam contingit neceſſitate urgente, ut nihil temporis indulgeatur retrahentibus. Reemptioni autem venditoris nunquam præſcribitur, niſi tempus deſtinatum contractui expreſsè ſit adjectum. Hinc quæritur, quando incipiat currere tempus, ſtatim ne à contracta venditione ante traditionem rei? & dicitur quod ſic, alii dicunt quod non, & traditione demum facta. Secundò. An ex eo tempore, quo quis ſcivit fundum retractui obnoxium alienatum eſſe, an ſecundò inquam, ex eo tempore ſcientia non ſufficit, ſed denunciatio intervenire debet? Utrumque affirmo, etiam tùm, cùm is, cui fiat, in venditione præſens, aut teſtis fuit. Denunciatione tamen non opus eſt in retractu conventionali. In conditionali verò incipit currere à die eventus conditionis: non tamen currit tempus retrahendi prędii ſimulato contractu venditi, niſi à die detectæ fraudis: & ſufficit una denunciatio facta etiam in loco extrajudiciali, vel tempore etiam feriato. Illis autem fiat, quibus retractus competit, etiam minoribus, & pupillis tutorem habentibus, & fieri poteſt ejus procuratori, cui retractus competit, etiam per venditoris procuratorem, mandato tamen inſtructum. Sic denunciatio fiat marito, uxore abſente, & vice verſa *vol.1.d.12.l.A.3.4.B.1.2.vol.3. d.1.l.f.2.3 4.*

Retractus alterum requiſitum eſt, ut retracturus juſtum pretium, idque integrum offerat, nec fidejuſſores, aut pignora offerens audiendus, imò & ſumptus etiam, & impenſas tempore contractus factas, quibus & ſumptus vini, vulgò den Weinkauff annumero. Retrahens autem in jus, & veſtigia emptoris ſubintrat, ſive is totum, ſive partem ſolverit, tantundem

Digitized by Google

dem retrahens præſtare debet, niſi inſcienter calculo erraverit, quod non refert. Hinc etiam retrahens tenetur ad neceſſarias & utiles impenſas factas ab emptore, non voluptuarias. Si verò hujusmodi pretium ignoret, eo caſu particularis oblatio, cum proteſtatione de reſiduo etiam ſolvendo tenet, modò expenſæ ſint liquidæ. Quod ſi oblatio recuſetur, tunc pecunia vel in locum publicum, vel apud judicem conſignetur, & deponatur. Ne autem retrahenti difficilior reddatur retractus, cautio eſt, ut denunciet emptori, ne ſumptus in prædium emptum faciat. Quod autem juſtum pretium dicatur vide *ibid. l.*B.3. ſi autem plures venditiones fiant, cujusnam pretium reſtituendum? & dicitur primæ, ſeu majus, ſeu minus ſit reliquis *vol.1.d.*12.*l.*B.2.3.*vol.3.d.*1.*l.f.*1.3.4. g.1.2.

Retrahens poteſt retrahere vel eodem nummi genere, vel alia etiam monetâ, modò proba, nec nimis parva, ſecus tamen ſi inter emptorem, & venditorem bona fide absque præjudicio retrahentis convenerit, ut in certa moneta pretium ſolveretur: & juxta pactum illud ſolutio facta fuerit. Retrahere etiam poteſt pecuniâ mutuata, deinde valor monetæ conſiderandus eſt eo tempore, quo cepit deberi. Demum plerumque in contractibus conſiderantur, & mos regionis, & locus, in quo contractus celebratur. Quod ſi agatur de oblatione pecuniæ, tunc illa debet fieri emptori, & ſi duo ſint utrisque, aut ejus procuratori, & ſi nullus adſit, tempus non currit. Sin emptor recuſet recipere, tunc ritè deponatur; & ſi omittatur, cui, hoc patet ex eventu litis, utrum emptor juſtè recusârit, an non. Et ſi ſponte depoſuerit, poteſt recipere pecuniam, & compenſatione, ea tamen recuperatione renunciabit tacitè retractioni *vol.*1.*d.*12. *l.*C.1.2. *vol.*3.*d.*1. *l.f.*2.3.4. g.12.ubi pulchrè de oblatione, & ſi recuſata fuerit apud judicem, vel in locum conſignatione *vol* 1.*d.*12 *l.*C.1.2.

Retrahenti juſtis cauſis impedito non currit tempus. Itaque ipſi dabitur reſtitutio in integrum, uti abſentibus, ignorantibus, & minoribus *vol.*1.*d.*12.*l.*C.2.*vol.*3. *d.*1.*l.*g.3.4.

ante Retractum fructus emptori quæruntur, item mulcta delicti, ſi jurisdictionem habeat, etſi poſt retractum ſententia lata ſit, quia tempus delicti ſpectatur: ubi plurima de fructibus, quando emtor fundum meliorem, aut deteriorem reddit, & cum domus comburitur *vol.*1.*d.*12.*l.*C.2.3. *vol.*3. *d.*1.*l.*h.2.3.4. ubi etiam pulchra de fructibus *ibid.*

Retractus procedit etiam in loco, ubi nec fundus ſitus eſt, nec jus hoc obſervatur, nec res tradita ſit, imò & in conditionali, modali, aut aliàs ob pactum legis commiſſoriæ, adjectionis in diem, vel retrovendendi adjectum, reſolutiva venditione: imò in venditione nulla, aut annullanda. Similiter ſi contrahentes à venditione perfecta, & re non ampliùs integrâ ſponte diſceſſerint, imò ſi prædia in diverſis locis fuerint, & retrahens in unum prędium in uno ſolùm loco agat, tenet ſolùm de uno eo retractus. Rejiciunt tamen retractum venditio neceſſaria, uti & illa, quæ ſolùm promiſſa eſt *vol.*1.*d.*12. *l.*C.4.D.1.2.*vol.*3.*d.*1. *l.*a.2.3.4.

quæ in Retractu hic dicta ſunt de venditio-

Digitized by Google

ditione, propemodum de omnibus reliquis contractibus, quod venditioni ſimiles ſint, intelligenda ſunt. Hinc datio in ſolutum non ſolùm voluntaria, conventionalis, extrajudicialis, ſed etiam neceſſaria, & quæ fit judicis authoritate per ſententiam, vel interpoſitionem decreti, & licet res ipſi fiſco fuerint addictæ, prout & in rebus alteri, ut creditoribus is debitum cedentis ſolvat, ceſſis, vel pro modico pretio venditis: Deinde prædium æſtimatum in dotem datum retractui ſubjacet. Permutatio tamen hinc exulat, niſi convincatur in fraudem retrahentis facta, aut res mobilis data ſit, aut partim promiſcua ſpecies partim pecunia. Ita retractus non obtinet in donatione ſimplici, mortis cauſa, legato, dotis cauſa, propter nuptias. In donatione tamen viciſſitudinaria, ſeu remuneratoria retractus obtinet, ſicuti, ſi venditor pretium emtori remiſerit, vel emtor venditori ſuo remittat, donet, vel leget actionem ex empto, nec in donatione, ac venditione ſimul factis, cum ſcilicet vendens id donat, quod pluris eſt. Quod ſi emtor, contra quem competebat retractus, rem in tertium titulo donationis, aut alio titulo retractui non obnoxio, transtulit, retractus ceſſat, niſi jam lis fuerit conteſtata. Sic ceſſat in tranſactione, quæ fit per fundum, diviſione inter ſocios, aut coheredes, locatione ad longum tempus, ceſſione in Emphyteuſin, aut feudum, pignoris datione, niſi hujusmodi fraude ſint acta: Si autem venditione facta reſervetur modica pars, an cenſebitur facta in fraudem ſtatuti? & negatur. Hinc quæritur, cùm emtor rem venditam retractam perdat, utrum venditor illi teneatur de evictione? & negatur. Exiſtente autem inter emtorem, & retrahentem contractus controverſiâ, num eo caſu venditori, ut teſti idoneo credendum eſt? & negatur. Porrò fraus nunquam præſumitur, ſed probatur teſtibus, inſtrumentis, conjecturis, præſumptionibus, imò & confeſſione partis: in qua re juramentum multum valet, tamen, quamvis juramento obtentum ſit, nihil fraudis interveniſſe, admittitur contra id probatio in contrarium, tametſi juramentum præſtitum contineat exceptionem litis finitæ *vol.1. d.12.l.D.1.2.3 4. E.1.2. vol.3. d.1.l.c.1.2.3. 4.d.1.*

Retractus favori renunciari poteſt, etiam per promiſſionem generalem non movendæ controverſiæ, & fit hoc vel expreſsè verbis, vel tacitè, cùm elabi tempus permittitur, imò & facto: ſic ſuum jus quis cedere, vendere, & donare poteſt. In hac renunciatione non datur amplius pœnitentiæ locus *volum 1.d.12.l.E.3.vol.3. d.1.l.d.3.i.1.*

à Retractu excluduntur, primò ipſe Venditor venditioni ſuæ rei conſentiens, retinet tamen hoc jus, ſi venditio facta ſit conſanguineo, isque revendat alteri extraneo, ut & tunc ſi vendat, vel conſentiat, nomine alieno, aut ratione officii ſibi à jure communi, vel municipali, aut à magiſtratu commiſſi. Item ſi deceptus ultra dimidium petat reſciſſionem facto etiam retractu. Venditori adjungitur comes ſuus fidejuſſor: filius tamen venditoris non excluditur, ſed excluduntur ſpurii, filii ſpirituales, monachi, moniales, & reliqui religioſi, Eccleſia, mona-

ſteria-

Digitized by Google

ſteriaque ipſa, exheredati, banniti *vol.*1. *diſp.*12. *l.*E.3.4.F.1.2. *volum.*3. *diſp.*1.*l.*d.1.2. 3.4.e.1.

Retractus ceſſat in donatione ſimplici, cauſa mortis, legato, in dotem, in feudum, inſuper & in compenſatione. Quanquam in donatione viciſſitudinaria, ac remuneratoria, etſi Venditor pretium emtori remiſerit, vel etiam emtor venditori ſuo remittat, donetve, vel leget actionem ex emto, nec non in donatione, ac venditione ſimul factis, cum ſcilicet vendens id donat, quod pluris eſt, contrarium dicendum videatur *vol.*3 *d.*1. *l.*c.3.

Retractus jus adeò favorabile eſt, ut res ſemper transeat cum onere retractus, etiamſi in ſexcentas manus veniſſet *vol.*3. *d.*1.*l.*e.4.

Retrovendendi pacta non reſolvunt contractum, quia eſt pactum correſpectivum, & connexum cum priori contractu *vol.*3. *d.*5.*l.*mm.2.

Retrovendendi pacto (ſicut & juri offerendi) quo vel ſimpliciter, vel quandoque venditori facultas rem venditam retrahendi permiſſa eſt, nullo unquam tempore præſcribitur *vol.*3.*d.*1.*l.*i.4. vide Præſcriptio.

Retrovendendi pactum non tranſit in ſucceſſores, & heredes ſingulares *vol.*2. *d.*20.*l.*Y.4.

pactum de Retrovendendo in emtione frequens eſt, eoq; res ea lege venditur, ut quocunque vel certo, vel præſcripto tempore pretio oblato res revendatur *vol.*3.*d.*9.*l.*fff.3.

pactum de Retrovendendo hoc modo conceptum, ut quandocunque redimere liceat, præſcriptionem longiſſimi temporis non admittit *vol.*3.*d.*9.*l.*fff.3.

Retrovendendi pactum, quamvis venditioni adjectum ſit, tamen in illo contractu dominium rei venditæ verè ad emptorem tranſit *vol.*6.*d.*6.*l.*Ss.2.

cum pacto de Retrovendendo ſi plures Domini rem vendant, unus ſine alio non poteſt retrahere, vel redimere *vol.*6. *d.*10.*l.*Ooo.3.

in pacto de Retrovendendo præſcriptio valet, ſi tempus præſtitutum ad reemendum elapſum ſit *vol.*3. *d.*9.*l.*fff.3.

in pacto de Retrovendendo ſi res ſine dolo, & culpa emtoris pereat, liberabitur, ſin autem contrarium eſt, pretium ſupplebit *vol.*3.*d.*9.*l.*fff.3.

de hoc pacto de Retrovendendo vide plura in verbo Retractus conventionalis.

Reutlinga olim Principi ſubdita civitas, nunc Imperialis *vol.*2.*d.*3.*l.*p.3.

Reviſiones optimo jure permiſſæ ſunt *vol.*2.*d.*7.*l.*dDd.1.

Reviſio appellationi affine remedium eſt *vol.*7.*d.*5.*l.*aa.4. eſt autem extraordinarium, quo in Camera læſis ex quadam benignitate per Commiſſarios Imperatoris, & Statuum ad id deputatos ſuccurritur *vol.*7.*d.*5.*l.*aa.4.

per Reviſionem interpoſitam in iis tantum caſibus ſententiæ ſuspenduntur, in quibus, ſi ſententiæ executio proceſſiſſet, cautio de reſtitutione fieri potuiſſet, ſi interponens reviſionem viciſſet *vol.*2. *d.*27.*l.*dDd.1.*d.*18.*l.*S.1.

de Reviſionis interpoſitæ juſtitia, ſeu injuſtitia, cognitio Dominis Cameralibus non competit, ſed tantum an ritè, pu-

Digitized by Google

ta legitimo tempore interpoſita, ac denunciata, debiteque cautum, & de calumnia adverſario petente juratum ſit *vol.* 2.*d*.7.*l*.dDd.1.

Reviſio interpoſita effectum ſuſpenſivum in omnibus caſibus operatur, excepto in cauſa relaxandorum captivorum, & alimentorum *vol.2.d.7.l*.dDd.1. *d.18.l*.S.1.*vol.7.d.5.l*.aa.4.

Reviſionis jus non penes Cameram Spirenſem, ſed penes Electorem Moguntinum eſt *vol.1.d.12*.in Corollar.

Reviſionem petiturus duobus olim, hodie tribus menſibus ante Kal.Maji Archiepiſcopum Moguntinum de eo certiorem reddere debet, quibus elapſis tollitur omninò hoc beneficium *vol.7.d.5. l*.aa.4.

Reviſionis beneficium omnibus læſis generaliter, & indiſtinctè in Camera conceditur *vol.2.d.18.l*.S.1.

à Reviſoribus Cameræ Spirenſis ad Cæſarem non datur appellatio *vol.4.d.12. l*.kkk.4.

Reviſores Camerales delegatam habent jurisdictionem *vol.7.d.5.l*.aa.4.

coram Reviſoribus procedendi modus perſpicuus eſt *ex Ord. Cam.p.3.tit.53. vol.7.d.5.l*.aa.4.

Reviſionis reviſio non datur, præſertim ſi Sententia Cameræ confirmata ſit *vol.7.d.5.l*.aa.4.

Reviſionis reviſio nec tunc datur, quando is, qui in Camera vicit, & in judicio reviſorio ſuccubuit, eam petit *vol.7. d.5.l*.aa.4.

Reus dicitur à re, vel cauſa, & controverſia quæ ipſi movetur, & eſt, qui ab actore ad judicium producitur, ut cum eo agatur. Hic plerunq; invitus ferè judicio exponitur *vol.3.d.15.l*.Q.3.

ne Reus conveniatur, niſi in quantum facere poteſt, exceptio eſt, quæ competit vel generaliter, vel ex certis tantum cauſis. Generaliter competit parentibus, liberis, fratribus, marito, uxori, ſoceris, patrono, patronæ, eorumque liberis, & parentibus, militibus, & iis, qui bonis ceſſerunt: & his qui bellorum, incendii, naufragii, aut ſimili calamitate bonis omnibus exuti ſunt, ſi denuò aliquid lucrentur. Ex certis tantum cauſis datur ſocio, donatori, filiis, heredibus patris, adverſus quos mater de dote agit, filiis emancipatis, exheredatis, quive paterna ſe abſtinuerunt hereditate, vel ex minima parte inſtituti ſunt *volum.2.diſp.27,l*.LL.1.*d.28. l*.NN.3.*vol.5.d.5.l*.ff.3.

Rei favorabiliores ſunt actoribus *vol. 2.d.28.l*.NN.4.*vol.3.d.15.l*.Q.3.*vol.5.d.36. l*.EE.1.

Reus actore non probante abſolvendus eſt *vol.7.d.7.l*.hh.4.

Reus abſolvendus eſt, niſi probationes evidentiſſimæ adverſus eum proferantur *vol.2.d.24.l*.NN.4.

Reus, qui verè reus eſt, & convictus, à judice abſolvi non poteſt, niſi prius cum parte adverſa concordaverit. Igitur transactio eſt abſolutionis modus *vol.6. d.1.l*.E.2.

Reus abſolvendus, ſi ſententiæ pares exiſtant. Nam valet ea, quæ eſt pro ipſo *volum.2. diſp.24. lit*.NN.4. vide in verbo Favor.

Reo quandocunque petenti defenſio concedenda eſt. Itaque ſi quis delictum aliquod verè ſit confeſſus, tamen ſi poſtea offerat

offerat probare contrarium, non erit repellendus vol.5.d.36.l.DD.3.

Reum ſontem, & ad mortis ſupplicium condemnatum, nec ſponſa, nec monialis, nec Cardinalis, ſi ipſi occurrant liberare à pœna debet (etſi hoc in multis locis contingat) quæ magna corruptela eſt vol.4 d.2.l.h.1.d.14.l.sss.3.

Reatus omnis morte extinguitur vol.7. d.4.l.n.2.

Reus non ſtatim eſt, qui accuſatur: hoc enim non ſufficit, nec nominatio ſola ſufficit: aliud etiam eſt maledicere, aliud accuſare, hoc enim ſi ſufficeret, quis innocens erit: ſolus igitur, qui convincitur, criminoſus eſt vol.7.d.4.l.o.3.

Reus de jure civili regulariter non eſt cogendus edere actori, quæ contra ſe faciunt: crudele enim eſſet ad ſe ipſum jugulandum arma ſubminiſtrare cogi: excepti cauſis Fiſci, dotis, & ſimilibus. Verùm in odium fœneratorum jure Canonico ſtatutum, ut fœneratores ſeu uſurarii cogantur libros rationum adverſario ſuo contra ſe ipſos edere vol.7.d.6.l.bb.3.

Regis nomen, quo Imperatores Romani deſignari ſolent, frequens eſt in jure noſtro, præſertim feudorum volum.7. d.5 l.mm.4.

Rex Romanorum habet pleniſſimam poteſtatem: hoc tamen in adminiſtrando ſolum, non alienando. Itaque feuda Regalenſia, & Principum (uti nec quisvis alius ſint Septemviri, vel Saxo, vel Palatinus in interregno) concedere poteſt vol.1. d.2.l.g.1.vol.2.d.4.l.y.4.z.4.d.6.l.oo.4.pp.3. d.14.l.l.3.

Rex Romano-Germanicus, id eſt, Romanorum, Römiſcher König / perpetuus Imperii Romani Vicarius eſt à lege, electione, & conſenſu omnium Statuum conſtitutus: jurisdictionem ordinariam, & proprio jure habens, abſentis, vel impediti Cæſaris vices, & locum ſuſtinens, mortuoque Cæſare ſine ulla electione Cæſar exiſtens vol.2.d.4.l.y.3.4.d.7.l.Ff.1. volum.4. diſſ.1. l.)()(.2.)()()(.3.4. d.19. l.mmmm.3. vol.5.d.2 l.f.2.3.

Regis Romanorum electio vol.2. d.4. l.y.4.vol.4.d.1.l.)()(.3.4.

Rex Romanorum nihil differt à Cæſare, niſi ambitu minoris circuli, ſicuti ſcapha differt à navi. Nam mandatum, cum libera habere exiſtimatur, cujus vi regulariter omnia facere poteſt, quæ ipſe Cæſar, niſi expreſsè quid eſſet prohibitum, vel ipſe Cæſar plerumque facere non ſit ſolitus vol.2.d.4.l.y.4.vol.4.d.1.l.)()()(.3. d.10.l.bbb.4.vol.5.d.2.l.f.2.3.

Rex Romanorum feuda Imperii majora Principum infeudare poteſt, tamen de bonis Imperii patrimonialibus, & ad menſam Cæſaris deputatis, ſine expreſſo ejus conſenſu ſuo arbitrio diſponere vix poteſt vol.2.d.4.l.y.4.

Rex Romanorum in ſigillis, & inſignibus Aquilam tantum ſimplicem, Cæſar duplicem, & bicipitem gerit volum.2.d.4. l.y.4.

Rex Romanorum Germanus eſſe debet. Itaque Carolus V. & Ferdinandus Germanis annumerati ſunt vol.2.d.4.l.y.4. vide in verbo Cæſar.

Rex Regem, aut Princeps Principem vix capitali ſupplicio afficere poteſt vol.2. d.3.l.i.3.vol.4.d.2.l g.1.d.8.l.gg.3.4.

Reges Europæ à quibus Archiepiſcopis coronentur vol.2.d.6.l.nn.1.d.9.l.tTt.3.

Reg-

Digitized by Google

Regibus, Principibus, & Comitibus etiam invitis, uſque ad 25. annum curatores dantur, nec ante ipſis adminiſtratio permitti debet *vol.2.d.6.l.ss.1.*

Regibus omnia regalia competunt, idemque quod Cæſar in Imperio poſſunt, & exercent Imperialem poteſtatem: ergò habent jus monetæ. Cæſari æquiparantur, & tantum poſſunt in Regno ſuo, quantum Cæſar in Imperio *volum.2.d.13. l.β.3. volum.4.d.9.* l.kk.2. *diſp.*10. l.aaa.2. bbb.4. *d.12.l.*iii.2. *volum 5 diſp 2.*l.f.3.*d.*39. *l.*MM.4.*vol.1.d.6.l.*cc.2.dd.1.*vol.6.d.3.l.*S.4. *d.*8.*l.*Ccc.1.

Reges videntur in ſuis Regnis plus poſſe, quàm Cæſar in Imperio *vol.4.d.1. l.*)()(.2.

Reges plerique ſeſe de facto à Cæſare exemerunt *vol.6 d.8.l.*Ccc.1.

Reges ambitioſi, feri, & impii, fratres, & cognatos interficere ſolent, quos ſpe ſucceſſionis, & Regni teneri exiſtimant *vol.4.d.2.l.*c.1. *vol.5. d.*28.*l.*ffffff.4.

Regibus infidelibus immeritò quidam regalia denegant *vol.5.d.2.l.*g 1.

Rigenſem Archiepiſcopatum Rex Poloniæ occupavit, & in Provinciæ formam redegit *vol.2.d.13.l.γ.1.*

Ripatica dicuntur proventus, & commoda, quæ tanquam vectigal quoddam riparum occaſione percipiuntur ſive ob navium appulſum, ſive ob riparum tranſitum, quæ vel pontonibus, vel conto, vel funibus transmittuntur *volum.7.d.9.l.*rr.1. quæritur autem an quis ad evitandum vectigal devium iter quærere poſſit? puta transeundo vadum, & negatur *ibid.*

Roma caput orbis, Urbs æterna, Domus æternabilis, & Orbis epitome dicta eſt *vol.2.d.3.l.f.3.*

Romani Imperii faſces amplexum eſt, quicquid vel hic, vel alter orbis complectitur *vol.2.d.3.l.f.3.*

Romani Imperii Majeſtas fatiſcere cœpit, cum Aquila diviſa, nobilia ſæpè membra avulſa ſunt *vol.2.d.3.l.f.3.d.4.l.*q.4.

Romani omnibus virtutibus fuêre inſignes; maximè tamen fidem coluerunt, ac clientum ſuorum rationem habuerunt *vol.6.d.3.l.*Ff.2.

Romani Provincias vel æquo fœdere recipiebant, vel vectigales, & ſtipendiarias, vel planè liberas efficiebant; prout Provinciæ receptæ meritis pollerent *vol.2.d.3.l* i.1.

Romanum Imperium ſemper durabit, cui perennem, & cum ævo duraturam felicitatem divina oracula ominantur, Sacroſanctum vocatur, & quarta Monarchia rectè cenſetur *vol.2.d.4.l.*q.4. *2.2.d.12.l.*ggg.3.

Romanum Imperium à Græcis ad Francos translatum eſt: hinc ad familiam Othonum, & gentem Saxonum tranſiit: hoc autem ſummi Pontificis authoritate factum fuiſſe aſſerunt multi. Alii verò ajunt, divina favente clementia à Carolo Magno partim jure belli, partim S.P.R. voluntate, electione, & ſuffragio, partim denique Cæſarum Conſtantinopolitanorum conſenſu, atque approbatione id eſſe obtentum *volum.2.d.4.l.*r.2.3.4.*vol.4. d.2 l.*b.2.*d* 17.*l.*ffff.1.2.*d.*19. *l.*mmmm.2. *vol.6.d.3 l* Ff.2.

Romano Imperio hodie multa Regna non ſubſunt, quæ propter diſtantiam, vel aliam ob cauſam omnis imperatoriæ defenſio-

ſenſionis ſpem ſibi præciſam cùm viderent,dominatum mutare,aliique ſe ſubjicere coacta fuerunt *vol* 2.*d*.7.*l*.yy.2.

Romanis ideò orbem vincere datum fuit,ut diſcrepantium gentium mores,& obſervantiam, linguasque, ingenia,& ſacra legibus domarent unis *volum*.4.*diſp*.1. *l*.)(.4.

Romana Reſpub. poſt Cæſaris potentiam libera tamen adhuc fuit *volum*.4.*d*.1. *l*.)(.4.

Romanum Imperium apud Germanos adhuc durat *vol*.5.*d*.1.*l*.a.2.

de Romano Imperio *volum*.5.*diſp*.22. *l*.mmmmm.1.*per tot*.

Rotvvilenſe Prætorium nullam juriſdictionem in Electores habet *vol*.2.*d*.6. *l*.tt,3.*vol* 4.*d*.2.*l* m.2 *d*.20 *l*.uuuu.3.

Rotvvilæ omnes tàm mediati, quàm immediati Imperii ſubditi in diſtrictu Rotvvilano commorantes,aut bona poſſidentes conveniri queunt in cauſis,quas ibi vide: quæ ad factam etiam legitimè avocationem, niſi fiat ab Electore, aut alio ſpecialiter privilegiato ſtatu non remittuntur *volum*.5.*d*.11.*l*.aaa.4.bbb.1. ubi pulchrè.

Rotvvilenſe Prætorium à Conrado III. Cæſare anno 1147. inſtitutum eſt,ut ab Imperatoria Aula,ac Conſiſtorio dem Reichshoffrath proximum eſſet. Cujus diſpoſitio de ordine, ac forma, ejusque reformatio,conſtitutio, & correctio perſonarum judicialium omnes penes ſolum Cæſarem eſt: quam reformationem Maximilianus II. fecit *vol*.5.*d*.11.*l*.aaa.4.*vol*.7. *d*.9.*l*.oo.2.

Rotvvilenſi Prætorio non univerſalis totius Imperii juriſdictio, qualis longè poſt anno 1495. Cameræ collata fuit, ſed limitata tributa eſt, ut illius diſtrictus ſe ultra quatuor Imperii circulos Francicum, Auſtriacum, Suevicum, & Rhenanum(quos tamen non univerſos,ſed partes quorundam complectitur) non extendat, cum omnibus tamen ordinariis inter illos quatuor circulos vulgò Kreyſen concurrit *vol*.5.*d*.11.*l* aaa.1.*volum*.7.*d* 9. *l* oo.2.

Rotvvilenſis Prætorii Præfecturam Comes à Sultz feudi titulo in hodiernum uſque diem ab Imperio obtinet *vol*.5.*d*.11. *l*.bbb.1.

Rotvvilenſis juriſdictio in ſuo diſtrictu magis fundata eſt, quàm Cameræ per univerſum Imperium *vol*.5.*d*.11.*l*.bbb.1.

à Rotvvilenſi judicio avocatio maturè debet fieri ab Electore, vel alio ſtatu privilegiato, aliàs non recipitur. Sin autem avocatio injuſte denegatur,appellari poteſt ad Cameram *vol*.5.*d*.11.*l*.bbb.1.

à Rotvvilano judicio ad Cameram tamen in interlocutoriis, quàm definitivis ſententiis appellari poteſt *volum*.5.*diſp*.11. *l*.bbb.1.*vol*.7.*d*.9.*l*.oo.2.

Rotvvilenſis Curia habet juriſdictionem ordinariam in ſuo diſtrictu, & extra illum delegatam ex conſervatorio *vol*.5. *d*.11.*l*.eee.1.

Rotvvilenſes ſunt privilegiorum urbi Argentinenſi conceſſorum defenſores *vol*.6.*d*.3.*l*.li.2.

Ruſtici plena ſecuritate gaudent,dum agriculturæ operam impendunt,ut & eorum equi, boves, ac inſtrumenta, nec in pace ſolùm, ſed etiam in bello, quod tamen rarò ſervatur. Pœna quadrupli in violatores ruſticorum ſtatuta eſt, inſu-

Digitized by Google

per infamia notantur, Imperiali animadverſione nihilominus puniendi, qui olim graviſſimè in ipſos animadverterunt *vol.2.d.7.l.*m Mm.2.

Ruſtici, aliique ſine diſcrimine privati de rebus allodialibus alios infeudare non poſſunt *vol.1.d.3.l.*r.4.*d.6.l.*cc.1.*vol.5.d.*10.*l.*xx.1.vide in verbo Feudum.

Ruſticitas Sancta eſt *vol.7.d.4.l.*r.1.

Ruſtico ignoſcitur, ſi Prætoris album corruperit, aut circa SC. Syllianum deliquerit *vol.2.d.*28.*l.*NN.4.*d.29 l.*PP.1.

Ruſticus ſi tabulas teſtamenti Domini occiſi per ruſticitatem aperuerit, antequam de familia quæſtio ſit habita, non erit hoc ei fraudi *vol.2.d.29.l.*PP.1.

Ruſticitati item ſuccurritur, ſi qui Ruſticorum ignari juris ſe fiſco detulerint *vol.2.d.29.l.*PP.1.

Ruſticitati etiam hominis parcendum eſt, qui in jus vocatus non ierit, vel actionem non ediderit *vol.2.d.29 l.*PP.1.

ſi per Ruſticitatem aliquid fuerit omiſſum ex his, quæ Prætor ad ventrem inſpiciendum, & partum cuſtodiendum ſervari voluit, partui non obeſt *vol.2. d.29. l.*PP.1.

Ruſticorum teſtamenta debitam, & tantam ſolennitatem non requirunt *vol.2.d.29.l.*PP.1.vide in verbo Teſtamentum.

Ruſticus ſi ad depoſitionem teſtimonii equo proficiſcatur, tunc ipſi ſumptus pro equo à producente non præſtantur *vol.4.d.9.l.*qq.1.

de Ruſticorum operis utilis valdè videtur tractatus propter frequentiam earum: quæ libertorum operis maximè aſſimulari, & conferri poſſunt, hinc leges de libertorum operis latæ, de Ruſticorum operis ſunt intelligendæ *volum.6. diſp.8. l.* Aaa.2.

Ruſtici enim planè neceſſarii ſunt: ideò agricultura olim magno in honore habita: & violatores pœnis affecti fuerunt *vol.6.d.8.l.*Ddd.3.*vol.7.d.4.l.*q.4.r.1.

Ruſticorum ſubſtantia ferè tota conſiſtit in armis, id eſt, inſtrumentis ruſticis, & ſuppellectile ruſtica, quæ eſt privilegiata nec taciti pignoris vinculo nexa *vol.7.d.4 l.*r.1.vide Prædium.

Ruſticorum nomina diverſa ſunt, & diverſas etiam pariunt conditiones, licèt vulgo promiſcuè accipi ſoleant *vol.6.d.8. l.*Bbb.2.

Ruſticorum apud Germanos quoddam genus extat, qui homines proprii, vel mancipia appellantur, **die Leibeygne** / ubi vide ſimul nomina, quibus à Gallis, Italis, Hiſpanis, & Polonis appellantur *vol.6. d.8.l.*Bbb.2.

Ruſtici hi, **die Leibeygne** / varii in tota Germania ſunt, alibi liberiores, alibi ſubjectiores, uti ibi videbis: in multis locis ita ſubjecti, ut nulla prædia proprio, ſed omnia Nobilium, & Dominorum nomine poſſideant, ac quavis hora non obſtante longi temporis poſſeſſione, ac interrupta ſolutione è prædiis expelli poſſint: & hi ruſtici cum nullo antiquorum ſervorum genere conferendi, ſed ex omnibus aliquid habent, & ſingulare quoddam genus, quod Zaſius anonymum vocat, conſtituunt *vol.6.d.8.l.*Bbb.2.

Ruſtici proprii, **die Leibeygne** proteſtati ſe Domini ſubtrahere, & juriſdictionem intervertere non poſſunt: Cùm tales homines non poſſideant, ſed poſſideantur: pars fundi eſſe cenſeantur, ita ut nec pacto va-

ćto valeant inde amoveri, niſi una cum fundo alienentur. Ideoq; Domini ſecundùm juris formam eos vindicare poſſunt, idque judiciis, interdictis, & cognitione prætoria *vol 6.d.8.l* Bbb.2.Ggg.2.

Ruſticorum operę ſunt opus diurnum; magis tamen propriè ſunt onus mixtum, ordinarium, in labore perſonæ, & rebus conſiſtens, vulgò Frondienſt / quas aliqui Angarias vocant: deinde onus reale vulgò Frongut: aliâs etiam earum ſignificatione latiſſima omnes noſtrorum Ruſticorum operæ comprehenduntur: Sicut etiam verbum operæ varias ſignificationes habet, quas ibi vide *volum.6.diſp.8. l.*Bbb.2.3.

Ruſticorum operæ, id eſt, Angariæ die Frondienſt / de reſervatis Principum ſunt, & inter regalia recenſentur *volum.5.d.12. l.*hhh.1. *d.*43.*l.*NNN.4.OOO.1.*vol.6.d.*8. *l.*Bbb.3. Ccc.1. contra quas operas, quæ pro Regalibus habentur, & Reip. deſtinatæ ſunt, vetuſtas exemptionis ad privilegii ab iisdem vacationem nullum ſibi locum vendicat *ibid.*

Ruſticorum operæ dividuntur quoad quantitatem in determinatas ad certum tempus, aliasve circumſtantias reſtrictas in die geſetzte Dienſt / in die gemeſſene Frondienſt / videlicet, quod in menſe, vel ſeptimana ſemel, vel toties in anno Domino ſervire, & operas præſtare debeant: cum aratro, cum curru benandte Fronhewtag: Schnitt: Mayhe: vnd Hewtag ꝛc. quæ cum conſuetudine, & lege certa definitæ ſint, non facilè in disceptationem, & querelam deduci poterunt. Et certis hujusmodi operis expreſſis, tunc ad alias non tenentur, etſi caſu aliquo fortuito tempeſtatis, belli &c. harum præſtandarum modus ſit ſublatus: quo caſu Domini Ruſtici habebunt bonos dies *vol.6.d.8. l.*Bbb.4.

Ruſticorum operæ iterum dividuntur in Indeterminatas nullo tempore, aut numero circumſcriptas, quæ dependebunt ex libera voluntate Dominorum, & toties præſtandæ venient, quoties exiguntur in vngemeſſene Dienſt an Tagen / Zahl / vnd Werck. Inſtrumentis hæc plerumque conſignata ſunt, quæ vocantur Dinckrottul / & illa inſtrumenta in quibus jura Dominorum conſervantur, diligenter conſervantur: ruſticorum verò jura plerumque removentur, quamvis jura ſevere prohibuerint, ne in hujusmodi operis innovatio fiat *vol.6.d.8 l.*Bbb.4.

Ruſtici ſi operis nimium vexentur, Dominusque modum excedat, tunc ad arbitrium boni viri, judicis ſcilicet reduci, & coarctari debent *vol.6.d* 8.*l.*Bbb.4. Eee.2.

Ruſtici operis nimium vexari non debent *vol.6 d.*8.*l.*Bbb.4. ſed moderatè & quoad numerum, & qualitatem, & quoad locum & tempus exigendæ ſunt *l.*Eee. 2. Fff.3.4.Ggg.2 Hhh.1.

Ruſticis operas indicunt primò Cæſar, & Reges *vol.6.d.8.l.*Bbb.4.Ccc.1.

Ruſticis operas deinde imperant Principes Imperii, & Urbes Imperiales, ac quivis Domini *vol.6.d.8.l.*Ccc.1.2.

Ruſticorum operæ videntur eſſe magis onus, & munus patrimoniale: ideo exemptio in illis locum non habet *vol.6. d.*8.*l* Ccc.1.2.

Ruſticorum operæ ſunt fructus jurisdictionis. Itaque non ſolùm illorum Dominus

Digitized by Google

minus immediatus, **deme ſie mit Leibeigenſchafft zugethan** / ſed etiam Princeps ſuperior ratione territorii,ubi iſti Ruſtici domicilium habent,operas ipſis imperare poteſt *vol.6.d.*8.*l.* Ccc 2.

Ruſticorum operas qui ad ſe pertinere,& jus operarum exigendarum in illos ſe habere contendit,hoc probare debet: præſertim ſi illicitas,inſolitas,& inhumanas exigere vellet *vol.6.d.*8.*l.*Ccc.3.4. imò hoc probare deberet,etiamſi diu exegiſſet *ibid.* quia niſi probaret,præſumeretur violentia,& coactio,cujus cauſa prior poſſeſſio corrumperetur *ibid.*

Ruſticarum operarum poſſeſſio probatur,teſtibus de tempore immemoriali deponentibus: item inſtrumentis: item libris privatis vel Dominorum,vel Ruſticorum, præſertim ſi ſint antiqui,ordinaria ſerie conſcripti, & teſtibus verificati *vol.6.d.*8.*l.*Ccc.4.Ddd.1.

Ruſticarum operarum poſſeſſio,ut juſta ſit vis,metus,precarium,& clanculum abeſſe debent *volum.6.d.*8.*l.*Ddd.2.3. ubi pulchrè.

Ruſticarum operarum poſſeſſio plerumque cenſetur vitioſa, & ſervitia per Dominorum impreſſionem, ac vim,quibus ſubditi pares eſſe nequeunt, extorta præſumuntur *vol.6.d.*8.*l.*Ddd.2.

Ruſticorum operas Domini conſequuntur, aut ex homagio, quod ſubditi præſtant: aut propter bona, quæ ſubditi à Dominis poſſident: illæ operæ, quæ ex Homagio debentur, perſonales plerumque dicuntur: hæ plerumque reales,quia propter prædia debentur:quæ operæ innumeræ ſunt,& variæ,quas ibi vide *vol.6. d.*8.*l.*Ddd.3.4.

Ruſtici operas non ſolum debent in vita ut dictum eſt, ſed etiam in morte, quando decedunt; Nam multis locis conſuetum,ut Dominus moriente patrefam. Ruſtico vel pretioſiſſimam rem,vel melius pecus **das beſt Haubt**/ ex familia Ruſtici auferat: quæ omnes ſolutiones,& operarum præſtationes pro argumento dominii,& jurisdictionis cæteris paribus habentur: id tamen eatenus procedit, quatenus loci, & provinciæ conſuetudo illud importat,aliàs ſecus *volum.6.diſp.*8. *l.*Ddd.4.

Ruſtici nullis aliis operis prægravari poſſunt,quam quibus ſe in ipſo contractu expreſſis obſtrinxerunt: aut ſi nullæ definitæ ſint, eas ſaltem, quas cæteri ejusdem conditionis homines in locis vicinis,juxta morem antiquitus ſolitum edere ſunt ſoliti: Niſi aliud,de novo paciſcendo,tranſigendo,vel per decreta, & id generis alia introductum fuiſſe doceri poſſit *vol.6.d.*8.*l.*Eee.1.2.3.

Ruſtici operas ſuas, Domini arbitrio indefinitè committere non poſſunt, nec talis conventio valet *vol.6.d.*8.*l.*Eee.2.

Ruſtici,ſi Dominus moriatur pluribus relictis filiis,ut quisq; proprium caſtrum ædificare velit,ad conferendas ſuas operas ad hujusmodi ædificia non tenentur *vol.6.d.*8.*l.*Eee.2.

Ruſtici operas in loco illo,ubi Dominus domicilium habet,præſtare debent: non tamen coguntur Dominum extra provinciam ad loca remotiſſima ſequi,& ibi laborare,niſi conſuetudo aliud oſtendat, ex qua totum hoc jus profluxit. Et cum hæc omnia ſint facti,debent omnino benè probari, non tantum allegari.

Niſi

Digitized by Google

Niſi etiam prædiorum gratia tàm intra, quàm extra territorium ſit ſerviendum, cujus rei pactum debet ibidem legitimè probari, quia aliâs factum vel coactè, vel precariò, & hoc caſu ſervitia ſunt reſtringenda *vol.6.d.*8.*l.*Eee.3.

Ruſticis ad operas præſtandas tempus opportunum aſſignandum, quo aſſignato, ipſi operas ſuas præſtare, non alio debebunt: Itaque ad nocturnas operas, & propterea nec ad excubias tenebuntur; niſi vel pactis ſit aliud conventum, vel conſuetudine introductum *volum.6. d.*8. *l.*Eee.3.

Ruſtici tamen tenebuntur ad cuſtodiam propugnaculorum, & Arcium *vol.6. d.*8.*l.*Eee.4.

Ruſtici uti tenentur defendere perſonam Domini, ita tenentur defendere bona Domini *vol.6.d.*8.*l.*Eee.4.

Ruſtici ſunt laboris & inediæ valdè patientes *vol.6.d.*8.*l.*Eee.4.

Ruſtici contra incendiarios, & diffidatores tenentur ad cuſtodiam prædiorum, & Domini *vol.6.d.*8.*l.*Eee 4.

Ruſtici dictis neceſſitatibus ingruentibus excubias ſumptibus Domini, reliquas verò operas propriis expenſis præſtant *vol.6.d.*8. *l.*Eee.4. niſi pactum, vel conſuetudo obſtent *ibid.* Fff.1.

Ruſticis uſitatus hic cibus porrigi ſolet; nempe panis groſſus ex fabis, & ſiligine: & caſeus hypax, & putridus, allium &c. *vol.6.d.*8.*l.*Fff.1.

Ruſtici etiam Inſtrumenta ad operas faciendas neceſſaria habere, eaque fracta ruptave reficere debent *vol.6.d.*8.*l.*Fff.1. illa tamen ruſticis Dominus reſtituere debet, ſi illa amiſerint in publicis, non privatis inimicitiis *ibid.*

Ruſtici, ſi caſtrum vetus deſtruatur, & novum, etiamſi in loco illo, ubi vetus fuit, extruatur, tunc ruſtici, qui operas conferre ad vetus tenebantur, etiam operas ſuas ad novum addicere debent, modò vetus illud non ſit ob crimen violatæ Pacis publicæ dirutum *vol.6.d.*8.*l.*Fff 1.2.

Ruſticorum operæ vel in pecuniariam præſtationem commutari, vel etiam delegari, ac cedi alteri poſſunt. Quod ſi igitur pecunia pro operis ſolvatur, debet illa ſolvi pro moneta antiqua, vel ad æſtimationem antiquæ: niſi conventio diſponeret ſolutionem fieri de moneta currenti, vel eſſet præſcriptum, aut talis conſuetudo *vol.6.d.8.l.*Fff.2.

Ruſtici ſi pro operis per ſpatium 30, vel 40. annorum uniformiter pecuniam ſolverunt: tunc operæ ab illis exigi amplius non poterunt, ſed permanebit jure præſcriptionis pecuniaria ſolutio *vol.6. d.*8.*l.*Fff 2.3. quæ tamen præſcriptio ſtatuto impediri poteſt *ibid.*Hhh.1.

Ruſtici ſunt plerumq; invidia pleni, & alienæ felicitatis impatientiſſimi *volum.6. d.*8.*l.*Fff.4.

Ruſtici belli in Germania à Ruſticis contra Nobilitatem geſti circa annum 1522. variæ adferuntur à variis cauſæ *vol. 6.d* 8.*l.*Fff.4.

Ruſtici olim fuerunt belli, & armorum periti: inde tamen armorum uſus apud illos interdictus fuit, hodie tamen iterum armis exercentur *volum.6. diſp.*8. *l.*Ggg.3.

Ruſticorum opus, id eſt, agricultura nullo modo eſt impedienda, ſed omnibus

bus modis promovenda *volum.6. diſp.*8. *l.*Ggg.3.

à Ruſticorum operis eximuntur infirmi,ſenes,cœci, ſi ſervitia petantur inhoneſta,item qui præſcripſerunt,vel quibus ex gratia remiſſio eſt facta *volum.6.diſp.*8. *l.*Ggg.4.Hhh.1.

Ruſticarum operarum finis eſt,ut Ruſtici Dominis ſerviant,Domini verò Ruſticos defendant *vol.6.d.*8.*l.*Hhh.1.2.

in Ruſticarum operarum judicio Dominus contra ſubditos, vel quosvis alios turbatores actionem confeſſoriam habet: aut interdictum Uti-poſſidetis, & ſi poſſeſſione ſua dejectis ſit, remediis reſtitutoriis experiri, vel Judicis officium implorare, & ubi fuerint contumaces, & refractarii, per arreſta bonorum, & perſonarum procedere poteſt. Sic è converſo Ruſtici, ſi Domini nimis ſæviant, aut novitates ſervitiorum introducant actionem utilem negatoriam, interdictum Uti-poſſideris habent, & tandem judicis officium implorare poſſunt *volum.6.diſp.*8. *l.*Hhh.3.4.Iii.1.

Ruſticorum mores ſunt mali, feri, & duri *vol.6 d.*8.*l.*Hhh.4.

S.

SAbaudiæ Dux Imperio ſubeſt *volum.2. d.*4. *l.*u.2. *d.*13.*l* β.3. γ.2. *vol.*4.*d.*5.*l.*r.1. *vol.*5.*d.*2.*l.*g.2.*d.*23.*l.*sssss.4.

Sacerdotium optimè partem Imperii implet *vol.*2.*d.*3.*l.*g.1.vide in verbo Eccleſiaſtici, & Poteſtas.

Sacello vendito, ſimul alienatum cenſetur jus patronatus, quatenus id venditori, ut ſacelli Domino, vel poſſeſſori competit *vol.*4.*d.*30.*l.*Z.3.

Sacræ res in commercio hominum non ſunt, ideò in his mercatura exerceri non poteſt, niſi juſta cauſa ſubſit, aut conſentiant ii, qui conſentire debent *vol.*1.*d.*15. *l.*I.3. *volum.*3.*d.*9.*l.*bbb.3. *volum.*4. *diſp.*30. *l.*Z.3.

Sacrorum cura Principi prima eſſe debet *volum.*5. *diſp.*15.*l.*ttt.3.4. vide in verbo Religio.

in Sacris benè conſtitutis verſatur Reip. & Legum omnium ſuprema ſalus *vol.*4.*d.*15 *l.*ttt.3.

Sacrilegium jure civili eſt, quando res ſacra ex loco ſacro ſurripitur: jure Canonico tùm hoc modo, cùm quando res non ſacra ex loco ſacro; poſtremò res ſacra ex loco non ſacro aufertur *vol.*7.*d.*6. *l.*ee.1.

Sententia, vide Tyrannis.

Salinarum jus, quod ſummum regale eſt, Electores habent: ſicut hoc, & alii quidam Principes vel conceſſione, vel præſcriptione obtinuerunt *volum.*2. *d.*4. *l.*z.2. *volum.*4.*d.*5.*l.*t.3. *vol.*5.*d.*12.*l.*hhh.2. *vol.*7.*d.*9.*l.*rr.2.

Sal vendere non poſſunt, niſi qui conduxerunt *vol.*3 .*d.*9.*l.*ccc.1.

Salinæ tamen ſi in privato loco repertæ fuerint à privatis, ut ipſorum propriæ, jure poſſidentur, & exercentur: reditus tamen,& canon,ex iis, ſive vectigal Fiſco Imperatoris infertur, & ad regalia pertinet *vol.*7.*d.*9.*l.*rr.2.

Salinæ eodem cenſentur jure, quo auri,& argenti fodinæ *vol.*7.*d.*9.*l.*rr.2.

Salinæ in publico loco inventæ in ſolidum ad Principem pertinent, etiam jure dominii *vol.*7.*d.*9.*l.*rr.2.

Salinæ

Salinæ in fructu prædiorum habentur *vol.7.d.9.l.*rr.2.

Saluciana Marchia Imperio ſubeſt *vol.* 4.*d.*17.*l.*ffff.3.

Salva-guardia eſt protectio, & ſecuritas, quæ minus potentibus, contra potentiores à ſuperiori poteſtate, vel etiam abſolutè ad ſuam ac bonorum ſuorum tutelam petentibus amicis, aut alioquin caris præſtatur *vol.2.d.7.l.*xx.3. *vol.6.d.3.l.*T.4. V.1.2. diſtinguitur in abſolutam Principis ſupremi, & limitatam Principum inferiorum *ibid.* ubi pulchetrimè, & *l.*Ii.3.

Salus populi, vide Populi.

Salutis publicæ cauſa nil tàm juſtum, quod non liceat ſubvertere, nil tàm arcanum, quod non eruere, nil tàm ſanctum quod non profanare. Hinc factum olim, ut vel publica calamitas, vel hoſtium iniquitas Cæſarem, etiam invitum, membra quædam abdicare adegerit *vol.2.d.3.l.*o.4. *volum.*7.*diſp.*10 *l.*uu.2. vide etiam populi Salus.

Salutis æternæ nemo immemor præſumitur *vol.3.d.*15.*l.*R.1.

Salvus-conductus alicui à Principe conceſſus, omninò eſt ſervandus, ſive reus ſit Majeſtatis læſæ, ſive crimen ejus omnibus notum ſit, ſive denique aliud utilitas ſuadere videatur. Hinc ſub appellatione commeatus liberi, remeatus, abitus, ac diſceſſus incolumis, ac tutus continetur *vol.*1.*d.*7.*l.*ee.2. *vol.*3.*d* 5.*l.*gg.3. *vol.*4.*d.*5. *l.*u.1. *vol.6.d.3.l.*Dd.4.Ff.4 Ii.3.

Salvum-conductum, id eſt, jus conducendi qui habet, vulgò das Geleidt / ex Principibus, qui conſequenter delictorum in viis publicis commiſſorum cognitionem habere conſuevit *vol.1.d.2.l.*h.3.
*d.12.l.*F.3. in Coroll. *vol.5.d.*21.*l.*kkkkk.1.

Salvusconductus impetrantes ſervat, & ſalvos plerumque deducit, & reducit *vol.2.d.7.l.*xx.3.

Salvumconductum Cæſar à nullo Principe per ejus Regiones iter facturus petit, ſed ſalvusconductus cum ipſa Cæſaris perſona connexus eſt *volum.*2. *d.*7. *l.*fFf.1.

Salvum-conductum Princeps alicui concedens, eum non ſolùm in ſuo territorio, ſed & extra illud ſervare tenetur *vol.6.d.*3.*l.*Dd.4.

Salvum-conductum patronus ſuis clientibus præſtare tenetur *vol.6.d.3.l.*Ff.4.

Salvus-conductus regalibus annumeratur, itaque pars juriſdictionis, & territorii eſt, vulgò das Geleidt *vol.*4.*d.5.l.*t.1. u.1. *vol.5.d.1.l.*d.3.*d.*21.*l.*kkkkk.1.4. *vol.*4. *d.*17. *l.*gggg.3. *d.*19. *l.*pppp.1. *volum.*1.*d.*2. *l.*h.3.

Salvum-conductum habet, eumque concedere poteſt, qui regalia habet *vol.*4. *d.5.l.*u.1.

Salvum-conductum ſimpliciter concedendi jus, id eſt, Sicher Geleidt zu geben regalibus adſcribitur. Eſt autem diſtinctio inter Sicher Geleidt / vnd geleidtliche Gerechtigkeit jus deducendi *vol.*4. *d.17.l.*gggg.3.*d.*19.*l.*pppp.1. *vol.1.d.2.l.*h.2. *vol.7.d.9.l.*pp.3.

inter Salvi-conductus, & protectionis jura multùm diſtinguitur *vol.6.d.3.l.*Ii.3.

Salvus-conductus, & Salvaguardia, quoad effectum unum, & idem ſunt *vol.6.* *d.3.l.*Ii.3.

Sanctæ, ſacræ, & religioſæ res tenentur, non poſſidentur *volum.2.d.*14.*l.*A 4. C.4. H.2.

San-

Sanctæ, ſacræ, & religioſæ res in feudum dari non poſſunt *vol.*2.*d.*15*l.*I.4. vide in verbo Feudum.

Sanguinem ſuum quomodocunq; aliquis poteſt redimere, cuique licitum eſt *vol.*2.*d.*14.*l.*GG.2.

ſi Sanguinem cadaver emittat, hinc delictum non arguitur, nec tale indicium ad torturam ſufficit *vol.*4.*d.*2.*l.*g.3.4.

Sanguinis jura præſcribi non poſſunt *vol.*4.*d.*9 *l.*zz.4.

ad Sanguinem ſi quis aliquem percuſſerit, ſtatutum in quodam Comitatu eſt, ut is pœnam, vel mulctam 10. aureorum perſolvat. Quæritur nunc, ſi quis colapho aliquem ad terram impulerit, ita ut ex impulſu capite ad terram illiſo, ſanguinem mittat, præfatum ſtatutum locum habeat? & negatur *volum.*5. *diſp.*10. *l.*uu.4.

Sanguinis jura immobilia ſunt *vol.*5. *d.*31.*l.*M.1.

Sanguinis jura, id eſt, agnationis, & cognationis, ſunt tàm juris, quàm facti *vol.*6. *d.*4.*l.*Ll.2 Nn.1.

Sarcinatores ſordidam, & vilem artem exercent *vol.*4.*d.*9.*l.*yy.2.

Satisdatio eſt cautio, qua adverſarius redditur ſecurus ne id, quod in judicio tractatur, fiat luſorium, & irritum aut rem alicujus ſalvam fore *vol.*3.*d.*15.*l.*R.2. igitur introducta eſt propter periculum fugæ *vol.*7.*d.*7.*l.*hh.4.

Satisdatio alia eſt neceſſaria, alia voluntaria. Præſtatur verò vel datis fidejuſſoribus idoneis non tantum ex facultatibus, ſed etiam conveniendi facilitate, atque ſufficientibus pignoribus, vel juratò, ab eo ſcilicet qui bona immobilia in loco judicii non poſſidet, eò quòd litem uſque ad finem judicii proſequi, intraque duos menſes conteſtari, atque expenſas, ſi lis injuſtè mota appareat, reſtituere velit: à reo ejusdem fori moris eſt, etſi bona immobilia nulla habeat, neque de ſiſtendo judicio, neque de ſolvendo judicato cautionem exigere *vol.*3.*d.*15.*l.*R 2.

à Satisdatione itaque excuſatur, qui bona immobilia in loco fori poſſidet *vol.* 7.*d.*7.*l.*hh.4.

Satisdandum eſt in omni cauſa tàm judiciali, quàm extrajudiciali præſertim tutoria, vide Tutor *vol.*4.*d.*27.*l.*M.2.

Satisdatio, ſi in judicio ſiſti debet, oportet, ut fiat coram judice competente *vol.*4.*d.*27.*l.*O.1.

Satisdationis neceſſitatem, qui ſibi imponit ipſi, non meretur miſericordiam *vol.*4.*d.*27.*l.*O.1.

Satisdatio fit per pignora, aut fidejuſſores, & ad illam nemo cogi poteſt *vol.*6. *d.*16.*l.*Dddd.3.

Satisdationum reliquarum deficientibus generibus, ſemper juratoria cautio admittenda eſt *vol.*7.*d.*1.*l.*d.1. ſed non niſi à viris bonis *ibid.*

Satellitum varia nomina, & modum vide *vol.*6.*d* 3.*l.*Ii.3.

Satellitio pleriq; Principes uſi ſunt, & adhuc utuntur *vol.*6.*d.*3.*l* Ii.3.

Satellites, ſeu ſtipatores Principis plena & integra ſecuritate pollent. Itaque ab omni offenſione immunes eſſe debent, *vol.*2.*d.*7.*l.*hHh 3.

Satellitum mediocre præſidium ſine ſuſpicione Tyrannidis, ita Conſiliariorum ſine ſuſpicione Oligarchiæ Princeps optimè alere poteſt *vol.*2.*d.*7.*l.*hHh.3.

Saxo-

Saxoniæ Elector abſque provocatione judicat: quod etiam reliquis ejus gentis Ducibus competit: & etſi hujus rei luculentiſſima privilegia non haberet, longiſſimi tamen, & quod memoriam fugit, temporis uſus, huic juri tuendo ſufficeret *volum*.1.*d*.8.*l*.pp.2.*volum*.2.*d*.4.*l*.u.2.aa.1. *d*.6.*l*.tt.3.4.*volum*.5.*d*.18.*l*.uuuu.2.3.*d*.23. *l*.qqqqq.2.

Saxoniæ Elector vacante Imperio Cæſaris partes in limite Saxonico ſuſtinet, & Imperii Vicarius eſt *vol*.2.*d*.4.*l*.2.4.aa.1. *d*.6.*l*.oo.1.2.3.*diſp* 7.*l*.fFf.1.*volum*.5.*d*.23. *l*.nnnnn.1.4.ooooo.1.qqqqq.2.

Saxoniæ Electoratus in quinque familiis fuit quas ibi vide *vol*.2.*d*.4.*l*.aa.1.*vol*.4. *d*.1.*l*.)()(.4.

Saxoniæ Elector portitor enſis eſt, quem Cæſari præfert *volum*.2.*d* 4.*l*.aa.1. *vol*.4.*d*.1.*l*.)()(.4.

Saxoniæ Elector quintum votum in electione Cæſarea habet *vol*.2.*d*.6.*l*.nn.3.

Saxoniæ jure Provinciæ ſeptentrionales nempe Brandenburgenſis, Pomeranica, Meckelburgenſis, Brunſvvicenſis &c. in quibusdam utuntur, in quibusdam non *vol*.4.*d*.19.*l*.rrrr.1.

Saxonicum bellum, quod Carolus Magnus cum Saxonibus geſſit, fuit longè atrociſſimum, & diuturnum: eoque Carolus Saxones tandem in ordinem redegit *vol*.6 *d*.8 *l*.Bbb.1.

Saxoniæ Elector cauſas coram dicaſterio Provinciali pendentes avocare non poteſt *vol*.5.*d*.14.*l*.mmm.3. in Coroll.

Scenici ludi, id eſt, Tragœdiæ, & Comœdiæ in Rep. permitti poſſunt, niſi planè obſcœni ſint *vol*.4.*d*.22.*l*.zzzz.1.

Scientia eſt de ſubſtantia delicti, eaque probanda eſt cum ſuis qualitatibus in ſpecie, non in genere *vol*.3.*d*.5.*l*.rr.4.

Scientia pretio nummario æſtimari non poteſt *vol*.6.*d*.2.*l*.G.4.

Scientem, non ignorantem obligat lex *vol*.6.*d*.3.*l*.Bb.3. vide Ignorantia.

Scire tunc demum unumquodque arbitramur, cum cauſas ejus, Principia, & rationes cognoſcimus *vol*.7.*d*.9.*l*.rr.3.

Scholæ inſtitutæ ſunt ob favorem ſtudiorum in publicum proficuorum, ſcientiæ, legum præſertim divinarum, & ſacrarum, qua totus illuminatur mundus, & ad obedientiam DEO, ac Principi debitam, & præſtandam ſubditorum vita informatur: & hanc ob cauſam multa privilegia à Principibus ſunt ſcholis indulta. Jus autem ſcholæ univerſalis, id eſt, Academiæ inſtituendæ ſolus Cæſar habet *vol*.2. *d*.7.*l*.Ll.1.*d*.9.*l*.rRr.4.*vol*.4.*d*.19.*l*.ssss.4. *d*.21.*l*.yyyy.2. de Academiæ inſtituendæ jure vide Cæſar, Regalia.

Scholæ generalis, ſeu Academiæ jus etiam per longiſſimi temporis conſuetudinem adquiri poteſt *vol*.2.*d*.7.*l*.Ll.2.

Scholæ, in quibus bonarum artium Profeſſores, & Doctores publicè doceant, Reip ſunt valdè utiles *volum* 5.*d*.17. *l*.kkkk.1.

Scholæ Academicæ in munitis etiam urbibus erigi poſſunt *volum*.5.*diſput*.19. *l*.bbbbb.1.

Scotiam liberam quidam ajunt, alii Angliæ feudum *vol*.2.*d*.13.*l*.y.1.

Schvvarzburgicus Comes privilegii illius, quo Germaniæ Princeps, extra Imperii limites ad judicium vocatus, comparere non tenetur, defenſor eſt *vol*.6.*d*.3. *l*.Ii.2.

Digitized by Google

Scripturæ diverſæ, & fidem ſibi invicem derogantes, nihil habent firmitatis *vol.2. d.4. l.*t.1. de ſcripturis plura vide in verbo Probatio.

Scriptura privata contra tertium non valet, ſed duntaxat contra ſcribentem *vol.7. d.4.l.*p.4.

Scriptura non minus valet voce *vol.7. d.4.l.*q.2.

Scriptura ad ſubſtantiam obligationis non ſemper requiritur *vol.7.d.4.l.*s.1.

Scriptura nulla accedente ſolo conſenſu contractus ille, qui conſenſu fit, perficitur *vol.7.d.4.l.*s 1.

Securitas primo ponitur pro inviolabili ſtatus publici tranquillitate, & quiete: ſecundò, pro indemnitate: tertiò, pro cautione, qua alicujus indemnitati, aut cuicunque juri proſpicitur, ſic æquipollet ſæpe ipſi cautioni in ſcripturam redactæ: quartò, pro validitate cujuscunque actus, vel juris ab impugnatione immunis, veluti de robore teſtamenti, firmitate ſtatus redintegrati, excuſationis à munere perſonali per ſententiam ſuperioris confirmatæ, per actiones, aut accuſationes inexpugnabilis, liberationis denique ab obligatione: quintò, pro ipſa liberationis apocha, ſive quittantia: ſextò, pro ſalvo-conductu für ein ſicher Geleit: ſeptimò, pro ſalva-guardia für Schutz/und Schirm, & ſic diverſis modis à Dd. ſæpè allegatur *vol.2.d.7.l.*xx.2.3.

Securitas eſt juſtum immunitatis ab offenſione, damno, vel inquietatione præſidium *vol.2 d.7.l.*xx.3.4.

Securitas, ſeu fides publica contra jus dati non debet *vol.2.d.7.l.*xx.4.

Securitas ex jure naturali, gentium, & civili originem traxit, etiam divino: ubi vide elegantiſſimè *volum.2. diſp.7. l.*xx.4. yy.1.

Securitas omnis aut univerſalis, aut particularis eſt. Univerſalis, eſt legum, & Imperii præſidium pro omnibus innocentibus militans, quod primò in legibus, deinde harum executoribus nempe Cæſare, Principibus, urbibus, præſidiis militaribus, & itinerariis conſiſtit. Conſiſtit item generaliter in omni immunitate à perſonali offenſione, injuriis, rerumque damnis. In ſpecie verò in libero, tutoque omnibus commerciorum, & viarum publicarum uſu *vol.2.d.7.l.*yy.1.2.3.4.

Securitas alia eſt particularis, quæ dividi poteſt in eam, quæ à lege ipſa, ſeu jure ſpeciali, & privilegiato citra miniſterium hominis tribuitur: & in eam, quæ per hominis factum, putà conventionem, Promiſſionem, aliamve Conceſſionem præſtatur. Illa non ineptè legalis appellatur, ex qualitate perſonarum ſpecialiter privilegiata, & in quadruplici iterum eſt differentia: prout eam vel conſideratio qualitatis perſonarum, vel loci, vel temporis, vel cauſæ peperit *vol.2.d.7. l.*eEe.1.

Securitas legalis ex qualitate perſonarum, eſt qualitas perſonalem ſecuritatem cauſans vel Publica, vel Privata. Publica aut Poteſtas eſt, ſive principalis ut in Cæſare, Regibus, Electoribus, Principibus, & ſtatibus Imperii aliis, & omninò in Magiſtratibus, atque Judicibus: ſive Miniſterialis, ut foris in Legatis, domi in Conſiliariis, & Adſeſſoribus, utrobique in Judicibus, Delegatis, ſeu Commiſſariis, itemque in Satellitibus, Apparitoribus,

ribus,

Digitized by Google

ribus, Nunciis, Notariis. Aut etiam dignitas poteſtatis expers, ſive ſacra, ut in perſonis Eccleſiaſticis: ſive profana, ut in Nobilibus, Doctoribus, Scholaribus, Advocatis, Procuratoribus, & Militibus. Privata perſonarum qualitas, eſt ordo vitæ humanæ cumprimis neceſſarius, & in publicum utilis, ut Mercatorum, Naviculariorum, & Agricolarum. Vel eſt perſonarum Miſerabilitas, uti Pupillorum, Mulierum, præſertim Viduarum, item Senum: vel eſt poteſtas domeſtica, puta Mariti in uxorem, Patris in filium, Domini in ſervum, Abbatis in Monachum *vol.2.d.7.l.*eEe.1.

Securitas Cæſaris, Electorum, Principum, & Magiſtratuum eſt ſancta, & inviolabilis, ſed una magis, quàm altera *vol.2.d.7.l* eEe.2.3.4.fFf.1.2.3.4.

Securitatem ſi quis promiſit, efficere debet, ut omnino à læſione ſecurus quis reddatur, eamq; planè ſervare debet *vol.3.d.5.l* oo.1. vide in verbo Fides.

Securitas eſt frequentiſſimum calamitatis apud Principes initium *volum.4.d.2.l.*k.4.*vol.6.d.3.l* Q.1.

Securitate nimiâ, qua in utramque aurem dormierunt, periere Imperia, Regna, Urbes, Reges, Principes *vol.5.d.2.l.*e.2.*vol.6.d* 3.*l.*Q.1.

Seditio eſt quietis publicæ perturbatio, aut quaſi ſeorſim itio *volum.6.diſp.8.l.*Ff.4.

Seditiones ſolent excitare nimiæ ſubditorum preſſuræ, ubi ſubditi à Principe nimiis operis, & ſervitiis, tributis &c. aggravantur *vol.6.d.8.l.*Fff.4. vide Collecta, Subditus, Princeps, Ruſticus, Novitas.

Senenſes 10000 aureorum ab Henrico V. libertatem comparârunt *vol.2.d.3.l.*g.1.*d.*13.*l.*y.3.

Senas Philippus Hiſpaniarum Rex à Patre accepit, quas deinde Coſmo Florentiæ Duci permiſit potius, quàm conceſſit *vol 2.d* 4.*l.*u.4.

Senes mitius puniuntur *volum.2.d.*28.*l.*NN.4.

Senibus ingens reverentia debetur, ipſisque in bello, & inter ipſa hoſtium tela parci debet *vol.2.d.*7.*l.*mMm.3.

Senſus omnis eſt extraneus, qui non ſonat in auribus vulgi *volum.5.diſput.49.l.*HHHH.1.

Sententia judicialis, quæ aliàs res judicata appellatur, eſt rei controverſæ pronuntiatione judicis ritè facta deciſio. Eſtque vel interlocutoria, vel definitiva *vol.1.d.7.l.*gg.3.*vol* 3.*d.*15.*l.*S.2. *vol.4.d.*24.*l.*D.2.3.*vol* 5.*d.*36.*l.*CC.2.

Sententia interlocutoria eſt judicis decretum, quo interim, dum cauſa principalis pendet, ad eam promovendam judex aliquid ſtatuit. Cui illa etiam accenſeri debet, qua appellatio deſerta pronuntiatur: Item ſententia excommunicationis, vel banni, ſi contumacia reſpicitur, ſecus ſi delictum fractæ pacis *vol.1.d.7.l.*gg.3. *volum.4.d.24.l.*D.3. *vol.5.d.36.l.*CC.2.3.

Sententia interlocutoria retractari poteſt, ſed ad hoc judex cogendus non eſt. Appellatio autem ab ea non conceditur, niſi irreparabile damnum contineat, vel vim definitivæ habeat *vol.1.d.7.l.*gg.3.*vol.3.d.15.l.*S.2.*vol.4.d.23.l.*C.1.*d.24.l.*D.3. *vol.5.d.18.l.*tttt.2.*d.*36.*l.*CC.3. ubi pulchrè DD.1.*d.*40.*l.*OO.2. vide in verbo

Digitized by Google

Appellatio. Canones tamen concedunt appellationem à quacunq; interlocutoria *vol.7.d.6.l.*ee.1.

Sententia definitiva eſt, quæ totam litem reſolvit, & eſt pronunciatio judicis controverſiæ principalis deciſionē continens, fitque vel condemnando, vel abſolvendo, vel per æquipollens. Ut autem valeat, requiritur, ut judex ſit competens, & maxima cum rerum ponderatione procedat. Igitur præmittatur litis conteſtatio, ſequantur probationes, quas excipiat concluſio. Quibus probè cognitis feratur ſententia legibus, conſtitutionibus, ac moribus conveniens, neque ulla adhibenda eſt hic diſtinctio inter majores, & minores judices. Æquitas tamen ſemper ſtricto juri pręferenda erit, etiā ab inferioribus judicibus. Quod ſi caſus jure noſtro expreſsè deciſus non reperiatur, ex uſu Reip. erit communes opiniones in judicando ſequi, niſi de aperto errore convinci poſſint *vol.1.d.7.l.*gg.3.4. *vol.3.d.15.* *l.*S.2. *vol.4.d.24.l.*D.3.4.E.2.3. *vol.5.d.36.* *l.*DD.3.4.CC.2. EE.1.2.3. quomodo autem ab hac, uti & interlocutoria appelletur, vide in verbo Appellatio.

Sententia definitiva porrò continebit aut condemnationem, aut abſolutionem; Quæ tamen verba præciſè non requiruntur, ſed æquipollentia ſufficiunt: fiet autem condemnatio, vel abſolutio de rebus in judicium deductis. Deducitur res, aut petitione actoris (idque vel apertè ſi verbis exprimitur, vel tacitè per conſequentiam, quo in genere ſunt fructus, & reliquæ acceſſiones rei petitæ) aut ipſo jure, ſine alia petitione, ut ſumptus, & impenſæ litis. Judex ergo victum victori in expenſas litis jurejurando à victore æſtimandas condemnare debet, & pecuniæ, vel rei certæ ſententiam ferre debet, etſi de incerta quantitate ſit actum: & demum ſolenniter proferre ſententiam tenetur *vol.1.d.7.l.*gg.4. *vol.4.d.24.l.*E.1.2.3. *vol.5.d.36.l.*CC.2.3.DD.4. EE.3.4. ubi pulchrè.

Sententia uno ex litigatoribus non citato, ipſo jure nulla eſt, etiam à Principe lata, niſi non vocatus in judicio nihilominus præſens fuerit. Sic evocatis partibus etſi altera per contumaciam abſit, ſententia lata valet, niſi juſtam excuſandi cauſam adducat; Ideoque morbo ſontico impeditus contumaciam non incurrit. Hoc enim caſu jubet lex diem judicii diffindi, idque indiſtinctè: quod intelligendum de definitiva. Nam interlocutoria valebit ſine citatione partis *volum.1. d.7.* *l.*gg.4. *vol.4.d.24.l.*E.3. *vol.5.d.36.l.*CC.3.4. *vol.6.d.1.l.*C.1.

Sententia ex ſcripto recitanda eſt, idque alio, quàm feriato die, & ſolùm interdiu. Quæ ſi lata ſit, & intra decendium appellatione, vel ſupplicatione non ſuſpendatur, tranſit in rem judicatam, quæ pro veritate habetur, nec revocari poteſt, nec etiam ſub prætextu novorum inſtrumentorum retractari. Poteſt tamen reſcindi ob teſtamentum poſtea repertum. Porrò Interlocutoria non neceſſario ex ſcripto recitanda eſt, quamvis debeat ad ſcripta redigi *vol.1.d.7* *l.*gg.4. hh.1. *vol.3.* *d.15.l.*S.2.3. *vol.4.d.24.l.*E.3.4. *vol.5.d.36.* *l.*CC.3.4.EE.2.4.FF.1.

Sententiæ autem conſpiratione, & machinatione adverſariorum extortæ, nullius ſunt momenti: puta ſi judicatum

ſità

ſit à judice pecuniâ corrupto, aut dolo malisque artibus religione ejus circumventa, aut ex patroni prævaricatione, falſis inſtrumentis, & falſis teſtimoniis *vol.1. d.7.l.*hh.1.*d.8.l.*hh.2. *vol.4.d.24.l.*E.4.

Sententiæ tres conformes dicuntur, quæ in qualitate, & ſubſtantia cõveniunt. In dubio autem tres ſententias non eſſe conformes pronuntiandum. Ab illis etſi appellare non liceat, tamen ſi ſententiæ bis confirmatæ injuſtitia ſit notoria, ad nullitatis remedium confugi, vel etiam beneficium reſtitutionis in integrum implorari poteſt *vol.7.d.5.l.*y.1.

Sententia inter litigatores ſolùm jus facit: inter alios lata, aliis nec nocet, nec prodeſt, & quamvis dominium nõ transferat, tamen ſi ſententiæ non ſatisfiat, victor adverſus condemnatum pro executione ſententiæ obtinenda habet actionem judicati. Si verò conveniatur ob rem judicatam, exceptio litis finitæ ipſi datur. Demum lites ultra triennii metas poſt litem conteſtatam protrahi nõ poſſunt. Idque obtinet etiam in cauſis ſummariis, & executivis, ſicut & cauſis appellationum: nec etiam hoc tempus litigatorum conſenſu prorogari poteſt, licet diminui: imò hæc temporis definitio includit etiam exceptiones declinatorias, vel dilatorias *vol.1.d.7.l.*hh.1.*vol.4 d.24.l.*E.4. *d.9.l.*tt.4. *vol.5.d.36.l.*EE 2.FF.1. *vol.7.d.4. l.*r.1.

Sententia judicialis (ſi hâc cauſæ ſemel deciſæ ſint) reſcripto Principis revocari non poteſt *vol.2 d.1.l.*b.1.

de Sententiis Judicum vide *vol.1.d.21. l.*S.3.4. per tot.

contra Sententiam injuſtam datur exceptio pro reo, qui excipit appellando, ſupplicando, & allegando ſententiæ nullitatem *volum.2.d.27.l.*MM.2. *vol.4.d 24. l.*F.2.

contra Sententiæ executionem datur exceptio, ſi nullitas ſententiæ objiciatur, ſi tempus appellandi nondum effluxit, vel appellationis adhuc pendet cognitio, ſi judicatum fortè ſolutum, aut transactione ſopitum ſit, ſi non legitimus in exequendo obſervetur modus &c. *vol.2. d.27.l.*MM.2.

Sententiæ liquidationem (etſi reviſio, aut appellatio adhuc pendeat) victor inſtituere poteſt, nec hoc erit attentatum *vol.3.d.2.l.*k 2.

Sententia definitiva ſubſiſtere non poteſt, niſi lis conteſtetur *vol.3 d.3.l.*r.4.

Sententia declaratoria tum minimè opus eſt, ſi circa rem ipſam delinquatur *vol.3.d.5.l.*pp.4.

Sententia declaratoria ad avocandam poſſeſſionem opus eſt, etiam in eo caſu, quo ipſo jure dominium in aliquem transfertur, ſed hoc verum eſt, quando dubium eſt, an caſus legis evenerit: aſt aliquo reperto in flagranti fraudis delicto, tunc ſuperior ſententia non ſubſiſtit *vol.3. d.5.l.*pp.4.

Sententia in populari actione pro veritate habetur, & jus facit, quoad omnes *vol.3.d.5.l.*rr.1.

Sententia in populari actione ut omnibus obſit, præſertim in controverſia de jure vectigalis hæc requiruntur. Primò, ut actor, non tanquam privatus, ſed ut quilibet de populo agat, petendo prohiberi, ne exactor à tranſeuntibus, quicquam exigat: ſecundò, ut agat ad vindi-

ctam, aut pœnam ſibi applicandam: tertiò, ut judex, qui ſententiam fert, poteſtatem imponendi vectigalia habeat: eâ enim ſi deſtitueretur, ferret ſententiam ex defectu jurisdictionis nullam, & quæ nunquam in rem judicatam tranſiret. Non obeſt verò hæc ſententia, quod ſuper ſtatu quodammodo feratur. Nam ibi ſententia non nocet jus æquale habentibus, ſed in hoc caſu æquè principaliter intereſt, cujuslibet privati *vol*.3. *d*.5. *l*.rr 1.

Sententia eſt ſtricti juris, Enges Rechtens, & regulariter aliis, contra quos non eſt formatus proceſſus, non præjudicat *volum* 4.*d*.9 *l*.tt.4 *volum*.5.*d*.36.*l*.FF.1.ubi pulchrè.

Sententia judicis non neceſſario actionis libello conformis eſſe debet, ſed alii dicunt quod debeat *volum*.4. *d*.23. *l*.C.1. *d* 24.*l*.E.1.3.*volum*.5.*d*.3.*l*.s.1.u.2.*diſp*.36. *l* DD.4.

Sententia judicialis contra mutum, ſurdum, furioſum, prodigum, ſervum, magiſtratum, & filiumfam.&c. ferri non debet. Contra procuratorem autem ferri poteſt *vol*.4.*d*.24.*l*,D.4.

Sententia in procuratorem, cum quo judicium peractum eſt, neceſſariò ferenda eſt: lata verò in Dominum, ſeu Principalem, qui non fuerat in judicio, non valet, ſed ipſo jure nulla eſt: quanquam hoc Spiræ non obſervetur, nec etiam à jure Canonico attendatur *vol*.7.*d* 6.*l*.dd.3.

Sententiæ judiciali materiam dant omnes res, quæ in judicium deduci poſſunt *volum*.4.*diſp*.24 *l*.E.1.2.*volum*.5.*d*.36. *l*.DD 4.

Sententiæ contraria ſunt, ejusque nullitatem inferunt. Primò, ſi judices in conceptione ſententiæ diſſentiant: ſecundò, ſi vi metuve ſententiam quis dicere coactus eſt: tertiò, ſi ſententia manifeſtiſſimam iniquitatem, vel errorem contineat, & denique ſi ſententia ab ipſo judice mutetur *vol*.4.*d*.24. *l*.F.2.*vol*.7. *d*.5. *l*.u.3.

Sententia definitiva extinguit fidejuſſionem *vol*.4.*d*.17.*l*.R.2.

Sententia in judicio lata regulariter individua eſt, ita, ut pro parte valere, & non valere poſſit. Hoc tamen fallit primò, ratione rerum, & perſonarum diverſarum, ita quatenus in rem, vel perſonam unius feratur, eatenus in rem, vel perſonam alterius non. 2.ſi ex poſt facto ſententiæ diviſio contingat, verbi gratia, judex me condemnavit in decem, ego appellavi, dicens me gravatum ad quinque, & in hoc obtinui, & ſic ſententia valebit, & pro parte non: 3.ratione diverſorum capitulorum: 4.quoties plures in unam condemnantur ſummam *volum*.5.*diſp*.18. *l*.qqqq.2.

Sententiæ interlocutoriæ vim definitivæ habentes ſunt, quæ non integrè definiunt cauſam principalem, ſed per indirectum reſpiciunt, atque definiunt articulum ad ſententiam definitivam pertinentem, vel quibus publicatis judicis officium expirat, aut ſententia definitiva non ſperatur alia, aut quæ aliquid dari, fierive jubent, & aliæ ſpecies quas ibi vide *vol*.5.*d*.18.*l*.tttt.2 *d*.36.*l* CC.4.

Sententiæ interlocutoriæ, quæ gravamen irreparabile continent ſunt hæ, ſi judex pronuntiet reum realiter citandum eſſe, indicia eſſe legitima ad torturam, appella-

pellationem non eſſe admittendam, teſtes eſſe admittendos, vel non admittendos, fidejuſſores non eſſe idoneos, procutorem habere legitimum mandatum, & ſimiles *vol.5.d.36.l.*DD.1.

Sententia in ordinario principaliter intentato lata eſt definitiva, in ſummario verò mera interlocutoria *volum.5. d.36. l.*DD.1.2.

Sententia lata ſuper miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, vel ex remedio *l.fin. C.de edict. D.Hadrian.* eſt ſimplex interlocutoria, ſi verò ex ſecundo decreto feratur, eſt interlocutoria vim definitivæ habens *vol.5.d.36.l.*DD.2.

Sententia interlocutoria erit mandatum judicis, ſive fiat ſine, ſive cum clauſula juſtificatoria absque cauſæ cognitione. Definitiva autem erit, ſi in judicio legitima cauſæ cognitione præcedente emanet *vol.5.d.36.l.*DD.3.

Sententia Banni ſi ob delictum fertur, eſt definitiva, ſin ob contumaciam, eſt interlocutoria *vol.5.d.36.l.*DD.2.3.

Sententia ex fictis probationibus lata, non tranſit in rem judicatam *vol.5.d.36. l.*DD.3.

Sententia lata ſuper competentia, vel incompetentia interlocutoria eſt: ſed illa ſimplex, hæc habens vim definitivæ *vol.5. d.36.l.*DD 3.

Sententiæ forma tripliciter conſideratur: primò reſpectu judicis: 2. reſpectu litigantium: 3. reſpectu ipſius ſententiæ: à judice requiritur, ut ipſe proferat ſententiam, & ſi plures ſint, omnes pronuntient, ſi diſſentiant, prævalet eorum ſententia, quæ numero vicit: ſi par ſit numerus, in ordinariis judicibus valet ea, quæ favorabilem continet cauſam, vel minorem ſummam, vel pro reo fertur. In delegatis autem judicium delegantis expectandum eſt *vol.5.d.36.l.*EE.1.2.

Sententia in cauſis ſummariis lata, definitiva eſt *vol.5. d.36.l.*EE.1.

Sententia pendente dilatione ad probandum lata, eſt nulla: poteſt tamen judex dilationem datam per interlocutoriam prius revocare *vol.5.d.36.l.*EE.2.

Sententia ſine cauſæ cognitione lata, eſt ipſo jure nulla *vol.5.d.36.l.*EE.2.3. *vol. 6.d.1.l.*C.2.

ad Sententiæ formam ſpectat, ut perſonæ ſint habiles in judicio, & ſententia non feratur contra pupillum, vel minorem indefenſum, (de pupillo, & minore, vide in hiſce etiam verbis) nec contra mortuos, vel morbo ſontico laborantes *vol.5.d.36.l.*EE.3.

Sententia ex falſis allegationibus lata adverſus Minores ipſo jure eſt nulla, quamvis in aliis valeat, ubi tamen etiam per reſtitutionem reſcindi poteſt *vol.6. d.16.l.*Eee.2.

Sententia lata ſub falsâ conditione eſt nulla, item ſub conditione impoſſibili, item ſub hac, & ſimili conditione, ſi probaveris, aut ſi eſt probatum *volum.5.d.36. l.*EE.3.

Sententia redditur nulla ex notoria iniquitate, aliàs ſi iniquitas non eſt notoria, ſententia erit per appellationem reſcindenda *vol.5.d.36.l.*EE.4.

Sententiæ finis eſt, ut lites ſopiantur: effectus verò, ut poſt decem dies transeat in rem judicatam. Nec in cauſis privatis ob inſtrumenta noviter reperta poteſt retractari, facit jus inter partes, habet paratam.

Digitized by Google

ratam executionem, & non modò rei judicatæ exceptionem, ſed & actionem producit *vol.5.d.36.l.*EE.4.FF.1.

Sententia prior, quandocunque poſteriori contraria in judicium deducitur, poſterior corruit, ſive illa ex eodem proceſſu, ſive ex diverſo ſit lata *volum.5.d.36. l.*EE.4.FF.1.

Sententia inter alios lata, quandoque aliis præjudicat, aut prodeſt, qui tamen litem pēdere planè ignorant. Nempe cum lis tractatur cum legitimo contradictore, & eo, qui primas obtinet in ea controverſia partes, à quo aliorum jus in eadem re derivatur. Sic ſententia lata contra debitorem ſuper proprietate pignoris, nocet creditori, & lata contra ſocerum, vel uxorem, nocet marito, & lata contra emptorem, nocet venditori *volum.5.diſp.36. l.* FF.1.

Sententia ſuper feudo contra Vaſallum lata agnatis, cæteriſque ſucceſſoribus ex prima inveſtitura vocatis, non citatis, & ignorantibus præjudicare poteſt *vol.5. d.36.l.*FF.1.

Sententiæ contraria ſunt, ejusque verum effectum in multis impediunt, veluti ſi contra matrimonium, vel ex probationibus privilegiatis ſit lata; ſi inſtrumenta, vel teſtes in cauſis Reip. minoris, pupilli, vel Eccleſiæ de novo reperiantur, aut ſi ſententia teſtibus pecuniâ corruptis, vel ex falſis inſtrumentis feratur, & ſimilibus *vol.5.d.36.l.*FF.2.

Sententiam ſi judex ex conſilio peritorum, vel ſapientis proferat, quæritur, an poſſit eam retractare, ſi peritiores producantur, contrarium ſtatuentes? & negatur *vol.5.d.36.l.*FF.2.

contra Sententiam ex falſis inſtrumentis, vel teſtibus latam, reſtitutio in integrum peti poteſt *vol.5. d.36.l.*FF.2.

contra Sententiam nullam datur Reſtitutio in integrum, niſi fortè calumniandi animo, & impediendæ ſolum executionis cauſa petita ſit, & niſi petatur adverſus tres ſententias conformes, quia ibi plerumque adeſt calumniæ præſumptio: qua tamen ceſſante, & læſione ſufficienter probata, etiam impediretur executio: & ſi is, qui executionem urget, judici ſit ſuſpectus de dilapidatione, vel alias non ſolvendo, tunc præſtabit cautionem, quod adverſario in negotio Reſtitutionis prævalenti reſtituturus ſit, quæcunque occaſione ſententiæ medio tempore perceperit *vol.6.d.17.l.*Hhhh.1

Sententia ex falſis inſtrumentis, vel teſtibus contra minorem, fiſcum, vel abſentem publicata, ipſo jure eſt nulla *vol.5. d.36.l.*FF.2.

Sententia contra ſubditum lata, Domino non obeſt *vol.2.d.3.l.*p.4.

Sententia definitivæ executio, ſi nullitatis quærela inſtituatur, differri debet, non ſolùm quando vel ex actis notoria, vel in continenti probari poteſt, ſed etiam differri poteſt tunc, quando ad nullitatem probandam, mora, & altior requiritur indago *vol.2. d.18.l.*R.1.2. *d.27. l.*MM.2.

Sententia ſæpe alia iniqua, alia injuſta eſt: illa quando judex ſcienter dolo malo judicat: hæc quando per imperitiam malè judicat *vol.7. d.5.l.*u.3.

Sententia capitalis non eſt nimiùm à judice acceleranda, ſed ſpatium, & discretio-

cretioni dandum *volum.1.d.8.l.*kk.3. ubi pulchrè.

Sententiæ illi adhærendum, quæ melioribus, ac firmioribus fulcitur rationibus, etiamſi vel ipſemet Imperator in contraria eſſet ſententia *volum.7.d.21.l.*h.1. vide Jus Judex.

Separata, vel ſeparabilia diverſo jure æſtimantur *vol.2.d.3.l.*k.3.*d.4.l.*s.1. *vol.6.d.3.l.*Dd 1.

in Separatis, & diverſis ab uno, ad aliud nihil infertur *volum.5.d.46.l.*YYY.3. *volum.2.d.3.l.*k.3. *vol.6.d.3.l.*Cc.4. *vol.7.d.7.l.*ff.1.

Separata ſunt, ex quibus neque certum, neque ſtabile quid ſubſiſtit *volum.6.d.2.l.*F.2.

Sepultura facit locum religioſum: & olim variæ fuerunt ſepulturæ *vol.6.d.6.l.*Rr.1.2. adimit poſſeſſionem ejus loci, qui monumento contegitur *volum.7.d.7.l.*hh.2.

Sepeliri debent mortales omnes *vol.4.d.22.l.*zzzz.1. *vol.7.d.4.l.*n.2.

Sepeliri jubebantur homines olim extra civitatem jure civili, jure Canonico hodiè permittitur in ipſis templis *vol.7.d.6.l.*bb.4.

Sepultura Chriſtiana arcentur, & abiguntur uſurarii manifeſti, fures, & latrones in flagranti crimine occiſi, Judæi, excommunicati, & ſui interfectores *vol.4.d.22.l.*zzzz.1.

Sepulchrorum violatores ſeverè coercceantur *vol.4.d.22.l.*zzzz.1. *volum.5.d.35.l.*AA.2.

Sepulturæ locum inſtituere nunc ſoli Epiſcopi poſſunt, quem conſecrant, & ſic non ſolùm religioſum, ſed etiam ſacrum efficiunt *volum.6. diſp.6. lit.*Rr.2.

Sepulturam defunctis impertiri olim valdè laudabile apud Romanos fuit *vol.5.d.35.l.*AA.2.

Sepulchrum habens in vicino fundo, ſi aliunde nõ habet acceſſum ad illud, vicinum religionis favore compellere poteſt, ut iter ſibi concedat *volum.3.diſp.9.l.*bbb.2.

Sepultura eſt tantum memoria humanæ conditionis, & meditatio pia mortis, & fragilitatis humanæ *vol.7.d.4.l.*n.2.

Septenarius numerus valdè perfectus eſt *vol.4.d.6.l.*bb.3.

Sequentia cum antecedentibus ita ſunt conferenda, ut ſi quid obſcurius in una ſit dictum parte, ex alia, ubi clarius poſitum eſt, declaretur *vol.6.d.3.l.*Cc.2.

Sequela facti, qualis præcedens fuerit conventio demonſtrat *vol.6.d.3.l.*Cc.2.

Sequeſtrans judex poſſeſſionem rei, de qua litigatur, invito poſſeſſore, regulariter attentat: item ſi quovis modo turbet, aut impediat poſſeſſorem, quo minus liberè poſſeſſione ſua uti poſſit *volum.3.d.2.l.*m.1.

Sequeſtratio poſſeſſionis alicujus rei, quæ fit invito ejus poſſeſſore, regulariter prohibita eſt, etiamſi metus aliquis armorum ſubſit, dummodò de poſſeſſione partis conſtet, aliàs ſecùs, niſi ea minitantium armorum ſit atrocitas, quæ pœnalibus mandatis, vel aliis remediis averti facilè nequeat *vol.3.d.2.l.*m.1.

Sequeſtratio tunc licitè fit, quando poſſeſſor dilapidat poſſeſſionis commoda & fructus, aut hujus rei timor eſt *vol.3.d.2 l.*m.1. *vol.7.d.7.l.*hh.4.

Sequeſtratio igitur vix admittitur, quan-

quando reus immobilia poſſidet, maximè ſi etiam cautionem præſtet *vol.7.d.7.l.*hh.4.

Sequeſtratio rei etiam mobilis licitè fit, ob non factam ſatisdationem, ſi pars ſuſpecta ſit de fuga *vol.3.d.2.l.*m.1.

Sequeſtratio licitè fit ob contumaciam rei, ſi perſona fuerit religioſa, & Eccleſiaſtica *vol.3.d.2.l.*m.1.

Sequeſtratio rei mobilis, & fructuum rei immobilis permiſſa eſt, ſi appellatio ab executore ſententiæ interponatur *vol.3.d.2 l.*m.1.

Sequeſter qui in poſſeſſione fundi ſequeſtrarii turbatur, interdicto Uti poſſidetis non gaudet, niſi partium voluntate in ipſum translata ſit poſſeſſio. Proinde licèt is, cui Eccleſiæ, vel juris patronatus ſequeſtrum committitur vacante ſacerdotio jus præſentandi, aut conferendi habeat, tamen hoc interdictum turbatus non habet, ſed ei ex conſtitutione Romani Imperii litigioſa poſſeſſio data eſt, & ſequeſter ſtatum Imperii repræſentans ſi in jure conferendi, & exercendæ jurisdictionis turbatur, tunc interdictum hoc non contendentibus, ſed ipſi ſequeſtro redditur *vol.3.d.3.l.*p.3.

Sequeſter voluntarius, apud quem res litigioſa voluntate litigantium depoſita eſt, naturaliter rem illam poſſidet, ubi pulchrè *vol.2.d.14.l.*B.3.4.

Sericum vendere non poſſunt omnes, ſed tantum ii, quibus id permiſſum eſt, qui tamen id Barbaris vendere non poſſunt *vol.3.d.9.l.*cc.1.

Serviana vel quaſi actio dicitur, quæ ad exemplum veræ Servianæ eſt introducta *vol.6.d.18.l.*Pppp.2.

Servitus fundo minoris imponi nequit, nec ei debita remitti ſine decreto: tanquam ea res ſit immobilis, quia adhæret rei immobili, hoc eſt fundo, vel prædio, idem ſtatuo de jure paſcendi pecoris in fundo alieno, cum & id jus cohæreat ipſi fundo, & proinde reale ſit: idem tenet de ſervitiis, quæ quotannis, aut certis aliquibus temporibus, ab aliis nobis præſtari debent *vol.1.d.12.l.*xx.3.

Servitus navi, utpote modicum tempus duraturæ imponi non poteſt *volum.1.d.12.l.*yy.1.

Servitutes in mero facto, atque uſu conſiſtere dicuntur, adeò, ut ſi aliqua ex iis legetur, tunc ejus, ſi interveniente L. Falcidia præſtari nequeat, neceſſaria ſit æſtimatio: cum earum uſus ſit ita connexus, ut qui eum partiatur, naturam ejus penitus corrumpat *vol.6.d.4.l.*Ll.4. tamen & juris *l.*Nn.1.

Servitutes prædiales non conſtituuntur ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem *vol.4.d.13.l.*ppp.2.

Servitus, quæ prædio utilis non eſt, conſtitui non poteſt *vol.4.d.31.l.*AA.4.

Servitutis conceſſæ interpretatio facienda eſt pro fundo ſerviente, ſic conceſſo aquæductu, itinere, & alia ſervitute Dominus fundi ſervientis iis uti non prohibetur *vol.5.d.11.l.*yy.1.

Servitus omnis eſt odioſa, ideoque reſtringenda *vol 5.d.17.l.*gggg.1.

Servitus non poteſt eſſe ſine prædio, ſeu fundo dominante *vol.5.d.21.l.*eeeee.

Servitutis realis obligatio individua eſt, uti & illa ipſa res *vol.5.d.34.l.*X. *vol.6.d.10.l.*Ooo.3.

Servi-

Servitus in ſolidum mihi acquiritur, non pro parte *vol.6.d.*10.*l.*Ooo.3.

Servitus uſusfructus eſt dividua *vol.5. d.*35.*l.*X.3.

Servitus eſt jus agendi, vel habendi aliquid in fundo alieno, ad ſui ipſius, vel prædii utilitatem, vel commoditatem, quod jure communi agere, vel habere non licet *vol.5.d* 46.*l.*yyy.4.

Servitutis modus conceſſioni adjectus exactè, ſtrictèq; debet obſervari *volum.5. d.*46.*l.*yyy.1.

Servitus realis non poteſt conſiſtere niſi in fundo dominanti vicino *vol.5.d.*46. *l.*zzz.1.

Servitus hujusmodi realis amittitur, ſi prædium dominans perdatur *vol.7. d.7. l.*hh.3.

Servitus realis conſtituitur, quatenus tantum ad ipſum prædium opus ſit, nec poteſt ejus Dominus alii inde quicquam concedere *vol.5.d.*46.*l.*ZZZ.1.

Servitutes præſcriptione acquiruntur, ſi ea ſine interruptione continuata ſit, & nec vi, nec clàm, nec precariò exercita *volum.5.d.*30.*l.*H.3.*d.*46.*l.*ZZZ.1.2.

Servitutes non utendo amittuntur *vol.5.d.*46.*l.*ZZZ.2.*vol.6.d.*3.*l.*Ii.1.

Servitutes reales & ſubjectum dominans, & ſerviens prædium habere debent *vol.2.d.*7.*l.*zz.4.

Servitutes igitur ſæpè prædia nominantur, quia ſine prædiis eſſe non poſſunt *vol.6.d.*4.*l.*Nn.2.

Servitutes perſonales, cum perſonâ, cui debentur, extinguuntur *volum.2.d.*7. *l.*zz.4.

Servitutum natura eſt, non ut aliquid faciat quis, ſed aliquid quis patiatur *vol.2. d.*7.*l.*zz.4.*vol.6.d.*4.Kk.2.

Servitutes tamen aliæ ſunt negativæ, veluti jus proſpectui non officiendi, altius non tollendi &c. vel affirmativæ, ut jus eundi, agendi &c. In negativis igitur acquiritur poſſeſſio per actum prohibitionis, cui conjuncta eſt patientia, & acquieſcentia adverſarii *vol.7.d.*7.*l.*ff.4.

in Servituribus affirmativis, aliæ ſunt ſervitutes quædam, in quibus non poteſt ita ſtatim utentis animus percipi, num jure familiaritatis, an verò jure ſervitutis hoc, vel illud faciat, quod accidit in ſervitute itineris. Nam ſæpiſſimè jure familiaritatis per fundum vicini imus, & in tali ſervitute requiritur continuatus eundi actus per 30 dies, maximè ſi non obſtante vicini prohibitione adhuc ire perrexerimus. Aliæ verò ſervitutes affirmativæ, quæ utentis animum protinus produnt, & quæ non niſi ſervitutis jure regulariter exerceri ſolent, qualis eſt immiſſio tigni, aquæductus &c. etiam per actum minus continuatum, imò per unicum actum poſſideri dicuntur: nec refert, is uſus fiat ſciente, & permittente domino, ſive non; patientia enim domini reſpectu uſucapionis, & ſic legitimæ poſſeſſionis requiritur *vol.7.d.*7.*l.*ff.4. de ſervitutibus vide plura in ſuis ſpeciebus, & juribus incorporalibus.

Servitus, quamvis propter naturalem hominum libertatem juri naturali contraria videatur adeò tamen licitè per bella introducta, ut etiam Chriſtianis eam habere liceat, quamvis id negetur: & revera in tota Europa poſt annum Chriſti 1250 ſervi in uſu eſſe deſierunt, ut nec

Digitized by Google

hodie capti ex hoſtibus capientium ſervi fiunt *vol.*7.*d.*10.*l.*uu.1.

Servitutem apud Chriſtianos tolerabilem eſſe, id eſt, tolerari debere, ac poſſe alii negant, alii affirmant *volum.*5.*d.*13. *l.*iii.4.*vol.*6.*d.*8.*l.*Aaa.3.

Servitutes quibus ſervi Dominis ita obnoxii erant, ut Domini haberent in eos, vitæ, necisque poteſtatem, hodie abrogatæ ſunt *vol.*4.*d.*14.*l.*sss.1. *vol.*6.*d.*8. *l.*Aaa.3.4. & in alias mitiores conditiones mutatæ *ibid.*

Servitutem jure naturali, gentium, civili, imò & divino introductam eſſe probari poteſt *vol.*5.*d.*17.*l.*ttt.3.4.uuu.1.3. ubi pulchrè de ſervitute. Eſt autem introducta præcipuè per vim, & bellum *vol.*6.*d.*8. *l.*Aaa.3.4.

Servitutem alleganti incumbit probatio *vol.*6.*d.*3.*l.*Z.2.

pro Servitutibus, & aliis juribus actio negatoria, & confeſſoria competit *vol.*6. *d.*3.*l.*Hh.4. *vol.*5.*d.*48.*l.*DDDD.4. *vol.*6. *d.*8.*l.*Hhh.3.4. competit etiam interdictum Uti-Poſſidetis, & imploratio judicis *ibid.vol.*3.*d.*6.*l.*tt.2.

Servi notatio eſt, ut à ſervando dicatur *vol.*6.*d.*8.*l.*Aaa.3.

Servus etſi hodie medicinam exercere poſſit, medicus tamen numerarius eſſe non poteſt *vol.*1.*d.*5.*l.*aa.2.

Servi in ædes locatas illati, locatori non obligantur tacitè, ſicut alia *volum.*7. *d.*4.*l.*q.4.

Servus qui in fuga eſt, emi non poteſt, quia ſui furtum facere videtur *volum.*3. *d.*9.*l.* ccc.1.

Servi perſonam non habent, nec computantur pro perſona, nec ſunt cives Romani, nec in urbe Rom. liberi, imò pro mortuis, & nullis habentur, neque jure civili, neque prætorio, neque extra ordinem cenſentur *vol.*3.*d.*10.*l.*A.2.

Servorum olim decies fuit major numerus, quàm Patronorum: ideoque crebræ fuerunt illorum in Dominos conſpiratio *vol.*6.*d.*8.*l.*Aaa.3.

Servitus, quamvis apud Chriſtianos exoleverit, tamen olim, præcipuè in Germania tria ſervorum fuerunt genera: quorum alii vocati ſunt regii, ſeu fiſcales des Königs geeignete Knecht; alii Eccleſiaſtici Cloſterleut: alii privatorum dominorum. Qui licèt manumiſſi eſſent, infinitis tamen exactionibus, & præſtationibus ſubjacebant *vol.*6.*d.*8.*l.*Bbb.1.2. vide Ruſticus.

ſine Servitute omnimoda ſalvus Reip. ſtatus eſſe non poteſt: itaque adhuc hodie durat quædam ſervitus, præcipuè apud ruſticos *vol.*6.*d.*8.*l.*Bbb.2. vide Ruſticus.

inter Servum, & Dominum ſtipulatio, aut obligatio eſſe nequit, quia pro una, eademque perſona ob jus dominicæ poteſtatis habentur, & quicquid acquirunt, Dominis acquirunt, hinc nec quicquam debere, nec deberi ipſis poteſt *vol.*3.*d.*12. *l.*K.3.

Servus tamen naturalium, id eſt, eorum, quæ ſunt facti, eſt capax *vol.*6.*d.*4. *l.*Nn.2. ſed nullo jure debet eſſe imburum *ibid.*

Servi olim à Dominis vendi poterant, quod dein abrogatum eſt, nunc tamen etiam in multis locis durat *volum.*4.*d.*13. *l.*ppp.1.

Servus naturaliter obligatur *volum.*4. *d.*27.*l.*L.1.

Sca-

Digitized by Google

Servus civiliter non obligatur *volum.4.* *d.*27.*l.*M.1.

Servi, qui in domo noſtra verſantur, ac familiam noſtram adminiſtrant, in petitione ſalariorum ſuorum reliquis creditoribus præferuntur *vol.*5.*d.*7.*l.*mm.2. Item manuarii, quotidiani, qui de die in diem laborant die Taglöhner *volum.*7.*d.*1. *l.*b.4 *d.*4.*l.*n.3.

Servus nec ad militias capax eſt, nec communionem juris civilis habet, nec quicquam poſſidere poteſt *volum.*5.*d.*42. *l.*EEE.1.

in Servum fugitivum Domino ſemper competit manus injectio *vol.*2.*d.*4.*l.*u.1.

Servus dum in fuga eſt à Domino adhuc poſſidetur *vol.*2.*d.*14.*l.*F.3.H.1.

Servis juſſu Domini quid committentibus, in iis, quæ atrocitatem ſceleris non habent, planè ignoſcitur: in facinoribus non quidem ignoſcitur, cum dicto audientes eſſe non debuerint, remiſſior tamen pœna, quàm ſi proprio motu deliquiſſent, imponitur *vol.*2.*d.*7.*l.*gGg.3.

Servi aut pleno jure ſunt noſtri, aut tamen uſufructu-tenus. Illi viciſſim, aut verè noſtri, aut putativè, rurſus ii, qui ſunt verè noſtri, aut in ſolidum ſunt noſtri, aut pro parte duntaxat *volum.*2.*d.*14. *l.*F.3.

Servi in ſolidum noſtri indiſtinctè nobis acquirunt omnis generis poſſeſſionem, item ſervus fugitivus, & is, quem in Provincia habemus: ſed ſervus corporaliter pignori datus, nec debitori, nec creditori adquirit poſſeſſionem, ſic nec ſervus hereditarius poſt aditam hereditatem à nobis poſſeſſus reliquarum rerum hereditariarum poſſeſſionem nobis adquirit. Tamen ſervus, cujus uſumfructum ſolum habemus, nobis acquirit, & is etiam, qui bona fide à nobis poſſidetur, ſeu liber ſit, ſeu alterius ſervus, non qui mala fide, qui nemini adquirit. Denique per ſervum communem nobis adquirimus *vol.*2.*d.*14.*l.*F.3.4.G.1.*d.*15.*l.*3.K *volum.*6. *d.*4.*l.*Kk.4 Ll.1.

Servi voluntas in aditione hereditatis libera eſſe debet, ita, ut ſi metu verberum, vel timore coactus ſit adire hereditatem, Dominum heredem non faciat: niſi inſtiturio gratiâ, & intuitu Domini facta ſit, tunc enim ad aditionem per judicem cogi poteſt *vol.*6.*d.*4.*l.*Kk.4.

Servi adverſus Dominos non torquentur *vol.*2.*d.*28 *l.*NN.4.

Servi, qui ſunt Dominorum delatores, graviſſimè puniuntur *volum,*2.*diſſ.*28. *l.*NN.4.

Servus ob crudelitatem Domini, & Dominicæ poteſtatis abuſum, de poteſtate, & manu Domini ſui liberationem conſequitur *vol.*6.*d.*8.*l.*Hhh.4.

Servi Profeſſorum, Studioſorum, Clericorum, Epiſcoporum, quibus ſerviunt, privilegiis itidem gaudent *volum.*5. *d.*29. *l.*uuuuuu.1.

de Seſſionum Prærogativa ſæpe inter Principes acerrimè certatur *vol.*3.*diſſ.*19. *l.*rrrr.1.2.

Seſſionis Prærogativa nec antiquitati familiarum, nec titulorum multitudini, ſeu actibus poſſeſſoriis adſcribenda eſt *vol.*4.*d.*19.*l.*rrrr.2.

Si, vocula plerumque importat tempus: ſed interdum importat etiam conditionem *vol.*6.*d.*12.*l.*Sss.4.

Sicarii plus quàm publici latrones à Magi-

Magiſtratu perſequendi ſunt. Itaq; communi ſecuritate non gaudent, ſed à quovis privato occidi poſſunt *volum.2.diſp.7.l.*dDd.3.

Siciliç Regnum feudum Pontificis eſt, & tamen Rex ipſius Monarcha eſt *vol.2.d.3.l.*n.3.*d.13.l.β.*4.

Sigillum habet vim ſubſcriptionis, & ex eo æquè, ac ex ſubſcriptione conſenſus arguitur: pari cum ea ambulat paſſis, adeò, ut contra ſigillantem, & ejus heredes plenè probet *vol.7.d.4.l.s.2.*

Signatio poſſeſſionem inducit, verbi gratia, ſi arbores in ſilvis venditas ſignemus, non verò dolia, quæ magis ne ſummutentur, ſignari videntur *volum.7.d.7.l.*ff.3.

Silesia olim Poloniç Regi ſubdita Provincia, nunc Bohemiæ Regno unita *vol.2.d.3.l.*p.3.

Sileſiæ Duces 14. olim fuerunt, nunc tres tantum ſuperſunt *volum.5.diſput.1.l.*b.2.

Sileſiæ Duces etſi regalibus fruantur, non tamen Principes Imperii ſunt *vol.5.d.1.l.*b.2.

Silva quadrifariam dividi ſolet nempe in ſaltus, nemora, ſilvam cæduam, & materiariam: ubi etiam vide differentiam Silvæ, & Foreſtæ *vol.5.d.46.l.*XXX.4.

in Silvis venatoriis, id eſt, Foreſtis Wildbahn/Fuhr/vnd Gehäge: jurisdictio ad Dominum regalia habentem pertinet *vol.5.d.11.l.*ccc.2.*d.21.l.*kkkkk.3.lllll.1. vide plura in verbo Foreſta.

Simoniam committunt, qui ſacerdotia nundinantur, & mercantur *vol.2.d.25.l.*II.2.

de Simonia accuſatus, lite pendente Miſſas celebrare prohibetur *volum.3.d.2.l.*m.1.

Simoniam committit Canonicus, qui principaliter it ad matutinas, ut diſtributiones conſequatur *volum.4.d.6.l.*dd.2.in Coroll.

Simoniam committit, qui alicui mutuo dat pecuniam, ut præſentetur, vel eligatur ad beneficium *vol.4.d.6.l.2.* in Corollar.

Simulationis exceptio reum tuetur, qui contractum dicit initum eſſe ob cauſam non veram, & ita aliud eſſe actum, aliud ſimulatè conceptum, quod duobus potiſſimùm modis accidere ſolet, primò ſi contrahentes aliud ex ſcripto, vel coram teſtibus, quàm revera ſit actum, fingant, quo caſu rejecto contractu fictitio, ille, qui revera intercesſit, efficax eſt. ſecundò ſi verbotenus quidem negotium proponatur, convenientes autem nihil actum velint, quæ ſimulatio ſpecies nullum prorſus habet effectum *vol.2. d.27. l.*LL.2.

Simulationis exceptio *vol.1.d.12.l.*E.2.

Simulationem, qui allegat, ſuam turpitudinem allegat *vol.1.d.12.l.*E.2.

Simulata æquitas duplex eſt iniquitas, & generaliter ſubſiſtente materia, & ſuſpicione fraudis, quantò plures cautelæ, & circuitus adhibentur, tantò magis à ſimplicitate veritatis, & bonæ fidei recedit, & fictionis ſpecies multiplicantur. Ubi enim abundatior cautela, ibi evidentior fraus *vol.3.d.1.l.*i.2.

Societas, quæ de una re facta eſt, nec ad aliam, nec ad diverſum contractum per unum ex ſociis geſtum trahi poteſt, verbi gratia, ſi quis de corio ſocietatem

bum

cum alio pepigerit, de panno, ſi quid ille geſſerit, non tenetur *vol.1.d.15.l.*K.4.

Sociorum unius rei, & omnium bonorum diverſa ratio eſt. Nam horum, & proſpera, & adverſa ad omnes pertinent, ita ut unus alterius egeſtatem ſublevare debeat *vol.2.d.19.l.*V.1.

Societas coit & re, & Verbis *vol.6.d.4.l.*Kk.2.

Societas perficitur conſenſu non modo expreſſo verborum, ſed & tacito, hic autem tum ex actibus, tum ex libri mercatorii inſcriptione præſumitur *volum.1.d.15.l* K.4. *vol.6.d.11.l* Rrr.2.3.

Socius non omnes in ſolidum ſocios obligatos habet, ſed ſocium duntaxat adminiſtratorem, qui ideò conſociis rationem reddere debet. Itaque ſocius qui nihil geſſit, prius conveniri non poteſt, quàm excutiatur ſocius adminiſtrator contra quem prius agendum eſt. Itaque, qui pepigerunt, ut diſſoluta ſocietate capitale maneat ponenti ſalvum, cum eo verò qui præſtitit operam, interuſuriam tantum communicetur, pactum valet, ut & illud, ut capitali deperdito, ſolus ponens damnum ſentiat *volum.1.d.15.l.*L.1. *vol.4.d.31.l.*BB.1. *vol.6.d.11.l.*Rrr.3.

inter Socios æqualitas ſervanda eſt perpetuò *volum.1.d.15.l.*L.1. *volum.6.d.11.l.*Rrr.3.

in Societate pactum, ut hæc ad heredem tranſeat, non valet. Societas tamen ſive in perpetuum, id eſt, dum ſocii vivunt, vel ad tempus puta ad decennium, vel ex tempore, ut ſint ſocii poſt biennium transactum, vel ſub conditione coiri poteſt *vol.1.d.15.l.*L.1. *vol.3.d.5.l.*kk.2.

Socii jure obnoxii ſunt damnis, quæ ſocietati obveniunt, etiamſi inter ſe partes non convenerint, hinc patet inter ſocios mercatores alterum, etiam ſine mandato obligare alterum poſſe, licet nihil inde ad alterum pervenerit, uſque adeò, ut etiam ſtatuta illa valeant, ut ex contractibus unius ex ſociis mercatoribus, teneatur quilibet in ſolidum. Finita autem ſocietate, ſeu diviſa apud quem ſignum vulgò Handelszeichen remanet? dicitur quod major pars minori, absque captione tamen, præfertur *vol.1.d.15.l.*L.1. *vol.6.d.11.l.*Rrr.3.

in Societate Fiſcus venditis rebus partem pretii competentem, ſocio attribuere debet *vol.6.d.2.l.*I.4.

in Societate Fiſcus rem communem vendere, & oppignerare poteſt *vol.6.d.2.l.*K.1.

Socii in actionibus pœnalibus beneficium diviſionis non habent: ſed Fiſcus ab uno totum auferre poteſt, præſertim ſi ſint in Mora *vol.6.d.2.l.*N.2.

Societas regulariter morte unius ſocii finitur *vol.3.d.5.l.*kk.2.

in Societate ſi unus ſociorum pecuniam, alter operam contulit, finita ſocietate pecunia non eſt dividenda, ſed ad illum ſpectat, qui eam contulit, ut & damnum, quod durante ſocietate in ea pecunia contigit *vol.3.d.13.l.*N.1.

Socius ſocius mei non eſt meus ſocius *vol.6.d.3.*Cc.3.

Societate ad quinquennium inita, unus pecuniam, alter operam ponit, jam primo ſtatim perit caſu capitale, quæritur, an ille aliud cogatur reponere? & negatur *vol.6.d.11.l.*Rrr.3.

Socius adminiſtrans, conſociis rationem

nem reddere tenetur: Non tamen propterea quandocunque lubet ratio reddi (id eſt, reliquæ ſolvi) perinde, atque edi debet *vol 6.d.*11.*l.*Rr.3.

Socii tacitum aliquod mandatum habere dicuntur ad ea, quæ ſocietati ſunt commoda, & quicquid agunt, in commune videntur agere, & alter pro altero poteſt conveniri actionibus ædilitiis *vol.5. d.*4.*l* z.4.

Socii infideles pejores ſunt hoſtibus *vol.6.d.3.l.*Ff.1.

quæ Solennitatis ſunt, in ipſo actu intervenire debent *vol.6.d.*16.*l.*Cccc.4.

in Solennitatibus actus alicujus attenditur conſuetudo loci, in quo actus ille celebratur *vol.5.d.*49.*l.*GGGG.4.

Solennitas extrinſeca regulariter non præſumitur, niſi probetur *volum.7.diſp.*8. *l.*kk.4.

Solennitatibus in rerum ad univerſitatem pertinentium alienatione requiſitis, renunciari non poteſt *volum.4.diſp.5. l.*y.4.

Solennitates iſtæ, quæ de jure ſunt poſitivo, pro arbitrio illius, qui poſuit illas, intermitti poterunt, præſertim ubi non adeò magnum vertitur prejudicium Tertii *vol 6.d.*1.*l.*E.3.

Solennitates eo fine ſunt introductæ, ne id, quod agendum eſt, quiſque prout velit, conſtituat: Itaque illæ ſolennitates, quæ de ſubſtantia quaſi actus dicuntur, omnino negligi non poſſunt: cum plerumque actus facti, plenior ſit actu verbi *vol.6.d.*1.*l.*E.3.

ſi Solennitates actu perficiendo adhibentur ſingulares, eæ multò magis neceſſariæ ſunt in deſtructione ejuſdem *vol.6. d.*1.*l.*E.3.

Solicitatores aliorum ſubditorum ut deficiant, in crimen læſæ Majeſtatis incurrunt, aliiſque pœnis ſubjacent *vol.2. d.*7.*l.*dDd.3.

Solutio vel fit re, id eſt, numeratione pecuniæ, vel fit verbis *vol.6.d* 4.*l.*Kk.2.

Solviſſe qui ſe dicit, id is probare debet *vol.1.d.*15.*l.*K.3.

ad Solutionem faciendam, qui per ſententiam condemnatus eſt, habet adhuc dilationem quadrimeſtris ad ſolvendum, ut & fidejuſſor *vol.6.d.*13.*l.*Vuu.4.

Solutio mutato monetæ valore intrinſeco, ſive facienda ſit de antiqua, ſive de nova, ſemper facienda ſecundum valorem antiquæ *vol.3.d.*5.*l.*mm.3.4. vide in verbo Pecunia, & verbo Moneta.

Solutionis præſcriptio in certa aliqua monetæ ſpecie valdè controverſa eſt *vol. 3.d.*5.*l.*mm.4. *vol.5.d.*49.*l.*III.1.2. vide in verbo Pecunia *vol.1.d.*12.*l.*C 1. *vol.5.d.*8. *l.*pp.1.2.3.

Solvi invito ſtipulatori non poteſt aliò loco, quam quo promiſſum eſt *vol.3. d.*7.*l.*xx.3.

Solutio alia eſt civilis, alia naturalis: illa juris eſt, ac propriè, & ſpecialiter liberatio nuncupatur: hæc facti *volum.6.diſp.3. l.*Mm.3.Nn.1.2.

Solutio omnis eſt liberatio, & liberatio omnis ſolutio *vol.6.d.3.l.*Mm.3.

Solutio plerumque eſt facti, & perſonalis: & ideò non tranſit ad alium, neque ad heredem, neque patrem &c. *vol.6.d.*4. *l.*Nn.2.

Solutioni debitoris num dicta ſit dies certa, num incerta, multum intereſt. Illo enim

Digitized by Google

enim caſu debitorem amplius interpellare non habet neceſſe creditor,cum dies pro eo interpellet,& debitorem ipſo jure in mora conſtituat. Hoc incitatoriam denunciationem,non tamen judicialiter, nec plus,quàm ſemel,ad conſtituendum debitorem in mora adverſus eundem fieri omninò oportet *vol.5.d.8.l.*qq.1.2. vide Mora.

Solutio extinguit fidejuſſionem *vol.*4. *d.*27.*l.*R.2. vide in verbo Fidejuſſio.

Solutio tollit arreſtum *vol* 5.*d.*4 *l.*dd 1.

Solutio tollit obligationem *vol.5. d.*4. *l.*dd.1.*vol.6.d.*1.*l.*E.2.

Solutionis tantus favor eſt,ut etſi pro invito, & ignorante fiat, tamen tollatur obligatio *vol.6 d.*1.*l.*E.3.*d.*4.*l.*Mm.4.

Solutum repeti poteſt ante eventum certò exſtituræ conditionis, ſi ea eſſet conditio *vol.6. d.*12.*l.*Ttt.2.

Solutio non recipit conditionem,ſed quamlibet obligationem ſtatim perimit *vol 6.d.*12.*l.*Ttt.2.

de Solutione totaliter offerenda clauſulam inſerere chirographo,eſt actum agere. Cum citra omne ſortis,& uſurarum diſpendium ipſo jure creditori liceat, non ſolum ante diem intempeſtivè, ſed etiam particulariter oblatam reſpuere ſolutionem *vol.5.d.8.l.*qq.2. vide in verbo Creditor.

Solvere tenentur heredes mortuo debitore pro rata,ſecundum portiones hereditarias,nec tenentur in ſolidum *vol.*5. *d.*34 *l* X.2.

Solutio tenet,quoad partem,ſi pecuniæ, vel quantitatis debitæ pars ſolvatur *vol.5.d* 34.*l* X.2.3.

Solvi aliud pro alio poteſt,ſi id,quod principale eſt, ſolvi nequit, etiam cum debetur ſpecies *vol.1.d.*12.*l.*A.2.

Solvi aliud pro alio invito creditori non poteſt vide Creditor.

Solvi minus creditori non debet *vol.6. d.*13.*l.*Xxx.1.

ſi Solvat debitor partem pecuniæ,eamque creditor recipiat, ſtatim debitor pro parte ſolutâ eſt liberatus *vol.5.d.*34.*l.*X.3.

Solvitur res eodem modo, quo ligatur *vol.2.d.6.l.*hh.4. vide Modus.

Sorte res dirimenda non eſt, quando alterius præjudicium vertitur *vol.6.d.*16. *l.*Dddd.4.

Sorte tamen res,quæ neceſſariò dividi debent, tranſigi poſſunt *volum.6. diſp.16. l.*Dddd.4.

Sortes regulariter permiſſæ ſunt:Unde leges noſtræ civiles rem quamvis dubiam ſorti ferè committunt: & quando plures ex iiſdem partibus heredes ſunt, nec inter illos conveniat, apud quem eſſe debeant,ſortiri eos jubent *vol.5.d.*17.*l* yyy.3. ubi pulchrè , & modos ſortis permiſſos ibi vide *vol.6.d.*16.*l* Eeee.1.

Sorores fratrum quoque nomine veniunt *vol.7.d.*2 *l.*g.2.

in Specie ubi nihil ſancitum invenitur, regulæ ſtatur, donec de exceptione probatur *vol.6.d.*2.*l.*F.3.

Specialitates duæ,pluresve,circa eandem rem concurrere nequeunt *vol.6.d.*3. *l.*Cc.2.

Speciei incerta eſt æſtimatio *vol.7.d.*4. *l.*m.2.

Spei emptio valet, verbi gratia, ſi captus piſcium, vel jactus miſſilium ematur nihil ſit captum *vol.3.d.9.l.*ccc.3. *volum.*4. *d.*30.*l.*Z.2.

Digitized by Google

Spes in jure noſtro duplex eſt. Quædam enim nihil eſt aliud, quam nuda ſpes, quæ ut non eſt conſiderabilis, ita nullum jus, nullam actionem producere poteſt, ut eſt ſpes illa, quam liberi in bonis parentum, aut legitima habent, quæ tota ex futuro eventu dependet, aut quando aliquid ſub conditione legatum eſt. Alia ſpes certa eſt in re, vel jure præterito, vel præſenti radicata de qua idem judicatur, quod de reipſa, & jure adquiſito *volum*.4. *d*.16.*l*.xxx.3.4.

Spiritualis neceſſitudo nihil habet commune cum bonis externis *vol*.1.*d*.12. *l*.F.1.*vol*.3.*d*.1.*l*.d.4.

Spiritualia jura, verbi gratia, ut jus patronatus, vendi non poſſunt, niſi cum univerſitate bonorum, tanquam annexa *vol*.3.*d* 9.*l*.bbb.3.

Spirituales cauſæ dicuntur, quæ animam, religionem, & conſcientiam concernunt, aut aliâs Eccleſiaſtica jura proximè attingunt: uti controverſiæ de articulis fidei, de Sponſalibus, Matrimoniis, Infantibus expoſitis, Lenocinio Parentum. vel Dominorum Legitimitate, Uſuris, Juramentis, Beneficiis Eccleſiaſticis, & iis annexo jure Patronatus, cum ſcilicet de jure talium rerum, non de facto quæritur. Extra has cauſas verò, & ſimiles, Laici coram Epiſcopo conveniri nequeunt, niſi in defectum juſtitiæ ſæcularis, aut niſi conſuetudo id expoſcat, aut in caſu ſacrilegii ſimiliſve acceptæ injuriæ, quo in favorem Eccleſiarum Clericis permiſſum eſt malefactores ſuos, ſub quo maluerint judice convenire *volum*.2. *d*.9.*l*.sSs.4.

Spoliatus interdicto Unde vi, vel locupletioribus juris Canonici remediis; injuriarum, contra violatorem territorii criminaliter ex Conſtitutione pacis publicæ, juriſdictionem vindicans, confeſſoria, & negatoria agere poteſt *vol*.1.*d*.2. *l*.p.2.3.*vol*.7.*d*.7.*l*.ii.3.4.

Spolii exceptio eſt: ſi dejector ipſe vel mandans, aut ratam habens dejectionem, vel particeps doli, vel horum univerſalis ſucceſſor ex quacunque: Tertius autem adverſus ſpoliatum, vel heredem ejus ex cauſa agat criminali. Niſi enim reo prius res adempta reſtituatur, non tenetur oblato libello reſpondere. Probare autem debet de ſpolio, qui excipitur 1. quod poſſederit, 2. quod vi, vel ſaltem dolo malo actoris dejectus ſit, vel ſi contra tertium criminaliter agentem excipiat, tota ſua ſubſtantia, vel majori parte ipſius ſe per violentiam deſtitutum eſſe *vol*.2.*d*.27.*l* LL.1.

Spolium in litispendentia attentatum ante omnia revocandum eſt, licet præſumptio ſit contra ſpoliatum pro ſpoliante *vol*.3.*d*.2.*l*.l.3.

Spoliatus lite pendente incontinenti (quia tunc continuare videtur) poſſeſſionem recuperare non prohibetur. Agens autem interdicto unde vi, hac lite pendente recuperare rem ſpoliatam nequit *vol* 3.*d* 2.*l*.l.3.

Spolii attentati revocatio lite ſuper petitorio pendente facti quæritur an ſuſpendat petitorium, ita ut reus ſpoliatus non teneatur amplius in petitorio ante ſpolii reſtitutionem reſpondere? Diſtinguo: Si ante litem conteſtatam agitur, pro reſtitutione ſpolii, tunc poſſeſſorium ſuſpendit petitorium. Si poſt litem conteſta-

Digitized by Google

teſtatam, iterum diſtinguo. *Si* enim ante litem conteſtatam facta fuerit ſpoliatio, & demum poſt eandem conteſtatam oppoſita, & pro reſtitutione ejus actio mota fuerit, tunc non ſuſpendit petitorium, quod ſi poſt litem conteſtatam & facta, & oppoſita fuerit ſpoliatio, tunc ſuſpendit petitorium. Quod autem hic de revocatione ſpolii attentati dicitur, idem privilegium generaliter petitæ per implorationem officii judicis revocationi quorumvis attentatorum conceſſum eſſe tradunt Dd. ubi pulchrè *vol.*3.*d.*2.*l.*o.3.4.

Spoliatus tunc non auditur, quoties vel ex ipſius confeſſione, vel inſtrumentis publicis, vel actis judicii, & ſententia de dominio ſpoliantis conſtat *volum.*3 *diſp.*5. *l.*pp.4.

Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, & hoc per celerem reformationem, & redhibitionem, non obſtante ulla vel dominii, vel compenſationis exceptione, & ita in priſtinum ſtatum eſt reponendus, ut niſi omnibus redintegratis ſpoliatori nullatenus reſpondere teneatur. Nec admittitur exceptio proprietatis, & dominii, etſi ejus probatio incontinenti offeratur *vol.*2.*d.*14.*l.*H.4.*d.*17.*l.*N.2.O.1.2. *per tot. d.*27.*l.*LL.1.*vol.*3.*d.*3.*l.*u.1, *vol.*6.*d.*8. *l.*Hhh.3.Iii.1. *vol.*7.*d.*4.*l.*l, 4.n.1.*d.*7.*l.*hh.1. ii.3.

Spoliaſſe non creditur, aut ad minus ei facilius ignoſcitur, qui rem aliquam occupat, non animo ſpoliandi, ſed defendendi, & conſervandi juris ſui *vol.*6.*d.*8. *l.*Hhh.3.

Spolians vi, ſi res ſua ſit, ejus dominio cadit, ſi aliena, reſtituit illam, & in ejus æſtimationem condemnatur *vol.*2. *diſp.*17.*l.*N.2.3.4.O.1.2.*volum.*7. *d.*7.*l.*ii.4.

Spolii actio non datur contra Patrem, & patronum, nempe filio, & liberto, etſi ècontra patri, & patrono contra eos detur *vol.*2.*d.*17.*l.*N.3.

Spolii actio contra furioſum, & mente captum non datur: contra prodigum verò, pupillum pubertati proximum, & adultum datur *vol.*2.*d.*27.*l.*N.3. & contra ruſticum etiam ſimplicem, multò magis aſtutum *vol* 7.*d.*7 *l* ii.4. imò contra mulieres datur *ibid.l.*ii.4.

Spolii actio Vaſallo contra Dominum non competit *vol.*2.*d.*17.*l.*N.4.

Spolium nec committitur in res incorporales, nec in res mobiles *volum.*2.*d.*17. *l* N.4.

Spolium ſemper tale cenſetur ſive ante, ſive poſt litem, ſive ante, ſive poſt latam ſententiam. Non tamen poſt licentiam ingrediendi à Magiſtratu, etſi minus rectè conceſſerit *vol.*2.*d.*17.*l.*N.4.

Spolium commiſiſſe, & is cenſetur, qui clàm poſſeſſionem ingreſſus eſt alterius, maximè ſi poſtea revertentem ad ſuam poſſeſſionem admiſerit *vol*,2.*d.*17.*l.*O.1.

Spolium non habet locum in eo, qui facta occupatione ductus pœnitentiâ, antequam convenitur, rem reſtituit *vol.*2. *d.*17.*l.*O.1.

per Spolium etſi res etiam propria amiſſa ipſo jure cenſeatur, tamen ad hoc declaratoria requiritur ſententia. Ita ſpoliator, ut infamia notetur, declarari etiam debet *vol.*2.*d.*17.*l.*O.1.

Spolii actio non ſolùm contra Dominum, qui propria manu dejecit, vel poſſeſſionem abſtulit, ſed & qui alium deji-

Digitized by Google

ciendum curavit, vel ratum habuit, datur *vol.2 d.*17.*l.*O.1.

ex Spolio condictio naſcitur *vol.2.d.*17. *l.*O.2.

in Spolii actione à ſententia lata appellari poteſt *vol.2 d.*17.*l.*O.2.

Spoliator ſi titulum & bonam fidem habeat, præſcriptionem non ſolùm 30. annorum, ſed etiam 10. inter præſentes, & 20. inter abſentes, ſi tamdiu quietè poſſederit, agenti de recuperanda poſſeſſione objicere poteſt. Sin in mala fide ſit, nunquam præſcriptio valebit *vol.2.d.*17. *l.*O.2.

Spolii actione non civiliter tantum, ſed & criminaliter ob violentam poſſeſſionum occupationem ex L. Julia de vi publica & privata agi poteſt *volum.2.d.*17. *l.*O.3.

Spolii actionem nec de jure Canonico, nec de conſuetudine amplius habere locum multi tradunt, quod tamen falſum videtur *vol.2.d.*17.*l.*O.2.3.

in Spolii actionis locum hodie in Imperio noſtro actio ex conſtitutione pacis publicæ ſucceſſit, ex qua ii, qui doloſa & atroci violentia, armatis hominibus coactis, & coadjuratis poſſeſſione quem dejiciunt, & ſpoliant, incidunt que in pœnam violatæ pacis, quæ eſt Bannum Imperii *vol.2.d.*17.*l.*O.3.

Sponſalia ſunt mentio, & promiſſio futurarum nuptiarum: ſpes matrimonii. Jure igitur civili ea ſola dicuntur ſponſalia, quæ habent promiſſionem de futuro matrimonio contrahendo. Jus autem canonicum ea quoque agnoſcit ſponſalia, quæ de præſenti conſiunt *volum.7.diſp.6. l.cc.2.*

à Sponſalibus unus ſuo diſſenſu jure civili impune diſcedit, at jure Canonico ea de præſenti non revocantur: de futuro contracta ſolvuntur quidem, ſed utriusque diſſenſu, & hoc ſi uterque fuit perfectæ ætatis tempore ſponſaliorum: ſin autem alteruter, vel neuter plenæ fuerit pubertatis dicendum eſt ſecundum diſtinctionem cap. de illis 7. extr. de ſponſ. impub. *vol.7.d.6.l.*cc.3.

Sponſalia nulla aut invalida de jure civili nullum producunt effectum: jure canonico creant impedimentum, ſeu juſtitiam publicæ honeſtatis *volum.7. diſp.6. l.*cc.3.

Sponſalibus de futuro factis cogitur ſponſa jure civili ſponſum per triennium expectare: aſt jure canonico ſponſa ſponſo de futuro ante copulam ad remota ſe transferente, liberè cum alio contrahit, etiamſi juraſſet priori, modo per illam non ſtetit, quo minus matrimonium fuerit conſummatum *vol.7.d.6.l.*cc.3.

Sponſalia ſive de futuro, ſive præſentes ſint nuptiæ, neceſſaria ſemper videntur *vol.1.d.3.l.*q.4.

in Sponſalibus, ſeu deſponſationibus conditionalibus, conditione pendente jus canonicum neutri contrahentium alii perſonæ nubere optimè & rectè permittit, ne levitati feneſtra aperiatur *vol.1.d.3. l.*q.4.

in Sponſalibus conditionalibus pendente conditione ab illis reſiliri, ac recedi poteſt ab illa parte, quæ velit *volum.5. d.12.l.*Ttt.2.

ſuper Sponſa lite duorum pendente Camera ad implorationem partium ſequeſtrationem puellæ decernere ſolet: item.

tem quando parentes nimis liberos inducere volunt ad contrahendum, vel non *vol.7.d.5.l.*y.1.

Sponſa quando per ejus propinquos, vel alios in matrimonium conſentire nolentes detinetur, ut copula impediatur ad implorationem Sponſi, mandatum ad exhibendum ſine clauſula in Camera decerni ſolet *vol.7.d.5.l.*y.1.

Sponſalia mediante juramento contracta, quin pœnitentes receſſu, & mutua ſacramenti remiſſione reſcindi iterum à contrahentibus poſſint, magna iſta jurisjurandi vis, quam contrà adeò urget Beuſtius, non creditur prohibere *vol.1.d.3.l.*q.4.

Sponſa gaudet privilegiis uxoris *vol.4.d.9.l.*nn.3. *vol.5.d.7.l.*mm.4.

Sponſus Sponſæ curator eſſe non poteſt *vol.6.d.16.l.*Ffff.1.

Sponſa quoad bona à Sponſo adminiſtrata, in hujus diſcuſſione Chirographariis creditoribus præfertur *vol.7.d.4.l.*s.1.

Sponſæ ſtuprum illatum ad ſponſum etiam pertinet. Nam injuria ſponſæ illata, ſponſum itidem tangere cenſetur *vol.5.d.43.l.*NNN.2. *d.49.l.*EEEE.4.

cum Sponſa adulterium etiam committitur *vol.5.d.49.l.*EEEE.4.

Spurii, id eſt, naturales ex patre ſe contingentes, ſibi invicem non ſuccedunt. Ex matre verò etiam illuſtri conjuncti ſibi invicem ſuccedunt *volum.5. diſp.39. l.*MM.1.KK.4.

Spurii, id eſt, qui ex coitu damnato legibus nati ſunt, ſibi invicem ſuccedere nulla ratione poſſunt *volum.5.d.39.l.*LL. MM.1.

Spurii licet generaliter omnes appellentur, qui extra matrimonium, & concubinatum nati ſunt, propriè tamen ſpurii dicuntur illi, qui vulgo concepti ſunt, ſive ex meretrice, quæ vulgo corpus ſuum proſtituit, quæſiti *vol.5.d.39.l.*LL.1. Spurii etiam dicuntur ex ſtupro Virginis, vel Viduæ honeſtè viventis, & ex adulterio nati *vol.6.d.16.l* Bbbb.1. propriè autem dicuntur Spurii, qui vulgo quæſiti, id eſt, ex proſtibulo nati ſunt, & quibus pater populus eſt *vol.7.d.2.l.*f.2.

hi Spurii agnationem non habent *vol.7.d.1.l.*f.2.

Spuriorum nulla eſt ſucceſſio ab inteſtato, ſecus tamen eſt in legitimatis *vol.1.d.12.l.*F.1. vide in verbo Legitimati.

Spurii infamia notandi non ſunt *vol.1.d.3.l.*p.4. *d.5.l.*aa.2. *d.14.l.*G.3.

Spurius nec Medicus Numerarius, nec Conſiliarius Principis eſſe, nec Doctoris titulum accipere poteſt *vol.1.d.5.l.*aa.2.

Spurii nec nobilitate, nec dignitate, nec privilegiis patris frui poſſunt, nec etiam nepotes ex illo, & quicunque ex illo ſucceſſores *vol.4.d.9.l.*oo.3.4. *d.10.l.*ccc.4.

Spurii, id eſt, terræ filii, qui patrem ignorare creduntur, plerunque ex vulgata meretrice nati hereditatis paternæ non fiunt, etſi maternæ participes, imò ne quidem alimenta juris rigor ipſis decernit, quod tamen jus canoni cum leniit, & mitigavit. Patri itaque, quem ignorant, non ſuccedunt, matri verò ſic, uti & maternis cognatis etiam cum legitimis heredibus *volum.2.d.20.l.*V.4. *vol.5.d.39.l.*LL.1. *volum.7.d.2.l.*f.2. in tantum, ut Spuriis adverſus matris teſtamentum, querela inofficioſi concedatur *ibid.* & legitima ab iis peti poſſit *ibid.* non pauci ta-

men hos ab omni etiam matris non illuſtris ſucceſſione excludunt *ibid.* & *d.3.l.*k.2.

Spurii, & naturales etſi legitimati, & terræ filii, qui patrem neſciunt, à feudi ſucceſſione repelluntur. Illi quamvis legitimati ſint per ſubſequens matrimonium, aut per reſcriptum Principis, tamen non ſuccedunt: niſi ſpecialiter ſit aliud per inveſtituram expreſſum *volum.2.d.20.l.*X.2. *vol.4.d.*10.*l.*ccc.4. *vol.5.d.*35. *l.*BB 3.*d.*39.*l.*KK.3.4 LL.1. vide in verbo Feudum, & Legitimati.

Spurii, id eſt, inceſtuoſi, adulterini, aut ex ſtupro nati, ab omni ſucceſſione tàm matris, quàm patris excluduntur *volum.3.d.*39.*l.*LL.1. *vol.6.d.*2.*l.*L.2. horum hereditates Fiſcus arripit *ibid.*

Spurii ex ſacerdote progeniti, adulterini, inceſtuoſi, nepharii, imò legibus odibiles vocantur: utpote quibus nec naturalium nomen impertiri, nec alimentatiam portionem aſſignari, multò minùs ad reprobatæ matris, quam non habere intelliguntur, ſucceſſionem largiri debere, jura contendunt *vol.2.d.*20.*l.*Y.2.*vol.6.d.2.l.*L.1.

Spurii non habent jus agnationis, nec ſunt de familia, aut domo patris: imò filiorum appellatione illegitimi non comprehenduntur. Quamobrem ipſis non prodeſt nobilitas patris *volum.3.d.*1.*l.d.*4. *vol.4.d.*9.*l.*00.3.4.*d.*10.*l.*ccc.4.

Spurii à ſucceſſione regia excluduntur, etſi in multis Regnis ſæpe ſucceſſerint *vol.5 d.*28.*l.*iiiiii.1.2.

Spurio poteſt pater legare *volum.5.d.*35. *l.*BB.2.

Spurio debent alimenta præſtari *vol.5. d.*35.*l.*BB.2.

Spurii quorum macula per ſubſequens matrimonium purgata eſt, cum reliquis ab inteſtato ſuccedunt *vol.2.d.*20.*l.*V.4. vide in verbo Legitimati.

Spurios ad ſucceſſionem Regnorum Pontifex legitimare non poteſt, etſi id ſibi attribuat, ac tentarit ſæpius. Sic nec Princeps ipſe illos in præjudicium legitimorum ad Regnum vocare poteſt *vol.5. d.*28.*l.*iiiiii.1.2.

Spurii, qui naturales, id eſt, Baſtardi vocantur, nec ullo modo legitimati ſunt, patri ſuccedunt ab inteſtato in duas Uncias, ſi alii liberi legitimi, aut uxor non ſuperſint: matris verò ex SCto Orficiano heredes fiunt. Elector tamen Palatinus in ſuis provinciis harum hereditates ſibi vendicat *volum.2.d.*20.*l.*V.4.*vol.5.diſp.*39. *l.*KK.3.LL.1.

Spurii per ſubſequens matrimonium ad regni ſucceſſionem legitimari poſſunt, ita tamen, ut aliud matrimonium non intercedat. Nam hi ex hoc matrimonio illis præferentur. Hæc autem legitimatio etſi ſubſiſtat, tamen quoad ſucceſſionem in Germania non obtinet *volum.5. diſp.*28. *l.*iiiiii.2.

Stadenſes Hollandici ſe in libertatem aſſeruerunt, nec ſuperiorem amplius recognoſcunt *vol.5.d.2.l.*h.1.

Stadenſis fœderis origo, & progreſſus *vol.5.d.2.l.*h.4.

Stadenſium Hollandicorum Respub. temperata eſt ex triplici Rerump. forma, Regali, Optimatum, Populari *vol.5.d.*17. *l.*kkkk.2.

Stabularii ſordidam, & vilem artem exercent *vol.4.d.9 l.*yy.2.

Stapularum privilegium quædam urbes ha-

bes habent, & ſunt loca ea, in quibus merces, quæ in fluminibus aguntur, exponi debent, vulgò **das recht der Niderlag/ oder Staffelgerechtigkeit:** acquiritur autem ſola Cæſaris conceſſione, aut præſcriptione *volum.2.d.7.l.*aAa.2. *vol.3.d.5.* *l.*kk.3.*vol* 4.*d.*12.*l.*hhh.2.

Statuæ Principum ſunt ſanctæ, quo qui confugiunt, inde trahi non poſſunt ſine Majeſtatis crimine *volum.2. diſp.*28. *l.*NN.3.

Status rei, conditionem perſonæ non mutat, nec afficit eam quoad libertatem *vol.2.d.*3.*l.*n.4.

Status hominis dividuus eſt, & diſtractionem admittit *vol.2.d.3.l.*n.4.

Status nobilior trahit ad ſe ignobiliorem. Sic ſi ex pluribus qualitatibus reſultare poteſt diverſus effectus, dignior, potiorque qualitas attendenda eſt *volum.2.* *d.3.l.*n.4.

Status omnis, & conditio noſtræ ſortis, ſub perpetuo motu conſiſtit, ita ut nihil ſtabile ſit inter homines, & hoc ita immobile, ut nullam patiatur mutationem *vol.7.d.*10.*l.*uu.3.

Status Imperii duorum Ordinum ſunt Eccleſiaſtici, & Sæculares *vol.2.d.*3.*l.*g.1. vide in verbo Princeps.

Statuum Imperii in circulos diviſio, modus expeditus videtur *vol.2.d.3.l.*g.1.

Status Imperii poſſeſſio unico in Comitiis comparendi, & conſultandi actu acquiri poteſt *vol.2.d.3. l.*g.3.

Status unusquisque Imperii, qui regalibus majoribus ſunt inveſtiti, ac in matriculam Imperii recepti, etſi tantum ſit Comes, & Baro, tantum in ſuo audet, quàm Cæſar in univerſo. Horumque dignitas non minus regia eſt, quàm Ducum, & Principum *vol.2.d.3.l.*n.1. vide in verbo Princeps.

Statum Imperii eſſe, non feudariæ poſſeſſionis dignitas, ſed perſonæ celſitudo eſt, non glebæ pretium, ſed ſummi Principis præmium, quem ſcilicet ſedere dignatus eſt in Comitiorum Orcheſtra. Et hæc dignitas non rei, ſed perſonæ adhæret *vol.2.d.3.l.*n.1.o.1.

Status Imperii, qui fuerunt, remanent ſtatus Imperii, etſi in Imperio præter titulos, tumulosque majorum nil amplius poſſideant; dummodo ratione originis fuerint ſtatus, licet nulla bona immediatè ſub Imperio habeant. Unde fit, ut quantumlibet extorres titulum retineant, & dignitatem, ad Comitia vocentur, privilegiis primæ inſtantiæ gaudeant, cæterisque Imperii Conſtitutionibus, utantur, fruantur *vol.2.d.3 l.*o.1.

Status ipſe, id eſt, Comitatus, & Marchionatus, etſi penes primogenitum maximè ſit, ad reliquos quoque liberos dimanat *vol.2.d.3.l.*o.1.

Status Imperii Germanici unusquisque quatuor viros habet. Sunt enim 4. Duces, 4. Marchiones, 4. Landt- & 4. Burggrafii, 4. Comites &c. quos *ibid.* vide. Ita Imperii olim ſex Circuli, nunc decem ſunt, quos *ibid.* vide *vol.2.d.*4.*l* ee.2.3. *vol.*4.*d.*1.)( )(.1.

Status Imperii propria ſuâ forma in eo conſiſtit, ut jus ſeſſionis, & ſuffragii quis habeat, ſoli Cæſari ſubditus, alium ſuperiorem non recognoſcat *volum.*4. *diſp.*17. *l.*gggg 4.

Status Imperii, quicunque ille ſit, delinquens in alterius ſtatus territorio, cujus re-

jus reſpectu habetur privatus, apud eum ſortitur forum indeclinabile. Si verò in proprio ſuo territorio delinquat, vel coram Imperatore, vel coram Auſtregis, vel in illius curia propria, quibus ſe Status hodie ſubmittere ſolent convenitur, vel etiam loco rei ſitæ in alterius Status territorio, cujus ratione aliquis dicitur, & eſt **Landſaß** / de crimine convinci, ac puniri poteſt. Et omnes mediati, atque immediati in diſtrictu Rotvvilano commorantes, vel bona poſſidentes Rotvvilæ convenire queunt in cauſis, quas *ibid.* vide: nec in illis cauſis ad factam etiam legitimè avocationem, niſi fiat ab Electore, vel alio Statu ſpecialiter privilegiato, remittuntur *vol.5.d.*11.*l.*aaa.4.

Status Imperii unusquisque ad longiſſimum intra ſex ſeptimanas, & tres dies, actori jus, & juſtitiam adminiſtraturos ſe offerre, & ſalvum-conductum concedere debent *vol.5.d.*11.*l.*bbb.1.

Status Imperii in Statum Imperii, ut par in parem non habet Imperium *vol.5. d.*11.*l.*ddd.4.

Status Imperii immediatus quis eſſe poteſt ratione perſonæ, mediatus ratione bonorum, aut in uno loco mediatus ratione bonorum inibi ſitorum, iterum alibi immediatus ratione itidem bonorum *vol.5.d.*21.*l.*gggg.1.

Status Imperii in tres claſſes dividuntur: Nempe Electores, Principes, & Civitates *vol.5.d.*29.*l.*qqqqqq.4.xxxxxx.2.

Status Imperii multi ſunt, qui ratione ſuæ perſonæ, & ſuarum ditionum Imperio immediatè ſubſunt, ratione tamen quorundam bonorum alibi ſitorum, inferiorum Principum Landſaſſii ſunt *vol.5. d.*30.*l.*F.3.

quod Statuitur in duobus ratione diverſarum qualitatum, idem ſtatuendum, ſi utraq; qualitas, in una eademque perſona concurrit *vol.5 d* 11.*l.*ccc.1.

Statuta locorum privilegiis in jure poſitis, cum quis iis privilegiis ſibi à jure conceſſis, uti vult, nihil derogant *volum.2. d.*7 *l.*kKk.4.

Statuo verbum tam apud Grammaticos, & Rhetores varias ſignificationes habet, uti & apud Jureconſultos: præcipuè tamen Statutum in hoc ſenſu ſumitur; nempe, Statutum, eſt lex ſpecialis lata ab iis, qui hanc poteſtatem habent, ut jus faciat inter ſuæ provinciæ, municipii, civitatis, aut Collegii ſubditos *vol.6.d.5. l.*Oo.1.

Statutum cauſa agnationis conſervandæ factum eſt favorabile, & ubi favor, & odium concurrunt in uno, ibi favor præfertur *vol.1.d.*12.*l.*uu.3.

Statutorum vim, ac poteſtatem *l.ult.C. de tempor.in integr.reſtitut.* non onerat *vol.2. d.*1.*l.*c.1.

Statuta authoritatem principalem habent, ut licet princeps poſteriorem conſtitutionem condendo, priorem, quamvis de ipſa mentionem non faciat, revocare noſcatur. Quia locorum ſpecialium, & perſonarum ſingularium conſuetudines, & ſtatuta, cum ſint facti, & in facto conſiſtant, poteſt probabiliter ignorare, ipſis dum tamen ſint rationabilia, per conſtitutionem à ſe editam, niſi expreſsè caveatur in ipſa, non intelligitur in aliquo derogare *vol.2.d* 1 *l.*c.1.

Statuta debent eſſe localia, ergò non obli-

obligant niſi ſubditos. Ubi igitur ceſſat juriſdictio ſtatuentium, ibi ſtatuti diſpoſitio non obtinet: ſanè & civi novello, ſi quid de jure communi permiſſum, quod jure municipali prohibitum ſit, faciat, parcendum eſt *volum.2.d.1.l.c.1.d.28. l.*NN.2. *volum.3. d.5. l.*nn.3.4.rr.4. *vol.6. d.5.l.*Oo.4.

Statuta ignorantes non ligant, niſi ſit craſſa & ſupina negligentia *volum.6.d.5. l.*Oo.4.

Statuta Laicorum non obligant clericos, cum ſint contra libertatem Eccleſiaſticam *vol.2.d.1.l.c.1.d.28.l.*NN.2. *vol.6. d.5.l.*Oo.4.

ad Statutum Laicorum, quod per accidens etiam Clericis nocet, ſi principaliter in odium eorum non feratur, Clerici tunc tenentur *vol.3.d.5.l.*cc.3.

Statutum tollens jus ſingularium perſonarum non valet, niſi ipſæ conſentiant expreſsè, vel tacitè *volum.2.d.1.l.c.1.d.28. l.*NN.2.

Statutorum finis debet eſſe ſalus Reip. *vol.6.d.5.l.*Oo.4.

Statutorum effectus eſt, ut jus in territorio Statuentis conſtituat *volum.6. d.5. l.*Oo.4.

Statuta in judiciis accuratè obſervanda ſunt: & quantum fieri poteſt ad jus commune reducenda: Item debent intelligi in vera, & propria ſignificatione, caſusque omiſſus manet ſub diſpoſitione juris communis *vol.2.d.1.l.c.1. vol.6.d.5. l.*Oo.4.Pp.1.ubi vide quando ſtatuta ſint reſtringenda, amplianda, corrigenda: ubi pulchrè *ibid.*

Statuta extra territorium nolentem non ligant. Igitur, qui iis invitus ſubjicitur, ſubditus erit. Nam invitum ſtatutis ſubjici, & forum ſortiri, pari paſſu procedunt *vol.2.d.3.l.*p.1.*vol.6.d.5.l.*Oo.4.

Statuta plurium locorum, quando ratione unius negotii in conſiderationem veniunt, quodnam erit ſequendum? *vol.6. d.5.l.*Oo.4. vide Lex.

Statutum pœnale non ligat ſubditum extra territorium ſtatuentis delinquentem, etſi delinquens ſubditus ſit: ſic Canoniſtæ volunt. Nam Civiliſtæ aſſerunt ſubdito extra territorium in legem ſuperioris, qui ſuus Dominus, aut judex ſit, delinquenti pœnam irrogari poſſe *vol.3. d.5 l.*cc.4. *vol.6 d.5.l.*Oo.4.

Statuta quilibet civis ſcire tenetur, niſi in publicatione eorum æger fuerit, aut abſens, aut noviſſimè ad locum habitandi cauſa venit: ſcire eadem quoque tenetur forenſis, qui ſæpe locum frequentat *vol.3.d.5.l.*rr.4.

Statuta condere ſupremæ juriſdictionis effectus eſt, quem civitatibus noſtris imperium agnoſcentibus adſcribere non poſſumus, maximè ſi jus commune evertere tentarent *vol.3. d.5.l.*pp.4. *vol.4. d.5. l.*vv.3.4. Itaque omnium primò Cæſar, & reliqui Principes ſuperiorem non recognoſcentes ſtatuta condere poſſunt *vol.6.d.5. l.*Oo.1.2.

Statuta etiam juri ſcripto contraria Principes, Comites, & Civitates ſuperiorem recognoſcentes condere poſſunt *volum.3.d.5.l.*pp.4. *vol.4.d.5.l.*vv.3.4.x.1. *vol.6.d.5.l.*Oo.2.

Statuta ſtricti juris ſunt *vol.3.d.5.l.*nn.3. *vol.6.d.5.l.*Pp.1.

Statuta poſſunt etiam condere urbes municipales, id eſt, Principibus ſubjectæ,

ſed hoc cum conſenſu ſuperioris *volum.6. d.5.l.* Oo.2.

Statuta etiam condere poſſunt judices, & officiales inferiores, ſed hoc ſub diſtinctione: & creditur omnes jurisdictione præditos ſecundùm modum conceſſæ, vel poſſeſſæ jurisdictionis, ſtatuta condere poſſe *vol.6.d.5.l.*Oo.2.

Statuta condere poſſunt familiæ, præſertim illuſtres inter ſe *vol.6.d.5.l.*Oo.2.

Statuta opificum collegia condere poſſunt, uti & Urbium: ubi condendorum ſtatutorum modum vide *vol.4.d.5. l.*vv.3.4. ubi & collegia Eccleſiaſtica, Scholarum, fœminarum, Judæorum *vol. 6.d.5.l.*Oo.2.3.

Statuta Civitatis dominantis Civitas ſubdita ſequi tenetur *vol.4.d.5.l.*vv.4.

Statuta, ſi æquitate deſtituantur, nulla ſunt *volum.4.d.5.l.*vv.4. ergo rationabilia omnino, & juri, æquitatique conſentanea eſſe debent *vol.6. d.5.l.*Oo.3. ubi vide plurima ſtatuta irrationabilia, quæ hodie vigent, & tamen non deberent tolerari *ibid.*

per Statuta, & diſpoſitiones inferiorum, jus ſuperioris lædi nequit *vol.7.d.5. l.*x.1.

Statuti tanta vis & efficacia eſt, ut ex ignobili poſſit facere Nobilem, ſic eodem modo determinari poteſt, ut etiam à matre, id eſt, genitricis nobilitas ad nobilitatem prolis aſſerendam requiratur, ut fit in cathedralibus Collegiis, & torneamentis *vol.4.d.9.l.*oo.2.*d.*10.*l.*bbb.3. 4.ccc.3.

Statutum in ſua civitate tantùm valet, quàm lex in Univerſo *vol.5.d.3.l.*s.3. *vol.6. d.5.l.*Oo.1.3.4.

Statuto comprehenditur & caſus proprius, & improprius, quando eadem eſt utriusque ratio *vol.7.d.7.l.*ee.4.

Statuta Princeps, aut Status inferior citra conſenſum, & authoritatem ſuperioris condere non poteſt, maximè ſi interſit ſuperioris, putà, ſi mutatio juris publici, vel aliud in eo verſetur *volum.5.d.*18. *l.*qqqq.1. *vol.6.d.5.l.*Oo.2.

Statutum ſi Princeps, aut Status inferior edat juri communi derogatorium, id duplici ratione non valet, primò ſtatuentis, quia inferior, ſecundò ſtatuti, quia non ſit juſtum, nec bonum *volum.5.d.*18. *l.*qqqq.1.

in Statutis communis loquendi uſus obſervari debet. Nam ratio, & mens ſtatuti ſemper eſt conſideranda *vol.5.d.*39. *l.*II.2. & ſecundum illam reſtringenda, extendenda, & corrigenda *volum.6.d.5. l.*Oo.4.Pp.1.

ex Statutis dantur actiones: nempe Condictio ex ſtatuto, vel actio in factum, pro differentia illorum, qui ſtatuta condunt *vol.6.d.5.l.*Oo.4.

Statutum probari non debet in loco Statuti: ſecus extra *vol.6.d.5.l.*Oo.4.

in Statutis verbum SI QUIS tàm in favorabilibus, quàm in pœnalibus maſculos non ſolùm, ſed & fœminas complectitur, niſi diverſa ſit ratio *volum.6.d.5. l.*Pp.1.

in Statutis vox INSTRUMENTI eſt tantum de ſcriptura publica accipienda *vol.6.d.5.l.*Pp.1.

Statutum, lex, & pactum inter ſe multum conveniunt *vol.6.d.5.l.*Pp.1.

Statuta demum tolluntur abrogatione facta vel à ſuperiore, vel ab eo, qui illa condi-

condiderat:item contraria conſuetudine *vol.6.d.5.l.*Pp.1.vide Lex.

Stellionatus ponitur, ubi crimina aliud nomen non inveniunt *volum.*1. *d.6. l.*dd.2.

Sterilitatem qui in homine, aut muliere vel explendæ libidinis cauſa,vel ob avaritiam,vel odii meditatione procuraverit, ut homicida tenebitur *vol.2.d.*22. *l.*AA.4. vide Abortus.

Steuwer/ vel Nachſteuwer/ oder Abzugsgelt vide in verbis Collecta, & Decimæ.

Stipulatio dicitur à Stipulo,quod veteribus firmum dicebatur *volum.3. d.*12. *l.*K.2.

Stipulatio eſt contractus juris Civilis, verbis initus, interrogatione præcedente, eamque congrua reſponſione ſubſequente, dandi, vel faciendi alicujus gratiâ. In hoc qui interrogat,ſtipulator,qui reſpondet,promiſſor dicitur:etſi hoc perpetuum non ſit,quæ omninò verbis conſtat, & perficitur, ad quam conſenſus omnino neceſſarius eſt *vol.3.d.*12.*l.*K.2.L.2. *vol.4.d.*27.*l.*L.1.N.3.*vol.6.d.*4.*l.*Mm.2.*d.9. l.*Lll.2.

Stipulationes ſunt juris *volum.6.diſp.*4. *l* Kk.2.3. quando agitur de jure rei, non de ipſa poſſeſſione *ibid.l.*Kk.4.Ll.3.Mm. 2.ſunt etiam aliquando facti *ibid* & Nn.1. igitur ejusdem initium maximè attenditur *vol.6.d.*12.*l.*Ttt.4.

ex Stipulatu actiones ſunt ſtricti juris *vol.7.d.4.l.*o.1.

Stipulationem contrahere poſſunt omnes, qui non prohibentur, citra ullam ſexus differentiam. Ob ætatem prohibentur ſoli infantes,qui ne authore quidem tutore ſtipulari poſſunt,ex quo autem fari poſſunt,ſtipulando alios ſibi obligare, non verò ſine tutoris authoritate promittere poſſunt. puberes verò omni caſu obligantur *vol.3.d.*12.*l.*K.2.

Stipulationem impedire,& caſſare poteſt vitium Animi, & Corporis. Vitium Animi eſt primò furor ſcilicet continuus. Nam cùm furioſus dilucida habet intervalla,ſtipulari poteſt,non cùm eſt furioſus,ſed cùm eſt ſanę mentis:ſecundò prodigalitas notata, quæ eſt ſimilis furori, quod tamen ſecundum quid intelligendum eſt. Nam prodigus conditionem ſuam meliorem facere,non deteriorem, atque ita ſtipulari, non verò promittere poteſt. Furioſus nec ſtipulari,nec promittere, ideoque nec obligat,nec obligatur *vol.3.d.*12.*l.*K.2.

Stipulationem ut dictum eſt,impedit & Corporis vitium, quod eſt Linguæ,& Aurium, ergò mutus, & ſurdus ſtipulari nequeunt *vol.3.d.*12.*l.*K.2.

Stipulari Lege prohibentur quidam omninò. Prioris generis ſunt omnes,qui juris civilis communionem non habent, quales ſunt omnes, qui juris civilis communionem non habent, quales etiam ſunt, qui maximam, & mediam capitis diminutionem paſſi ſunt,quod ita in ſpecie affirmatur de deportatis, id eſt, mediam capitis diminutionem paſſis: nam civiliter interiiſſe dicuntur, nunc autem horum loco bannitis Imperii. Quodammodò prohibentur,inter quos eſt reſpectus poteſtatis vel paternæ, ut eſt inter patrem,& filium,inter duos fratres,inter ſervum,& Dominum *vol.3.d* 12.*l.*K.2.3.

Stipulationes cùm non uno eodemq; modo interponantur,hinc factum eſt,ut

conventionales quædam ſint, quædam judiciales. Illæ ſunt, quæ fiunt ſola, & expreſſa utriusque contrahentis conventione: harum initium omne eſt voluntarium; Judiciales ſunt, quæ magiſtratu authore fieri jubentur *vol.3.d.12.l.K 3.*

Stipulationes judiciales ſubdividuntur in judiciales ſpecialiter ſic dictas, & Prætorias. Judiciales ſpecialiter ſunt illæ, quæ ex mero, ſoloque judicis officio proficiſcuntur. Hujus generis eſt cautio de dolo: & illa, his rebus rectè præſtari, & aliæ &c. Prætoriæ ſunt, quæ ex ſolo meroque Prætoris officio veniunt, hæque imperando hoc fine injunguntur, ut niſi fiant, Prætor procedat, non condemnando, vel abſolvendo, ſed coërcendo, & exequendo *vol.3.d.12.l.K 3 4.*

Stipulationes prætoriæ ſubdividuntur in Prætorias ſpecialiter ſic dictas, & Cautionales. Illæ ſunt quas Prætor fieri jubet, non rogatus, ſed ſponte ſua futuri judicii conſtituendi, & confirmandi cauſa: hæ ſunt, quæ inſtar actionis habent, & ut nova ſit actio, intercedunt *vol.3.d.12.l.K.4.*

Stipulationum omnis ſubſtantia in duobus poſita eſt, in Verbis nimirum, & in dando, faciendove aliquo. In ſtipulationem verò veniunt Res, & Facta: Res quidem omnes, quæ ſunt in commercio hominum, atque ſpecialiter contrahentium, maximè verò ſtipulatoris tàm corporales, quàm incorporales, tàm mobiles, quàm immobiles, ſive ſint, ſive futuræ ſint. Rem autem ſuam ſtipulatur quis inutiliter, niſi in eum caſum, quo ſua eſſe deſierit, & rurſum, quando poſſeſſio rei ſuæ eſt penes alium, ut res reſtituatur, vel tradatur, & iterum, ut æſtimatio ejus præſtetur. Facta etiam quælibet per leges, & naturam poſſibilia. Impoſſibilium enim nulla eſt obligatio *vol.3.d.12.l.K.4 L.1.vol.6.d.4.l.Kk.2.*

Stipulari uni ex hæredibus poſſum rectè factum: rem ſive dationem non item *vol.6.d.4.l.Kk.2.*

Stipulationes quædam dandi ſunt, quædam faciendi, quædam certi, quædam incerti. Certi eſt, in quam certum aliquid deductum eſt: certum autem eſt, de quo apparet, quid, quale, quantum ſit. Incertum contra, facta omnia incerta ſunt, cùm ſint in futuro poſita; omne autem futurum creditur incertum. Servitutes verò rebus incertis annumerantur, quando ſimpliciter conſtitutæ ſunt, ſi verò certa definitum ſit conventione, quomodo, quando, quam latè ire, agere liceat, certis annumerandæ ſunt *vol.3.d.12.l.L 1.*

Stipulationes quædam dividuæ ſunt, quædam individuæ. Prout res, vel factum in ſtipulationem deductum dividi poteſt, vel non poteſt. Dividere hic nihil aliud eſt, quàm partem præſtare, ſive per partes ſolvere poſſe: Dividuum quid eſt vel naturâ, vel contractus conditione. Naturâ dividuum eſt, quod partes aut Univerſi, aut integri recipit; Univerſum dividuum eſt partibus pro diviſo, ſeu ſpeciebus: Integrum non ſpeciebus, ſed partibus integri pro indiviſo *vol.3.d.12.l.L.1.*

Stipulationes dividuæ ſunt, quæ debiti præſtationem pro parte recipiunt. Individuæ contra *vol.3.d.12.l.L.1.*

Stipulationes aliæ puræ, aliæ mixtæ ſunt, illa eſt, quæ immunis eſt à die, & à conditione: hæc eſt, quæ adjectam habet diem,

diem, aut conditionem; quæ eſt vel caſualis, vel poteſtativa, poſſibilis, vel impoſſibilis, affirmativè, vel negativè concepta *vol.3.d.12.l.*L.2.3.

Stipulationes fiunt, aut ut ex hac interrogationis, & reſponſionis conceptione negotium aliquod contrahatur, aut ut alii conventionibus firmandis accedant *vol.3.d.12.l.*L.3.

ex Stipulatu actio datur, quæ etiam actio incerti dicitur, qua factum ſemper petitur præſtari, quod in promiſſione quidem eſt præcisè, ſed in præſtatione vel ipſum, vel ejus loco intereſſe. Hinc facto ſuccedit id, quod intereſt, ſi id non fiat, quod promiſſum fuit, nec amplius factum in petitione eſt, ſed ſola ejus æſtimatio quia factum non eſt, quod fieri oportuit, & promiſſor, dum intra tempus legitimum non facit, quod facere debuit, creditur elegiſſe ſolutionem ejus, quod intereſt. Fructus in neutram harum actionum veniunt, niſi poſt litem conteſtatam, quia ſunt actiones ſtricti juris *vol.3.d.12.l.*L.3.

per Stipulationem quivis poteſt gravare conditionem ſuam, alteriusve ſe hominem reddere *vol.2.d.3.l.*l.4.

Stipulatio inter præſentes, non abſentes, epiſtolam, aut nuncios contrahitur, quamvis praxis aliud obtineat *vol.4.d.27.l.*K.2.

Stipulari itaque alteri extraneo non poſſumus *vol.7.d.6.l.*dd.3.

& Stipulatio pro nobis per procuratorem facta nihil prodeſt, niſi ipſe jura ſua nobis cedat *vol.7.d.7.l* gg.3.

Stipulatio omnis & ſponſio, eſt contractus nominatus *vol.4.d.27.l.*K.3.

in Stipulationibus omnibus tàm dandi, quàm faciendi regulare eſt, ut heredes tacitè complectantur, quia aliâs etiam heredis obligatio ſemper inſtrumento virtualiter ineſſe cenſetur, non ſolùm in contractibus, ſed etiam delictis, ſi lis cum defuncto conteſtata, vel pro maleficio certa pœna promiſſa ſit *vol.4.d.27.l.*O.5.

ad Stipulationem firmam hæc quoque neceſſaria ſunt: nempe præcurſoria, & ſeria contrahendæ ſtipulationis voluntas, & quidem præcurſoria voluntas de aliquo negotio tractando, & concludendo. Nam præſupponunt ſemper certum negotium, ſuper quo interponuntur, & à quo pendent. Hinc ſtipulatio ſine cauſa omninò non valet *vol.6.d.9.l.*Lll.3.

Stipulatio quælibet etiam ſub conditione contracta tàm ad heredem, quàm in heredem tranſit. Quæ concluſio procedit in conditione mixta, & caſuali, non etiam in poteſtativa *vol.4.d.31.l.*AA.4.

Stipulatio introducta eſt, & fit quotidiè, ut non ſolùm vi propria conſiſtat, verùm etiam alias obligationes confirmet. Sic ſtipulatio omni conventionis generi, tàm pacto, quàm contractui accedere poteſt, ejusque finis eſt quodammodo, ut cæteris contractibus ſit firmior *vol.5.d.17.l.*sss.2. *vol 6.d.9.l.*Lll.3.

Stipulatio in ſex caſibus neceſſaria eſt: 1. in fidejuſſione: 2. in acceptilatione: 3. in novatione obligationum: 4. in pœnis, quæ cohærentia contractus non veſtiuntur: 5. ut uſuræ veniant in contractibus ſtricti juris: 6. ut pater reſtitutionem dotis ſibi quærere poſſit *vol.6.d.9.l.*Lll.2.

Stipulatio eſt juris civilis, effectusque juris ſatis amplos producit, eſt tamen fa-

ȼti, ut cæteri contractus *vol.2. d.14.l.B.1. vol.3.d.12.l.K.2.*

Stipulatio in hunc modum concepta: Mihi, aut Titio dabis? valet. & ſi Titii adjectio inutilis ſit, ſupervacanea judicabitur *vol.6.d.4.l.*Nn.2.

Stipulari alteri poſſumus, non quidem jus, ſed factum *vol.6.d.4.l.*Nn.2.

ſi Stipuletur ſervus, ut ſibi ire, agere, liceat: ipſe tantum prohiberi non debet: Dominus verò prohiberi poteſt *vol.6.d.4. l.*Nn.2.

Stipulatio & illa valida erit: ſi ita te interrogavero: Fidejubebis pro me? vel mutuabis mihi centum? vel locabis mihi domum tuam? & tu reſpondes, quid ni: quia tunc ex ea ſola nullo alio concurrente, ut Promiſſor obligaberis: alii tamen negant *vol.6.d.9. l.*Lll.2.3.

Stratagematum callida conſilia nullo jure improbantur. Nam à Principe opera danda eſt, ut prudentia iſta exculrâ potius, quàm periculoſis congreſſibus hoſtem opprimat, in tantum, ut & proditione, & proditoribus uti pio magiſtratui liceat. Caveat tamen vir prudens patriam ſuam prodere, etiamſi injuſtè eam bella gerere cognoſcat *vol.1.d.7.l.*ee.2. *volum.2. d.1.l.*b.2.*d.7.l.*aAa.4. *vol.4.d.2.l.*k.4. *vol.5. d.13.l.*kkk.1.*d.19.l.*bbbb.1.2. *vol.6.d.17. l.*Hhhh.4.

Strapecorda pœnæ genus eſt, plerumque in ſtativis, & præſidiis frequens *vol.4. d.9.l.*rr.4.

Studiorum cauſa facti ſumptus in collationem hereditatis non veniunt. Imò poſt mortem patris quædam circumſtantiæ incidere poſſunt, ob quas omnes heredes ad communes ſumptus teneantur. Ita hi ſumptus in legitima non computantur *volum.1.d.12.* in Coroll. *vol.2.d.18. l.*Q.4.R.1. *volum.3. d.10.l.*G.1. *vol.4.d.19. l.*tttt.2.*d.29.l.*X.4.*vol.7.d.2.l.*i.1.

Studia, & alimenta æquiparantur *vol. 7.d.2.l.*i.1.

Studioſorum peregrinantium bona, ſi moriantur, Epiſcopo loci conſignanda ſunt, ut vel heredibus reſtituat, vel pauperibus diſtribuat *vol.1.d.12.* in Coroll.

Studioſi militibus æquiparantur, iisdem beneficiis, & privilegiis gaudent *volum.7.d.4.l.*q.4.

Studioſus ſi ſtudiorum cauſa abſit, in integrum reſtitui poteſt, etſi major 25. annis ſit *vol.5.d.12.l.*hhh 4. in Coroll.

Studiorum ſumptus alimentis æquiparantur *vol.5.d.32.l.*S.2.

Studiorum ſumptus pater filio ſubminiſtrare tenetur *vol.5.d.32.l.*S.2.

Studioſi anno 17. vel 18. arma ſumere poſſunt *volum.1.d.14.l.*H.1. *volum.4.d.19. l.*tttt.1.

Studioſis privilegia indulta cenſentur, qui non illicitis artibus operam dant, veluti magicæ: item qui ſtudiorum cauſa extra patriam peregrinantur: Et ſub ſtudioſorum nomine profeſſores in primis intelliguntur: amoventur etiam pſeudoſcholaſtici, qui non diſcunt, ſed otio t[illegible]pi vacant, nec juvat eos, quod in matricula ſtudioſorum comprehendantur: imò etiam in lectione ſedentes, ſed nihil diſcentes excluduntur *volum.2. d.7. l.*lLl.1. *vol.3.d.10.l.*G.1. *vol.4.d.19.l.*ssss.4.tttt.1.

Studioſorum ſecuritas in eo conſiſtit generaliter, ut ad loca, in quibus literarum ſtudia exercentur, uti ſunt Academiæ, quas Princeps jure ſuperioritatis funda-

ſundavit,aut fundandi poteſtatem fecit, aut Gymnaſia; tàm ipſi, quàm eorum nuncii, in quibus comprehenduntur ipſorum miniſtri, & cognati,qui eos viſitandi gratia accedunt, tutò veniant, nec minus ſecurè ab inde recedant *vol.2.d.7. l.*lLl.1.2. *vol.4.d.*19.*l.*ssss.4.tttt.1.4. *vol.5. d.*4.*l.*aa.2.3.

Studioſorum ſecuritas in privilegiis fundata ſpecialiter in eo conſiſtit, 1.ne ipſi ulla afficiantur injuriâ,nedum corporali. 2.ipſi nec arreſtari,nec in eos manus injici poſſunt: 3.nec bona ipſorum pignorari,ſub pœna quadrupli, etſi debita contraxerint, ſub quo comprehenduntur etiam ipſorum aurigæ, & equi, quibus vehuntur. 4.immunes ſunt à gabellis, pedagiis, quidagiis pro rebus, quas ſtudii,aut aliàs neceſſarii uſus causâ transferunt,ad quod bonum eſt,ut ſecum matriculam, aut teſtimoniales litteras ferant, quibus aut ſe, aut res ad ſtudioſos pertinere doceant *volum.2. d.*7. *l.*lLl.2.3. *vol.3.d.5.l.*gg.1. *vol.4.d.*19.*l.*tttt.1.2. *vol.5. d.4.l.*aa.2.3.*vol.7.d.4.l.*q.4.

Studioſorum privilegia deficiunt in iis,qui tanto tempore ab Academia, vel Schola abfuerunt, ut animum revertendi (quem donec habent Scholares reputantur,& eorum privilegiis fruuntur) depoſuerint, ſicque jus ſcholaſticum amiſerint. Deinde in illis,qui ob aliud delictum vel non recepti,vel ex albo ſtudioſorum deleti, nec reſtituti fuerunt, Verùm ſi in aliam Academiam ſe hujusmodi proſcripti contulerint,ibique recepti ſint, Privilegiis illius ſcholæ gaudebunt *vol.2.d.*7.*l.*lLl.4. *vol.4.d.*19.*l.*tttt.4.

ex Studioſorum Collegiis vel conceſſione, vel conſuetudine nemo trahi poteſt: Et qui hoc faciunt ſive judices ſint, ſive actores, puniuntur *volum.*4. *diſp.*19. *l.*tttt.4.

Studioſis liberum eſt, an coram Rectore, aut Judice loci velint conveniri *vol.2.d.*28 *l.*NN.4. *vol.4.d.*19.*l.*tttt.4.

Studioſorum libri in locatione ædium non obligantur *vol.*4. *d.*19. *l.*tttt.1. *vol.7. d.*4.*l.*q.4.

Studioſus, ſi parens ſumptus neceſſarios deneget,pecuniam non obſtante SC. Macedonio poteſt mutuo ſumere: ſic Contubernalis,qui hujusmodi ſumptus, verbi gratia,in funus fecit,præfertur reliquis creditoribus *vol.4.d.*19.*l.*tttt.1.

Studioſus qui in annum conduxit contubernium, tenetur de annua habitatione,niſi juſta ſubſit recedendi cauſa *vol.*4. *d.*19.*l.*tttt.1.

Studioſus ſi ſemel bonis ceſſerit,deinde verò rurſus acquirat libros,eos ſibi habebit,nec creditorum erunt *volum.*4.*diſp.*19. *l.*tttt.2.

Studioſorum promiſſa puellis data ſe eas in uxorem ducturos, nulla ſunt, etſi promiſſio ſit jurata, imò concubuerint *vol.4.d.*19.*l.*tttt.2.3.

Studioſi coram Rectore ſcholæ conveniri debent,exceptis delictis,ſi ea extra ſcholam commiſſa,& ſint gravia *volum.*4. *d.*19.*l.*tttt.2.

Studioſorum varia delicta, quomodo puniantur. ibi vide *volum.*4. *diſp.*19. *l.*tttt.3.

ſub Studioſis comprehenduntur eorum nuncii,famuli,Pedelli,Notarii Academiæ, Compactores, Typographi, & Profeſſorum uxores *vol.*4 *d.*19.*l.*tttt 4.

Studio-

Studioſorum privilegia, ſi magiſtratus quiſpiam neglexerit, violaverit, punitur *vol.4.d.19.l.*tttt.4.

Studioſi Theologiæ, & Juris magis privilegiati cenſentur, quàm cæterarum facultatum ſtudioſi *vol.5.d.16.l.*ppp.3. in Coroll.

Studioſorum Privilegia ceſſant, quando ipſi conventicula prohibita agunt *vol.6.d.12.l.*L 4.

Studioſi homagium præſtant Rectoribus Academiarum *vol.5.d.17.l.*gggg.4.

Stulti nequaquam melioris conditionis eſſe debent, quàm periti *volum.7, d.4. l.s.2.*

Stuprum lege Julia coërcetur: & eſt illegitimus coitus cum Virgine, aut vidua honeſtè vivente. Punitur autem ex L. Julia publicatione dimidiæ partis bonorum, aut pœna corporis cum relegatione: niſi violenter perpetratum fuerit. Tunc enim punitur extra ordinem majori pœna. Stuprum non violentum pœna canonica punitur, ut ſtuprator aut ſtupratam ducat, aut dotet, niſi circumſtantiæ delictum aggravent, veluti ſi quis Virgini fatuæ, furioſæ, vel impuberi ſtuprum inferat. Conſuetudo cum meretrice à ſtupro differt, aliàs fornicatio dicta, cujus pœna etſi jure non ſit definita, tamen impunita eſſe non debet *volum.2. diſp.25.l.*HH.3.*volum 6.d.2.l.*L.3.*vol.7.d.6. l.*ee.1.

Stuprum ſi Clericus cum Virgine committat, punitur pœna depoſitionis *vol.7. d.6.l.*ee.1.

Stuprum inferens Virgini Deo dicatæ, ſeu moniali, pœna capitali plectitur jure civili: ſed Canonico pœna Clerici eſt depoſitio: Laici excommunicatio *vol. 7.d.6.l.*ee.1.

Stylus alicujus Curiæ probatione non eget, ſed pro lege habetur *vol.6.d.2.l.*N.2. *vol.2.d.3.l.*p.2. *vol.3.d.15.l.*Q.4.

Subditum non facit ſola domus poſſeſſio, quæ in aliena civitate comparatur, item nec jus patronatus & protectionis ſubditos facit, ſed clientes in protectionem, ac tutelam recepti ſub ordinaria magiſtratus ſui, cui in omnibus, ut antea, parere debent, juriſdictione manent *vol. 2.d.1.l.*e.4.

Subditos facit aut nativitas, aut manumiſſio, aut adoptio, aut allectio, aut incolatus. Sed præcipuè homagium perſonale, non reale, quod fit cauſa bonorum *vol 2 d.1.l.*e.4.*d.3.l.*n.3.p.1.

Subditum non facit feudum, imò ſubditus & Vaſallus toto cœlo diſtinguuntur: & plus eſt eſſe ſubditum, quàm Vaſallum *volum.2.d.3.l.*l.2.3.m.4.n.1.*volum.4. d.2.l.*m.3.

Subditus multò plus Domino obligatur, quàm Vaſallus, & multo ſtrictius. Primò: Subditi ad Collectas, Vaſalli, qua tales, non tenentur. Secundò: Subditus crimen majeſtatis committit, Vaſallus contra. Tertiò: Vaſallus Dominum feudi ſine venia omnibus juris modis in jus vocare, etiam in controverſia feudi, & quocunq; remedio urgere poteſt. Quartò. Subditus ipſemet in verba Domini jurare tenetur, nec alium muneris vicarium ſubſtituere: Vaſallus per Procuratorem in fidem recipi poteſt. Quintò: Princeps ſubditi ſui jure pleniſſimo eſt, nec iſtam juriſdictionem in præjudicium ordinarii prorogare licet. Feudi verò Domin[illegible]o-[illegible]onem

ctionem habet ſolam feudalium litium ſeptis incluſam. Sexto: Rebellio Vaſalli utilis ſolùm dominii, ſubditi verò directi privatione punitur. Hæc ita intelligentur, ubi ſubditum, & Vaſallum eſſe non conjuncta, & ubi quis feudum ſolum habet, aliâs omnia concurrent *volum.2.d.3.l.*Ll.3.4.*vol.4.d.2.l.*m.3.

Subditi, & Clientes omninò diſtinguuntur *vol.6.d.3.l.*Ff.3.

Subditum facit præcipuè homagium perſonale, non reale, quod fit cauſa bonorum *vol.2.d.3.l.*n.3.p.1. *vol.4.d.2.l.*m.3. vide in verbo Homagium.

Subditus præſumitur, qui paret mandatis, & per obedientiam acquiritur quaſi poſſeſſio ſubjectionis *vol.2.d.3.l.*p.1.

Subditus parere cenſetur, qui præſtat homagium adſecurationis, & ſubjectionis die Erb/vnd Landtſchuldigung. Hæc enim prima agnitio, & confeſſio ſubjectionis eſt *volum.2.d.3.l.*n.3.p.1. *volum.6.d.8.l.*Ccc.2.

Subditus præſumitur, qui paret oneribus impoſitis exequendis *vol.2.d.3.l.*p.1.

Subditus ſolus oneribus, & ſervitiis gravari poteſt *vol.6.d.8.l.*Ccc.2.

Subditus præſumitur, qui paret in mulcta impoſita danda, & pœnis luendis *vol.2.d.3.l.*p.1.

Subditus præſumitur, qui paret appellationes admittendo *vol.2.d.3.l.*p.1. vide in verbo Appellatio.

Subditus præſumitur, qui paret in negotio religionis. Nam cujus Regio, ejus eſt Religio *vol.2.d.3.l.*p.1. vide in verbo Religio.

Subditus eſt, qui citatus mandato accepto paret cum effectu in conventibus provincialibus, vel in tribunali, vel ad bellum, excubias arcis, ſequelam, delectum; quartò ſi compareat ſolvendo contributiones, & collectas *vol.1.d.3.l.*p.2. vide Collecta.

Subditum facit domicilium *vol.4.d.2.l.*m.3. *vol.5.d.*11. *l.*yy. *d.*17. *l.*eeee.1.2.3.4. *vol.6.d.3.l.*Bb.1.*d.*8.*l.*Ccc.2.

Subditorum poſſeſſionem Dominus non amittit, ſi ab alio inviti detenti ſint, & de eorum contraria voluntate appareat, quinimò amplius, cum ſubditi non poſſideant, ſed poſſideantur, ii ne quidem ſua ſponte Dominum poſſeſſione deſtituere poſſunt *volum.3.d.3.l.*s.3. *vol.6.d.8.l.*Bbb.2. illosque Dominus ſemper repetere poteſt *ibid.l.*Ggg.1.2.

Subditus ideò non eſt, qui alium dominum vocat. Nam hæc verba honoris, aut Curiæ nil obligant, nil alterant, nil mutant *vol.2.d.3.l.*p.2. *vol.5.d.*17.*l* llll.2.

Subditi in Rep. ſint divites, ac ordinum, familiarumque dignitas unicuique ſalva ſit *vol.2.d.1.l.*d.3. *vol.4.d.*21.*l.*zzzz.3. *vol.6.d.3.l.*Bb.1.

Subditus libertatem obedientiæ præſcribere non poteſt *vol.6.d.8.l.*Ggg.2.

Subditi à Principibus operis, & ſervitiis non nimium gravari debent *vol.6.d.*8. *l* Bbb.4 Eee.2.Fff.3.4.

Subditi Principibus exactiſſimè obedire tenentur: modò ne quid contra Deum imperent *vol.1.d.1.l.*e.4.f.1. *vol.5.d* 17.*l* iiii.1.2.llll 1.2.3. *vol.6.d.8.l.*Fff.3.

Subditi utilitatem Domini omnibus modis curare, ac promovere tenentur *vol.6.d.8.l.*Fff.2.

Subditi tributa ſolvere tenentur, tamen videndum, ne Principes in iis mo-

dum excedant *volum.2.d.1.l.c.4.vol.3.d.5.l.*bb.2. eaque ſolvant fideliter,& diligenter *ibid* & cc.4.vide Collecta.

Subditi tamen obligationes libertatem perpetuò onerantes ſubire poſſunt, vel non *vol.6.d.8.l.*Eee.2.

Subditos ſi Dominus onerare velit ſervitiis,quibus non eget,ſaltem ut illis malè,& ægrè faciat, tunc illi ad tales operas non tenentur, imò hoc illi minimè eſt permittendum *vol.6.d.8.l.*Eee.3.

Subditi,ſi de re aliqua,vel ſervitio faciendo & præſtando à Domino rogentur, tunc credanr certò Dominum novitatem inducere velle, quam alio modo conſequi non poſſit *vol.6.d.8.l.*Ddd.3.

Subditi contra Principes confœderationes inire nequeunt: nec ſe ab ejus dominatione eximere, etſi tyrannicè imperet: neque etiam arma ſumere, quocunque id fieri poteſt prætextu, etiam religionis *volum.1.d.16.l.*N.2. *vol.2.d.3.l* i.2.3. *d.6.l.*uu.1.2.4. *vol.3.d.3 l.*s.3. *vol.4.d.2.l.*h.3. *d.17. l.*eeee.2.3. *d.19.l.*rrrr.3.4.ssss.1.2.3. *vol.5.d.21.l.*eeee.4. *vol.6.d.3.l.*Bb.1.2.*d.8.l.*Hhh.1.4.

Subditorum contumacia erga dominos eſt maximum delictum,ita,ut ſi contemptum domini reſpiciat, non minus criminaliter,quàm civiliter coërceri poſſit *vol.6.d.8 l.*Hhh.4.

Subditi cum Domini ordinarii aut Principis ſui hoſtibus,amicitiam contrahere non poſſunt *vol.6.d.3.l.*Aa.3.

Subditi,qui ſe oneribus tempore hominum memoriam excedente præſtitis ſubtrahere volunt, inſtar illorum ſervorum puniri poſſunt,qui fugitivi ſunt,aut ad libertatem aſpirant *vol.6.d.8.l.*Ccc.4. Ggg.2.

Subditus ex feudo ſolùm non efficitur *volum.2.d.3.l.*l.2.3.m.4.n.1.2. *volum.5.d.17.l.*eeee.4.*d.30 l.*F.4.

Subditi inſtar cenſetur quilibet extra territorium ſuum,alteriusve privati,quoad jurisdictionem *vol.2 d.3.l.*n.4.

Subditorum intereſt maximè,ne plures dominos habeant *vol.2.d 6.l.*ii.3.*vol.6.d.3.l.*Y.3.*d.8.l.*Fff.3.

Subditi Principum Imperii ab ipſorum inferioribus judiciis, & prætoriis à Cæſare ad ſe avocari non poſſunt *vol.2.d.6.l.*rr.2.tt.3.*vol.4.d.12.l.*kkk.4.*vol.5.d.11.l.*yy.3.4.zz.1.

Subditi quorumcunque Principum in feudalibus cauſis coram Paribus Curiæ judicium ſuſcipere debent *vol 2.d.6.l.*tt.3. *vol.3.d.3.l.*n.1.2.

Subditi quorumcunque Principum in fractæ pacis cauſa à Camera Spirenſi evocare poſſunt *vol.2.d.6.l.*tt.3.

Subditus ſubditi mei non eſt meus ſubditus *vol.6.d.3.l.*Cc.3.

Subditi Electorum alibi conveniri poterunt,ratione rei alibi ſitæ. Quod ſi etiam in alio loco delinquant, vel contrahant, ibiq; adhuc reperiantur,ibidem reſpondere tenebuntur *vol.2.d.6.l.*tt.3.

Subditorum, & inferiorum colligationes,confœderationes illicitæ,& prohibitæ præſumuntur. Igitur ſubditi abſque Dominorum conſenſu & authoritate, nec conventicula celebrare, nec colligationes, vel confœderationes inire queunt, maximè cum exteris, & in præjudicium Imperii *vol.2.d.6.l.*tt.4.uu.1.2.*vol.6.d.3.l.*Bb.1.2.

Subdi-

Subditi unius Principis ſe alteri ſubjicere non poſſunt: niſi à proprio Principe non defendantur *vol.* 2. *d.* 6. *l.* tt. 4 uu. 1. 2. *vol* 6. *d.* 3. *l.* Bb. 1. 2. Cc. 3.

Subditi ad refectionem caſtri, & excubias cogi poſſunt, neceſſitate imminente *vol.* 2. *d.* 7. *l.* yy 4. *vol.* 6. *d.* 8. *l.* Eee. 4.

Subditi aliquando à Principibus onerantur hujusmodi edictis, jure, nempe, ut ipſi damnum viatoribus in ipſorum vicinia, & diſtrictu à latronibus, ſeu prædonibus illatum, reſarciant, quod maximè procedit, ſi ipſi prædationibus ſtuduerint *vol.* 3. *d.* 5. *l.* oo. 3. ubi pulchrè.

Subditi ratione officii ſervire Principi jubentur, nec is ex obligatione efficaci agendum remunerare tenetur: verùm cùm dubium non ſit, quin ſubditis, qui Reip. & Principibus ſerviunt, ſaltem ex naturali inſtinctu debeant remunerari, certè ſi ſolvat Princeps, quod naturaliter debet, non repetit. Nec obſtat, quod quidam Doctores ajunt, donationem remuneratoriam non procedere, ſi merita non excedant dimidium valoris rei, & ob benemerita conceſſæ, & in eo, quod excedit meritum, revocari poſſe *vol.* 3 *d.* 5. *l.* ii. 1. vide in verbo Privilegium.

Subditi Principem euntem in prælium propriis ſumptibus ſequi non tenentur, niſi Reip. id exigat neceſſitas, vel ſufficientes Princeps non habeat reditus *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Ee. 3.

Subditos Princeps à ſacramento jurisjurandi abſolvere non poteſt, ubi nec à vinculo fidelitatis *vol.* 4. *d.* 2. *l.* i. 2.

Subditi ob nimiam Dominorum ſævitiam ab eorum juriſdictione eximi, imò impunè diſcedere poſſunt, ita ut à Domino repeti, & revocari nequeant *vol.* 4. *d.* 5. *l.* s. 1. *vol.* 5. *d.* 17. *l.* aaaa. 2. *vol.* 6. *d.* 3. *l.* Bb. 1. vide Tyrannus, & paulo ſuperius *diſp.* 8. *l.* Ggg. 2. *l.* Hhh. 3. 4. vide etiam Princeps: & Angariæ.

Subditi alii pactitii vocantur, alii exemptitii, alii privilegiati *vol.* 4. *d.* 12. *l.* lll. 1.

Subditi pactitii ſunt, qui liberi olim fuerunt, pactis tamen quibusdam ſeſe ſubmiſerunt, ſubjectione pactitia *vol.* 4. *d.* 12. *l.* lll. 1.

Subditi exemptitii dicuntur, quòd fuerint municipales, at verò contractibus, aut præſcriptione quoad certa jura ſunt exempti *vol.* 4. *d.* 12. *l.* lll. 1.

Subditi privilegiati dicuntur, propter privilegia, quæ obtinent *vol.* 4. *d.* 9. *l.* lll. 1.

Subditi fortius adſcribuntur ſuo immediato Principi, quàm Cæſari *vol.* 4. *d.* 12. *l.* lll. 1. *vol* 5. *d.* 21. *l* ffff. 1.

Subditi homagium Principi præſtare omninò tenentur *volum.* 4. *d.* 17. *l.* gggg. 4. *volum.* 5. *d.* 17. *l.* ffff. 1. 2. 3. 4. llll, 1. 2. 3. vide in verbo Homagium.

Subditorum utilitatis gratiâ regalis dignitatis inventa eſt *vol.* 5. *d.* 11. *l.* xx. 4.

Subditorum plurimum intereſt, non facilè mutari Dominum, cujus fides illis probata eſt, ac potius ſubeſſe potentiori, cùm ratione defenſionis, tùm etiam inprimis juſtitiæ. Quo enim quisque potentior ac dignior, ita & juſtiùs omnia ſemper agere ac dicere præſumitur. Ideò in alium maximè inferiorem facilè transferri nequeunt, ne à pauperiore, & viliore emungantur, concutiantur, atque durioribus conditionibus affligantur, cùm plerumque in inferioribus judicibus pecuniæ ſitis, ac ſimonia prædominetur

*volum.*5.*d.*11.*l.*xx.4. *vol.*5.*d.*3.*l.*Bb.1.*d.*8. ffff.3.

Subditis invitis obligari, & oppignerari juriſdictio, cui ſubſunt, niſi pro modica pecunia, ut ſpes ſit maturæ, ac facilis reluitionis, nedum alienari in perpetuum poteſt à ſuperiore *vol.*5.*d.*11.*l.*xx.4.

Subditorum & Domini jus eſt reciprocum, & ſicut ſubditi inſcio domino non poſſunt ſe alterius ſubditos facere, eumque ſuperioritate privare, ita nec dominus hos invitos alterius diſtrictui ſubmittere poteſt, niſi ex neceſſitate, aut alicui ſimilis dignitatis, ſeu æquè bono eos ſubjiciat, aut aliquam ipſe ſuperioritatem, & poteſtatem concurrentem ſibi reſervet, in tantum, ut etiam in caſibus permiſſæ ac licitæ alienationis Regnorum, & Ducatuum homines ad libertatis emptionem, idem pretium, quod alii, offerentes admittendi ſint; aliàs ſubditi agere poſſent pro ſuo intereſſe: cum omnis conceſſio Principis accipiatur ſalvo jure tertii *volum.*5.*d.*11.*l.*xx,4. vide in verbo Princeps.

Subditus eſt, qui juriſdictioni in loco domicilii ſubeſt, & in quo paſſivè illa exercetur, ſive id fiat à Principe, & domino, ſive ab alio quolibet magiſtratu *vol.*5. *d.*17.*l.*dddd.4. *vol.*6.*d.*3.*l.*Bb.1.

Subditum ſola habitatio, & ſic domicilium facere videtur. vide ſuperius. Nihilominus ſubditus dicitur vel originarius, vel aſſumptus *volum.*5.*d.*17.*l.*eeee.1. *vol.*6.*d* 3.*l.*Bb.1.

Subditus originarius eſt, qui originem traxit ex civitate aliqua id eſt, qui ex patre, vel avo cive natus eſt, qui in loco nativitatis propriæ, vel paternæ domicilium naturale, vel ſedem, aut tabernaculum vitæ, aut habitationis habet, ex vico verò oriundus eam patriam habere intelligitur, cui Reip. vicus iſte reſpondet. Et niſi contrarium conſtet, ſemper præſumitur quis habere domicilium in loco originis, ideoq; ſi ibi conventus dicat, ſe alibi domicilium habere, onus probandi illius eſt *vol.*5.*d.*17.*l.*eeee.1.hhhh.1.

Subditus eſt aſſumptus, qui jus civitatis eſt conſecutus, & vocatur aliàs ſubditus voluntarius *volum.*5. *d.*17. *l.*eeee.1.2, hhhh.1.

Subditum non facit bonorum ſola poſſeſſio *vol.*2.*d* 1.*l.*e.4.n.3, *vol.*5.*d.*15.*l.*nnn.1. *d.*17.*l.*eeee.4 gggg.1.

Subditus & Mancipium, id eſt, **Leibeigener Knecht** / magnopere diſtinguuntur. Cum poſſim eſſe alicujus mancipium, & tamen non eſſe ejus ſubditus, & vice verſa eſſe alicujus ſubditus, non tamen mancipium *vol.*6.*d* 8.*l.*Ccc.2.Ddd.4.

Subditus & Vaſallus toto cœlo diſtinguuntur, qui Vaſallus ſolùm eſt, non eſt ſubditus. Nam Vaſallus feudi tantum reſpectu dominum cognoſcit: ſubditus ſubjectionis onus ſuſtinet: ille certo tantum ſervitiorum onere militari, vel aulico ligatur, iſte ſecus: ille re ſolùm, hic capite aſtringitur *vol.*5.*d.*17.*l.*eeee.4.ffff.3.

Subditus non erit ſtatus ille Imperii, ſit Princeps, aut comes &c. qui feudum ab aliquo alio Principe tenet, & recognoſcit: Dico, non erit ſubditus illius Principis, à quo feudum tenet, ſed manebit ſubditus immediatus Imperii *volum.*5. *d.*17.*l* ffff 3.4.

Subditus erit alicujus Principis Comes ille, & Baro &c, qui domicilium habet.

bet in territorio alicujus Principis, qui jus territoriale, & Landtſaſſiæ in ſuo territorio obtinuit, etſi illud ipſum Comitis domicilium ſit feudum Imperii *vol.*5.*d.*17. *l.*eeee.4.

Subditi à Principibus in armis exerceri debent, & olim Romani tempore pacis habebant militias armatas *vol.*5 *d.*19. *l.*zzzz.4.

Subditi Nobilium ditiores tenentur ad operas rurales, pauperiores ad operas manuarias *vol.*5.*d.*21 *l.*lllll.2.

Subditi Nobilium in multis locis ad refectionem, & cuſtodiam caſtri tenentur *vol.*5.*d.*21 *l.*lllll.3.

Subditorum penſiones variæ ſunt, quas vide ibi ad quas cogi à Nobilibus, uti & aliis dominis poſſunt variis pœnis, quæ ſe extendunt uſq; ad plagas *vol.*5.*d.* 21. *l.*lllll.2.3. vide Collecta.

Subditis licet jus ſubjectionis domino etiam invito reſignare, alioque domicilium corporaliter transferre *vol.*5, *d.*30. *l.*D.2.

Subjectione generali rerum ſuarum facta tamen perſona propria ſubjecta non cenſetur *vol.* 2.*d.*3.*l.*l.4.

Subjectio propriæ perſonæ odioſa, ſtrictiq; juris eſt, quare nihil hac in re probabitur, niſi quod manifeſto conſenſu comprobatum, aut ſubſequente aliquo jurisdictionis actu roboratum ſit *vol.*1. *d.*3.*l.*l 4.

Subjectio Imperii immediata ſine, & cum jure territorii conſiſtere poteſt *vol.*2. *d.*3.*l.*o.1.

Subjectionis prima agnitio & confeſſio eſt, Præſtatio homagii, id eſt, Erb vnd Landthuldigung *vol.*2.*d.*3.*l.*p.1. *vol.*4. *d.*5. *l.*n.1. *vol.*5.*d.*17.*l.*rrr.3.4.ſſſſ.1.2.3.4.llll.1.2.3. vide ſuperius.

Subjectionis evidentiſſimum ſignum præſtant ſolutiones Collectarum, & contributionum, niſi ex pacto, vel protectionis cauſa cenſus citra ſubjectionem porrigatur *vol.*2.*d.*3.*l.*p.2. *vol.*4.*d.*5 *l* u.3.4.

Subjectionis juramentum propter bona in alieno territorio ſita, præſtandum non eſt *vol.*4.*d.*5.*l* u.2.

Subjectionem non arguit titulus, ſi cui ſcribatur, Unſerem lieben Getrewen *vol.* 4.*d.*5.*l.*u.2.

Subjectionis jus nullo omnino privilegio minui, limitari, & adimi poteſt *vol.* 4.*d.*17 *l.*gggg.4.

Subjectum immediatè alicui dicitur, quod alterius non ſubjacet Jurisdictioni *vol.*6.*d.*3 *l.*Aa.4.

Subjecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant *vol.*7.*d.*4.*l.*r.2.

Subrogatum ſapit naturam ſui ſubrogati, & illius, cui ſubrogatum eſt *vol.*4.*d.*9. *l.*uu.2. *d.*10. *l.*eee.2. *volum.*5. *d.*14. *l.*lll.4. mmm.1.*d.*39.*l.*MM.3. *volum.*6.*d.*8.*l.*FFf.1. quod adeò eſt verum, ut licet in aliquo caſu diſcrepet ab eo, cui ſurrogatur, tamen hujus naturam in cæteris omnibus ſuſcipiat *ibid.vol.*7 *d.*4.*l.*r.2.

Subrogatio quando non eſt facta ad idem, ſed ad diverſa, tunc ſurrogatum non ſapit naturam ſui ſurrogantis *vol.*7. *d.*2.*l.*r.2.

Subrogata perſona regulariter utitur iisdem privilegiis, in cujus locum ſurrogatur *vol.*7.*d.*4.*l.*r.2.

Subreptionis vitium, vide in verbo Obreptionis vitium.

Subſignatio ejusdem cauſæ eſt, ac ſi

Digitized by Google

epiſtola à ſubſignante tota exarata ſit *vol.3.d.15.l.S.4.* in Coroll.

Subſcriptio partium in inſtrumentis requiritur, quæ dat robur contractui, & conſenſum magis expreſſum denotat: & vis eſt ejus maxima *vol.5.d.17.l.*kkkk.4.

Subſcribens in eo, quod ſubſcribit, contenta approbare cenſetur, adeoque ſibi præjudicat, ac ſi totum ſcripſiſſet *vol.7.d.4.l.s.2.* hinc in jure à pari procedunt ſcripturæ, atque inſtrumento alicui ſubſcribere, aut ſcripturam, vel totum inſtrumentum manu ſua ſcribere *ibid.*

Subſcribens quando ſolum ſubſcribit ut teſtis, tunc non obligatur *volum.7.d.4.l.s.2.*

Subſtantiam ſuarum facultatum ignorare ur plurimum quis præſumitur *vol.7.d.2 l.*g.4.

Subſtitutionis ſignificatio latè vagatur: Nam generaliter omne id ſignificat, quod in locum alterius ſubmittitur, & reponitur: ſignificationes varias ibi vide *vol.6.d* 18.*l.*Llll.1.

Subſtitutio in materia juris, & ultimarum præcipuè voluntatum, pro ſecunda, aut ulteriori heredis inſtitutione accipitur ſtrictè: & hujuſmodi ſubſtitutio dividitur in propriam, & impropriam: illa dicitur directa, hæc obliqua *volum.6.d.*18. *l.*Llll.1.2. ubi hæc definitio explicatur pulchrè.

Subſtitutio eſt facti, & juris *vol.6.d.*4. *l.*Nn.1 Ll.2.

Subſtitutio eſt ſpecies inſtitutionis heredis: eſtque vel directa, vel fideicommiſſaria quæ etiam dicitur obliqua *volum.3.d.*10.*l.*C.1.*volum.5.d.*32.*l.*O.3.4.*vol.6.d.*18. *l.*Llll.1.

Subſtitutio directa teſtamento ſolùm fieri poteſt, obliqua etiam Codicillis *vol.6.d.*18.*l.*Llll.2.

Subſtitutio directa diſpeſcitur in vulgarem, pupillarem, quaſi pupillarem, & militarē hæc eſt præcipua diviſio, quamvis ab authoribus variæ aliæ diviſiones adferantur. Et vulgari ſubſtitutione non tantum purè, ſed etiā ſub diverſis conditionibus vocari poteſt ſubſtitutus, quamvis omnis ſubſtitutio nominari poſſit conditionata. Nam aliæ conditiones intrinſecæ ſunt, aliæ extrinſecæ: illæ quamvis appoſitæ ſint, actum tamen conditionatum non reddunt. Porrò ut ejuſmodi conditiones alibi, ita etiam in ſubſtitutionibus nihil diſponunt *vol.3.d* 10.*l.*C.1. *volum.6. diſp.*18.*l.*Llll.2.3.4. Mmmm.1.2. Oooo.2.3.4.

Subſtitutio militaris eſt, quæ militibus ex privilegio ſingulari verbis civilibus & directis, filiis puberibus, aut extraneis etiam in eum caſum, etſi vel heredes extiterint, ſubſtituere licet. Sed quæritur, an ſubſtitutio ita à milite verbis directis poſt pubertatem facta, valeat jure directo? & affirmatur *vol.6.d.*18.*l.*Llll.3.4.

Subſtitutionis militaris occaſione emerſit, & illa, quæ vocatur compendioſa, & in hunc modum concepta eſt: Filio meo quandocunque, ſeu ſi intra annum 25 deceſſerit, ſubſtituo Cajum: valebit inter milites. ſed quæritur an hæc ſubſtitutio poſt pubertatem ſaltem in vim fideicommiſſi ſuſtineatur? & negatur *vol.6.d.*18.*l.*Llll.4.

Subſtitutio dein alia eſt directa, differens ab altera directa, & eſt, quæ ab una tantum parte fit: alia reciproca, & eſt, cùm

cùm coheredes ſibi invicem ſubſtituuntur vel expreſsè, vel tacitè *volum.6.diſp.*18. *l.*Mmmm.1.

Subſtitutio vulgaris in eum caſum concipitur (ſi primo gradu inſtitutus heres non erit) ſub qua, & tàm voluntatis, quàm poteſtatis caſus continentur, ſi tamen unus expreſſus ſit, alter ceſſabit. Eſtque duplex, expreſſa ſcilicet & tacita illa eſt, quæ verbis expreſſis in primum caſum concepta eſt: hæc, quæ in ſubſtitutione in alterum caſum facta continetur: & præcipuè illa vulgaris tacita, quæ ex pupillari expreſſa emergit. Hujusque ea eſt virtus, ut ſubſtitutus pupillo, ſi hic abſtineat, is patris hereditatem acquirere, etſi impubes moriatur patre ſuperſtite, adhuc ex tacita vulgari idem poſſit admitti. In hac ſubſtitutione Inſtitutio omnino debet præcedere; quæ debet eſſe pura: ſecundo eſt neceſſarius primi heredis defectus *vol.*3.*d.*10.*l.*C.2. *volum.*6.*d.*4.*l* Kk.4.*d.*18. *l.*Mmmm.2.3.4.Oooo.1.Qqqq.1.2.

Subſtitutio vulgaris non tollit ſuitatem, id eſt, ex ſuo, & neceſſario herede, non facit voluntarium *volum.6. diſput.*18. *l.*Mmmm.3.

Subſtitutio vulgaris concernit tantum bona teſtatoris, non etiam bona ipſius filii, cui eſt ſubſtitutum *volum.6.diſput.*18. *l.*Mmmm.3.

Subſtitutionis vulgaris formula (nempe ſi inſtitutus non erit heres) interpretationem circa qualitatem perſonæ inducit: Sanè qui ſervo alieno, quem teſtator patremfam. eſſe putabat, ſubſtitutus eſt, & ſi Domini juſſu ſervus adit, in partem hereditatis vocabitur, & quando ſervus etiam adverſus domini voluntatem hereditatem acquirere non vult, ſubſtitutus admittitur. Pater verò adiens hereditatem, quam filius inſtitutus adire noluerat, ſubſtituto non eſt præferendus, ſed ab eodem excluditur. Transmiſſarius autem ex jure ſuitatis ſub conditione (ſi heres non erit) anteſertur ſubſtituto *vol.* 2.*d.*18.*l.*Q.4. *vol.*3.*d.*10.*l.*C.2. *vol.6.d.*4. *l.*Kk.4. quod hic dicitur de filio, idem militat in ſervo *ib.vol.6.d.*18.*l.*Mmmm.4. Nnnn.3.

in Subſtitutione ſi plures heredes inſtituti copulativè, tunc uno ſolo adeunte excluditur ſubſtitutus: ſed ſi inſtitutio ſeparatim facta ſit, tunc admittitur ſubſtitutus in deficientis portionem *vol.6.d.*18. *l.*Nnnn.1.

Subſtitutum vulgarem nuda ſui heredis exiſtentia non repellit *volum.6.diſp.*18. *l.*Nnnn.1.

Subſtitutus an excludatur, ſi primùm Inſtitutus hereditatem quidem acquirere paret, ſed non eo modo, quo defunctus voluit: ut quia fortè ſcriptus fuerat ſuus, vel neceſſarius, ſed tempore mortis deprehenditur emancipatus, vel manumiſſus? *vol.6.d.*18 *l.*Nnnn.2.

quia Subſtituendo teſtator in omnem caſum heredis non adeuntis, ſibi cavere ſuſtinuit, ideo fit, ut inſtituto ætatis beneficio, contra hereditatis aditionem reſtituto, ſubſtitutio, quæ poſt aditam hereditatem expiraverat, in integrum reſtitutione convaleſcat *vol.*3.*d.*10.*l.*C.2. *vol.6. d.*18.*l.*Nnnn.2.

Subſtituto monacho, ſi inſtitutus non eſt heres, adit monaſterium *volum.*3. *d.*10. *l.*C.3.*vol.6.d.*18.*l.*Nnnn.3.

Subſtitutionis vulgaris ſubdiviſio eſt, quan-

Digitized by Google

quando heres inſtitutus deficit, vel ob id, quod non velit, vel quod non poſſit hereditatem acquirere: quo poſito quæritur: an in unum horum caſuum vulgariter ſubſtitutus, puta, ſi heres eſſe non poſſit: in alterum ſi heres eſſe noluerit, ſubſtitutus eſſe cenſeatur? & negatur *vol.6.d.*18. *l.*Nnnn.2.

Subſtitutus teſtatoris, non heredis inſtituti heres dicitur, & ſic ad teſtatoris hereditatem admittitur. Quo caſu prælegata non veniunt in ſubſtitutione. Subſtitutus tamen legata præſtare tenetur *vol.6.d.*18.*l.*Nnnn.4.

Subſtitutio vulgaris tacita ſub pupillari comprehenſa filiofam. in vita patris emancipato non evaneſcit *volum.6.diſp.*18. *l.*Oooo.1.

Subſtitutio vulgaris tacita filiofam. pubere facto non expirat *volum.6. diſp.*18. *l.*Oooo.2.

Subſtitutus ex vulgari tacita matre in medio exiſtente admittitur *volum.6.d.*18. *l.*Oooo.2.

Subſtitutio vulgaris tacita non porrigitur ad bona pupilli *vol.6.d.*18.*l.*Oooo.2.

Subſtitutio directa fit verbis directis & imperativis: fideicommiſſaria autem obliquis & precariis. verba ibi vide *vol.5. d.*32.*l.*O.3. *vol.6.d.*18.*l.* Llll.1.

Subſtitutionis hujus forma (ſi non erit heres) minimè efficit, ut qualitas illa, quam L.12.Tab. ſuo & medio heredi indidit, auferatur, & in voluntariam transformetur. Inter effectus hujus ſubſtitutionis etiam hic recenſetur, quod excludat Jus Accreſcendi: extinguitur autem hæc ſubſtitutio, quando primo gradu inſtitutus hereditatem acquirit, & adit; nam ut hæc ſubſtitutio locum habeat, neceſſe eſt, ut primus heres deficiat quamvis non jure civili, ſed tantum jure prætorio adeat *volum.*3.*d.*10.*l.*C.3. *vol.6.d.*18. *l.*Mmmm.4.Nnnn.2.3.

Subſtitutum Fiſcus non excludit, etſi Inſtitutus ſit Incapax hereditatis *volum.6. d.*18.*l.*Nnnn.4.*d.*2.*l.*I.2.

Subſtitutio pupillaris propria eſt, qua pater filiofam. impuberi heredi inſtituto, exheredatove in eum caſum, ſi heres extiterit, & impubes deceſſerit, alium heredem ſubſtituit *vol.6.d.*18*l.*Oooo.2.3.4.

Subſtitutio pupillaris ut valeat neceſſe eſt, ut filius ſit in ſactis, & poteſtate teſtatoris, tàm mortis, quàm conditi teſtamenti tempore: & ſubſtitui omnibus poteſt, non tantum illis ex nuptiis, ſed & adoptivis, & legitimatis: ſecus in emancipatis, & naturalibus *vol.6.d.*18*l.*Oooo. 3.4.

Subſtitutionis pupillaris virtus poſt mortem impuberis, intra impubertatis annos maximè elucet, cui in omnibus bonis ſuccedit ſubſtitutus, etiam iis quæ poſt mortem patris à pupillo acquiſita ſunt. Ita verò ſuccedit, ut removeat omnes legitimos heredes, & ipſam etiam matrem. Et ſi pupillariter ſubſtitutus heres quoque ſcriptus ſit, tùm patris hereditatem repudiare, & pupilli adire planè poteſt. Frater denique, impuberi ſubſtitutus, fit ei neceſſarius *vol* 3.*d.*10.*l.*C.3.4.

ad Subſtitutionem pupillarem neceſſarium eſt, ut parentis adeatur hereditas, ſive à filio, cui ſubſtitutio facta eſt, ſive ab alio ejus nomine *vol.6.d.*18.*l.*Pppp.1.

Subſtitutionem pupillarem nuda ſui here-

heredis exiſtentia confirmat *vol.6. d.*18. *l.*Pppp.1.

Subſtitutio pupillaris eſt,quam teſtator heredi ſuo impuberi,in omne pupillare ipſius tempus facit,cujus origo eſt ex moribus, ſive jure non-ſcripto, maribus nempe ad 14.fœminis ad 12.annos, quibus elapſis,ſubſtitutio hęc evaneſcit.Verbis autem iſtis(heredi ſuo)innuitur, ut heres iſte,& tempore teſtamenti,& tempore mortis, ſit in teſtatoris poteſtate, unde nemo non intelligit,matrem pupillariter ſubſtituere non poſſe. Adoptatis etiam, & arrogatis, item exheredatis, & nepotibus ex filio emancipato in poteſtate retentis; ita poteſt ſubſtitui, modo ſibi quoque pater teſtamentum fecerit. Nam teſtamentum paternum debet teſtamentum illud, quod filio conditur, præcedere; & ſubſtitutio hæc eſt teſtamenti paterni pars,& ſequela. Porrò ut hæc ſubſtitutio puberibus facta, nullas obtinet vires,ne jure quidem fideicommiſſi, ita minori ætati minimè prohibetur teſtator ſubſtitutionem includere *vol.*3.*d.*10.*l.*C.3. *vol.6.d.*18.*l.*Oooo.2.3.4. Pppp.1.

Subſtitutionem pupillarem, ſive ea maſculo,ſive fœminæ fiat, extinguit pubertas; item ſi filius in poteſtate moriatur,aut ſi deficiat ſubſtitutionis conditio, aut ſi hereditas ex teſtamento patris non ſit adita: per ſui tamen heredis exiſtentiam ſuſtineri verius poteſt *volum.*3. *d.*10. *l.*C.4. *vol.6.d.*18.*l.*Pppp.2,

Subſtitutio quaſi pupillaris eſt, cum pater,qui mente captos habet filios liberos cujuſcunque ſexus, etſi puberes ſint, imo videntur puberes eſſe debere ad exemplum pupillaris illis ſubſtituit,& permiſſum eſt hoc utrique Parenti. Patri autem ad vota ſecunda tranſeunti contra mutos, & ſurdos liberos hæc ſubſtitutio non valet: & mater ad vota ſecunda tranſiens, planè ſubſtituere non poteſt. Item furioſis, & mente captis liberis ſobolem habentibus illa ſubſtituenda eſt: ſin minus fratres, & ſi fratres non adſint, quicunque alius heres in illorum locum efficaciter ſcribetur.Evaneſcit autem hęc ſubſtitutio, ſi poſt eam furioſo liberi naſcantur,vel ſi reſipiſcat,oportet enim ut in illa mentis infirmitate decedant *vol.*3. *d.*10. *l.*C.4. *volum.6. diſp.*18. *l.*Pppp.2.3.4. Qqqq.1.

Subſtitutio hæc quaſi pupillaris non ſubſiſtit,ſi mente capto ſua legitima relicta non eſt *vol.6. d.*18.*l.*Pppp.4.

Subſtitutio hæc quaſi pupillaris pro naturalibus filiis inſtitui non poteſt *vol.6. d.*18.*l.*Pppp.3.

Subſtitutio hæc quaſi pupillaris filio exheredato fieri non poteſt *volum.6.d.*18. *l.*Pppp.4.

Subſtitutus qui alteri eſt, intelligitur in omnibus, & per omnia, & cum ſuis qualitatibus eſſe ſubſtitutus *vol.6.d.*10. *l.*Qqq.3.

Subſtitutionis jus non tranſit ad heredem *vol.6.d.*10.*l.*Qqq.3.

Subſtitutio quævis longê prævalet juri accreſcendi, & quando concurrunt, hoc attendi non debet *vol.2.d.*18.*l.*Q.4. *vol.*3.*d.*10.*l.*E.4. *vol.6.d.*10.*l.*Ppp.4.*d.*18. *l.*Nnnn.1.

Subſtitutio facta decedenti,poſt mortem locum etiam habet,ſi ille vivo teſtatore decedat *vol.*4.*d.*16.*l.*yyy.2.

Nnnn Sub-

Digitized by Google

Subſtitutus ſubſtituto, cenſetur ſubſtitutus instituto *vol.4. d.16. l.yyy.3.*

Subſtitutus non capit jus aut cauſam ab eo, cui ſubſtitutus eſt, ſed à primo acquirente *vol.6.d.10.l* Ooo.4.

Subſtitutus instar instituti, non poteſt cogi invitus hereditatem adire *vol.6.d.10. l.*Ppp.4.

Subſtitutio utraque & verè, & quaſi pupillaris eſt vel expreſſa, vel tacita: illa eſt, quæ claris & expreſſis verbis in ſecundum caſum concepta eſt; hæc eſt, quæ fictione juris in expreſſa vulgari, filio impuberi, aut mente capto facta continetur *vol.6.d.18. l.*Qqqq.1.2.

in Subſtitutione expreſſa, ſi pupillus intra pubertatem extinguatur, tunc ſubſtitutus tam firmum jus conſequitur, ut etiam matrem pupilli à debita legitima excludat *vol.6.d.18.l.*Qqqq.1.

Subſtitutus propter defectum conditionis excluditur *vol.4 d.16 l.*aaaa.2.

Subſtitutio tacita ſæpe locum non habet: 1.ſi extet contraria teſtatoris voluntas: 2.ſi pater uni filiorum pupillariter, alteri vulgariter ſubſtituerit: 3.ſi pater filiis ætate, aut conditione diſparibus, vel etiam filio impuberi, conjuncta extranea perſona invicem ſubſtituerit: 4.ſi mater in medio ſit *vol 6 d.18.l.*Qqqq.2.

Subſtitutio fideicommiſſaria eſt ſimilis vulgari, cum per utramque non ſuccedatur heredi, ſed teſtatori *volum.4. d.16. l.*aaaa.2.3.

Subſtitutionis præcedentis qualitates in dubio repetitæ ſunt in ſubſequenti ſubſtitutione *vol.4 d.16.l.*aaaa.3.

in Subſtituto reperita intelligitur illa conditio, quæ eſt appoſita heredi inſtituto, ſi ſit conditio caſualis, imò ſi etiam aliquando ſit poteſtativa *vol.6.d.10 l.*Ppp.2

Subſtitutum cenſetur teſtator etiam onerare voluiſſe, quando onerat inſtitutum: quia ſubſtitutus cenſetur minus dilectus, quam inſtitutus *vol.6.d.10.l.*Ppp.2.

Subſtitutio cenſetur facta iiſdem qualitatibus, aliiſque repetitis, quibus facta eſt inſtitutio *vol.6.d.10.l.*Ppp.2.

Subſtitutio pupillaris reviviſcit, & convaleſcit, ſi minor, qui adierat hereditatem, & ſic ſubſtitutionem extinxerat, in integrum reſtituatur, nam ſubſtitutus tunc bona obtinebit *volum.4. d.25. l.*G.4. *vol.3. d.10. l.*C.2 *vol.6. d.18.l.*Nnnn.2.

Subſtitutiones in contractibus ordinatæ dominii tranſlationem non impediunt, etiamſi expreſſa de non alienando accedat conventio, cùm nemo paciſcendo efficere poſſit, ne prædium ſuum ſibi alienare non liceat, etſi accedat hypotheca, præſertim ſpecialis: etſi contraveniens pacto ad id, quod intereſt, obligetur *vol.7. d.32.l.*O.2.

Subſtitutio obliqua, & fideicommiſſaria differt à directa in genere, & in ſpecie. In genere tàm forma, quàm effectu. Formâ, primo, quia illa fit verbis inflexis, ſive precariis, directa autem civilibus, vel imperativis: ſecundo, Illa tam in teſtamento, quàm Codicillis, etiam ab inteſtato, hæc non niſi in teſtamento. Effectu, primò, Subſtitutus directus ſuo, non tertii miniſterio fit heres, fideicommiſſarius heredis reſtituentis operâ indiget; ſecundò, Ille integram habet hereditatem, hic quadrantis diminutionē, quamvis ex aſſe vocatus, patitur: tertiò, Illum jura ſepulchri ſequuntur, hunc non item:

quar-

quartò, Subſtitutio directa in precariam verti poteſt, precaria in directam non æquè: quinto, Conditio, ſi heredi decem dederis, in fideicommiſſario impleri nequit, licet in ſubſtituto directo, contrarium receptum ſit. De quibus omnibus pulchrè *volum.5. d.32.l.*O.3.4. *vol.6.d.*18. *l.*Qqqq.2.3. Rrrr.2.

Subſtitutio fideicommiſſaria differt à directâ in ſpecie, & primum à vulgari, quod hæc adita hereditate expiret, illa confirmetur: deinde à pupillari; quia primò in hac ſucceditur tam pupillo, quàm patri; per fideicommiſſum ſolo patri, ſive teſtatori. Secundò pater arrogator in quarta ex reſcripto D. Pii debitâ arrogato ſubſtituere poteſt, fideicommittere non poteſt. Tertiò, Subſtitutio fideicommiſſaria continet tacitam alienationis prohibitionem, pupillaris non æquè. Quartò, Exheredato pupillariter ſubſtituitur, licèt fideicommiſſum ab ipſo relinqui nequeat *vol.5. d.32.l.*O.4.P.1. vide in verbo Fideicommiſſum.

Subſtitutio fideicommiſſaria maximè ex parte heredis fiduciarii odioſa cenſetur: ac proinde ſtrictè intelligenda eſt, nec de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, de tempore ad tempus extendenda *vol.6.d.*18.*l.*Ssss.2.3.

Subſtitutio directa ſi jure directo valere nequeat, tunc benigna interpretatione ad fideicommiſſum quandoque trahitur *vol.5.d.*32.*l.*R.1.

Subſtitutum, qui non idoneum in negotiis gerendis eligit, ſibi imputet *vol.6. d* 3.*l.*Aa.4.

per Subſtitutum officium illud, quod perſonæ requirit induſtriam, adminiſtrari nequit *vol.6.d* 3.*l.*Aa.4.*diſp.*10.*l.*Ppp.2.

Subſtitutos, patroni, & protectores Eccleſiarum, qui aliàs advocati dicuntur in defenſionis officio conſtituere non poſſunt *vol.6.d.*3 *l.*Aa.4.

Succeſſio omnis de Jure Civili duplex eſt, ex Teſtamento, vel ex Lege, id eſt, ab inteſtato: Moribus autem tertia invaluit ſuccedendi ſpes ex Conventione, ſeu Contractu, quæ idcircò conventionalis, & quia jus noſtrum eam ignorat, exorbitans, & anomala vocatur. Hujus generis renunciatio fœminarum, & unio prolium, quæ maximè inter nobiles & illuſtres familias frequentantur *volum.*1.*d.*16. *l.*M.4. *vol.*2.*d* 7.*l.*a Aa.3. *vol.*5.*d.*31.*l.*M.4. *d.*39.*l.*Ll.2.

Succeſſoria pacta inter privatos non conceduntur: niſi ea Princeps confirmârit, aut præſcriptio 100. annorum interceſſerit, aut jurisdictionem habeant *vol.*1. *d.*16.*l* O.1. *vol.5.d.*31.*l.*L.1.2. vide in verbo Pacta ſucceſſoria.

in Succeſſionibus inſpicitur proximitas ejus, de cujus bonis, ſeu hereditate agitur *vol.6.d.*18.*l.*Rrrr.1.

Succeſſionum jura, quæ communia omnibus eſſe debent, nullis concluſa cancellis ſubditorum, & privatorum arbitrio promiſcuè ſubjici non debent *vol.*1.*d.*16. *l.*O.1.

in Succeſſionum materia non eſt facilè extenſio facienda *vol.*7.*d.*9.*l.*qq.1.

Succeſſionem ab inteſtatò omnium primò arripiunt deſcendentes legitimi in infinitum omni hodie ſuitatis, ſexus, aut emancipationis conditione ſublata, ſive jam nati ſi[illegible], ſive poſthumi, ſive legitimati, ſive [illegible]. Atque hi quidem in

capita ſuccedunt: ulterioris verò gradus ſive ſoli ſint, ſive cum aliis concurrentes in ſtirpes *volum.2.d.20.l.*V.3.4. *vol.4.d.16. l.*xxx.2. *volum.5.d.39.l.*II.3.4 KK. in hac ſucceſſione locus eſt repræſentationi, per quam nepotes cum patruo ſimul avo ſuccedunt *vol.6.d.18.l.*Rrrr.1. *vol.7.d.2.l.*e.4. ubi addit quoque de liberis emancipatis *ibid.* de arrogatis, & adoptivis vide *ibid. l.*f.1.

Succeſſio poſt deſcendentes parentibus utriusque ſexus vel ſolis æqualiter, vel cum aliis ſecundùm gradum proximiorem nullo tamen repræſentationis jure, aut bonorum diſtinctione admiſſa defertur. Naturalium verò parentum, id eſt, qui non ex legitimo coitu liberos ſusceperunt, tantùm eademque in liberis ratio militat. Et mater filio ex ſacerdote ſuscepto ſuccedere poteſt. Cum parentibus & fratres, & ſorores (ſi ſint defuncto ex utroque latere conjuncti) admittuntur in capita, ut & eorum liberi in ſtirpes, nepotibus tamen excluſis *vol.2.d.20.l.*Y.1.2. *vol.5.d.39.l.*LL.1.2.3.

in Succeſſione collateralium prima prærogativa defertur fratribus, & ſororibus utrinque conjunctis, eorundemq; liberis, his quidem cum illis concurrentibus in ſtirpes: illis verò in capita. Duorum autem pluriumve fratrum liberi in capita ſuccedunt, non ſtirpes. Collaterales autem intelliguntur non ſolùm fratres, & ſorores, ſed omnes alii ſanguine juncti ex transverſo *vol.2.d.20 l.*Y.3. *vol.5. d.39.l.*LL.3.4.

Succeſſio collateralium in bonis damnatorum non obtinet *volum.3. diſp.13. l.*N.4.

Succeſſio ab inteſtato generaliter duplex eſt. Perſonalis, & Repræſentalis. Ordines verò ejus plures ſunt, præcipuè tamen quinque, quorum tamen priores in jure naturali radicati ſunt, ut Deſcendentium, Aſcendentium, Collateralium: Poſteriores vero ut Conjugum, & Fiſci nullo ſanguinis vinculo colligati, & civili introducti. Itaque ſi ſucceſſio generalis ſit, heres etiam oneribus ex iſta acquiſitione aſtringitur *vol.2. d.20.l.*V.3.4. *vol.5.d.39. l.*II.2.3.

Succeſſionis incapacitas dupliciter aut ex Lege, aut Natura provenit: Natura, quod fit in damnato & inceſtuoſo coitu natis; Lege, quod accidit in læſæ Majeſtatis condemnatis, hic tamen ſi avus deceſſerit in reatu, nepos ipſi proprio Marte ſuccedet, tanquam radice minimè infecta *volum.2.d.20.l.*Y.4. *vol.5.d.39.l.*LL.3. MM.1.

Succeſſor in Ducatu, imò Caſtro, & villa eſt ſucceſſor univerſalis *volum.3.d.5. l.*oo.2.

Succeſſor immediatus eſt, qui nullo intermedio ſucceſſit *vol.6.d.3.l.*Aa.4.

in Succeſſorem Univerſalem omnes actiones tam activè, quàm paſſivè transeunt *vol.3.d.5.l.*oo.2.

Succeſſionem ab inteſtato non ſolùm unus agnatus, ſed plures, ſi ejusdem ſint gradus, arripere poſſunt *volum.3.d.10. l.*E.1.

Succeſſionis tempore, qualitas perſonæ ſuccedentis maximè inſpicienda eſt *vol.4.d.16.l.*xxx.4.bbbb.2.

Succeſſionis omnis & uniuscujusque fundamentum eſt: primò Vocatio, quæ fit ab inteſtato & jure: ſecundò, Inſtitutio, quæ

tio quæ fit in teſtamento,& in omni ſucceſſione, ex his duobus modis unus locum habebit *vol.4.d.16.l.yyy.2.*

in Succeſſione quacunque ſeu fiat inſtituendo, & teſtamento, ſeu fiat vocando, & lege: primò nominati, ſunt primò vocati, & hi omnium primo ſuccedunt *vol.4.d.16.l.yyy.2 aaaa.1.2.3.cccc.2.*

Succeſſionis jam delatæ remiſſio ad ſui ſubſtantiam,(uti renunciatio futuræ ſucceſſionis) juramentum & alias ſolennitates, non requirit, ſed nudo conſenſu perficitur: quia facilius jus quæſitum, quàm quærendum remitti poteſt *volum.5. d.14 l.lll.1.*

Succeſſioni tum demum locus eſt,ſi is de cujus hereditate quæritur,deceſſit *vol. 5.d.14.l.lll.2.*

Succedendi facultas eſt juris publici *vol.5.d.14.l lll.1.*

Succeſſor tam univerſalis,quàm particularis, non eſt melioris conditionis, quàm illius author, & iisdem modis tenetur,& obligatur *vol.5.d.17.l.hhhh.4.*

Succeſſio patrui,ſi fratrum filiis obveniat,quæritur an hi ſuccedant in capita, an in ſtirpes? reſpondetur ſtandum eſſe Duareni, Hottomanni, aliorumque ſententiæ: eosque ſuccedere in capita *vol.5. diſp.35.l.Z.4. d.39. l.LL.4.* vide in verbo Frater.

Succeſſio legitima ſeu ab inteſtato,eſt acquiſitio hereditatis non judicio defuncti,ſed jure civili,aut prætorio delatæ *vol. 5.d.39.l.LL.2.*

Succeſſio filii,quando obtingit patri, & matri ſimul, aut avo, & aviæ ſimul, quæritur, num pater, aut avus ille paternus uſumfructum in portione matris,vel aviæ habent? & affirmatur *volum.5.d.39. l.LL.2.*

in Succeſſione collaterali fratres utroque latere conjuncti, ſemper excludunt fratres uno ſolùm latere conjunctos in allodialibus, non in feudis,idem intelligendum de nepotibus,non ultra *volum 5. d.39.l.LL.3.4.*

in Succeſſione collaterali, ſi fratrum vel ſororum filii ita ſoli exiſtunt, ut nec fratres,vel ſorores ab uno latere conjuncti,nec etiam patruus defuncti,vel ſimiles perſonæ collaterales in eodem gradu conſtitutæ, quas jure repræſentationis excludant,ſuperſint,tunc verò in capita, non in ſtirpes ſuccedunt *volum.5.diſp.39. l.LL.4.*

in Succeſſione collaterali non extantibus fratribus utrinque conjunctis, nec filiis eorum, vocantur ad ſucceſſionem defuncti fratres ex uno tantum latere conjuncti,ſi ſoli ſint,in capita: ſi cum his etiam filii fratrum ex uno latere conjunctorum ſuperſint, in ſtirpes. Hæc verò procedunt,quoad bona aliunde quæſita, quam à patre, vel matre: in bonis enim quæſitis à matre præfertur frater uterinus fratri conſanguineo: idem dicitur in bonis à patre quæſitis: nam & in iis præfertur frater conſanguineus fratri uterino. Hæc enim regula valere debet (paterna paternis, materna maternis deferri). Eadem ratione filii fratris uterini,præferuntur fratri conſanguineo, vel ejus filiis in bonis maternis,& contra: quia quod dicitur de fratribus, extendi debet ad eorum filios *vol 5.d.39.l.LL.4.*

in Succeſſione collaterali quæritur, num fratres utrinque conjuncti exclu-

 dant

dant. fratres ex altero tantum latere copulatos, in ſucceſſione nepotis ex fratre prædefuncto? Reſpondetur, eos ſimul admitti *vol 5.d.39.l.*LL 4.

in Succeſſione collaterali quæritur, num frater patruelis, ſive conſobrinus utrinque conjunctus præferatur defuncti patruo vel avunculo, ex uno latere conjuncto? Reſpondetur patruum vel avunculum hunc patrueli ſive conſobrino, tanquam proximiorem remotiori præferri *vol.5.d.39.l.*LL.4.

in Succeſſione collaterali poſt fratres, fratrumque liberos vocantur, quicunque gradu ſunt proximiores, ut pares in gradu pariter admittantur, ſublata differentia maſculorum, & fœminarum. Hinc quæritur: ſi aliquis moriatur relictis duobus patruis, quorum unus erat patri ipſius defuncti utrinque conjunctus, alter ex uno tantùm latere, an ambo ſuccedant? Reſpondetur quod ſic *vol.2.d.20.l.*Y.3. *vol.5.d 39.l.*MM.1.

Succeſſio collateralis excluſa conjugum & fiſci ſucceſſione, uſque in gradum cognatorum infinitum extenditur, quod etiam obtinet in feudis *volum.5. diſp.39. l.*MM.1.

Succeſſio liberti liberos, aut parentes, vel etiam fratres non habenti patrono obvenit, & ipſo non extante, ejus liberis, imò ſi hi deſint, transverſalibus, verùm ad quintum duntaxat gradum, & ita, ut proximiores excludant remotiores. Nam hic nullus eſt locus repræſentationi, ſitq; hæc ſucceſſio ſemper in capita, non in ſtirpes *vol.5 d.39.l.*MM.1.

in Succeſſione viri, & uxoris pacta dotalia, conſuetudines, & ſtatuta locorum, ſi quæ de eâ ſint, imprimis obſervanda ſunt *vol.5.d.39.l.*MM.1.

Succeſſio conjugum, id eſt, viri & uxoris, jure civili tum demum obtinet, ſi dictæ ſucceſſiones Deſcendentium, Aſcendentium, & Collateralium deficiant, dummodo matrimonium ad mortem duraverit, & maritus uxorem non interfecerit, & è contra, in tantum, ut maritus uxorem in adulterio deprehenſam occidens, à ſucceſſione ipſius excludatur *vol.5.d.39 l.*MM.2.

Succeſſio conjugum in certis caſibus locum habet etiam liberis, parentibus, & collateralibus extantibus. Primò, ſi matrimonium ſit ſine dote, & conjunx præmoriens locuples ſit, ſuperſtes verò inops, ſuccedat unà cùm liberis communibus, vel etiam alterius matrimonii, in quarta parte bonorum defuncti, ſi liberi tres ſint vel pauciores: ſi verò plures ſint, ſuccedat cum iis in viriles portiones, ita tamen, ut tantùm uſumfructum habeat iſtius quartæ, vel virilis portionis, proprietate ſervata liberis, ſi qui extiterint. His verò non extantibus, vel ſi nullos habuerit, potiatur etiam dominio iſtius portionis, in quam imputatur id, quod ei relictum, vel legatum eſt à conjuge. Sed ut huic ſucceſſioni locus ſit, requiritur primò, ut matrimonium ſit ſine dote: ſi enim dos data ſit, tunc ſoluto matrimonio uxor recuperat dotem, & maritus donationem propter nuptias, unde vivere poſſunt, aut dos quidem data ſit, ſed perexigua: 2. ut præmoriens ſit dives: 3. ut ſuperſtes laboret inopia, quando autem quis dicatur pauper, aut dives judicis arbitrio relinquendum. Quod hic dicitur de ſuperſti-

ſtitibus liberis, intelligendum eſt etiam de nepotibus,& multò magis aſcendentibus,& collateralibus. Nec portio hæc ſuperſtiti conjugi debita per teſtamentum auferri poteſt. Quod ſi bona à marito donata, vel alienata ſunt,tunc uxor,ſi hęc in fraudem facta ſint,pro portione alienata revocare poteſt. Sic nec uxor confiſcatis mariti bonis quartam ſuam, uti nec dotem ſuam perdit *volum.5. diſp.39. l.*MM.2.3.

Succeſſionibus omnibus deficientibus, tunc non continuò vocatur fiſcus: ſed certa quædam collegia, quæ hoc beneficium per leges habent: quæ ibi vide. Sed eſtne hoc extendendum ad omnia collegia? Etſi affirmet Baldus, tamen videtur negandum *vol.5.d.39.l.*MM.3.4.

Succeſſionem hujusmodi extravagantem faciunt pacta,quæ vocantur ſucceſſoria,quæ plures in Germania familiæ inter ſe condiderunt. Vide Pacta ſucceſſoria *vol.5.d.39.l.*MM.3.

Succeſſio ſimilis eſt Ganerbiorum. Nam inter hos jure confraternitatis ita convenit, ut uno mortuo ſuccedat alius ex eadem familia,aut ſi non extet,vel nolit, portio deficientis adcreſcat cæteris condominis *vol.5.d.39.l.*MM.3.

Succeſſio ſimilis eſt Eccleſiæ,aut monaſterii,cui quis ſe devovit,ſi fortè moriatur nullo herede relicto. Item,ſi eandem rem Princeps donaverit duobus aut pluribus, & unus ex eis moriatur nullo herede relicto, conſortes liberalitatis Principis fiſco præferuntur *volum.5.d.39. l.*MM.4.

Succeſſio Peregrinorum ſic tenet, ut Epiſcopus loci bona ab illis relicta, aut heredibus reſtituere,aut ſi non habeant, pauperibus diſtribuere debeat. In Gallia verò illis Rex ſuccedit jure Albinagii, id eſt,par le droict d'Aubeiné,ut nec de iis teſtari poſſint,niſi ex Gallicana matre in Gallia editi,ibique educati ſint. Sed hoc intelligitur ſolum de bonis in Gallia quæſitis,non alibi *vol.5.d.39.l.*MM.3.4.

Succeſſio der Leibeigenen / in multis Germaniæ locis ſic ſe habet, ut Domini ipſorum in defectum aliorum heredum ipſis ſuccedant. Hi tamen etiam teſtandi facultatem habent *vol.5.d.39.l.*MM.4.

Succeſſionem ſibi ab inteſtato delatam quis conſequi poteſt vel petitione hereditatis, vel interdicto quorum bonorum, vel imploratione officii judicis *vol.5.d.39.l.*MM.4.

Succeſſiones & delationes tutelarum pari paſſu incedunt,ut alios non concernant, præter aſpirantes ad hereditatem *vol.2.d.4.l* aa.3.

Succeſſor ejusdem juris eſt, cujus anteceſſor, in eo, quod ab hoc in illum tranſit *vol.2.d.14.l.*G.3.

Succeſſoris jus metimur ex jure Anteceſſoris *vol.7.d.4.l.*r.2.

Succeſſorem plus juris habere, quàm prædeceſſorem,vel authorem,abſurdum eſt *vol.7.d* 4.*l.*r.3.

Succeſſio in Monarchia melior eſt, quàm electio *vol.1 d.22.l.*V.2.*volum.2.d.5. l* gg.4. *vol.4.d.1. l*)(3.4)()(1. *d.2. l.*c.1. *diſp.*12.*l.*iii.2. *volum.5.diſp.*17.*l* xxx.3.*d.*28. *l.*cccccc.4. dddddd.1.

Succeſſivum Regnum eſt,in quo is honor gentilis eſt,& Princeps à Principe naſcitur. Taliſque ſucceſſio vel Deſcendentium,vel Collateralium. Deſcendentium, ut li-

ut liberorum naturalium & legitimorum ſimul: & regulariter quidem maſculorũ, inter quos potior, & prior ratio habenda primogeniti, cujusmodi eſt ille etiam, qui ante adeptum patris Imperium natus eſt: ſic nepos ex patre primogenito mortuo natus in imperii delatione patruo præferendus eſt. Primogenito ad adminiſtrationem inhabili vel ob ætatem, vel animi vitium, vel ſi adhuc in utero, vel ab hoſtibus captus eſt, regni adminiſtratio committenda eſt tutori vel curatori. Hinc quot filii Regum, tot Protogoniæ, id eſt, ſtirpes ſucceſſionum regiarum ſunt, ſi caſus proximiores auferat *volum.*1.*d.*22. *l.*V.3. *volum.*4.*d.*12.*l.*iii.1.2.3.4. *vol.*5.*d.*21. *l* ffff.4.*d.*28.*l.*eeeeee.4.*d.*39.*l.*II.3.4.

Succeſſio teſtamentaria in Regno, quando videlicet Princeps anteceſſor alium ſucceſſorem deſignat, non valet, cum absq; pacto, & conſenſu populi fieri vix poſſit, imò nec cum conſenſu populi in præjudicium eorum, quorum intereſt *volum.*1.*d.*22.*l.*V.3. *d.*1.*l.*d.1. *vol.*2. *d.*6.*l.*rr.3.*d.*8.*l.*oOo.1.*d.*20.*l.*X.3.*vol.*4.*d.*12. *l.*iii.2.

Succeſſorem ſibi in Regno deſtinare, & deſignare Princeps non debet, cum ſit hoc ipſi valdè periculoſum, præcipuè in Regnis ſucceſſivis & hereditariis, imò & electivis, niſi urgentiſſima adſit cauſa *volum.*2. *d.*18.*l.*S.4. *vol.*4. *d.*5. *l.*r.3.4.*d.*12. *l.*kkk.1, *vol.*5.*d.*28.*l.*nnnnnn.2.3.4. ubi pulchrè in utramque partem.

Succeſſores perpetui Remp. etiam æternam conſtituunt. Nam iis fit, ut pravæ aliorum ſpes cohibeantur, & uti ſint, quos in partem ſolicitudinis Princeps asſumat *vol.*4.*d.*1.*l.*)(.3.4.)()(.1.

Succeſſiones Regnorum plerumq; ita ſe habent, ut Uni regimen deferatur *vol.* 4.*d.*16.*l.*xxx 2.

Succeſſio regia eſt, quoties Principi prædeceſſori defuncto vitâ, ſuccedit rectà alius absque electione, vel ſorte, vel vi. Eſtque vel hereditaria, vel patrimonialis, vel legitima, vel gentilitia. Hereditaria ſeu patrimonialis eſt vel ab inteſtato, vel ex teſtamento: ab inteſtato eſt vel naturalis, vel civilis. Naturalis, quæ ſanguinis jure deſcendit, & eſt vel certa, vel ſuspenſa. Certa eſt, quâ ſtatim Regi mortuo ſucceditur, putà à deſcendentibus, ſcilicet liberis, quibus omnium ſuccedentium, tanquam ſuis heredibus primus locus tribuitur. Vel à collateralibus ſecundùm gradus prærogativam. Suſpenſa eſt, ob quam Regibus tum ætate, tum mente minoribus tutores & curatores conſtitui ſolent. Civilis, in qua non habetur ſanguinis ratio, fit vel ex jure connubiorum, vel ex jure adoptionis: illa fit per affinitates, & nuptias, ſtabilisque, & frequens eſt hic ſuccedendi modus, exempla hujus ſucceſſionis ibi vide. Ex adoptione etiam datur ſucceſſio *volum.*5 *d.*17.*l.*yyy.4.*d.*28. *l.*eeeeee.1.

Succeſſio ex teſtamento tunc locum habet, cum nullæ ſunt in Regno leges, quæ hoc ipſum fieri vetent. Exempla hujus ſucceſſionis ibi vide *vol.*5.*d.*17.*l.*yyy.4. *d.*28.*l.*eeeeee.2.3.

Succeſſio legitima, ſeu gentilitia in regno eſt, quod lege regni, vel conſuetudine debetur, inque eo quilibet ex propria perſona ſuccedit, non ut heres defuncti, ſed ſecundùm generis gradus, ætatis, repræſentationis, vel ſanguinis prærogativam,

vam, veluti contingit in feudo propriiſſimè, quod dicitur ex pacto, & providentia *volum*.5. *diſp*.17. *l*.yyy,4. *d*.28. *l*.eeeeee.1.2. quæ etiam dicitur ſucceſſio collateralis.

Succeſſio aſcendentium in regnis rara eſt, tamen ſi filio principatus fortè eveniat, quem pater prius, aut alii ex majoribus habuère, ipſi, id eſt, filio ex vita ſine prole decedenti aſcendentes de integro ſuccedunt. E contra, ſi cui pro ſe & filiis à populo imperium tribuatur nunc primò, tum aſcendentes his pactis excluſi, prohibitiq; cenſentur. Sanè matres filiis non ſuccedunt, uti nec patres, tunc, quando regnum à matre ad filios pervenit *vol*.5. *d*.28. *l*.ffffff.1.

Succeſſio regia non ita ſemper apud primogenitum manet, ut non in multis Regnis Provinciarum fiat diviſio, illæque inter fratres dividantur. Hoc autem tum commodè fit, quando Provinciæ in varia loca ſunt diſperſæ, & ſingulari diſtinctione præditæ, ita ut commodè una ab altera ob diſtantiam, vel ſeparatam jurisdictionem avelli queat: Exempla ibi vide *vol*.5. *d*.28. *l*.hhhhhh.1.2.3.

à Succeſſione regia excluduntur ſpurii, quamvis in multis Regnis ſæpe ſucceſſerint *vol*.5. *d* 28. *l*.iiiiii.1.2.

à Succeſſione regia excluduntur non idonei, inepti, id eſt, furioſus, demens, morbo perpetuo laborans &c. non habitâ ratione ſive illam defunctus ceu incapacem abdicaverit, ſive non, ab illo autem proximus qui eſt, ſuccedit, aut filius non idonei, ſi quis adeſſet, & ipſe idoneus eſſet *vol*.5 *d*.28. *l*.iiiiii.2.

à Succeſſione regia excluduntur Clerici, ſi tales permaneant, poſſunt tamen togam deponere, & ſagum aſſumere *vol*. 5. *d*.28. *l*.iiiiii.3.

à Succeſſione regia excluduntur fœminæ: multas tamen ſæpe regnaſſe, & benè, compertum eſt. Itaque illuſtres Virgines nuptui datæ, plerumque hujusmodi ſucceſſionibus renunciare ſolent. In Francia fœminæ in feudis regalenſibus, excepto Regno, uti in Germania in non paucis etiam ſuccedunt. Sic maſculi ex filia prognati itidem repelluntur, & ubi fœminæ admittuntur, maſculo tamen exiſtente adhuc non admitti ſolent: ſed fœminam (in caſu, quo admittuntur) nec filius adoptatus, aut atrogatus, nec ſpurius, nec agnatus excludit, ubi ſucceſſionem Portugallenſem vide *volum*.5. *d*.28. *l*.iiiiii.3.4. kkkkkk.1.2.

in Succeſſionis regiæ controverſiis judex quis ſit, incertum eſt, Certantes ſæpe ad arbitros confugerunt, plerique tamen ad jus belli, illi verò, qui ſuperiorem cognoſcunt, apud illum experiri tenentur *vol*.5. *d*.28. *l*.kkkkkk.4. llllll.1.

in Succeſſione regia poſt primogenitum veniunt reliqui liberi plerumque ab hereditate paterna excluſi, quibus tamen honeſtè proſpiciendum eſt: iisque ſolent vel annuæ penſiones, vel regni portio hac lege aſſignari, ut eam non teneant regio nomine, ſed ſubſint fratri, ac morientibus ipſis absque prole redeat ad regnum. Tum renunciabunt titulis regiis retento ſolo familiæ nomine *vol*.5. *d*.28. *l*.gggggg. 1.2.3.4.

ad Succeſſionem regiam ſæpe olim filii adoptivi admiſſi ſunt *volum*.5. *diſp*.39. *l*.KK.4.

Suetiæ Rex totus dependet à Statibus,

bus, à quibus etiam Regno exui poteſt *vol.5.d.2.l.f.4.*

Suetiæ Rex nec ſuperiorem, nec imperium agnoſcit *vol.2.d.13. l.y.1. vol.5.d.17. l.*dddd.3.

Suitzeri ſeipſos in libertatem aſſeruerunt *volum.2.d 3.l.f.4.d.13.d y.3.vol.5.d.2. l.*g.4.h.1.2.

Suitzerorum cantones *vol.5.d.2.l.*h.2.

Suitzeri Romanæ Eccleſiæ defenſores publico elogio à Julio II. vocati *vol.6. d 3.l.*S.4.

Suitas facit quidem ſuum heredem, ſed non poſſeſſorem, quæ omninò debet apprehendi *vol.3.d.3.l.*q.1.

Summæ majori minor ineſt *vol.1. d.15. l.*L.3. *vol.3.d.5.l.*gg.4. *vol.5.d.36.l.*EE.1.

Summarium Judicium, vide in verbo Judicium extraordinarium.

Sumptus, qui in præſidiarios milites, caſtrorum reparationes, eorumq; cuſtodias impenduntur, à communitatibus ſeu univerſitatibus fieri debent *vol.2.d.7. l.*yy.4. ſeu à Domino cujus caſtrum fuit *vol.6.d.3.l.*EE.3.

Sumptus, quos quidam Princeps in muniendum caſtrum alterius contra hoſtem impendit, finito bello, & caſtro reſtituto ab altero Princeps repetere non poteſt *vol.2.d.7.l.*yy.4.

Sumptus pro reparatione pontium, viarum publicarum, aggerum, fluminum, fovearum, ac mœnium caſtri, & urbis ſunt munus patrimoniale ad onus omnium, & ſingulorum pertinens, etiam forenſium bona tantùm in territorio quodam poſſidentium, etiam Clericorum, & ipſorum Palatinorum aulicorum *vol.4. d.5.l.*t.1.

Sumptus præſtare is debet, cujus gratia actus celebratus eſt *vol.6.d.3.l.*Ee.3.

Sumptus cibariorum neceſſariò ad eum ſpectat, qui hominis opera utitur *vol.6.d.8.l.*Eee.4.

Sumptibus Domini caſtra cuſtodienda ſunt, & ſervitia præſtanda à quovis, etiam à Vaſallo: præſertim extra territorium ſervientium. vide tamen de vaſallo, in verbo Vaſallus *vol.6. d.8. l.*Eee.4. Fff.1.

Sumptibus ſuis quisq; id præſtare debet, quod ſpopondit, & hoc tamdiu, quamdiu id in rerum natura eſt *vol.6.d.8. l.*Fff.1.

Superfluum admittere ſecurius eſt, quàm Neceſſarium omittere *vol.6. d.19. l.*Vuuu.1.

Superioritatis jus eſt Imperium quod Imperii Status in territoriis ſuis particularibus exercent, æquale illi jurisdictioni, quam Cæſar habet in Univerſum *vol. 4.d.12.l.*lll.1.2. *vol.5 d.21.l.l.*eeeee.1.2.3.4. vide in verbis Territorium, Jurisdictio, & Regalia.

Superioritas radicata eſt in territorio, cujus proprium adjunctum eſt jurisdictio, nec princeps in dubio jurisdictionem ab illo ſeparare velle putatur *vol.5. d.11.l* yy.1.

Supplicatio ſi intra decendium fuerit facta à lata ſententia, executionem ſuſpendit, niſi victor ſupplicanti ſatisdet de reſtitutione, ſed poſt decendium facta non ſuſpendit *volum.3.d.2 l.*n.3. *vol.7.d.5. l*aa.4.

Supplicare licet, ubi propter excellentiam judicis appellari non poteſt: ubi verò ex natura cauſæ prohibita eſt appella-

tio,

tio, ibi nec ſupplicatio locum habet *vol.7. d.5.l.aa.4.*

Suppliciorum, vel torturæ Princeps, non ſit ſpectator, neque permittat judicibus, ut quæſtioni ſubjiciendi extra modum torqueantur *vol.4.d.2.l g.4.*

Surrogatum. vide Subrogatum.

Suſpiciones in criminibus non ſufficiunt, ſed probationibus luce meridiana clarioribus omnino opus eſt *vol.4.d.19. l.tttt.3.*

Sui quiſq; tam tenax cenſetur, ut contra eum, qui res naufragio, aut ſimilibus caſibus abjectas lucrandi animo abſtulerit, & detinere voluerit; furti actio detur, & proceſſus à Præcepto inchoetur, & ab Imperiali Camera mandata ſine clauſula emanent *vol.7.d.4.l.m.4.*

Suum jactare velle, nemo præſumitur *vol.6.d.8.l.Fff.3.*

quod Suum non eſt, omnes ſcire debent, ad alios modis omnibus pertinere *vol.6.d.6.l.Ss.4.*

Suum cuiq; tribuatur *vol.7.d.1.l.c.2.*

Symboli traditione res Symbolo ſignificata tradita intelligitur *volum.7.d.7. l.ff.3.*

Syndicus à Collegio, vel Univerſitate plerumque conſtituitur, cum non ſufficiant omnibus negotiis *volum.4. diſſ.5. l.x.4.*

Syndicus tam ad judiciales, quàm extrajudiciales actus conſtituitur *vol.4.d.5. l.x.4.*

Syndicus tantum conſtitui debet ab Univerſitate, non procurator de jure civili, ſecus de Canonico *volum.7. diſſ.16. l.bb.3.*

TA.

Tabellionum, quos alii judices chartularios vocant, documenta, aut inſtrumenta coram iis erecta ad probandum efficacia ſunt *volum.7.d.4.l.p.4.* vide Probatio.

Tabernarii ſordidam, & vilem artem exercent *vol 4.d.9.l.yy.2.d.10.l.eee.4.*

Taciti, & expreſſi idem eſt Judicium *vol 4.d.9.l.ll.4.vol.7.d.4.l.s.3.*

Tamerlanes fuit Princeps egregius *vol.4.d.2.l.i.2.*

Tempus indultum à lege, non poteſt abbreviari ab homine: nec prorogari quamvis judice *vol.2. d.6.l.kk.2. volum.3. d.1.l.g.4.*

Tempus ſtatutarium, & conſuetudinarium in præſcriptione currit, etiam minori *vol.3. d.1.l.g 3.*

Tempus non currit ignoranti *vol.7.d.5. l.z.3.*

Tempus currit etiam ignoranti in præſcriptione, qui tamen reſtitui poteſt in integrum *vol.3.d.1.l.g.3.4.*

Tempus dati inſpicitur regulariter in privilegiis, vide Privilegium.

Tempus dilationis non currit impedito, ſi ex facto adverſarii, vel alia juſta cauſa impedimentum proficiſcatur *vol.7. d.1.l.c.3.*

Tempus non currit agere impedito *vol.7.d 5.l.z.3.*

ex Temporis curſu diligens, id eſt, qui fecit, quod potuit non læditur *vol.3.d.1. l.g 4.*

Tempus ordinariè conceditur ad deliberandum ei, qui poteſt, ſi vult, emere, ne res alteri vendatur *vol.3.d.1.l.h.1.*

Temporis limitati ea eſt vis, ut poſt hoc limitatum tempus elapſum contineat expreſſam abnegationem ejus, quod ad tempus fuit conceſſum, nec conceſſio ulterius ſe extendet *vol.3.d.*1.*l.*k.1.

Tempus immemoriale, & longiſſimum facit, ut id, quod aliquod eſſe potuit, hinc in præſcriptione longiſſimi temporis in dubio bona fides, præſertim in favorabilibus ſemper præſumitur *vol.3. d.*5.*l.*gg.4. de hoc tempore vide in verbo Præſcriptio.

Tempus in negotiis, actibus, teſtamentis &c. celebrati illius actus inſpicitur. Igitur ſi aliquis idoneus tunc fuit, quando tali actui adhibitus fuit, ſufficit, etſi poſtea inhabilitas ſuperveniat *volum.3.d.*10. *l.*B.2.

Tempus mortis in ſucceſſionibus præcipuè inſpiciendum, & ſecundum ea bona, quæ tum exiſtunt facienda computatio *vol.7.d.*2.*l.*h.1.

in Temporis modici mora non vertitur magnum præjudicium *vol.7.d.*1.*l.*b.1.

in Temporis modici mora jus partis non ex toto abſorbetur. *vol.7.d.*1.*l.*b.1.

Tempus unum, & idem non poteſt operari diverſum effectum circa duos actus, quorum unus ſucceſſivè venit ad alium *vol.4.d.*16.*l.*aaaa.2.

quæ Tenentur naturaliter, verè hæc poſſidentur *vol.2.d.*14.*l.*C.4.

Termini anguſti exceptio valet, quando judex adeò breve tempus præſcripſit, ut reus comparere non poſſit, in jure tamen certum tempus præſcriptum eſt quod nunc æquitati judicis permitti debet *vol.2.d.*27.*l.*KK.3. vide Citatio.

Termini dies computatur in termino, ut ultimus dies inſit termino *volum.7.d.*8. *l.*ll.3.

in Termino non eſt computandus dies ille, quo citationis executio proceſſit *vol.7.d.*8.*l.*ll.3.

Termini prorogatione videtur extingui fidejuſſio: verbi gratia, ſi fidejuſſor ad triennium ſe obligaſſet, & principalis debitor obligationem deinceps elapſo triennio ignorante fidejuſſore, vel non conſentiente ad unum amplius annum extendi fecerit. ubi pulchrè *volum.4. d.*27. *l.*R.2.3.

extra Territorium Principis, nec juriſdictio ipſius, nec etiam ulla ſubjectio locum habet *vol.2.d.*3.*l.*l.2.

Territorium alienum violat, qui in eo jurisdictionem exercere conatur *volum.1. d.*6.*l.*D.2.

Territorio Principum, & urbium minuto, minui etiam debent exactiones, & tributa, quæ ipſis incumbunt *vol.2. d.*3. *l.*h.3.

intra Territorii ſepta quæcunque continentur, ea in Patrocinio Domini, qui eſt illius territorii, habentur, & ſunt, niſi ſingulari beneficio privilegii, & præſcriptionis libera eſſe teſtatum ſit. Cujus rei probandæ onus in reum rejicitur *volum.2 d.*3. *l.*m.3. *vol.5.d.*20.*l.*ddddd.1. *d.*21.*l.*eeeee.4. hhhhh.3.4.

Territorium Principis non loco, non ſitu, ſed per actus jurisdictionales deſignandum eſt. Nam dicitur à terrendo, ita ut ipſe nominis ſonus indicet ſuperioritatem coërcitionis, unde definitur terræ ſpatium armatum jurisdictione. Quod ſi ergò Princeps finitimus, non terrendi, non juris dicundi vim aliquoties jure exercuit,

eruit,& exercuit,de ejus territorio locus adjacens non eſt *vol.2.d.3.l.*m.4.*vol.5.d.*20. *l.*ccccc.1.2. vide ibid. varias territorii ſignificationes *d.21.l.*eeeee.1.2.hhhhh.3.vide plura in verbo Jurisdictio,& Regalia: & Princeps.

Territoria ſunt diverſa, quæ fines, limitesque diverſos habent. Ad quorum discretionem inventa ſunt **die Landtgränſtein / Landtwehren / Landtgräben** *volum.2.d.3.l.*m.4.*volum.5.d* 20.*l.*ccccc.4. ddddd.1. hhhhh.3.

extra Territorium ſuum cenſetur quilibet Princeps inſtar ſubditi, alteriusve privati, quoad jurisdictionem *vol.2.d.*3. *l.*n.4. *vol.4.d.9.l.*kk.3.*vol.5.d.17.l.*gggg.1. *d.21.l.*iiiii.1.

Territoria Principum jurisdictionales actus conſtituunt,& per hujusmodi actus diſtinguuntur dicta territoria, & conſtituuntur, ſicuti per limites, & fines *vol.2. d.3.l.*m.4.

Territorium inferioris Principis, vel urbis ſi Cæſar ingrediatur, non ſuspendit illius jurisdictionem *volum.5.diſp.*20. *l.*ccccc.3.

Territorii alter Dominus eſſe poteſt, alter jurisdictionem in eo habere *vol.3. d.5.l.*dd.3.

extra Territorium jus dicendi impunè non paretur *volum.4.d.19 l.*rrrr.1.3. *vol.6. d.5 l.*Oo.2.

Territorii jus perhibetur ſuperioritas Principibus ſublimi,& regia jurisdictionis lege ſub nomine, & qualitate **der Landtsfürſtlichen Obrigkeit**/ordinario & proprio Marte conceſſa *vol.5.d.1.l.*b 3.4. *d.21.l.*eeeee.1.2.3.4.*vol.6.d.3.l.*Gg.1. vide inferius.

Territorialis ſuperioritatis vi, & jure Princeps cauſam à Vaſallo avocare non poteſt, nec jurisdictionem in prima inſtantia exercere in ſubditos ipſius Vaſalli,ſed eos in ordinariis judiciis relinquere debet *vol.2.d.6.l.*rr.2.tt.3.

Territorii jus eſt hodie de jure principatus,& regio,ut ſic in jurisdictionalibus pro Principe, ac Dominis territorii contra inferiores ſtet præſumptio *vol.5.d.*11. *l.*yy.1.*d.21.l.*eeeee.1.2.3.4.hhhhh.3.4. vide in verbo Princeps *vol.6.d.3.l.*Gg.1.

Territorium cujus eſt, & ejus erit jurisdictio,ac cum cæteris concurret *vol.5. d.11.l.*yy.2.

intra Territorii Principis ſepta, quæcunque continentur,ea omnia ejus jurisdictioni ordinariæ ſubjecta cenſentur *volum.5.d.17.l.*ffff.4.*d.*20 *l.*ddddd.1.*d.21. l.*eeeee.4.hhhhh.3.4.

in Territorio alterius Principis,& ſtatus ſi quis habitet, in alterius verò ſola bona allodialia, absque ulla domicilii translatione habeat, utrum ratione eorum bonorum teneatur homagium præſtare magiſtratui,in cujus diſtrictu ea bona ſunt ſita,quæri ſolet? & negatur *vol.5. d.*17 *l.*gggg.1.

Territorialis ſuperioritas, & jurisdictio conceſſione Cæſaris, dein etiam præſcriptione, & conſuetudine acquiritur *vol.5 d.*20.*l.*ccccc.3.*d.21.l.*ffff.1.2.3.4. vide in verbo Jurisdictio,& Imperium.

Territorialis ſuperioritas per jus ſolum advocariæ, & patrocinii inferri, & probari non poteſt. Nam protectionis jus nullam importat jurisdictionem *vol. 6.d.3.l.*Ff.4.Gg.1. vide Patrocinium.

Territorium augeri poteſt per alluvionem:

onem: fallit tamen, ſi majori vi decurrens flumen mutet alveum, quo caſu territorii fines non mutantur *vol.5.d.20.l.*ccccc.4.

extra Territorium meum ſi quis malefactor fugiat, eum unico actu inſequi, & in alterius territorio apprehendere poſſum *vol.5.d.20.l.*ddddd.2.*d.21.l.*iiiii.1.

Territorium ſuum tenentur Domini purgare malis hominibus ad popularium quietem *vol.5.d.20.l.*ddddd.2.

ſine Territorio regalia, & jurisdictiones ſubſiſtere nequeunt *volum.5. diſp.21. l.*eeeee.1.

Territorialis ſuperioritas, & omnimoda jurisdicto æquiparantur *volum.5.d.21. l.*eeeee.2 3.

in Territorio Principis poteſt eſſe locus exemptus, & poteſt eſſe caſtrum cum territorio ſuo etiam in alterius provincia ſitum, ad alium dominum ſpectans, & per ſe territorium ſeparatum, à Provincia faciens. Hocque reſpectu locus aliquis poteſt quidem eſſe in territorio, non tamen de territorio *vol.5.d.21.l.*eeeee.4. vide in verbo Jurisdictio *vol.4.d.5.l.*u.2. *vol.5. d.1.l.*c.4.

Territorialis ſuperioritatis jus, eſt Imperium, quod Status noſtri imperii in territoriis ſuis particularibus exercent æquale illi jurisdictioni, quam Cæſar habet in univerſum *vol.4.d.12.l* lll 1.2. *vol.5. d.1.l.*b.3.4.*d.11.l.*yy.1.*d.20.l.*ccccc.1.2.*d.21. l.*eeeee.1.2.3.4.hhhhh.3.4. vide in verbo Princeps *vol.6.d.3.l* T.1.2 Gg.1.

in Territorio uno plures, & diverſæ plurium etiam dominorum jurisdictiones concurrere poſſunt, ita ut alius ſummum imperium, alius jurisdictionem ſimplicem, alius jus gladii, alius alia jura prætendat *vol.2.d.3.l.*o.3.4.*vol.4.d.5.l.*u.2. *d.12.l.*lll.1.*vol.5.d.11.l.*ccc.2.3.4.*d.17.l.*ttt.1. 2.*d.21.l.*eeee.4.*d.30.l.*G.4.

Territorialem ſuperioritatem quidam duplicem faciunt aliam Eccleſiaſticam, aliam ſæcularem. Hæc diſtinctio reprobatur. Ita verò. Diſtinguo, nempe in omnimodam, & univerſalem, & quodammodo, id eſt, ſpecialem, ſeu particularem. Illa eſt, quæ diffunditur per univerſum territorium, hæc quæ intra certas tantum partes concluditur, & certa quædam exempla continet in territorio alieno, vel per expreſſam conventionem, & conſenſum Domini, vel ex conſuetudine, aut alio capite ſingulari alicui conceſſa *volum.5. d.21.l.*eeeee.4.

de Territoriali ſuperioritate tunc non videtur poſſe naſci dubium, quando ditiones finibus terminatæ, terminisque finitæ ſunt. Certo enim certius eſt, diverſa eſſe territoria, quæ fines, limitesq; diverſos habent *volum.2.d.3.l.*m.4.

Territorialis ſuperioritas acquiritur in Statu Eccleſiaſtico per electionem: in ſæculari verò per ſucceſſionem, quæ plerumque obvenit primogenito *vol.5.d.21. l.*fffff.4.

Territorialem ſuperioritatem nemo concedere poteſt niſi Cæſar *volum.5.d.21. l.*fffff.1.

Territorialem ſuperioritatem nemo poteſt obtinere, niſi ſit ſtatus immediatus Imperii *volum.5.d.21.l.*fffff.4.ggggg.1. hhhhh.2.

Territorialem ſuperioritatem, & jurisdictionem nemo extendere poteſt ultra Provinciam aſſignatam, ſi quis id faciat,

ciat, territorium alterius violare videtur *vol.5.d.*21.*l.*iiiii.1.

Territorialis ſuperioritas probatur, tam per actus, Eccleſiaſticos ſcilicet in diſpoſitione religionis, & rerum Eccleſiaſticarum; quam actus, ſcilicet ſæculares, qui conſiſtunt in exactione homagii, & protectione ſuorum ſubditorum, & alios innumeros actus, quos ibi vide *vol.5.* *d.*21.*l.*iiiii.2.3.4.kkkkk.1.2 3.4.

Territorialem ſuperioritatem deſtruit exemptio ab Imperio, item mediata ſubjectio, jurisdictionis abuſus, quando Princeps nimium in ſubditos ſævit *vol.5.* *d.*21.*l.*lllll.4.

Territorialem ſuperioritatem probat jus Intradæ, das Eintreitten/quæ clavium oblationem annexam habet *volum.6.d.3.* *l.*Gg.3.

Territorialem ſuperioritatem probat jus aperturæ die Oeffnung in caſtris, & urbibus. Subditi enim Domino duntaxat portas aperire, eumque cum ſuo comitatu recipere tenentur. Niſi ſpeciali debeatur pacto. Nec jurisdictionem ſemper infert, ſed ex confœderatione quandoque competit *vol.6.d.3.l.*Gg.3.

Territorialem ſuperioritatem probat jus Collectandi *volum.6 d.3.l.*Gg.2. vide Collecta.

Territorialem ſuperioritatem probat jus extruendorum fortalitiorum *vol.6.* *d.*3.*l.*Gg.3.vide Fortalitia.

Territorialis ſuperioritatis jure inter ſubditos poteſt fieri delectus das Muſtern: & agi poſſunt, quæ ad hanc rem pertinent *vol.6.d.*3 *l.*Gg.3.

pro Territoriali ſuperioritate actiones variæ competunt. Nam contra Territorii violatorem hodie criminaliter agi poteſt. Item pro retinenda illius poſſeſſione competit interdictum utile Uti Poſſidetis, aut ſi malit, laceſcitus turbatorem incontinenti propria authoritate expellere poteſt. Spoliatus autem omnino interdicto Unde vi, vel locupletioribus juris canonici remediis, aut etiam injuriarum agere poteſt. Datur etiam utilis actio confeſſoria, vel negatoria pro jure, vel ſibi vendicando, vel aliter denegando. Contra autem ſeditioſos ſubditos jus ſuum quivis Dominus variis pœnis defendere poteſt *vol* 5.*d.*21.*l.*lllll 4.vide plura in verbis Jurisdictio: Imperium: Regalia: Princeps Subditus: Homagium.

in Territ præjudicium quod vergit, regulariter de jure non ſubſiſtit, nec introduci poteſt *vol.7.d.*4.*l.*1 4.

Teſtamentum dicitur à teſtatione mentis, eſtque juris gentium, non civilis, ſed ſolennitates ſuas à jure civili accepit. Unde Modeſtino, eſt voluntatis noſtræ juſta, id eſt, ſolennis ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, atque ſic differt à Codicillis ratione ſolennitatum *vol.3 d.*10 *l.*A.1.

quibus Teſtandi facultas non eſt conceſſa illis etiam eſt prohibita, valet hæc generalis regula *vol.3.d.*10.*l.*A.1.

de Teſtamentis vide *volum.*1.*d.*11.*l.*tt 1. *per tot.*

Teſtari prohibentur impuberes, furioſi, prodigi, aliique ob morbum ad animum uſq; penetrantem, & nonnunquam etiam morbundi; item ſurdus, & mutus ſimul natus vel ſic factus, ne quidem diſpenſante Principe etiamſi ſit miles, ſecus tamen, ſi caſu ita factus, litteris mentem

ſuam

ſuam inſerere poſſit,aut ſi alterutro tantum morbo correptus ſit, tunc enim teſtari poterit non minus atq; cœcus *vol.3. d.*10.*l.*A.1.2. *vol.5 d.*39.*l.*LL.2.

Teſtari item prohibentur,qui libertate, civitate, & familia deſtituuntur: uti ſunt ſervi, captivi ab hoſtibus, non à latronibus: obſides item, Monachi, Peregrini; qui civitatem non habent; deportati,qui eam amiſerunt: Banniti: & capitali pœna damnati,ſi tamen ſententia lata, vel per appellationem ſuſpenſa, aut pœna capitalis non ſit,teſtari poterit *vol. 3 d.*10 *l.*A.2.3.

in Teſtamenti negotio, ſi ob conſuetudinem loci aliqua ſolennitas remiſſa ſit, valebit illud teſtamentum extra territorium *vol.5 d.*49.*l.*GGGG.4.

Teſtari item prohibetur filiusfam. de Statu errans, vel dubitans; inceſtas, & adulterinas nuptias contrahens; ob carmen famoſam damnatus; hæreticus; & jure canonico uſuratius manifeſtus *vol.3. d.*10.*l.*A.4.

Teſtari adeò prohibetur filiusfam. ut ne quidem patre conſentiente id fieri poſſit *vol.7.d.*2.*l* g.2. niſi de peculio Caſtrenſi *ibid.*

Teſtamentum ruri factum apud ruſticos coram quinque teſtibus ubique valet *vol 5.d.*49.*l.*GGGG.4.

Teſtamentum Principi, judicibusque inſinuatum,ſine alia ſolennitate valet *vol. 3. d.*10. *l* A.4.

ad Teſtamentum teſtes rogari debent, iisque declarari,cui rei adhibeantur,aliàs ſi caſu confluxerint,aut alterius rei gratia convocati fuerint,non valebit teſtamentum, niſi prius ad teſtamentum ſeſe adhibendos certiorentur,nec refert an à teſtatore, an ab alio rogatio fiat,dummodo præſente teſtatore rogari fuerint: in dubio tamen rogati non præſumuntur *volum.3.d.*10. *l.*B.1. rogatio autem de jure Canonico non videtur *vol.7.d* 6.*l.*dd.1.

à Teſtamenti teſtimonio arcentur fœminæ, filiusfam. & nepos in teſtamentis patris, & avi: Pater in teſtamento filii, Heres item (non legatarius) & Notarius *volum.3.d.*10.*l.*B.1.2. fœmina etiam de jure canonico non poteſt eſſe teſtis *vol.7. d.6.l.*dd.1.

ad Teſtationum ſolennitates ſeptem numero præcisè requiruntur teſtes,non obſtante Pontificis Alexandri ſanctione: Ita ut uno teſte deficiente,corruat totum teſtamentum. Teſtes verò in conſpectu teſtatoris omninò eſſe debent *vol.1.d.*3. *l.*r.2. *vol.3.d.*10.*l.*B.2. *vol.4.d.*31.*l.*AA.4. *vol.5.d.*10 *l.*tt.2. *vol.7.d.*6.*l.*dd.1.

in Teſtamento faciendo nec actus extraneus intervenire,nec contractus in eo valet celebrari: adeò, ut ſi poſt factum teſtamentum aliquid mutari teſtator vult,omnia ex integro facienda ſunt *vol. 3.d.*10.*l.*B.2.

Teſtamenti ſcripti ſolennitas in ſcriptura,ejusdemque confirmatione conſiſtit, nec refert, ſive ipſe teſtator ſcribat, ſive alii dictet, dummodò literis integris integrè,non notis ſcribatur. Confirmatio perficitur ſubſcriptione, & obſignatione,illa debet fieri à teſtatore,& teſtibus accerſitis,hæc à teſtibus ſolis annulo ſignatorio, vel alio ſigno conſueto, nec obeſt,etiamſi plures uno eodemque annulo utantur *vol.3.d.*10.*l.*B.2.3.

Teſtamenta ad pias cauſas juris civilis ſolen-

ſolennitates non requirunt, ſed in eis jus ſolum naturale attenditur *vol.7.d.2.l.g.3.*

in Teſtamento inter liberos ſolos confecto idem eſt. Favore enim ſuſtinentur, modò tamen in eo non ſint admixti extranei *vol.7.d.2.l.g 3.*

Teſtamenti nuncupativi ſolennitas conſiſtit in ipſa voluntatis nuncupatione palam, & integrè facta, & requiritur, ut is, coram quo factum id ipſum, quod fieri debet, intelligat: Unde ſi teſtator plures heredes nuncupare volens, aliquibus expreſſis, in expreſſione reliquorum obmutuerit, magis coopertum, quàm factum eſt teſtamentum *vol.3.d.10.l.B.3.*

Teſtamentum etiam ejus, qui quaſdam ſcripti teſtamenti ſolennitates omiſit, quaſdam verò adhibuit, firmum eſt: dummodo nuncupativi proprias non omiſit ſolennitates. Cum in dubio pro teſtamento potius, quam contra illud pronuntiandum ſit *vol.3.d.10.l.B.3.*

Teſtamentum Judici pro tribunali ſedenti inſinuatum, ſine alia ſolennitate valet *vol.6.d.13.l.Vuu.3.*

in Teſtamento tempore peſtis parentum inter liberos, & ruſticanorum hominum memorata ſolennia ceſſant, ubi etiam fœmina ad reſtimonium admitti poteſt *vol.3.d.10.l.B 3.*

Teſtamenta infirmantur, & rumpuntur, vel ex defectu perſonæ teſtatoris, vel ſolennitatis, vel heredis inſtitutionis cum vel omninò inſtituendi, aut exheredandi, nec ſunt inſtituti, nec exheredati *volum.3.d.10.l.F.2.*

Teſtamentum quamvis ab initio numeris ſuis conſtet, & ipſo jure invalidum non ſit, ſæpe tamen ex poſt facto infirmatur; id quæ per poſſeſſionem bonorum contra tabulas petitam, vel etiam per inofficioſi querelam rumpitur. Item agnatione ſui heredis, ſi neque ſit inſtitutus, neque convenienter exheredatus *vol.3.d.10.l.F.3.*

Teſtamentum item poſterius, quod jure perfectum eſt, ſuperius rumpit. Nonnunquam tamen, & poſteriore teſtamento imperfecto prius rumpitur, ſi nimirum in eo inſtituti ſint heredes ab inteſtato venturi, quod tamen non admittitur, ubi quis ex liberis eſt præteritus *vol.3.d.10.l.F.3. vol.6.d.4.l.Ll.3.*

Teſtamentum an reſurgens à mortuis rumpere poſſit? *vol.6.d.13.l.Vuu.1.*

Teſtamentum eſt juris potiùs, quàm facti *vol.6.d.4.l.Ll.3.Nn.1.*

Teſtamenta item irrita fieri dicuntur, ſi maximam, & mediam capitis diminutionem patiantur, vel ab hoſtibus capiantur, vel ſi ex teſtamento heredes non exiſtant; item filio emancipato prætetito bonorum poſſeſſore contra tabulas teſtamentum reſcinditur *vol.3.d.10.l.F.3. vol.6.d.18.l.Pppp.1.*

Teſtamenti inofficioſi quærela datur, quando quidem teſtamentum perfectum eſt, ſed contra pietatis officium conditum apparet. Eſtque remedium extraordinarium: ad quod nemo alio præſidio tutus facilè admittitur. Et eſt petitio ipſa hereditatis, licet in ſua materia amplior, cum etiam teſtamenti accuſationem contineat, ideoque ſeu magis univerſalis præmittitur *vol.3.d.10.l.F.3.4.*

Teſtamenti inofficioſi querela orta eſt hinc, quod antiquitus frequentes, & impiæ eſſent filiorum exhæredationes, con-

Digitized by Google

tra quas jura per hujusmodi querelam filiis ſuccurrere voluerunt *volum.3. d.2. l.d.3.*

de Teſtamento inofficioſo disputare inprimis licet liberis utriusque ſexus & natis, & poſthumis, legitimis, naturalibus, legitimatis, & naturalibus ſpuriis tantum contra maternum. Si filius tamen ritè exheredatus ſit, nepos avi teſtamentum turbare nequit. Poſt liberos veniunt Parentes, fratres, & ſorores utrinq; conjuncti tum, quando turpes, ſeu infames perſonæ heredes ſcriptæ ſunt *vol.3.d.10. l.*F.4. *vol.7 d.2.l.*d.3.g.2.

ubi de Teſtamento inofficioſo quando fratres agunt, debent eſſe conſanguinei; non uterini, nec ſociales, nec ex fratre nepotes *vol.7.d.2.l.*g.2.

ad Teſtamenti inofficioſi querelam prædictæ perſonæ admittuntur, daturq; ea contra heredes, qui ex teſtamento hereditatem adierunt, neque refert qualis, aut cujus dignitatis ſit heres *vol.3.d.10. l* F.4.

Teſtamenti inofficioſi querela olim apud Centumviros agebatur, ſed cum & hæ actiones nimis frequentes eſſent, inſtitutum eſt, ut quibus quarta ſubſtantiæ defuncti pars teſtamento relicta eſſet, ii ab ea ſubmoverentur *vol.7.d.2.l.*d.3.

Teſtamenti inofficioſi querela inſtituitur ferè in modum actionis, & petitionis, hoc colore, ac ſi teſtator tunc temporis, cum teſtamentum ordinaſſet, non ſanæ mentis fuiſſet: Proponitur aliquando in modum contradictionis, ubi ſcilicet ipſe exheredatus eſt, in poſſeſſione rerum hereditariarum, & ab herede ſcripto res poſſeſſa vindicatur: & interpoſita hac querela nihil ex teſtamento valet *vol.3. diſp.*10.*l.*F.4. & tunc hæc querela maximi momenti eſt, quando exhæreditationi adjicitur cauſa, quæ vera non ſit, quamque bona conſcientia liberi negare poſſint, ab inſtituto etiam hærede probari nequeat, atque hinc ſi filius exhæredatus ſit in hæreditatis poſſeſſione, ſcriptus autem hæres hæreditatem petat, tunc querelam inofficioſi, per modum exceptionis, rectè opponit *vol.7.d.2.l.*d.3.

Teſtamenti inofficioſi querela ceſſat variis ex cauſis, verbi gratia, ſi exheredatus repudiantis animo non venit ad accuſationem inofficioſi teſtamenti, vel etiam dereliquerit, vel inter quinquennium poſt hereditatem aditam non inſtituerit, vel ſi judicium teſtatoris agnoverit: item ſi exheredato legitima, ſeu tota, ſeu pars ejus relicta ſit *vol.3.d.10.l.*G 1. nam parte relicta ad ſupplementum Legitimæ agitur *ibid.*F.4. hanc querelam quinquennio finiri vide *vol.7 d.2.l.*i.2.

Teſtamentum qui improbè dixit inofficioſum, tunc id, quod in teſtamento accepit, amittit *vol.3.d.10.l* G 1. de inofficioſo vide plura in verbo Legitima.

Teſtandi libera voluntas proprio conſenſu tolli poteſt *vol.3.d.10.l.*H.2.

Teſtari prohibens, aut teſtamentum paternum impugnans, amittit hereditatem defuncti *vol.6.d.2.l.*L.2. quæ ad Fiſcum devolvitur *ibid.*

Teſtamentum factum in præſentia quinq; tantum, vel ſex teſtium, jure communi non valet: ſi tamen acceſſerit juramentum valebit; ut Codicilli *vol.3.d.11. l.*L.1.

ad Teſtamentum ut pauciores teſtes aſſumi-

Digitized by Google

aſſumi poſſint, ſtatuto effici poteſt, & ſtatutum illud valebit *vol.4.d.5.l.x.1.*

Teſtatus nemo partim, partimque inteſtatus decedere poteſt. Itaque ſi teſtator heredem ex ſemiſſe ſcripſit, totus aſſis in ſemiſſe continetur *vol.5. d.41.l.*RR.3. vide in verbo Hereditas.

Teſtamentum inutile valet, ut Codicillus *vol.4.d 27.l.N.3.*

Teſtamentum ſigno quovis characterem habente, teſtibus ſignare licet *vol.4. d.31.l.*BB.1.

Teſtandi ſæpè omninò tollitur facultas, verbi gratia, cum quis patris poteſtati cum omnibus bonis ſubjicitur arrogatus: item per monaſterii ingreſſum, aut per venditionem ſui ipſius ad participandum pretium *vol 5.d.28.l.*kkkkkk.4.

Teſtator res ſuas etiam condito teſtamento liberè adhuc alienare poteſt *vol.5. d.32.l.*P.1.

Teſtatoris mens maximè inſpicienda *vol.6.d 4.l.*Kk.4.

Teſtatoris voluntas ita demum in omnibus dominari debet, ſi legitima ſit, id eſt, ſi legibus conſentanea *vol.5. d.32. l.*P.3.

Teſtatoris voluntas eſt ſemper ſic attendenda, ut teſtamentum valeat, non pereat *vol.6.d.*10*l.*Ooo.1.

Teſtamenti inofficioſi querelâ an filius agere poſſit, mortis tempus eſt inſpiciendum, nempe an eo tempore quartam bonorum partem teſtator reliquerit, ſi non, tunc habet filius querelam, niſi ſpecialiter judicium patris agnoverit, ac heredibus pacto, vel tranſactione remiſerit *volum.5.d.33.l.*S.4.

Teſtamentum idem tanquam falſum, & tanquam inofficioſum ſimul accuſari poteſt *vol.5.d.34.l.*X.2.

Teſtamentum filiofamiliâs patriæ poteſtati ſubdito in bonis adventitiis, quorum uſusfructus patri non quæritur, condere non licet. In Peculio tamen caſtrenſi, & vel quaſi, id ei licet, non in profectitio, aut adventitio *volum.1.d.3.l.*p.4. *vol.3. d* 10.*l.*A.4.*d.*13.*l.*N.4. *vol.4. d.31.l.*AA.2. *vol.5.d.35.l.*Z.3,4. *vol.6.d.*18.*l.*Oooo.4.

Teſtamentum filiofamiliâs pater condit, quod tamen evaneſcit, ſi filius major fiat, & pubertatem nanciſcatur. vide Subſtitutio Pupillaris.

Teſtamenti factionem habent etiam ad mortem damnati *vol.5.d.35.l.*AA.4.

Teſtamentum Clericus de bonis, quæ ex fructibus beneficiorum Eccleſiaſticorum collegit, condere non poteſt. Hoc tamen poteſt de acquiſitis, vel ex artificio, vel ex officio *vol.5.d.35.l.*BB.1. Idem de Epiſcopis, & Eccleſiarum adminiſtratoribus dicendum, & hoc modo jus civile à Canonico correctum eſt *volum.7.d.6. l.*dd.1.

in Teſtamento inofficioſo frater turpi perſona inſtituta præteritus, ſi ei integra legitima relicta eſt, tunc planè inofficioſi querela agere non poteſt: ſi autem ei pars ſolùm relicta eſt, tunc aget ad ſupplementum condictione: ſi in totum excluſus eſt, nec hoc caſu totum teſtamentum impugnabit, ſed ſolum uſq; ad legitimam ſuam portionem *vol.7.d.2.l.*g.3.

in Teſtamentis mulier, ut teſtis adhiberi non poteſt *vol.5.d.35.l.*BB.1.

Teſtamentum nullum eſt, ſi quis filium, aut malè exheredet, aut prætereat; nam hoc caſu vel initio irritum eſt; vel

per inofficioſi teſtamenti querelam, vel per bonorum poſſeſſionem contra tabulas petit. reſcinditur, & infirmatur *vol.5. d.39.l.*II.2.

Teſtamentum ex poſt facto rumpitur agnatione ſui heredis, irritum verò fit, cum teſtator capite minuitur *vol.5.d.39. l.*II.2.

ex Teſtamento illo nihil debetur, ex quo nemo Hereditatem adiit *vol.6.d.16. l.*Bbbb.4.

Teſtamentum appellatur deſertum ex quo nemo hereditatem adiit *vol.5. d.39. l.*II.2.

Teſtamentorum ſolennia præſentiam teſtium requirunt, licet tunc non ſequatur neceſſarium eſſe, ut eadem illi intelligant, ſed ſufficit, ut ſciant, cui rei ſint adhibiti *vol.1.d.12.l.*B.2.

Teſtamenti factionem tollit arrogatio actu non quidem ad hoc directo, ſed indirecto *vol.1.d.16.l.*O.1.

Teſtari Monachus nequit *vol.1.d.16. l.*O.1. *vol.3.d.*10.*l.*A.2.3.

Teſtamenti factionem amittit, qui ſe ipſum vendit ad pretium participandum *vol.1.d.16.l.*O.1.

Teſtamenti factionem lex tollit, tunc cum ſuperſtiti conjugi debetur dimidia pars hereditatis, & altera pars liberis *vol. 1.d.16.l.*O.1.

Teſtamenti factio, cum ſit à Principe, tolli itidem à Principe poteſt *vol.1.d.16. l.*O.1.

Teſtamenta per adpoſitionem impoſſibilis conditionis non corrumpuntur, ſed firma manent *vol.6.d.12.l.*Ttt.1.

in Teſtamento ſi Pater filium inſtituat ſub turpi, vel impoſſibili conditione, tunc tamen per talem conditionem teſtamentum corrumpitur, & res redit ad cauſam Inteſtati *vol.6.d.12.l.*Ttt.1.

Teſtamentaria Inſtitutio ſub quavis poſſibili conditione facta conditionalis remanet: Excepta filii in patria poteſtate conſtituti inſtitutione, quæ ſub nulla alia, quàm poteſtativa conditione fieri poteſt, ita ut etiam hæc in præjudicium legitimæ adjecta non rejiciatur, etſi magni authores contrarium ſentiant *vol.6.d.12. l.*Ttt.1.

Teſtamentaria inſtitutio filii ſub mixta, & caſuali conditione non valet, niſi in defectum ejus conditionis fuerit exheredatus, imò tales conditiones pro non ſcriptis cenſentur. Idem dicendum de filia, poſthumo, non nepote *volum.6.d.12. l.*Ttt.1.

Teſtandi facultas aliquando in parte tollitur, præſertim ſi lex adjiciatur, ut res non niſi in certas partes alienetur habito reſpectu familiæ, & ſanguinis *volum.1. d.16.l.*O.1.

Teſtamenti inofficioſi querelæ etiam locus eſt inter fratres in linea transverſali, cæteris tamen paribus *volum.1. d.16. l.*O.2.

Teſtamenti factionem de ſucceſſione, & tutela, quæcunque conſtitutio non prohibet, illa cenſetur permiſſa *vol.2.d.8. l.*OOo.3.

Teſtari de rebus alienis nemo poteſt *vol.6.d.18.l.*Rrrr.1.

pro Teſtamento in dubio pronuntiandum eſt *volum.3.d.10.l.*B.3. *vol.5.d.49. l.*EEEE.4.

in Teſtamentis voluntates ſemper benignius accipiuntur *vol.6.d.10.l.*Qqq.2.

in Te-

in Teſtamento conditio adpoſita ad heredes inſtitutorum non tranſit, id eſt, ſpes conditionis aliquando exſtituræ non tranſit *vol.6.d.12.l.*Ttt.3.

Teſtamentaria ſucceſſio in regnis non valet *volum.1.d.*20.*l.*V.3.*d.*1.*l.*d.1. *vol.2.d.6.* *l.*rr.3.*d.*8.*l.*oOo.1 *d.* 20.*l.*X.1. *volum.*4.*d.*12. *l.*iii.2. vide Succeſſio.

Teſtator, quem non honoravit, eum etiam non gravet *vol.7.d.2.l.*h.2.

Teſtes duo ſi ſint contrarii, aut varii, neutri credendum eſt: aut ſi contraria deponant, id eſt, ſi ambo prius aliquid affirment, poſtea negent *volum.1.d.12.l.*E.2. *volum.4.d.*33.*l.*FF.3.4.

Teſtes, & argumenta faciendæ fidei ſunt argumenta: & plenam probationem faciunt *vol.1.d.12.l.*E.2. *vol.4.d.*33.*l.*FF.3. HH.1. vide in verbo Probatio.

Teſtes non minorem fidem in judicio faciunt, quàm inſtrumenta *volum.7.d.4.* *l.*p.4.

Teſtes ſuſpecti, aut minus idonei ſunt, ut frater pro fratre, affinis, domeſticus, familiaris, fœmina *vol.2.d.24.l.*GG.1.

Teſtes duo in probatione prævalent inſtrumento *vol.1.d.12.l.*E.2.

Teſtium certus numerus ubi lege aliqua non eſt expreſſus ad plenam fidem faciendam duo concordes, probatæque vitæ teſtes ſufficiunt, imò horum defectus, & ab uno ſingulari ſuppletur *vol.2.* *d.24.l.*GG.1. *vol.4.d.9.l.*tt.1.2.*d.*10.*l.*dd.4. *d.33.l.*FF.3.

Teſtis, qui ſolum de auditu, & credulitate deponit regulariter non recipitur *vol.6.d.8.l.*Ddd.1.

Teſtes ſi non adſint alii, ſi ſolum credulitatem deponunt, tamen admittuntur, & audiuntur *vol.2.d.24.l* GG.1. præcipuè ſi de rebus antiquis deponant *vol.6.* *d.*8.*l.*Ddd.1.

Teſtes ſuper negativa deponentes regulariter affirmantibus poſtponuntur, etſi in defenſionis iis præferantur *volum.2.* *d.24.l.*GG.1.

Teſtimonio ſenum præcipue in rebus antiquis plurimnm credi debet *vol.6.d.8.* *l.*Ddd.1.

Teſtimonium vicini majorem fidem meretur *vol.6.d.8.l.*Ddd.1.

Teſtis idoneus nemo in propria cauſa eſſe poteſt. Papa tamen, & Cæſar teſtes in propria cauſa eſſe poſſunt *volum.2.d.24.* *l.*GG.2. *vol.1.d.12.l.*E.2. *volum.5.d.1.l.*c.4. *vol.3.d.5.l.*t.3.*d.*10.*l.*B.1. *vol.4.d.6.l.*cc.3. *d.33.l.*FF.3. HH.1.*volum.5.d.23.l.*nnnnn.3. rrrrr.4. *vol.6.d.3.l.*R.2.

contra Teſtes exceptio ſumitur vel à circumſtantiis perſonarum, vel à dictorum qualitate, vel ab examinationis forma *vol.2.d.27.l.*MM.2. & hujusmodi exceptio permittitur, etſi quis ante publicationem de excipiendo nõ ſit proteſtatus, ſicut Jus Canonicum vult *vol.7.d.6.l.*cc.2.

Teſtis in cauſa univerſitatis eſſe poteſt, etiam qui eſt de univerſitate *volum.4.* *d.5.l.*z.3.*vol.6.d.*8.*l.*Ddd.1.

Teſtis in teſtamento etiam legatarius eſſe poteſt *vol.4.d.5.l.*z.3.

Teſtes eſſe non poſſunt, quibus imperari poteſt *vol.6.d.8.l.*Ddd.1.

Teſtis in cauſa patroni libertus eſſe non poteſt *vol.6.d.*8.*l.*Ddd.1.

Teſtes in Domini cauſa poſſunt eſſe ſubditi, modo ipſis remittatur juramentum *vol.6.d.8.l.*Ddd.1.

Teſtium dignitas plerumque prævalet nume-

Digitized by Google

numero: Judicis tamen arbitrium in hoc multum facit *vol.6.d.8*.Ddd.1.

Teſtis interrogatus de crimine forſan perpetraro,ob quod à teſtimonio repelli poſſet,reſpondere non tenetur *volum.3. d.15.l.S.1.*

Teſtium igitur ſi ſine juramento, vel ſub illo tantum, quo Principi vel judici obſtricti ſunt; examinatorum effata recipienda non ſunt, niſi perſonæ omni fide dignæ ſint, & partium lubitu juramentum iis remittatur. Nec Statuto,vel conſuetudine introduci poteſt,ut teſti injurato credatur *vol.3. d.15. l.S.1. vol.4. d.33. l.FF.4.*

Teſtes, ſi quando examinandi ſunt, tunc debent à judice ad dicendum teſtimonium,ſi ſint ſub ſua juriſdictione citari, vel ſi non ſint, mutuo, ut loquuntur, compaſſu evocari, vel ibi examinari, rogari,debent etiam reluctantes cogi,item litigantibus terminus denunciari ad videndum,teſtes produci,ac jurare. Tum verò judex illos,id eſt,teſtes,atque etiam amanuenſes, niſi aliàs perſonæ publicæ ſint,& antea jurârint,juramento obſtringat, illi ut veritatem dicant, hi ut omnia fideliter conſcribant, utrique ut ea, quæ deponuntur, ſilentio cuſtodiant, à perjurio eos dehortetur, ad ipſum denique examen, partibus remotis, progrediatur *volum.3.d.15.l.S.1.*

Teſtium examine ritè peracto,eorumque depoſitione accuratè conſignata à judice citatis partibus publicentur, & communicentur litigantibus, cùm atteſtationes,tum inſtrumenta,qui inde diſputando exceptiones ſuas, duplicas, triplicas &c. pro & contra ipſorum teſtium perſonas,examen,ac dicta,contraque inſtrumentorum veritatem objicere incipiant *vol.3.d.15.l.S.1.*

Teſtium depoſitione publicata non admittuntur novi alii,niſi in cauſis appellationis: Jus Canonicum nullos verius admittit *vol.7.d.6.l.cc.2.*

Teſtis depoſitio omninò ratione niti debet, aliàs credetur pecudis teſtimonium *vol.6.d.8.l.*Ddd.1.

Teſtis unus, nullus eſt etiam de jure divino *volum 4.d.27.l.K.2.d.33.l.*GG.4. HH.1. *vol.6.d.19.l.*Tttt.3. *vol.7.d.6.l.cc.2.*

Teſtis unus eſſe poteſt Pontifex,& Epiſcopus *vol.7.d.6.l.cc.2.*

Teſti unico credi poteſt, quando de nullius præjudicio agitur, ut ſi dicat aliquem eſſe baptizatum, Eccleſiam eſſe conſecratam &c. *vol.4.d.33.l.*HH.1. *vol.7. d.6.l.cc.2.*

Teſti unico item creditur,quando de veroſimili ignorantiæ cauſa fides adhibenda,vel quando rei alicujus innocentia, aut minoris alicujus læſio probanda ſit *vol.4.d.33.l.*HH.1.

Teſti unico credi debet, quando de impedimento matrimonii quæſtio decidenda eſt *vol.4. d.33.l.*HH.1.

Teſti unico tunc etiam credi debet, quando utraque pars in ejus depoſitionem conſenſit *vol.4. d.33.l.*HH.1.

Teſtimonii fidem alicui adimit commodum,quod ex teſtimonio quis percipere poteſt: itaque hujus atteſtatio parum valebit *volum.3.d.5.l.*rr.3. *vol.4.d.33. l.FF.3.*

à Teſtimonio dicendo arcentur quidam propter lubricum conſilii ſui & judicii,ac ſenſuum defectum quidam propter

Digitized by Google

pter reverentiam perſonarum, quidam propter notam, & infamiam vitæ *vol.4. d.33.l.FF.3.*

à Teſtimonio arcentur propter conſilii lubricum judiciique defectum furioſi, dementes, impuberes, ſurdi, de auditu, cœci de viſu deponere volentes *vol. 4. d.33 l.FF.3.*

Teſtimonium minoris ab annis 20. in foro criminali non probatur, niſi in crimine læſæ Majeſtatis, contra quod etiam minor 14 annis admittitur *volum.4.d.33. l.FF.4.*

Teſtimonium mulieris in cauſa criminali ex jure canonico improbatur, ex jure civili in utroque foro admittitur: uſu autem forenſi in ſubſidium admittitur *vol.4.d.33. l.FF.3.vol.7. d.6.l.cc.2.*

Teſtimonium ob reverentiam, aut affectionem aut improbatur, aut non tanti ponderis exiſtimatur, aut prohibetur, quale eſt ſociorum, debitorum, procuratorum, conſanguineorum, affinium, parentum, liberorum, fratrum, virorum, uxorum, ſubditorum, famulorum, ancillarum *vol.4.d.33.l.FF.3.vol.7.d.6.l.cc.2.*

ad Teſtimonium tamen Parentes, & liberi quoad ſanguinis rationem, & in cauſis matrimonialibus jure Canonico admittuntur *vol.7.d 6.l.cc.2.*

Teſtimonium dicere inviti non cogantur ſenes, valetudinarii, milites, Reipubl. cauſa abſentes: omnes munere publico impediti *vol.4.d.33.l.FF.3.*

ad Teſtimonium dicendum, qui ſe non rogatus offert, mox ſuſpectum ſe reddit *vol.4.d.9.l.pp.2.*

Teſtimonium infamium prohibitum eſt, uti damnatorum, excommunicatorum, proſcriptorum, perjurorum, meretricum, lenonum, lenarum, Spuriorum. Dictis tamen prohibitionibus, & excuſationibus in foro interdum neceſſitas, quæ ex rei controverſæ gravitate aliarumque probationum defectu oriri poteſt, derogat, imò tunc omnes inhabiles, & minus idonei teſtes ad fidem judici faciendam admitti poterunt, ſi partes in eos conſentiant *vol.4.d.33.l.FF.3.4.*

à Teſtimonio repellitur jure Canonico non ſolùm is, qui de crimine publico judicio damnatus eſt, ſed etiam cujus crimen certò oſtendi poteſt, licèt non ſit judicatum: ſed jure civili tum demum non admittitur, ſi in judicio publico reus criminis condemnatus ſit, non autem ſufficit crimen admiſſum eſſe *vol.7.d.6 l.cc.2.*

Teſtimonium nuncii publici, viatoris, tabellionis, & ſimilium; als da geſchworne Hoff: vnd Gerichtsbotten; partem à ſe citatam referentium, aut alia ad ipſorum officium pertinentia legitimè facta aſſerentium creditur *vol.4.d.33.l.HH.1.*

Teſtimonium ponderatoris à magiſtratu, ut merces ponderet, electi dem Wagemeiſter / creditur *volum.4. diſt.33. l.HH.1.*

Teſtimonio cujuslibet in arte ſua credi debet *vol.4.d.33.l.HH.1.*

Teſtes regulariter in omnibus cauſis ad teſtimonium, aut patrocinium veritati præſtandum legitimis remediis coërceri poſſunt jure civili, aſt canonico moneri tantum, aut perſuaderi, niſi detrectent illud aut gratia, aut inimicitia, odio, aut metu, & aliæ probationes deficiant *vol.7.d.6.l.cc.2.*

Teſtes regulariter poſt litem conteſtatam

tam producuntur, niſi ad perpetuam rei memoriam producantur *vol.7.d.6.l.*cc.2.

Textus, cum textu conferendus eſt, & quod legi deeſt, ex alia ſuppleri debet *vol.5.d.23.l.*qqqqq.2.

Thamiaca, id eſt, regii fiſci, aut menſæ bona Sancta Sanctorum ſunt, oſſibus cohærentia, coronæ annexa, extra marſupium Principis poſita, id eſt, alienari non poſſunt *vol.2.d.3.l.*i.2. vide in verbo Reſervata.

Theſaurus unde dicatur, & quomodo olim ſcriptum ſit: varia ejus Etymologia. Theſaurus autem quasvis congeſtas pecunias, & divitias, quævis pretioſa κειμήλια, omnia cara, & rara continet. Plerunque aut ab avaris, aut à peregre profectuis, aut belli, aliasque difficultates, & pericula metuentibus defodi ſolet in terram: ſæpe etiam ſub fluminibus abſcondi *vol.6.d.6.l* Pp.2.3.4.

Theſaurariorum olim varia fuerunt genera, & officia, uti & nunc *volum.6.d.6.l.*Pp.3.

Theſaurus à Jureconſultis propriiſſimè accipitur, & definitur; nempe, ut ſit vetus quædam depoſitio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat: ad quod præterea duo requirantur: Primò, ut neſciatur, quis eum depoſuerit: ſecundò ut ſit abſconditus ex tempore memoriam hominum excedente; quod tempus immemoriale non tamen adeo requiritur, modo indicia, quibus, & à quo condita ſit pecunia, ignorentur *vol.6.d.6.l.*Pp.4.Qq.1.2. *vol.7.d.9.l.*rr.2.

Theſaurum qui negat (cum actor ſit) id probare debet, non ille qui illum invenit, & talem affirmat *vol.6.d.6.l.*Qq.2. ubi pulchrè.

Theſaurus venditione perfecta ab emptore in fundo vendito inventus emptori cedit *volum.6.d.6.l.*Rr.4.Ss.1. idem obtinet etiam ſi theſaurus magnus ſit, nec obtinet ibi læſio ex reſciſſione *ibid.* idem obtinebit, etiamſi emptor ſciviſſet, theſaurum in fundo empto latitaſſe: idem etiam in pacto de retrovendo habebit, ſemper theſaurus erit emptoris inventoris *ibid. & l.*Ss.2.

Theſaurus caſus fortuito in feudo inventus inter dominum feudi, & inventorem dividendus eſt *volum.5.diſput.*42. *l.*HHH.3. quod de omnibus etiam aliis dicendum, qui non proprium, ſed utile tantum fundi dominium habent: uti creditor, Emphyteuta, maritus, uſufructuarius &c. *vol.6 d.6.l.Ss.2.*

Theſauri in fiſcalibus locis, aut religioſis repetti inter Principem loci, & inventorem pro dimidia parte dividuntur, niſi theſaurus datâ opera, aut magicis artibus inveſtigatus ſit. Nam tunc ad fiſcum totus devolveretur *volum.4.diſp.31.l.*AA.4. *vol.6.d.2.l.*I.4. *vol.6.d.6.l.*Qq.2.3.4.Rr.1.2. Multi tamen totum theſaurum Fiſco addicunt, etiam in privatorum bonis inventum *ibid.* pulchrè *volum.7.diſp.9.l.*rr.2.

Theſaurum in proprio, & allodiali fundo inventum totum, in alieno, & alterius fundo mediam ſibi, mediam domino fundi theſauri inventor acquirit, rejectis aliorum opinionibus. Quod ſi magicis artibus theſaurus inquiratur, tunc cedit Fiſco, ſi verò in alieno fundo non caſu inveniatur, ſed data opera, & ex inſtitu-

Digitized by Google

inſtituto quæratur, tum cedit totus Domino Fundi *vol.6.d.6.l.*Qq.3.4.Rr.1.2.3.4. Ss.1.ubi pulchrè.

Theſauri naturam non obtinet,pecunia illa recondita,cujus author,& reconditor indagine aliqua reperiri poteſt:ſed ad illum, illiusve heredes reverti debet *vol.6.d.6.l.*Ss.1.

Theſaurus tunc inventoris verè erit, quando illum occupavit. Caveat autem ſi pars ex jure,vel conſuetudine ad alium ſpectet,ne illam celet: quia furtum committit,& non ſolum quæſtioni,ſed & ſupplicio poterit ſubjici *vol.6.d.6.l.*Ss.2.3. qui autem partem, aut totum habet,habet vel condictionem ex lege, vel vindicationem rei: vel etiam condictionem furtivam,ſi inventor clam detineat *ibid.*

Tibicines ſordidam, & vilem artem exercent *vol.4.d.9.l.*yy.2.*d.*10.*l.*eee.4.

Tibi quod non vis fieri,alteri non feceris ampliſſimæ doctrinæ planè conſentiunt tria noſtri juris præcepta, quæ jubent,ut honeſtè in hac ſocietate civili vivamus: Ne lædamus alterum:ſuum cuiq; tribuamus *volum.7.d.*10.*l.*tt.1.

Tigna ædibus juncta vendi,aut alienari non poſſunt *vol.3.d.9.l.*ccc.3.

Tignum alienis ædibus junctum nemo vindicare poteſt,ne ædificia ſub hoc prætextu diruantur *vol.7.d.4.l.*o.4.

ſi Tignum alter ædibus ſuis immittat, periculoſum eſt ei novum opus nunciare: ſic enim libertatis amittitur poſſeſſio,& in ędificantem ſervitutis transfertur.Pręſtat igitur per jactum lapilli, aut Prætorem ædificantem impedire *volum.7.d.7.l.*ff.4.

Titulos varios,& magnificos viri principes uſurpant,ut tum juris ſuccedendi, & recuperandi,tum glorioſæ originis admoneantur *vol.2.d.*3.*l.*o.1.

Tituli magnifici non ilicò virtutem alicujus denotant; Nam ſæpe tales tituli ſcribuntur cuidam, non quod talis ſit, ſed quod talem oporteat eſſe *volum.6.d.*1.*l.*E.3.

Titulum juſtum allegans præfertur non alleganti *vol* 5.*d.*46.*l* ZZZ.4.

Tituli juſti ſunt vel ſpeciales ut pro emptore,pro Donata &c. vel generales, ſicuti pro ſuo,qui eſt aliorum acceſſio:unusquisque enim pro ſuo poſſidere dicitur, qui ex quacunque cauſa, ex qua dominium transfertur, poſſidet *vol.7.d.7.l.*gg.3.

Tonſores ſordidam, & vilem artem exercent *vol.4.d.9.l.*yy.3.

ad Torneamenta non admittitur quis per ſtatutum, niſi nobilitate per lineam paternam, & maternam probata *vol.4.d.9.l.*oo.2.

Torneamenta Henricus Auceps inſtituit *vol.4.d.9 l.*oo.2.

Tortura reis moderatè infligenda eſt, ut ſi innocentia appareat, patriæ, & ſuis reſerventur:Nec inutiles reddantur *vol.4.d.2.l.*g.4.

Tormenta plebeiorum propria ſunt *vol.2.d.*18.*l.*R.2.

Tortura tunc adhiberi poteſt,quando veritas aliter haberi non poteſt, nec tamen mox ad atrociſſima quæq; tormenta progrediendum eſt *volum.4. diſput.*20.*l.*uuuu.4.

Torturæ,& tormentis ſubjici non poſſunt nec Nobiles, nec Doctores, & Licen-

centiati,nec Milites,nec Decuriones:ſed hoc non procedit in crimine læſæ Majeſtis,Proditionis patriæ,Hæreſis,Maleficii magici *vol.2.d.*18.*l.*R.2.

ad Torturam non eſt indicium ſufficiens,ſi cadaver præſente aliquo ſanguinem emittat *vol.4.d.2.l.*g.3 4.

Totum qui dicit,dicit & omnes ejus partes *vol.6.d.2.l.*F.4.

quod de Toto diſpoſitum eſt, etiam in parte locum habebit *vol.7.d.4.l.*o.2.

Traditione venditio omninò perficitur,& dominia rerum transferuntur *vol.1. diſp.*12. *l.*B.1.2. C.4. *volum* 3.*d.*5.*l.*pp.3.*d.*9. *l.*ddd.2. *vol.*4.*d.*5.*l.*y.4. *vol.6.d.*11.*l.*Rrr.2. *vol.7.d.4.l.*m.1.itaque dubium non eſt,rerum dominia traditione acquiri, ita tamen hoc intelligendum eſt,ut eam præceſſerit juſtus titulus,nunquam enim nuda traditio dominium transfert *volum.*7. *d.*7.*l.*gg.3.

Traditio inducit poſſeſſionis translationem,poſſeſſio translata jus percipiendorum fructuum *vol.2.d.3.l.*o.4.

Traditionis,& poſſeſſionum juſtę cauſæ recenſentur *in* §.21.*l.*3.*ff.h.t.* atque ex illis cauſis facta traditione dominium acquiretur, ſi tradens fuerit dominus, ſin minus, uſucapiendi conditio *vol.7.d.7. l.*gg.3.

in Traditione requiritur primo voluntas tradentis,ſecundò,quod res non ſit in nullius bonis,nec etiam vacans,ſed ab alio poſſeſſa *volum.2.d.*14.*l.*E.2. *vol.*3. *d.*9. *l.*ddd.1.2.

Traditione uni facta,& re alteri etiam prius vendita,ille obtinebit,cui eſt tradita, nec poterit res per primum emptorem arreſtari *volum.1.d.*15.*l.*K.2. *vol.6.d.*11. *l.*Rrr.2.vide Venditio.

Traditio ſive ab ipſo poſſeſſore, ſive ab alio ejus nomine fiat, parum intereſt *volum.2.d.*14.*l.*E.3.

in Traditione titulum quoque habilem nonnulli requirunt:aliàs enim cuſtodiæ ſaltem cauſa traditionem factam præſumi *vol.2.d.*14.*l.*E.3

Traditio ex ſententia, vel decreto, aliove judicis juſſu profecta,juſtam habet alienationis cauſam propter authoritatem rei judicatæ *vol.2.d* 14.*l.*G.4.

per Traditionem fictitiam irrequiſito domino factam, etiam feudum & Emphyteuſis committitur: quando nempe talis traditio aut per locationem,conſtitutum,precarium,retentionem uſusfructus,clavium traditionem,aſpectum rei, & ſimilem modum fit *vol.3.d.*1.*l.a.*3.

Traditio in contractu emtionis venditionis omninò neceſſaria eſt, tàm ex parte venditoris,qui hoc præſtationis capite non liberatur,quod fortè alia ex cauſa, etiam lucrativa res ad emtorem pervenerit; Nihilominus enim ex ſua traditione obligabitur, quantum intereſt præſtare:quàm emptoris,qui propria authoritate emtam rem invito venditore occupare nequit:Quamvis ſi ſciente,& volente venditore poſſeſſionem apprehenderit, in illa permanere poſſit *volum.* 3. *d.*9. *l.*ddd.2.

Traditio non ſemper expeditur traditione mercium venditarum, ſed & aliis modis;ut clavibus cellæ,vel horrei datis, merces in eis reconditæ, vel venditæ, cenſentur traditæ. Sic & alii modi ſunt. In traditione autem incorporalium jurium

rium ſic obtinet, ut traditionis interponatur cautio, qua venditor cavet, per ſe non futurum, quo minus ſervitute ea, quę vendita eſt, utatur. Vel etiam uſus ejus pro traditione habetur, cum emtor in quaſi poſſeſſionem inductus videatur, ſi ſciente & conſentiente venditore ſervitute utatur: qui conſenſus, ſiquidem expreſſus eſt, appellatur traditio, ſin tacitus, vocatur patientia: & poſt talem ſervitutis traditionem vel quaſi, emtor ſervitutis nomine tàm actionem, quàm exceptionem habet, nec non interdicta poſſeſſoria *vol.3.d.9.l.*ddd.2.

Traditionis loco habetur ſignum merci impreſſum, & periculum transfert *vol.6.d.*11.*l.*Rrr.2.

Traditio rei venditæ, quam emtor urget, venditorq; tradere poteſt, eſt omnino neceſſaria, nec à venditore præſtando intereſſe vitari poteſt *vol.3.d.9.l.*ddd.2.

in Tradendo ſi venditor moram committat, aut ejus dolo, culpave res intereat, aut deterior facta ſit, aut omnino præſtari non poſſit, aut non talis qualis vendita, in id, quod intereſt condemnatur. In quam condemnationem deducitur omnis utilitas, quæ circa rem eſt, & utro tempore ſive contractus, ſive ſententiæ res fuit plurimi, ita tamen, ne duplum pretii excedat. Secus eſt, ſi dolo, culpave, aut mora venditoris non interveniente, res tradi non poſſit: quia tunc omne incommodum, & periculum, quod poſt perfectam venditionem rei venditæ contingit, ad emtorem pertinet *volum.3.d.9.l.*ddd.3.4.

Tradere ſecundò ita debet venditor, ut eam emtori impoſterum habere liceat, nec evincatur. Quod ſi fiat, de evictione venditor tenetur. Ubi tamen requiritur primò, ut res ablata ſit emtori, & omnis ſpes habendi abſciſſa: ut judicio ſit ablata: denique ut actoris jure, non culpa emtoris, aut injuria judicis *volum.3.diſp.9.l.*ddd.4.eee.1.

Traditionibus rerum ſuarum quilibet poteſt legem adponere *volum.5.diſp.*14.*l.*mmm.2.

Transactio eſt litis incertæ, vel rei dubiæ aliquo dato, vel retento, vel promiſſo conventa deciſio. Hinc primo reſultat differentia inter transactionem, & pactum. Nam pactum plerunque ſolet eſſe gratuitum, & de re certa; contingit tamen nonnunquam pacto accedere pretium *vol.*1.*d.*7.*l.*ff.2.

Transactio nec innominatus, nec nominatus contractus eſt, nec conventio, ſed litis deciſio: quæ vel per pactum, vel contractum fiat. Sic transactio, pactum, & contractus non ſunt confundenda *vol.*1.*d.*7.*l* ff 2.

Tranſigere poſſunt omnes, quibus paciſcendi facultas jure conceſſa eſt: etiam æger, modò morbus ad animum non penetrârit, & minor curatore deſtitutus, qui tamen ſe intra legitima tempora læſum probans adverſus transactionem à Prætore reſtituitur. Sed hoc non procedit, ſi juramento transactionem firmârit *vol.*1.*d.*7.*l.*ff.2.

Tranſigunt quoque rectè alieno nomine tutores, vel curatores, dummodo jura minorum ſint obſcura, & dubia, nec donationis cauſa remittantur. Adminiſtratores civitatum rem liquidam ambitiosè non donantes. Procuratores ſpe-

Digitized by Google

ciale mandatum habeant, vel generaliter omnium bonorum procuratores cum libera adminiſtratione ſint conſtituti. Pater etiam de rebus filii emancipati tranſigens ipſi non nocet. Idem de rebus filii in ſacris parentis adhuc conſtituti tenet: exceptum tamen eſt peculium caſtrenſe, & quaſi. In rebus item adventitiis filii pater tranſigere non poteſt, niſi iis in cauſis, in quibus alienatio ipſi licita eſt, & bonâ fide res agitur, & præſertim ſi ob æs alienum hæc transactio fiat. Tranſigere enim Vaſallus de feudo poteſt, ſi id bona fide ſine fraude, & probabili timore litis fiat in tantum, ut etiam hoc caſu feudum apud poſſidentem adverſarium dimittere poſſit *vol.1.d.7.l.ff.2.3.*

Tranſigi poteſt de quavis re dubia. Itaque res quædam natura, aut lege transactionem reſpuunt: Naturâ, res judicata, vel jurejurando deciſa, hinc ante latam definitivam ſententiam ſemper tranſigi poteſt, poſt non. De iis, quæ teſtamento relinquuntur, tranſigi nequit, niſi inſpectis teſtamenti tabulis. Legis prohibitione de alimentis quibusvis ultimâ voluntate relictis tranſigi nequit. De criminibus publicis capitalibus tranſigi poteſt, & permiſſa eſt transactio tàm ante, quàm poſt inſtitutam accuſationem, tàm actori, quàm reo, & utrique impunem. Publica tamen vindicta tranſigendo minimè tollitur, cum privata jura tantum abſolvantur. Excipitur adulterium, de quo nec tranſigere, nec paciſci licet: Item crimen læſæ Majeſtatis, & à quibusdam Parricidium *vol.1.d.7.l.ff.3.d.13 l.F.4.G.1.2. vol.3. d.13.l.M.3.*

Tranſigere non licet de criminibus publicis, quæ ſanguinis pœnam non ingerunt, citra falſi accuſationem *vol.1.d.7. l.ff.4.d.13.l.G.1.2.* ubi vide ſingularim hæc crimina *vol.3.d.13 l.M.3.*

Tranſigere non licet de criminibus privatis, ſi criminaliter agatur, licèt ſit civiliter: etſi quibusdam caſibus, qui pretio paciſcitur, crimen fateri intelligatur, atq; infamiam incurrat *vol.1.d.7.l.ff.4.*

Transactionis tandem ritè conſtitutæ non minor vis, atque authoritas eſt, quam rei judicatæ, adeò ut lites hisce legitimis transactionibus finitæ, ne imperiali quidem reſcripto reſuſcitari poſſint. Hinc transactionis exceptio efficax omninò eſt, inſtar rei judicatæ *volum.1. d.7.l.gg.1. vol.2.d.1.l.b.1.d.27.l.MM.1.* Hinc Transactio omnino ſervanda eſt: niſi dolus, & impreſſio probetur, aut tale quid ex poſt facto interveniſſe, de quo non fuerit cogitatum in Transactione *volum.6. diſp.8. l.Eee.2.*

Transactionem tamen immodica læſio evertit, vel beneficium in ea adfert *vol.1.d.7.l.gg.1.* niſi ſit cum decreto judicis celebrata *vol.3.d.13.l.N.1.*

Transactio, quæ pro fundo fit, non ſubjacet retractui *vol.1.d.12.l.D.4.*

Tranſigi poteſt de crimine falſi *vol.3. d.13.l.M.3. vol.1.d.13.l.G.2.*

Transactio eſt modus acquirendæ à judice abſolutionis. Ita quidem ut Judex reum abſolvere poſſit, ſi is cum adverſa parte transegerit, aliàs hoc non poteſt *vol.6.d.1.l.E.2.*

Transactio Paſſavica multum utilitatis communi Germaniæ quieti contulit, ſed multum damni Catholicæ religioni *vol.2.d.3.l.o.2.3.* vide in verbo Religio.

Trans-

Transfugæ hoſtium loco ſunt, imò majori odio digni, qui verò domum ſe conferentes exercitum quovis modo deſeruerunt, mox ad militiam ſunt reducendi Propiores à quovis occidi poſſunt, aut ſi redierint, graviſſimo ſupplicio affici *vol.2.d.7.l.*lLl.3.

Translatum adhuc idem eſſe intelligitur *vol.2.d.3.l.*o.4.

Tralatitium eſt nudum pactum infirmius, quam ut actionem ex ſe parere poſſit *vol.3.d.17.l.*X.4.

Transmiſſionis jus nepos Principis ex primogenito habet, ita ut hoc jure in ſucceſſione avi patruum avus excludat *vol.4.d.16.l.*yyy.1.*d.*19.*l.*qqqq.1.

Transmiſſionis jure pater jus ſuum in filium transmittere poteſt *vol.5.d.23.l.*qqqqq.4.

inter Transverſales deſcendentium à primo rei, & feudi acquirente, & transverſales primi acquirentis omnino diſtinguendum eſt *vol.4.d.16.l.*bbbb.4.

Trebellianicæ deductio in fideicommiſſis locum habet, in reſtitutionibus autem, quæ per modum contractus ordinantur, eadem retentio permiſſa non eſt *vol.5.d.32.l.*O.1.*vol.6.d.*18.*l.*Ssss.1.

Trebellanica ſic à Falcidia differt, quod in Trebellanicam non ſolum imputentur ea, quæ jure univerſali, ſed etiam quæ jure ſingulari (puta legali, aut conditionis implendæ nomine) relicta ſunt: niſi prælegatum à coherede jure legali capiatur, quod etiam in quartam Falcidiam imputatur: aut non implendæ conditionis cauſa, ſed in figura conditionis relinquatur, quod nec in quartam Trebellanicam imputatur *volum.5.d.32.l.*R.4.S.1.*vol.6.d.*18.*l.*Ssss.2.

Trebellanica ad inſtar Legis Falcidiæ in Fideicommiſſis univerſalibus deducitur: quomodo autem Trebellanica à Falcidia differat ibid. vide *vol.5.d.32.l.*R.4.S.1. vide in verbo Fideicommiſſum *vol.6.d.18.l.*Ssss.1.

Treverenſis Præſul, & Elector, ut & Galliæ Archicancellarius eſt *volum.2.d.4.l.*z.3.

Treverenſis Elector primum votum in Cæſarea electione habet *vol.2.d.6.l.*nn.1.

Tribunal, vel Prætorium Imperii triplex eſt: Aulicum Cæſaris, Spirenſe, Rotvvilenſe *vol.7.d.9.l.*oo.1.

Tributa Principibus, & Reip. ſolvenda ſunt, caveatur tamen, ne ſubditi iis nimium aggraventur *vol.2.d.1.l.*e.4. *vol.3.d.5.l.*aa.4. vide in verbo Ærarium. & Collectæ.

Tributis, veluti nervis Reſp. conſervatur *volum.2.d.3.l.*h.1.*volum.3.d.5.l.*aa.2. *vol.5.d.19.l.*aaaaa.1.

quæ Tribuuntur alicui non à patre, ſed à genere, civitate, rerumque naturâ, ea ſemper incolumia manent, nec facto prædeceſſoris adimi quæunt *volum.5.d.28.l.*iiiiii.2.3.

ad Triremes condemnatio, & pœna in pœnam deportationis, damnationis ad metallum ſucceſſit, in Italia frequens eſt *volum.4.d.9.l.*rr.4.

Triumphus antiquitus poſt victoriam ab hoſtibus obtentam, agi ſolebat, & jus illius *ibid.* vide *vol.5.d.19.l.*bbbbb.2.

Turcarum Rex, ſe Regem Regum, & mundi monarcham nominat *vol.5.d.2.l.*g.1.

Digitized by Google

in pari Turpitudinis cauſa melior eſt conditio poſſidentis *vol.1. d.12.l.E.2.*

Turpitudinem propriam allegat, qui ignarum ſe prætendit conditionis ejus, qui cum contraxit *vol.2.d.3.l.m.2.*

quod Turpiter, & ſcelere quæſitum eſt, peculii cauſam non apprehendit, & conſequenter ad compendium, & poſſeſſionem Domini non pertinet, cum nec Dominus hoc velle credendus ſit *vol.2. d.14 l.F.2.*

Turpitudinem propriam allegans non eſt audiendus *vol.3.d.11.l.f.1.*

Turpitudinem ſuam nemo manifeſtare cogitur *vol.3.d.15.l.S.1. vol.5.d.3.l.x.2.*

Turpes perſonæ omnes famoſi ſunt, nec refert, utrum juris, an facti infamia laborent, quales ii ſunt, quorum opinio ratione officii, vitæ, vel morum apud bonos, vel graves viros gravata eſt. Juris, vel legis infamia notati dicuntur, qui per ſententiam condemnati ſunt ex delicto, vel publico, vel privato in tribus caſibus: furti ſcilicet, vi bonorum raptorum, & injuriarum: vel ex contractu quatuor modis, ex dolo videlicet commiſſo in contractu pro ſocio, depoſiti, mandati, tutelæ *vol.7.d.2.l.g.2.*

Turpis perſona an uſurarius ſit, vix ſolubilis quæſtio *vol.7.d.2.l.g.2.*

Turpis perſona heres à fratre inſtituta ſi repudiet, tunc frater teſtatoris nequaquam ad querelam inofficioſi admittitur *vol.7.d.2.l.g.2.*

ſi Turpi perſonæ alius honeſtus coheres datus ſit, & illa repudiet, tunc repudiata hereditas huic accreſcit *vol.7.d.2. l.g.2.*

Tutela vis eſt, & poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem ſeipſum defendere nequit: Poteſtatem intelligimus patriæ quidem ſimilem, in multis autem diſcrepantem; tutelæ enim vis in tuendo à quo etiam dicitur perſonam, & bona pupilli conſiſtit, patris autem major eſt, cum ſit bonorum Dominus, & quoad proprietatem, & quoad uſumfructum, ut non modo ea ipſa tueri, ſed etiam abſumere poſſit. Tutor autem primariò pupilli perſonæ, ſecundariò rebus præficitur *volum.3. d.14. l.O.2. volum.4. d.28.l.S.2. vol.6.d.3.l.Cc.3.d 16. l.Aaaa.3.*

Tutor non tantum in rebus illius territorii, in quo pupillus habitat, ſed etiam ad res in alio territorio ſitas, datus intelligitur *vol.6.d.3.l.Cc.3.*

à Tutela ad profectionem eſt optimum argumentum *vol.6.d.3.l.Cc.3.*

Tutela eſt onus quoad tutores *vol.6. d.18.l.Ssss.2.*

Tutela alia eſt teſtamentaria, alia legitima, alia dativa, omnes juris civilis *vol.3. d.14.l.O.3.volum.4.d.28.l.S.3.volum.6.d.16. l.Aaaa.3.*

Tutela teſtamentaria eſt, quam pater liberis impuberibus in poteſtate conſtitutis, teſtamento, vel codicillis teſtamento confirmatis præficit, vel purè, vel cum annexâ conditione, ſeu die; & huic quamdiu locus eſt, cæteræ ceſſant, uſque adeò, ut ſi forſan contingat eam ad tempus per appoſitam conditionem, vel abſentiam conſtitui, vel per aliud impedimentum temporale ſuſpendi, non tam legitimæ locus ſit, quàm tutor alius interim ſubſtitui debeat *volum.3.d.14.l.O.3. vol.4.d.28. l.S.3.4. vol.6.d.16.l.Aaaa.3.4.*

Tutor

Digitized by Google

Tutor certæ ſolùm rei regulariter dari nequit *vol.3. d.14.l.O.3.*

in Tutela teſtamentaria judex ſæpe intervenire ſolet, ac ſua inſpectione, ac confirmatione defectui ſuccurrere: puta quoties, vel ſit datus tutor ab eo, qui dare non potuit, ut patronus, & mater, vel ei ſit datus, cui dari non debuit, ut puberi, vel cuivis alii extra poteſtatem patriam conſtituto ut ſunt etiam filius emancipatus, naturalis, ſpurius: vel etiam non ad eum modum, quo dari decuit, puta fortè per verba precaria, vel quod ſolùm rebus, non etiam perſonæ præpoſitus appareat. Tunc enim judex inquirit, & ſi tutor talis ſit idoneus, Decreto confirmat *vol.3.d.14.l.O.4.* Huic etiam tutori ſatisdatio remittitur *ibid.* & *l.P.1. vol.6.d.14. l.*Aaaa.4.Bbbb.1.

Tutor teſtamento dari poteſt & pater, & filiusfam. *vol.6.d.16 l.*Bbbb.1.

Tutor hoc modo à judice confirmatus, adhuc teſtamentarius erit, non dativus *vol.3.d.14.l.O.3.*

Tutela teſtamentaria quamdiu ſperatur, non eſt locus dativæ, igitur ſi de illa lis ſit, dativa interim adminiſtrabit *vol.6. d.16.l.*Bbbb.1.

Tutori teſtamentario ſatisdatio remittitur *vol.3.d.14.l O.4. P.1. vol.4.d.28. l.T.2.* vide inferius.

Tutor ex teſtamento ratione præteritionis irrito valet, ratione verò ſolennitatis omiſſæ irrito non valet, ſed debet confirmari à Judice *vol.6.d 16.l.*Bbbb.1.

Tutor teſtamentarius ſi datus ſe excuſare admitatur, legatum ei adjunctum perdit *vol.3.d.14.l.O.4.*

Tutores teſtamento licet dare teſtatori à certo tempore, & uſque ad certum tempus, & ſub conditione, & uſque ad conditionem: quâ pendente, adminiſtrat tamen Dativus *vol 6.d.16.l.*Bbbb.2.

Tutela legitima eſt vel Agnatorum, vel Parentum, vel Patronorum, vel Fiduciaria *vol.6.d.16. l.*Aaaa.4.

Tutela legitima eſt, quâ lege proximus agnatus ad tutelam vocatur, vel ipſis verbis, ſeu mente, vel etiam ad ipſius exemplum interpretatione. Sin quid impedimenti in proximo deprehendatur, illudque ſit perpetuum, alii locus erit: ſin illud ſit temporale, alius à magiſtratu interim ſubſtituitur, qui impediti vices, uſque ad impedimenti ceſſationem agit. Mater verò aviaque ob ſingularem, qui præſumitur, affectum, ſi velint his præferuntur, modò patris voluntas non advertetur. Item S.C. Vellejano aliisque auxiliis renuncient, nec ad nuptias alias convolent, quod ſi faciunt, tutelam deponant, vel eo neglecto non ſolùm bona propria ipſarum, ſed & ſecundi mariti pro adminiſtratione pignori pupillis tenentur *vol.3.d.14.l.O.4.vol.4 d.28.l.S.3 4. T.1.2. vol.6.d.14.l.*Aaaa.3.4.Bbbb.3.

Tutorem hodie dat Magiſtratus: & Camera in Imperio Principibus: & Magiſtratus loci, in quo pupillus domicilium habet, cuivis alteri prævalet *vol.6.d.16. l.*Bbbb.4.

Tutela dativa eſt quæ ad petitionem aliorum, vel ex officio conſtituitur à magiſtratu, cui illud Lege ſpecialiter datum apparet. Tutores autem dari poſſunt omnes qui nominatim non prohibentur. Prohibentur autem alii natura infantes, furioſi, & qui iis adſimilantur: & minorennes.

rennes, ſurdi, muti, cœci, perpetuò valetudinarii; alii lege, ut mulieres excepta matre, aviaque quæ debent renuntiare alteris nuptiis,& hoc olim cum juramento: nunc ſufficit eſſe factum apud acta judicii: item perſonæ incertæ, turpes, pupillorum debitores, ſeu creditores, milites armatæ militiæ, ſeipſos ingerentes, & à teſtatore dare prohibiti *volum.3.d.*14.*l.*P.1. *vol.*4.*d.*28.*l.*S.2.3.T.1. *vol.6.d.*16.*l.*Bbbb. 1.2.4.

Tutores exteri ſolo teſtamento dari poſſunt *vol.*3.*d.*14.*l.*P.1.

Tutores ſervi ſolo teſtamento dari poſſunt, alieni ſub conditione libertatis, proprii autem purè uſque adeò, ut ea ipſa datione ſtatim directam libertatem conſequantur *vol.*3.*d.*14.*l.*P.1.*vol.*4.*d.*28.*l.*S.4. *vol.6.d.*16.*l.*Bbbb.1.

Tutorem filio petere tenetur mater intra anni ſpatium, niſi velit à ſucceſſione filii repelli: in multis tamen caſibus excuſatur, quos ibi vide, poſt illam Ad. & Cognati: poſt quos alii, id eſt, amici defunctorum, vel pupillorum petere poſſunt, ſed non tenentur *vol.6 d.*16.*l.*Bbbb.4.

Tutores Clerici ſolam legitimam, vel ſaltem curam viduarum, & miſerabilium ſubire poſſunt *vol.*3. *d.*14. *l.*P.1. *volum.*6. *d.*16.*l.*Eeee.4.

Tutori ita legitimè conſtituto adminiſtratio committitur accedente tamen ſatisdatione quæ omnino neceſſaria eſt rem pupilli ſalvam fore, nec jurata cautio ſufficit, ſed debet fieri per fidejuſſores, aut pignora, præambulo itidem juramento, & inventarii confectione *vol.*3. *d.*14. *l.*P.1.2. cujus confectio omnino neceſſaria eſt *d.*16.*l.*V.1.X.3.*vol.*4.*d.*27.*l.*N.1. *d.*28.*l.*T.1.2. *vol.*6. *d.*16.*l.*Cccc.1.Dddd. 3.4.

Tutoris præcipuum officium eſt, ne in defenſum relinquat pupillum: idq; adeò, ut ſi ei utilia ſe facturum, & inutilia prætermiſſurum in tutelæ promittat inſtrumento, hoc non ſufficiat, ſed præterea addendum ſit: & Pupillum ſe defenſurum: Cum verba illa: Utilia facere &c. ſpecialem non importent defenſionem, cujus tamen expreſſio adeò neceſſaria eſt, ut eâ omiſsâ multæ ſæpius caſſatæ ſint tutelæ *vol.6.d.*3 *l.*li.2.*d.*16.*l.*Ffff.3.

Tutor certæ rei, vel cauſæ dari non poteſt: niſi ad univerſitatem quandam rerum datus ſit: veluti ſi teſtator plura bona habeat in diverſis locis: tunc poterit tutorem rebus Africanis, & alterum Syriacis *vol.6.d.*16.*l.*Bbbb.2.

Tutoris officium verſatur circa pupilli perſonam, vel bona: illum rectè educari curabit, habitatione, alimentatione, alere tamen de ſuo non tenetur, uti nec pupillus tutorem, inſtitutione, debitaq; authoritate juvabit; in his, quod ad illorum conſervationem, auctionem, vel erogationem attinet, nihil intermittet quamvis Pupilli pecunias nunc non teneatur dare in uſuras *vol.*3.*d.*14.*l.*P.2.*vol.*4. *d.*28.*l.*T.2.3.*vol.6.d.*16.*l.*Cccc.1.

Tutelæ ſubducere ſe nemo poteſt, niſi tutor juſtam recuſationis cauſam prætendat, eamque intra dies quinquaginta alleget, quæ debitè probata vel ex parte, vel in totum excuſationem parit *volum.*3.*d.*14. *l.*P.2.*vol.*6.*d.*16.*l.*Ffff.1.

à Tutela, qui ſe excuſant, ſi excuſatio non ſit recepta, appellare tamen ab hac ſententia non poſſunt *vol.6.d.*16.*l.*Ffff.1.

à Tu-

Digitized by Google

à Tutela liberationem parit primo Numerus liberorum, Romæ tres, in Italia quatuor, in Provinciis quinque. Item munus, quo fungitur procurator Fiſci, præfectus annonæ, & vigilum, Exactor tributorum, menſor frumentorum, & quivis alius, cui Princeps curam injunxit, quamdiu illi præeſt: tertiò. Abſentia ex cauſa Reipubl. (quod præcipuè in legato contingit) etiam à reditu per integrum anni ſpatium. Quartò, Poteſtas magiſtratus jam competens: Quintò, Lis, vel inimicitiæ magnæ ſubortæ inter ipſum defunctum, ſeu pupillum, & tutorem: Sextò, Onus trium tutelarum non affectatum, vel etiam unius maximè negocioſæ, & diffuſæ: Septimò, Extrema paupertas, qua quis ferendo oneri impar efficitur: Octavò, Ætas ſeptuaginta annorum completa, uti etiam ætas nimis juvenilis, verbi gratia, Minoris &c. Nonò, Imperitia literarum cum ruſticitate conjuncta: Decimò, Liberalium artium, non legum profeſſio diligens: Undecimò, Adverſa valetudo &c. *volum.3.d.14.l.P.2.3. vol.4.d.28.l.V.2.3.vol.6.d.16.l.Eeee.2.3.4.*

Tutela ſolvitur primò Morte alterutrius: 2. Conditionis, vel diei, ad quem, exiſtentia: 3. Pubertate: 4. Mutatione domicilii ex Principis reſcripto, de tutela informati: 5. Corruptione morbi ſontici: 6. Adoptione in Principis concilium: 7. Maxima, & media capitis diminutione tutoris, vel minimâ pupilli, vel ſaltem tutelæ legitimæ *volum.3.d.24.l.P.3. vol.4. d.28.l.V.2. vol.6.d.16.l.Cccc.4.*

Tutela ſolvitur ob ſuſpicionem malæ verſationis, accuſatione ſuſpecti interpoſita: Quoties tutor non ex fide officium facit, unde removeri ipſum jura deſiderant, utcunque ſeſe ſolvendo eſſe objiciat, vel ſatisdationem offerat, ubi mala ſuſpicionis cauſa per compendium exponitur: Dum ſcilicet vel cum malis, & iniquis converſatur, vel modum expenſarum tranſcendit, res vetitas malè alienet, vel inventarium nullum conficiat, & alimenta pupillo ſubtrahat & qui tutelam, pecunia acquiſivit *vol.3.d.14.l.P.3. vol 4.d.28.l.V.3 vol.6.d.16 l.Ffff.1.2.3.4.*

Tutoris ſuſpecti accuſationem inſtituere omnes poſſunt maximè perſonæ neceſſariæ, ex quibus etiam fœminæ admittuntur; omnes item tutores poſtulari; ut tamen patronorum, & conjunctorum honori, quantum fieri poteſt, parcatur; dolus autem non verò culpa infamiæ notam ſecum trahit, & ſuſpectum tutorem quivis Judex removere poteſt, qui illum dare poteſt: & quivis etiam tutor, ſive ſit dativus, ſive teſtamentarius &c. ſuſpectus fieri poteſt *vol.3.d.14.l.P.3. vol.4. d.28.l.V.3. vol.6.d.16.l.Ffff.2.*

Tutori adverſus contutores, quamvis durante tutelâ, non detur actio, tamen adverſus eoſdem adminiſtrationem non communicantes, nec curam ex fide gerentes ſuſpecti competit poſtulatio *vol.6. d.3.l.Dd.4.d.16 l.Ffff.2.*

contra Tutorem ſuſpectum, & convictum etiam criminaliter agi poteſt ob facta atrocia *vol.6 d.16.l.Ffff.2.*

Tutelâ finita pubes, ſeu pupillus, qui fuit, ſuos tutores reddendæ rationis convenire poteſt: In quam actionem dolum, culpam latam, & levem, non item leviſſimam venire Doctores adſerunt; huic affinis eſt illa, quæ ratione præſtitæ cautio-

Digitized by Google

nis rem pupilli ſalvam fore, vel de rationibus diſtrahendis, vel adverſus magiſtratum in ſubſidium datur; vel denique tutori contra pupillum competit, & plures aliæ. Etſi plures ſint, poteſt pupillus in ſolidum ex eis eligere ceſſis actionibus adverſus alios: & omnes etiam coram uno, eodemque judice convenire, etſi in diverſis Territoriis habitent: quod ſi unus tantum adminiſtrarit, convenietur is de adminiſtratis, reliqui etiam de neglectis. Sed ſi tutela fuerit diviſa, quilibet pro ſua tenetur adminiſtratione, ſi illa diviſio fuerit facta per Judicem, aliâs non: ſtricto jure omnes tenerentur, ſed nunc in caſu diviſionis habent beneficium ordinis &c. *volum.* 3.*d.*14.*l* P.3.4. *vol.*4.*d* 28. *l.*T.4.V.1. *vol.*6.*d.*16.*l.*Dddd.1.Eeee.1.2.

Tutor litis ſumptus, & viatica, ſi ex officio aliò excurrere, vel proficiſci debeat, reputare poteſt: imò aliàs ſumptuum in tutelam factorum haberi ratio debet, niſi tutori ſit conſtitutum ſalarium *vol.*6. *d.*3.*l.*Ee.3. quod ſalarium ipſi optimâ ratione conſtitui poteſt *ibid.l* Hh.3.

Tutor ex neceſſitate res pupillares alienare poteſt, etiam ſine decreto *volum.*1. *d.*16.*l.*N.2.*vol.*6.*d.*16.*l.*Cccc.2.

Tutoribus, & curatoribus, vel adminiſtratoribus omnis rei pupillaris alienatio interdicta eſt *volum* 2.*d.*6.*l.*pp.4.*d.*11. *l.*uVu.4.*d.*28.*l.*NN.2. *volum.*3. *d.*14.*l.*P.2. *vol.*4.*d.*28.*l.*T.3.4. vide in verbo Pupillares res.

Tutor, ſi abſque decreto judicis, pupilli res alienet, tunc illa alienatio nulla eſt: nec eſt opus pupillo Reſtitutione in integrum ſed pupillus res illas ſtatim vindicare poteſt cui pupillus pretium debeat reſtituere, ſi pecunia in ejus rem verſa ſit, aliâs non *vol.*6.*d.*16.*l.*Cccc.2.3.

Tutores teſtamentarii tanquam ſynceri amici ab ſatisdationis onere immunes ſunt *vol.*1.*d.*8.*l* ll.3 *vol.*3.*d.*14.*l.*O.4.P.1. *vol.*4.*d.*28.*l.*T.2.*vol.*6 *d.*16.*l.*Dddd.4.

Tutor non poteſt repudiare hereditatem, ſive bonorum poſſeſſionem pupillo delatam ſine decreto, ut & alia bona immobilia *vol.*1.*d.*12.*l.*xx.3.

Tutelarum delationes pari cum ſucceſſionibus paſſu ambulant: ita ut alios non concernant, præter aſpirantes ad hereditatem *volum.*2.*d.*4.*l.*aa.3. *vol.*3.*d.*14. *l.*O.4 *vol.*4.*d.*28.*l.*S.4.*vol.*6.*d.*16.*l.*Bbbb.3.

Tutorem habenti tutor dari non poteſt: quod ſi detur, datio ipſo jure nulla eſt, & invalida, etiamſi decretum magiſtratus accedat *vol.*2.*d.*4.*l.*aa.3.*vol.*4.*d.*28. *l.*T.1.*vol.*6 *d.*16.*l* Cccc.1.

Tutor pupillam ſuam nec ſibi, nec filio nuptum collocare poteſt *vol.*2.*d.*5.*l.*gg.2. hoc vero jure canonico mutatum ſcribit Hoſtienſis, quod ſequimur *volum.*7.*d.*6. *l.*cc.4.

Tutores & curatores, etſi in bonis pupilli ſint loco Dominorum, hoc tamen ſolum intelligitur, quoad ad adminiſtrationem, non quoad ad deteriorationem *vol.*5.*d.*42.*l.*DDD.3.

Tutor ſecundùm jus civile 25. annos habere debet *vol.*2.*d.*6.*l.*ss.1.

Tutore legitimo minorenne, id eſt, ſi minor ſit annis, tunc ſecundum jus civile alius tutor non datur, ſed curator, dum hic adoleſcit *vol.*2.*d* 6.*l* ss.1.

Tutor infanti hereditatem adquirere poteſt, non autem infans tutore authore *vol.*2.*d.*14.*l.*D.2.

Tutor ſolus nomine pupilli bonorum poſſeſſionem ex fideicommiſſo petit, & adquirit: item tutor ſolus hereditatem ex fideicommiſſo reſtituit aliis *vol.2.d.14. l.*D 2.

Tutor ſolus convenitur in judicio, ſolusque nomine infantis agit *vol.2. d.14. l.*D.2.

Tutor conſtituere poteſt actorem ex cauſa, non Procuratorem *volum.6.d.16. l.*Dddd.3.

Tutor tanquam ſuſpectus accuſatus, accuſatione pendente, ab adminiſtratione arceri poteſt, & debet *vol.3.d.2.l.*m.1. *vol.6 d.16.l* Ffff.4.

Tutor ſi velit ſe finita tutela liberare ab uſuris, pecuniæ depoſitione opus eſt, nec ſola oblatio ſufficit *vol.3 d 7.l.*xx.4.

Tutores quando plures ſunt, plures enim eſſe poſſunt, tunc ipſi tutelam vel in partes, vel in regiones dividere, vel ſi non conſentiant, judex unicuique ſuum negotium aſſignare, vel etiam omnes adminiſtrare poſſunt: aut ille adminiſtrabit, quem teſtator teſtamento dedit, aut qui à majori parte electus eſt *volum.6. d.16. l.*Dddd.4.

Tutoribus honorariis Advocati, & Patroni ęquiparantur: & in terminis protectionis à tutoribus ad protectores Dd. argumentantur *vol.6.d.3.l.*Ii.1.2.

Tutores Vectigalia conducere non poſſunt, & ſi de facto conducant, in pœnam falſi, eò, quod bona ſua in ſolidum pluribus obligarint, incidunt, quod ſi jam conduxerint, tutelam ſuſcipere poſſunt, ſi tamen ex hac cauſa ſe ab ea excuſare velint, poſſunt *vol.3.d.5.l.*ii.3.

Tutores quando plures ſunt, tunc in reddendis rationibus de rigore juris non ſolum is qui geſſit, ſed etiam qui non geſſit tutelam, in ſolidum conveniri poteſt: is tamen, qui non adminiſtravit, ſi conveniatur, habebit beneficium Ordinis, ut prius is, qui adminiſtravit, excutiatur. Si autem is qui adminiſtravit, conventus & excuſſus, ſolvendo non ſit, totum ab eo, qui non adminiſtravit, exigitur: quo caſu hic tutor per beneficium cedendarum Actionum, petit ab illo ſibi cedi actionem tutelæ, quæ pupillo contra alios tutores competebat, ut virilem portionem reddant: neglecto autem hoc, tunc tamen adhuc tutori competit utilis tutelæ Actio, ſeu Negotiorum geſtorum contra alios: & hæc beneficia locum habet, ſi unus tantum geſſit. Si omnes tutores ſimul geſſerunt tutelam, vel nullus, vel omnes ſolvendo ſunt: Si hoc, æquum eſt inter eos dividi Actionem proportionibus virilibus, exemplo fidejuſſorum. Sed ſi non omnes ſint ſolvendo, tunc inter eos, qui ſolvendo ſunt, dividetur actio *vol.6 d.16.l.*Eeee.1. *vol.4.d.18.l.*V.1.

à Tutela imperitus literarum non excuſatur, ſi negotiorum peritiam habeat *vol.3.d.13.l.*N.2. *vol.6.d.16.l.*Eeee.3.

Tutor, quà tutor, non eſt legitimus ſucceſſor, nec fiſco præfertur *vol.3.d.13. l.*N.3.

Tutelæ dies cedit à die aditæ hereditatis, non à die mortis *volum.6. diſp.16. l.*Bbbb.2.

Tutela minorennis Electoris ad patruum, vel proximiorem agnatum ſpectat; nec hoc jus parer teſtamento auferre poteſt, & durat hæc tutela uſque ad annum 18. & tutor debet ad minus habe-

Digitized by Google

re annos 25. *vol.2.d.6.l.ss.1.d.8.l.oOo.2.3.* vide in verbo Elector.

Tutelæ inculpatæ, & moderatæ exceptio reum tuetur, qui vim vi propulſavit, quod omni jure licitum eſt *volum.2.d.27. l.*LL.1. vide in verbo Defenſio.

Tyrannis eſt vis publica, quando Monarcha contra divinas, naturales, & Regni leges ad propriam tantum utilitatem, & libidinem imperio abutitur, indeque Tyrannus dicitur: eſtque ex ſententia Politicorum recentiorum vel Tyrannus absque titulo, vel Tyrannus exercitio. Tyrannus absque titulo eſt qui ſine juſto vel electionis, vel ſucceſſionis titulo, aut æqua belli cauſa, vi apertra, vel malis artibus absq; populi conſenſu Remp. invadit. Tyrannus exercitio eſt, qui juſto quidem titulo regnum adeptus eſt, ſed degeneravit, atque contra jus, & fas tyrannicè imperat. Non verò protinus cenſendus aliquis eſt Tyrannus exercitio, qui in aliqua gubernationis parte labitur, ſed qui conſultò, & malitioſè ſacra profanis miſcet, & Remp. evertere ſtudet. Cognoſci verò, & declarari Tyrannus debet in generali omniũ Ordinum conventu, per Ephoros, vel Officiarios regni, Principes, Pares, Patricios, Optimates, vel his deficientibus per Vindices, & Defenſores publicos ad hoc ipſum à populo conſtitutos, qui facta Tyranni proponant, examinent, & dijudicent absque affectu, & perturbatione *vol.1.d.22.l.*V.4.*vol.4.d.13. l.*qqq.4.

Tyrannicè qui imperat, id eſt, qui imperat, eo privari poteſt, quamvis hoc negandum videatur ſi ſit legitimus Princeps vide ſupra, & infra dictas diſtinctiones: videtur tunc populum in Principem animadvertere poſſe, quando is quid committit, quo ipſo jure regno privatur. Certè Imperii Principes ſi jurisdictione, & poteſtate ſua abutantur, eosque ſævitiâ premant, poſſunt à Cæſare, vel Camera banno, aliisq; graviſſimis pœnis coërceri, imò etiam jurisdictione ſua privari *volum.1.d.2.l.*O.3.*vol.2.d.3.l.i.3.vol.4.d.13. l.qqq.4.vol.5 d.17.l.aaaa.2.vol.6.d 3.l.*Ii.1.2. Bb.1. vide Subditus.

Tyrannus absq; titulo interfici à quovis poteſt: Tyrannus exercitio à nemine privato, ſed unusquisque ipſius jugum ferre patienter debet, & auxilium, liberationemque divinam præſtolari. Ordines tamen Regni ſimul conjuncti obſtinato Tyranno, & inprimis illi, qui eſt ſine titulo, ac etiam illi qui eſt exercitio audacter reſiſtere, eumque occidere poſſunt *volum.1.d.22.l.*V.4. *vol.2.d.7.l.*cEe.2.3.4. *vol.4 d.2 l.*h.2.4.i.1.2.

Tyrannorum acta valent, eorum tamen interfectores in cœlo collocantur: item reſcripta ſi legitima ſint. Reſcripta tamen, & privilegia Wenceslai Cæſaris antiquata ſunt *vol.2.d.3.l.i.4.*

Tyranni vis tacito conſenſu non approbatur, cui reſiſti non poteſt *vol.2.d 3. l.i.4. vol.5.d.17.l.*llll.1.

Tyranni, qui plerunque ob tyrannidis, injuſtitiæque reprehenſionem viros ſanctos, & innocentes occidunt, recenſentur inter homicidas voluntarios *volum.2. d.22.l.*AA.4.

Tyranni vis tacito ſubditorum cõnſenſu non approbatur, cui reſiſti non poteſt, etiamſi ſubditi pacti quodammodò fuerint ſubjectionem: cum ad populationem,

nem, & prædam avertendam impunè fidelitas Tyranno promittatur *vol.5. d.17. l.*lllI.1.

V A.

VAgabundi communi ſecuritate indigni cenſentur *vol.2.d.7.l.*dDd.4.

Variatio, dolum, calumniam & ſuſpicionem falſi arguit, quare varietati non credendum *vol.5.d.23.l.*nnnnn.3.

Vaſallus in fundis feudalibus etiam religionem, politiam, cæteraque mutare poteſt non attento Domini proprietatis permiſſu, quia privilegia hæc perſonæ adhærent, nec glebæ: nec in iſta juriſdictione perturbari debet, quò minùs res pro lubitu verſet, & in omnibus cauſis ſibi ſubjectis tam in prima quàm ſecunda inſtantia cognoſcat *vol.2. d.3.l.*l.3. *&* n.1.

Vaſallus Cæſaris ſubjicere ſe alteri, Imperioque eximere volens, non poteſt, quod dicendum de omni Vaſallo, qui id tentat in præjudicium primi Domini *vol. 2.d.3.l.*m.1.

Vaſallus Vaſalli mei, non eſt meus Vaſallus *vol.6.d.3.l.*Cc.3.*d.*8.*l.*Iii.1. ubi dicitur contrarium *ibid.*

Vaſallus non capit jus à proximo defuncto, ſed à primo feudi acquirente *vol. 6.d.*10.*l.*Ooo.4.

Vaſallum inſcium & invitum Princeps in inferiorem alienare nequit: ita Cæſar non poteſt mutare Statum, aut minuere honorem veterum Vaſallorum *vol.2.d.3. l.*m.2.

Vaſallo invito Dominus caſtrum in neceſſitate cuſtodire poteſt, modò id fiat ſine fraude *vol.6.d.3.l.*Ee.2.

Vaſallum eſſe non eſt ſtatus perſonæ, ſed patrimonii qualitas, ejusque obligatio (licet præſtationes quaſdam perſonales producat) realis, non perſonalis cenſetur *vol.2.d.3.l.*n.1.

Vaſallo præſertim illuſtri Dominus feudum ejusque connexa, Juriſdictiones, Regalia, non cumulativè ſed privativè concedere conſuevit, hinc viget proverbium, quod vivente & vigilante Vaſallo Dominus obdormiſcit: ita ut dominus directus non habeat amplius facultatem exercendæ juriſdictionis in terrâ infeudata, nec vim diſponendi de rebus vaſalli, aut ſubvaſallos in jus vocandi, deque iis ſtatuendi: nec ullus hic præventioni locus eſt, quippe cum omnium Dominorum interſit, cognitionis gradu ſerieque non privari: Itaque Princeps ſubinfeudans per ſubinfeudationem omnia ea transfert, & abdicat, quæ à Cæſare acceperat, etiam ſuperioritatem ipſam, præcipuè ſi feudum perſonæ illuſtri conferatur. Sic primus Dominus feudi inveſtiendo Vaſallum retinet civilem poſſeſſionem, clientique naturalem tribuit: Vaſallus iſte, ſi iterum feudum acceptum ſubinfeudet, nullam penitùs poſſeſſionem reſervat, nec utilem aut naturalem, quia conſtituendo ſubvaſallum transmovet in eum utile dominium, ipſamque, quam ipſe ſolam habuit, naturalem poſſeſſionem, manentque duntaxat umbra, reliquiæ, veſtigia utilis dominii penes ſubinfeudantem, videlicet fidelitas, ſervitia vaſalli, ſpes ſuccedendi. Inde cognitiones aut appellationes non diriguntur ad vaſallum ſubinfeudantem, tum ob ſubvaſalli dignitatem, tum quod ei, velut mandatario omne jus adminiſtrandæ ju-

ſtitiæ tacitè ceſſum ſit *vol.2.d.3.l.n.1.* & *2. d.* 8 *l.S.*4. & T.1. hic tamen reſervata Cæſaris excipiuntur, quæ ſpecialem requirant conceſſionem *ibid.*

Vaſalli dominus plerunque in infendatione feudi dominium directum, imò, & ſuperioritatem ſibi non ſolum in Vaſallum, ſed & in Vaſalli ſui ſubditos à feudo ſuo dependentes reſervat: ita ut querelas ſubvaſallorum audire, & Vaſallum ſuum ad juſtitiam ſubvaſallis adminiſtrandam omnibus mediis cogere poſſit *vol 6.d.*8.*l.*Iii.1.

Vaſallus etſi Domino juret, reverentiam, obſequium, auxilium, conſilium & ſervitia: ad ea tamen non tenetur in illis, quæ juri divino & naturali ſunt contraria: nec contra ſeipſum, nec adverſus Cæſarem, Regem, & ſuperiorem non recognoſcentem, nec antiquiorem Dominum, aut patriam, nec contra Patrem, filium, aut fratrem, niſi hi patriam aut religionem oppugnent *vol.2.d.*18.*l.*T.1. & 2. vide inferius.

Vaſallus nec per præſcriptionem mille annorum libertatem à ſervitiis Domino debitis acquirit, niſi interpellatus ſervire recuſet, & Domino poſſeſſionem intervertat *vol.3.d.*5.*l.*hh.1.

Vaſallus fundo feudali ſervitutem realem imponere poteſt *vol.*4.*d.*27.*l.*R.4. in Corollar.

Vaſallus nulla veniæ impetratione præcedente, Dominum feudi in jus vocare poteſt *vol.*4.*d.*31.*l.*BB.4. *vol.*5.*d.*42. *l.*III.1. *vol.*7.*d.*8.*l.*mm.3.

Vaſallis collectæ imperare poſſunt in caſu inſolito, & urgenti neceſſitate *vol.*5. *d.*19.*l.*aaaaa.1.

Vaſalli delictum feudo privat etiam ipſius deſcendentes *vol* 5.*d.*28.*l.*iiiii.3.

Vaſallos ligios ſolus Cæſar & ſupremus Princeps habere poteſt *vol.*5 *d.*35. *l.*BB.3.

Vaſallus ſi cum Domini uxore concubuerit feudum amittit, ſecus ſi cum ipſius vidua, *volum.*5.*d.*35.*l.*BB.3. vide in verbo Feudum.

Vaſallus ſi feudum ſine conſenſu Domini alienaverit, id amittit, nec pœnam caducitatis, aut privationis evadit, etſi id incontinenti recuperet *vol* 5.*d.*35.*l.*BB.4.

in Vaſalli tamen generali alienatione non continetur feudum, niſi id dictum ſit *vol.*7.*d.*9.*l.*nn.3.

Vaſallus ſi partem feudi ſine conſenſu Domini alienarit, ea ſolum parte cadit, non toto *vol.*5.*d.*34 *l* BB 4.

Vaſalli bonis publicatis propter delictum ab eo commiſſum, feudum tamen non confiſcatur, ſed vel ad Dominum, vel ad agnatos, imò aliquando ad ipſum vaſallum pertinet *vol.*5.*d.*35.*l.*BB.4.

Vaſallus ſine permiſſu Judicis Dominum in jus vocare licitè poteſt, de quacunque re, ſive feudali, ſive ſua allodiali ſit controverſia *vol.*5.*d.*35.*l.*BB.4. *d.*42. *l.*III.1.

Vaſallus inter pares Curiæ judicare debet *vol.*5.*d.*39.*l.*II.4.

Vaſallus Dominum juvare debet conſilio, & auxilio ſecundum ſex illa requiſita, INCOLUME, TUTUM, HONESTUM, UTILE, FACILE, POSSIBILE, idque tam pacis quàm belli tempore, nec ſolum ad defendendum, ſed & offendendum alterum, modò belli cauſâ juſta atque honeſta ſit, bellumque legitimum

*vol.*5.

*vol.5.d.42 l.*III.1.*d.*44.*l.*SSS.1 2. *vol.6.d.3. l,*Cc.4.*d.*8.*l.*Hhh.1.

Vaſallus etiam non requiſitus Dominum adjuvare debet,quando is in extremo periculo conſtitutus eſt, aliâs feudo cadet *vol.6.d.3.l.*Ee.2.

Vaſallus Dominum juvare non tenetur,quàm ſi de hoc à Domino ſuo requiſitus, & interpellatus ſit, etiamſi ſciat Dominum opus habere ſuis ſervitiis. Requiſitus autem hoc modo cum ſuo auxilio comparere cogitur,& quidem in propria perſona *volum.5.diſp.*42.*l.*III.2 *d.*43. *l.*PPP.3. *vol.6.d.*3.*l.*Ee.2. quod ſi non facit,feudo cadit *vol 6.d.*3.*l.*Ii.1.

Vaſallus Dominum etiam procul à patria in prælium euntem,modò juſta belli cauſa ſubſit,comitari tenetur *vol.6.d.3. l.*Dd.4.

Vaſallus per ſubſtitutum regulariter ſervire non poteſt *vol.5 d.*42.*l.*III.2.

Vaſallus ſive per ſe, ſive per ſubſtitutum, fidelis Domino ſerviat,regulariter, id propriis ſumptibus præſtare debet *vol.5.d.*42.*l.*III.2.*d.*44.*l.*SSS.2. *vol.6.d.*3. *l.*Ee.3.

Vaſallus Dominum excommunicatum & bannitum juvare non tenetur, donec reſtituatur *vol.5.d.*44 *l.*SSS.2.

Vaſallus ſi duos Dominos habuerit,& hi inter ſe bellum gerant,tunc ſerviet antiquiori, ſi offendatur, vel utrique per ſubſtitutum,ſi ſit par ratio,vel uni in propria perſona,alteri per ſubſtitutum *vol.5. d.*44.*l.*SSS.2.

Vaſallus licitè contra Dominum ſe defendere poteſt,ſi Dominus eum perſequi, & offendere velit *vol.5.d.*42 *l.*III.2.3.

Vaſallus feudum ſine conſenſu Domini alienans, perdit *vol.1.d.*12.*l* F.1. vide in verbo Feudum.

Vaſallus graviſſimam committens feloniam,quamvis ipſo facto beneficio ſuo cadat,tamen poſſeſſione ſua ejici,niſi per ſententiam declaratoriam non poteſt *vol.6.d.1.l.*C.2.3.*d.16.l.*Dddd.2. *vol* 7.*d.*3. *l* k.4.

Vaſallus & ſubditus toto cœlo diſtinguuntur,& plus eſt eſſe ſubditum,quàm Vaſallum,Major,ut Cæſar & Papa,alterius Principis Vaſallus eſſe poteſt,ſubditus haudquaquam &c. *vol.2.d.3.l.*L.3.*vol.5. d.*17.*l.*eeee.4.

Vaſallus,& Cliens multum inter ſe æquiparantur,& ab uno ad alium fit optimum argumentum *vol.6.d.3 l.*Ii.3.

Vaſalli,quà tales,ad Collectas non tenentur, adeò, ut ſi Vaſallus indebita etiam ſervitia præſtiterit, non præjudicet poſteris, utpote quæ præſumptione impreſſionis extorta ſint:nam duplici onere gravari non debent. Oneris autem ſatis eſt, quòd Vaſallus periclitandi Domino ſuccurrere, ad nomina reſpondere,equo, & armis pro Principe pugnare teneatur *vol.2.d.3.l.*I.3.

Vaſallus crimen læſæ Majeſtatis non committit, uti ſubditus illius tenetur; imò Dominum feudi, etiam in controverſia feudi,ſine veniâ non modò in jus vocare,ſed etiam edicto Unde vi adverſus eum experiri,imò ſpoliantem deprædari, proſcriptionisque pœnam in eum urgere poteſt *volum.2.d.3.l.*I.3. *vol.4.d.*13. *l.*qqq.3.*d.*31.*l.*BB.4. *vol.5.d.42.l.*III.1.2.& KKK.3.

Vaſallus per Procuratorem in fidem recipi poteſt, cum ſubditus ipſemet in verba

Digitized by Google

verba Domini jurare teneatur, nec alium muneris vicarium ſubſtituere poſſit *vol.2. d.3.l.l.3.* Juramentum tamen illud fidelitatis præſtare tenetur, aut ipſe, aut procurator, pacto ramen remitti à Domino poteſt Vaſallo *vol.2.d.15.l.*K 3. & *d.16.l.*L.3. *volum.5.d.17.l.*rrr.3. & kkkk.1. *vol.2.d.20. l.*X.4. *volum.5.d.42.l.*GGG.4.III.1.2.*d.44. l.*RRR.4.SSS.1.

Vaſalli Dominus illius judex eſt, ſolùm in illis rebus, quæ ad conſtitutionem, conſervationem, & privationem feudi pertinent, & hoc obtinet, etiamſi perſonæ vaſallorum ſint illuſtres, *vol2. d.3.l.*l.3. *vol.4.d.2.l.*m.3.

Vaſallus, quà Vaſallus, Jurisdictionem Domini non recognoſcit, quoad actiones perſonales, ex contractibus, aut delictis, aliisve ex cauſis deſcendentes: poteſt iterum mutare in fundis feudalibus religionem, politiam, cæteraque munia, non attento Domini proprietatis permiſſu, quia privilegia hæc perſonæ adhærent, non glebæ, nec perturbari debet, quò minùs res pro lubitu verſet, & in omnibus cauſis ſibi ſubjectis tam in prima quam in ſecunda inſtantia cognoſcat *vol. 2.d.3.l.*l.3.

Vaſalli rebellio dominii utilis, privatione punitur, ſubditi privatione directi *vol.2.d.3 l.*l.4.

Vaſallus à fidelitatis nexu liberatur, ſi ſenior in eum feloniam committat *vol.6. d.8 l.*Hhh.4.

inter Vaſallum & Dominum paritas quædam eſt & obligationis reciprocatio *vol.2.d.3.l.*l.4. *vol.1.d.11.l.*xx.4. ita ut ſicut Vaſallus feudum, ita nec Dominus ipſum invitum alienare poſſit *ibid. volum.6. d.3. l.*Hh.1. ſic & reliqua reciproco modo obſervare debent: Nam ſi Dominus vaſallo promiſſa non præſtet, nec Vaſallus tenebitur *vol.6.d.3.l.*Hh.1.*d.*8.*l.*Hhh.1.

Vaſallus Domino feudo, non Imperium, non Jurisdictionem, ſed ſolum nexum feudalem acquirit *vol.2.d.3.l.*m.2.

Vaſallus feudi privari poteſt, ſi id, aut aliquam ejus conditionem inficietur *vol. 2.d.3.l.*m.3. aut alium pro Domino agnoſcat, *ibid. vol 5 d.42.l.*III.4.*d.43.l.*NNN.1. *vol.6.d.16.l.*Ffff.3.

Vaſallus Principis inferioris, ſi Cæſarem pro Domino agnoſcat, non ilicò commiſſum cadit *vol.2.d.3.l.*m.3.

Vaſallus amittit feudum, ſi ſubditos, quos cum feudo accepit, atrociter, peſſimè & tyrannicè tractet, quibus autem modis id fieri poſſit, vide *ibid. vol.5 d.43. l.*NNN.4.OOO.1. *vol.6.d.*8.*l.*Hhh.3.4.

Vaſallus feudum Domino etiam invito reſignare poteſt *vol.2.d.6.l.*uu.1. *vol.5. d.42.l.*HHH.4.

Vaſallus Dominum nec aſſalire, nec arma contra eum ſumere, nec illi inimicitiam denunciare poteſt, quòd ſi verò horum quid faciat, feudum amittit, nec etiam hoc poteſt etiamſi feudum Domino reſignet *vol.2.d.6.l.*uu.1.

Vaſallus contra Dominum teſtimonium dicere nequit, nec poteſt ab ipſo juramentum calumniæ deſiderare *vol.5. d.42.l.*III.1.

Vaſallum maximè decet taciturnitas, ita ut ſecreta Domini conſilia revelare non poſſit *vol.5.d.42.l.*III.1. vide, ubi de fœminarum in feudis ſucceſſione agitur *d.43.l.*OOO.3.4.

Vaſallus ſi in Dominum feudi manus injece-

injecerit, ſicque illius ſecuritatem violaverit, feudo privatur ob id, vice autem verſa & Dominus ſecuritatem vaſalli lædere non debet, alioquin proprietate excidit, imò gravius coërceretur delictum Domini, quia Vaſallo delinquente feudum, ſi paternum ſit, ad agnatos devolvitur, (ſi tamen in ipſum Dominum delinquat vaſallus, id Domino accreſcere verius eſt) at proprietas Domino ablata indiſtinctè accreſcit vaſallo, ſive in hunc, ſive in alium deliquerit Dominus *vol.2. d.7.l.*mMm.4.

Vaſallus contra Dominum actione ſpolii experiri non poteſt *vol.2.d.17.l.*N.4. *vol.6.d.8.l.*Hhh.3.4.

Vaſallus Dominum feudi contra patrem defendere poteſt *vol.2.d.24.l.*DD.4. & EE.1.3. *vol.3.d.11.l.*H.3.

Vaſallus ſuccurrat Domino, & defendat Dominum præ omnibus, non tantùm in prælio campeſtri, in quo ſi Dominum nec mortuum, nec vulneratum reliquerit, feudo privari poteſt, ſed etiam in prælio privato, ſeu rixa, quod ſi vaſallus Dominum non aliter, niſi cum ſummo & apparentiſſimo mortis ſuæ periculo defendere poteſt, tùm ipſi ſaluti ſuæ conſulere permiſſum *vol.2.d.24.l* EE.3. præ omnibus fratribus, cognatis *volum.3.d.11.l.*H.3. non tamen contra patrem, patriam, & religionem *volum.4.d.2.l.*m.4. *vol.5.d.42. l.*III.1.2.3. KKK.1.*d.44.l.*SSS.1.2. *vol.6.d.3. l.*Aa.3.Dd.2.

Vaſallus, ſi ob proprii corporis defenſionem, Dominum feudi vel læſerit, vel occiderit, feudo privari non poteſt *vol.2. d.24.l.*FF.4.*vol.4.d.2.l.*n.1.*vol.5.d.42.l.*III.2. 3.*d.43.l.*LLL.4.

Vaſallus, quamdiu poſſidet, præſcriptio ſervitutis aut alterius oneris, per ipſorum factum impoſiti, contra Dominum, aut agnatos, antequam iis ſucceſſio delata fuit, non currit, niſi immemorialis, & hoc de tali præſcriptione accipiendum eſſet, ubi & agnatus, & Dominus rem fuiſſe liberam, nulla ratione probare poſſent *volum.2.d.31.l.*QQ.1.*vol.5.d.42. l.*HHH.4.

Vaſallus meliorem feudi conditionem facere poteſt: Deteriorem autem ſine Domini voluntate, aut eorum agnatorum, ad quos per ſucceſſionem pertinet, non poteſt *vol.6.d.16.l.*Ccc.1.

à Vaſallo Dominus conventus, ſi ſe dominum neget, dicendo, rem controverſam eſſe allodialem, aut vaſalli morte ſibi apertam, nec ad filiam tranſire, an hæc exceptio coram paribus, an ordinario loci Judice tractanda ſit, dubitatur: & ſic reſpondetur: etiamſi non ſit aliunde Domini vaſallus actor iſte contendens, ipſe tamen Dominum cogere poteſt, abuſivè inveſtire, ut ſic Pares cognoſcant *volum.2. d.31.l.*QQ.2.

Vaſallus Domino de bene utendo, nullam cautionem præſtare tenetur *vol.2. d.31.l.*QQ.2.

Vaſallus ob ingratitudinem non ſolum feudum amittit, ſed etiam omnia augmenta, & ædificia *vol.3.d.1.l.c.1.*

Vaſallus cum Domini ſui hoſtibus amicitias copulare prohibetur, & contra faciens hoſtis Domini factus eſſe creditur, & feudo privatur *vol.6.d.3.l.*Aa.3.

Vaſallus, ſi juſto metu coactus, amicitias cum hoſtibus Domini contrahat, feudo privandus non eſt *vol.6.d.3.l.*Aa.3.

Vaſallus in poſſeſſione fundi feudalis conſtitutus, etiam contra Dominum ſi eum poſſeſſione vel quaſi turbet, aut gravet, ut & Domino non tantùm ſi ipſe à tertio ſive extraneo aliquo, in Jure ſuo directo, verùm etiamſi in quaſi poſſeſſione Juris ſui à Vaſallo turbetur, interdicto Uti poſſidetis, uti licitè poteſt *vol.3.d.3. l p.3.*

Vaſallus rem feudalem naturaliter poſſidere dicitur *vol.3.d.3.l.*p.3.

Vaſallus ſi in feudo vectigal novum inſtituat, feudo privari poteſt *volum.3.d.5. l.*rr.1.

ſi Vaſallus duobus Dominis Jurejurando ſe obſtrinxerit, atque ab utroque, uno, eodemque tempore requiſitus fuerit, tunc antiquiora ſua ſervitia deferre debet *vol.3.d.11.l* H.3. *vol.6.d.3.l.*Aa.3.

Vaſallus Domino bannito, vel excommunicato ſervitia ſua præſtare non tenetur *vol.3.d.*11.*l.*H.3.*vol.5.d.*42 *l.*III.1.

Vaſallus etſi feudum Domino refutaverit, eum tamen ſine perjurii reatu offendere non poteſt, non tamen vetatur eum in jus vocare, & interdictum Unde vi, ſi opus fuerit, intentare, quia hoc modo Dominus nullam infamiam incurrit, cùm nullum interdictum hodiè infamet *vol.3.d.11.l.*H.3. *vol.5.d.42.l.*III.1.

Vaſallus propriis ſumptibus ſervitia præſtare debet, ſi feudum magnum ſit, non tamen extra patriam *vol.4.d.2. l.*n.1. tenor tamen inveſtituræ valde eſt inſpiciendus *volum.5.d.*14.*l.*mmm.4.in Coroll. *d.*42.*l.*III.2.*d.*44.*l.*SSS.2.*vol.6.d.3.l.*Dd.4, Ee.3.4.exceptis Futter/Mahl/vnd Hufſchlag: ubi & alias diſtinctiones vide *ibid.*

Vaſallus Domino ſi ad inopiam redactus fuerit, alimenta pro facultatum modo præſtare tenetur *vol.4.d.2.l.*n.1.

Vaſallus & ſubditus inter ſe comparantur: ſed tamen diſtinguuntur, quia vaſallus dicitur ſubditus ratione fidelitatis, non ſubjectionis *vol.4.d.9.l.*xx.3.

Vaſallus & fructuarius inter ſe æquiparantur: tamen plus Juris habet Vaſallus, nam dominium utile ad heredes transmittit *vol.4.d.9.l.*xx.3.

ſi Vaſallus in mulctam aliquem condemnet, isque appellet: judex verò appellationis condemnatoriam confirmet ſententiam, talis mulcta, quamvis ex confirmante, & non confirmata agatur ſententia, non Principi, ſed Vaſallo applicatur *vol.6.d.3.l.*Gg.1.2.

Vaſallus, ſi juramentum non ſervet, illicò feudum jure ipſo non committit. *vol.4.d.13.l.*qqq.3.

Vaſallus propriiſſimè rejectis aliorum opinionibus, à verbo Vaſſen/ id eſt, ligare deducitur *vol.5. d.42. l.*AAA.2.3. vide plura de vaſallis in verbo Feudum.

Vectigalia nova ſolus Cæſar indicit: Itaque qui ex aliis inferioribus Principibus vel nova inſtituit, vel vetera auget, contra eum continuò mandatis pœnalibus, etiam ſine clauſula proceditur *vol.2. diſp.4.l.y.1.d 6.l.*tt.1. Imò Cæſar nec hoc nunc abſque Electorum conſenſu facere poteſt *ibid.d.7.l.*zz.1.& aAa.1. *vol.3 d.5. l.*bb.3.& 4.& cc.1.& 2.& rr.1.& 2.ubi pœnas vide *vol.4.d.5.l.*r.1. & 2. *d.*12. *l.*hhh.2. *d.*13.*l.*rrr.1.*d.*17.*l.*gggg.2. *vol.5.d.1.l.*d.2. *d.*12.*l.*ggg.3.*d.*30.*l.*zzzzzz.3. *volum.7.d.9. l.*qq 3.

Vectigalia igitur, qui nova inſtituunt, contra

contra eos, mandata ſine clauſula in Camera decernuntur *vol.7.d.9.l.*qq.3.

Vectigalia non parum commerciorum, & viarum publicarum uſum impediunt *vol.2.d.7.l.*yy.4. *vol.3.d.5.l* hh 2.

Vectigalia exigere non poteſt, niſi qui tale jus ex privilegio Principis, vel præſcriptione (quæ in jure iſtiusmodi formato acquirendo, 40 annorum, ad idem verò demum formandum immemorialis requiritur) quæſitum habeat, ſicut hodie plerique ferè Principes & Status Imperii ex privilegio, aut præſcriptione quæſitum habent *vol.2.d 7.l.*zz.1.*vol.3.d.5.l.*cc.1. 2.3.& 4.dd.1.2.& 3.4 & ee.1.2.& 3. *vol.*4. *d.*19.*l.*pppp.1.*vol* 5.*d.*21.*l.*kkkkk.1.

Vectigalium exactio injuſta non eſt, cum ad Dominos cujuscunque territorii vel civitatis pertineat, refectio viarum, & pontium, item præſtationes annuæ ad communes neceſſitates, pro Rebuspublicis, ſcholis, Eccleſiis, Theatris, muris &c.*vol.2.d.7.l.*zz.3. Itaque qui illis præſunt, ea etiam juſtè, licitè & ſine peccato exigunt *vol.3.d.5.l.*ii.2.& ll.1.& nn.3.& 4. & oo.4. ubi pulchrè.

Vectigalium Domini loca tuta, viasque, ac innoxium, & indemnem præſtare debent tranſitum *vol.2.d.7.l* zz.3. *vol.3. d.5.l.*nn.3.& 4. etiam contra prædones & graſſatores *ibid.l.*oo.1. ubi pulcherrimè & oo.2. niſi mercator viis inſolitis, & nocturnis utatur *ibid.* quin tunc etiam punitur ceu vectigalium fraudator *ibid.l.*ss.1. *volum.*5. *d.*4. *l.*ee.2. *d.*20. *l.*ddddd.2.*d.*21. *l.*kkkkk.1.

Vectigalia etiam ſunt alia fluviatica, alia maritima: non princeps terræ dominium etiam maris, terræ adjacentis uſq; ad 20. milliaria habet; ſed quicunque his vectigalibus utitur, ubique jus quæſitum aut ſummi Principis conceſſione, aut præſcriptione habere debet *volum.2.d.*7. *l.*aAa.1.&.2. ſic ſolvuntur vectigalia alia ratione portus, alia ratione trajectus *vol.* 3.*d.*5.*l.*aa.3. *ibid.l.*mm.4. *vol.4.d.5.l* t.1.2, *d.*19.*l.*pppp.1.

Vectigalia ſolvuntur & pro rebus etſi non venalibus, & pro perſona, liberi tamen ſunt Scholares, & Clerici, *vol.2.d.*7. *l.*lLl.3. *vol.3.d.5.l.*aa.3.

Vectigalia omninò à Mercatoribus & omnibus qui mercium transferendarum curam gerunt, ſolvi debent, quod ſi non fiat, res non ſolùm in commiſſum incidit, ſed ſtatim & ejus eſſe deſinit, qui crimen commiſit, reique dominium vectigali acquiritur: eaque propter commiſſi perſecutio, ſicuti adverſus quemlibet poſſeſſorem, ſic adverſus hæredem quoque competit: tamen ſi intra quinquennium committens, non interpelletur, res amplius vindicari non poteſt in tantùm ut etiam celantes merces, vectigali non obnoxias, puniantur *vol.1.d.15.l.*L.4. *vol.2.d.7.l.*zz.1. & 2.3.& 4. ubi latiſſimè *vol.3.d.5.l.*pp.1.2. 3. & 4. ubi itidem latiſſimè & rr.3. & 4. *vol.6.d.2.l.*L.3.

Vectigalia & pedagia ſolventes, ſub tutela Domini ſunt, adeò quidem, ut ſi quid damni ipſis in via publica contingat, dominus ad ejus præſtationem teneatur *volum.1.d.15.l.*L.4.*vol.2.d.7.l.*zz.2. *vol.3. d.5.l.*nn.4.& oo.1.& 2. ubi pulchrè, niſi mercator viis inſolitis & nocturnis utatur *ibid.* & qq.1. ubi etiam punitur *ibid. l.*ss.1.

Vectigalium exactores injuſtè auri-

Digitized by Google

gas, qui vinum aut cereviſiam vehunt, cogunt, ut ipſis aliquid ex hiſce liquoribus diſtribuant *vol.2.d.7.l.*zz.3. *vol.3.d.5. l.*mm.3. *vol.7.d.9.l* qq.4.

Vectigalia auriga etiamſi nihil vehat, ſolvere tenetur, modò jus vectigalis in loco, ubi exactio fit, vel conceſſione, vel præſcriptione quæſitum ſit *volum.2.d.7. l.*zz.3.

Vectigalia ſi in ponte conſtituta ſint, & pons pereat, & ea intereunt, ſin pons reficiatur, & ea in integrum reſtituuntur *volum.2.d.7.l.*zz.3. *vol.3.d.5.l.*nn.1. & 2.

Vectigalia etiam pro ſolo perſonæ tranſitu exigi poſſunt *vol.2.d.7.l.*zz.3. & 4. ubi latè.

à Vectigalibus exempti ſunt Illuſtriſſimi, Illuſtres, Generoſi, Nobiles *volum.7. d.9.l.*qq.4.

à Vectigalibus exempti ſunt Principum, Cameræ, & Parlamentorum Conſiliarii, Aſſeſſores, Fiſcales, Secretarii, & ſimiles *volum.7.d 9.l.*qq.4. *volum.5.d.12. l.*ggg.3.

à Vectigalibus exempti ſunt Clerici *vol.2.d.7.l.*zz.3. uti & Equites ſacri *vol.3. d.5.l.*ee.3. & 4. *vol.5.d.12.l* ggg.3. *vol.7.d.9. l.*qq.4.

à Vectigalibus exempti ſunt Profeſſores, Scholares, Academici *volum.7.d.9. l.*qq.4.

à Vectigalibus exempti ſunt Naviculariі, ſeu Naucleri, qui publicè annonæ vehendæ causâ ſerviunt *vol.7.d.9.l.*qq.4.

qui à Vectigalibus exempti ſunt, ii tamen invecta profiteri apud Publicanum tenentur, aliàs ea in commiſſum cadunt, pœna propria defraudati vectigalis, qua ſtatim rei dominium amittitur, in poſſeſſione tamen auferenda, ſententia opus eſt *vol.7.d.9.l.*qq.4.

Vectigal eſt onus mercium, quæ transferuntur, non mercatorum: at paſſagium unius ſolæ perſonæ, & pedagium, eſt perſonæ onus, ejus libertatem in transeundo reſtringens: itaque illud juſtum, hoc injuſtum videtur, nam perſona non ita vias deteriorat, ſicuti vectura *volum.2. diſp.7. l.*zz.3.4.

Vectigalia non ſolùm ſolvuntur pro perſonis, ſed etiam pro rebus, quas ſecum quis non venales, ſed ad ſuum uſum portat *vol.2.d.7.l.*zz.3. & 4.aAa.1.

Vectigalium verò immunitas ob Reipublicæ rationes, haudquaquam facilè concedenda *vol.7.d.9.l.*qq.4.

Vectigal ſi quis per ignorantiam non ſolverit, idque juramento confirmare paratus ſit, audiendus eſt *vol.2.d.29.l.*OO.3. *vol.6.d.2.l.*L.3.

Vectigalia alia ſunt Salinarum, alia Metallorum & Piſcariorum *volum 3.d.5. l.*aa.3.

Vectigalia Princeps absque juſtiſſima cauſa inſtituere non debet, & cavebit, ne id fiat ſine urgente neceſſitate, tum ne cum ſubditorum, quantum fieri poteſt, injuria *vol.3.d.5.l.*aa.4.bb.2. ubi pulcherrimè, imò cum ſubditorum conſenſu, *ibid. l.*cc.1.

Vectigal illud grave non reputatur, quod conficitur ex iis rebus, quæ ad civium mores corrumpendos, & quæ ad luxum & libidinem ſpectant, conficitur *vol.3.d.5.l.*aa.4.

Vectigalium gravitas ſæpiſſimè inteſtinis ſeditionibus cauſam dedit *vol.3.d.5. l.*bb.2.

Vecti-

Vectigal propriè, ſtrictéq; ſumptum, eſt onus reale, quod ob vecturam mercium fiſco penditur *vol.3.d.5.l.*bb.3. In genere verò omnem cenſum ſignificat *ibid.* Frequentiùs tamen reditus ex locatione, vel quacunque alia re fiſco illatos denorans: muneris verò appellatione vectigalia non comprehenduntur *volum.3.diſp.5.l.*bb.3.

Vectigales agri nominabantur hi, qui ita locari conſueverant, ut conductori, ejusque ſucceſſoribus, quoad penſionem Reipublicæ ſolverent, in perpetuum utendi, fruendi jus eſſet, & in communi dividundo judicium veniebant, non ut per regiones dividerentur, ſed uni pecunia, alteri fundus, cauſa effugiendæ confuſionis præſtationum, adjudicabatur *vol.3.d.5.l.*bb.3.

Vectigalia imponendi Jus, imò jam impoſita, inter Regalia, quin inter Reſervata Principis recenſentur *vol.3.d.5.l.*bb.4. & dd.2. *volum.5.d.12.l.*ggg.3. *volum.7.d.9.l.*qq.3.4.

Vectigal quod ad tempus præſtari debitum, nondum verò uſucaptum eſt, poſtliminio revocari poteſt *volum.3.d.5.l.*bb.4.

Vectigalium jus, gratia, & conceſſio, à Cæſare alicui conceſſa, alteri ab hoc vendi non poteſt *vol.3.d 5.l* dd.1.

ſi Vectigalium exigendorum jus quis poſtulet, omnes negotii circumſtantias in ſupplici libello narrare debet. Itaque imprimis exprimenda ſunt onera eorum, in quorum præjudicium vectigal imponi petitur, adeoque narrandum eſt, locum ubi vectigalis jus dati poſtulatur, aliis pedagiis gravatum non eſſe, & benefactu-rus eſt, qui Commiſſarios petat, qui in rem præſentem veniendo, omnia diligenter inſpiciant, qua inſpectione præviâ, conceſſum privilegium à vicinis impugnari non poteſt. Commiſſarii tamen, ſi partem adverſam citare negligant, nulliter procedunt *vol.3.d.5.l.*dd.1.

Vectigalia in feudum dati poſſunt, ſed in alieno territorio invito ejus domino non poſſunt, quamvis vectigalia ſine territotio in feudum concedi poſſint, ubi pulchrè *vol.3. d.5.l.*dd.2.& 3.

Vectigalia territorio inſunt, eique cohærent: tanquam nebula paludi *vol.3.d.5.l.*dd.3.

de Vectigalibus inveſtitus, eorum reſpectu ab Imperio ſubditus immediatus cenſetur, & commodum ea percipiendi plenè ſolus nanciſcitur *vol.3.d.5.l.*dd.3. ſed hi effectus tum ſequuntur, ſi verè aliquis inveſtituram accepit, nam recognitio nuda, quâ quis in feudum tenere ſe vectigalia fatetur, titulum legitimum eadem exigendi non ſubminiſtrat *ibid.* & *l.*dd.4. ubi pulchrè.

Vectigalia præſcriptione immemoriali, ut dictum eſt, acquiri poſſunt, quæ probatur inſtrumentis & teſtibus, etiam ex univerſitate Jus vectigalis percipiendi ſibi adſerente, productis, qui, quod ipſi viderint, aut audiverint à ſenioribus, vectigalia illic loci citra cujusquam contradictionem exigi, & exacta fuiſſe ſemper, de eoque fuiſſe communem famam, nec contrarium obſervatum unquam, deponunt. In qua præſcriptione ſcientiam Principis, ejusque Officialium, aut bonam fidem, cum vice privilegii, & legitimi tituli, talis uſucapio fungatur, mini-

Digitized by Google

anè neceſſariam plerią; arbitrantur *vol.3. d.5.l.*ee.1. & 2.

Vectigalia imponendi jus, an præſcriptione acquiri poſſit, controvertitur, ubi in utramque partem pulcherrimè *vol.3. d.5.l.*ee.3.

Vectigalia imperanda omnibus, nec ullus ab iis immunis eſſe debet *vol.3.d.5. l.*ee.3. & 4.

Vectigalia non ſolvit, cui Princeps gratiam facit, quam gratiam autem Publicani concedere poſſunt, ſi conduxerint, ſecus ſi nudum tantum miniſterium præſtent, nam ſic Fiſcum defraudare non poſſunt, ſi autem immunitatis tempus non ſit expreſſum, tunc id ſeptem diebus durat *vol.3.d.5.l.*gg.2.& 3.

à Vectigalibus immunitas itidem præſcriptione acquiritur, imò absque ejus, contra quem præſcribitur, præcedit *vol.3. d.5.l.*gg.3. & 4. ubi pulcherrimè: & quadraginta anni ad præſcriptionem hanc ſufficiunt *ibid.* & quivis Dominus, qui ſe in poſſeſſione conſervare vult, non ſolventem interpellare debet, & ſic ejus præſcriptionem perturbare *ibid.l.*hh.1. ubi pulchrè.

Vectigalia etiam Princeps in ſuo Principatu imponere poteſt, etſi pacta ſucceſſoria cum altero Principe contraxit, illiusque ſubditis promiſit, ſe nova onera aut vectigalia non impoſiturum *vol.3.d.5. l.*hh.3.

Vectigalium immunitatem quis triginta vel quadraginta annorum ſpatio amittit, ſi quis ſucceſſivè id ſolvat *vol.3.d.5. l.*hh.3.

Vectigalium immunitas, per novorum vectigalium impoſitionem non tollitur, eam tamen expreſsè, ſi præcedens contractus non impediat, revocare Princeps poteſt *vol.3.d.5.l.*hh.4.

Vectigal in Emphyteuſin dari non poteſt *vol.3.d.5.l.*ii.2.

ad Vectigalia conducenda, omnes, qui non inveniuntur expreſsè prohibiti, ut Clerici, Tutores, Minores, Judæi, & ſimiles, admittuntur *vol.3 d.5.l.*ii.3.

Vectigal fraudantium pœnæ, & mulctæ ad eorum conductores pertinent, & quidem ſtatim quando commiſſæ ſunt, licet deinde ſententia deſuper feratur, applicantur eodem tamen jure, quo fiſcus, niſi expreſsè dictum ſit, uti nequeunt, augmentum quoque, uti & damnum ad eos ſpectat *vol.3.d.5.l.*ii.3. & 4. & kk.1. ubi pulchrè.

in Vectigalium Fiſcalium hoc ſingulari Jure receptum, & ante diem ceſſæ ſolutionis, neceſſitate aliqua fiſcum urgente conveniri poſſint, ac in futurum ea reconducere cogi queant. Item ſi ſocietas inter plures contracta ſit, ea morte ſocii non ſolvitur, & quilibet in ſolidum, niſi ex conceſſione Fiſci diviſiſſent, tenetur *vol.3.d.5.l.*kk.1.

à Vectigalibus immunes res ſunt, quæ proprii uſus cauſa, id eſt, victus aut corporis tuendi, colendive gratiâ feruntur, etſi poſtea mutato conſilio vendantur, ex quo apparet, quæ reparandi ædificii gratiâ adducuntur, ſimile privilegium non habere *vol.3.d.5.l.*kk.3.& 4. & ſuas res eſſe juramento, quis, ſi aliæ præſumptiones non impediant, probare poteſt, & juramentum alicui deferri poteſt, etſi literas requiſitoriales ein Freyzettel/ſecum ferat, præſertim ſi prius ſemel ita deceperit, ipſi

autem

autem publicani Juramentum hoc deferre non poſſunt, ſicuti & aliâs res commiſſas realiter apprehendere *vol.3.d.5.l.*kk.4. *&* ll.1.

à Vectigalibus immunis eſt pecunia *vol.3.d.5.l.*ll.2. ubi pulchrè.

à Vectigalibus item immunes ſunt, navis vi tempeſtatis in portum delata: item ruris exercendi inſtrumenta, & res ad exercitum devectæ *vol.3.d.5.l.*ll.3.

Vectigalia multis in locis in delatione hæreditatum, in translatione domicilii, & contractu emptionis, & venditionis imponuntur *vol.3.d.5.l.*ll.3, & 4. & mm.1. 2. & 3.

Vectigalis nomine olim octava pars pendebatur, hodie quantum ſolvi oporteat, ex cujusque regionis conſuetudine addiſcendum eſt: Non autem in ipſis mercibus, ſed in pecuniâ numeratâ Vectigal ſolvitur: Ex quo fit, ut jure exigendi vectigalis inter duos Imperii Status controverſo, precia ablata, quæ quantitatem vectigalis non excedunt, conſtitutioni pignorationis locum non faciant *vol.* 3.*d.5.l.*mm.2. & 3. *vol.7.d.9 l.*qq.4. ubi graviter reprehenduntur Publicani ii, qui aurigas ad vini, aut cereviſiæ penſionem, & ſic ad aquæ ſupplementum plerumque per fœdos pileos, aut immunda vaſa factum, adigunt *ibid.*

Vectigalis ſolutio, ſi ſecundùm certam aliquam monetam facienda, ea autem ſecundùm valorem intrinſecum mutetur, tunc valor, qui tempore impoſitionis vectigalis erat, ſolvendus eſt *vol.3.d.5. l.*mm.3. & 4.

Vectigal non ſolvitur, niſi in loco, cui impoſitum eſt, ſi tamen privilegio cautum ſit, ut territorium ingreſſus, ad ſolutionem vectigalis teneatur, manens in via limitropha Domino territorii, cum alio communi, & deinde ad vicinum territorium, in quo ſine onere commeare licet, deflectens, privilegio ſe obnoxium minimè reddit *vol.3. d.5. l.*nn.1. *&* pp.1.

Vectigalia ex uno loco in alium transferri omninò non poſſunt *vol. 3.d.5.l.*nn.2. *vol.5.d.*12.*l.*ggg.3.

in Vectigalis exactione modus qui ſervandus ſit, ex conſuetudine adipiſcitur: Dominos autem portoriorum ordinationes particulares, quibus utilitati vectigalis contra fraudulatores ſuccurritur, condere poſſe, ratio Juris ſuggerit, verùm cautè in iis verſandum, ne qua innovatio, & reformatio vectigalis introducatur *vol.3.d.5.l.*nn.2. & 3. *vol.7.d.9.l.*qq.4.

Vectigalis levandi, & portorii in pluribus locis territorii ſui conſtituendi, ſi quis habeat privilegium, ſi dein longo tempore uſus ſit in certo loco, quoad reliqua privilegium amittit: item exigens triginta annis minus vectigal, quàm ei ex privilegio competit, quoad reliquum excluſus eſt *vol.3.d.5.l.*nn.3.

Vectigal ſi ſemel præſtitum ſit, nemo ad iteratam ſolutionem cogi debet *vol.3. d.5.l.*nn.3.

Vectigalia non niſi publicæ utilitatis ergò inſtitui debent, & ceſſante ſeu remota impoſitionis cauſa, ipſum quoque vectigal removeri debet *vol.3.d.5.l.*oo.4.

ad Vectigalium ſolutionem obligatur etiam quisquis in foro conſcientiæ: merces itaque ſuas ſponte profiteri & expedire debet *vol.3.d.5.l.*oo.4. & pp.1. & 2.

in Vectigalis negotio benè fit, ſi res etiam.

etiam vectigali non obnoxiæ explicentur, & deſignentur, ſed ſi hæ non exponantur, in commiſſum non cadunt *vol.3.d.5.l.*qq.1. reliquæ verò ſi celentur, omninò in commiſſum cadunt, *ibid. l.*pp.2.3. & 4. ubi de utraq; quæſtione pulchrè.

Vectigalium ſolutio & mercium profeſſio Domino incumbit. Ideoque ſi nauta, auriga, aut mulio, qui mercium vehendarum, & vectigalis ſolvendi negotium in ſe ſuſcepit, negligentiùs hoc adminiſtret, culpa ejus Domino oberit: qui tamen vectore non exiſtente ſolvendo in integrum reſtitui ſolet: Pendente verò mandati judicio inter aurigam & dominum, cujus culpa pœna commiſſi acciderit, inſpicitur, ſi uterque in culpa ſit, damnum Dominus ſolus ferat *volum.3.d.5.l.*qq.2.*vol.6.d.*11.*l.*Sss.3. in Coroll.

in Vectigalis negotio, ſocius ſine voluntate ſocii rem communem celans, eam pro ſua tamen parte committit, & qui plures res vehit, quarum aliquæ ſunt immunes, aliquæ vectigali obnoxiæ, & quaſi immunes omnes profitetur, munificas tamen amittit *vol.3.d.5.l.*qq.3.

in Vectigalis negotio ſæpè inter duos Status Imperii de jure exigendi vectigalis controvertitur: quòd ſi uterque ſe in poſſeſſione vel quaſi eſſe contendat, timorque, ne partes ad arma deveniant, ſubſit, judex ex officio, vel ad inſtantiam partis, ſummariè, & ſine forma judicii, uter interea, dum poſſeſſorii cauſa plenè definiatur, poſſidere debeat, interdicit *vol.3.d.5.l.*qq.3. & 4. Ceſſante verò armorum periculo, inter duos de poſſeſſione vel libertatis, vel ſervitutis, contendentes interdictum quoque Unde vi, & ſimilia recuperandæ poſſeſſionis remedia aliquando competunt *vol.3.d.5.l.*qq.4.

quæ in Vectigalis negotio actiones oriuntur, vide *vol.3.d.5.l.*pp.3. & 4. & rr.1. 2.3. & 4.

Vectigalium conductores, etſi eis reſcribatur à Principe, ut debitores ad ſolvendum omni coërcitione, qua ipſis videbitur, compellant, remedium executivum non habent, niſi adſit confeſſio, vel liquidum inſtrumentum, quin tamen Judex à præcepto inchoare poſſit, non patitur dubium *vol.3.d.5.l.*rr.2.

Vectigalis fraudator, qui dolo merces ſuppreſſit commiſſas, cedendo bonis nihil commodi conſequitur, ſed pœna pecuniaria mutatur in corporalem: aliud eſt, ſi profeſſus merces, & ſic dimiſſus ſit, poſteaque ob inopiam vectigal ſolvere non valeat: vel ſi ex hereditate adita debeatur, eaque debitoribus cum omnibus bonis hæredis, ob non confectum inventarium addicenda ſit *vol.3.d.5.l.*rr.2.

Vectigal defraudare voluiſſe cenſetur, qui inſolitam viam ingreſſus eſt, maximè de nocte, ſimiles conjecturæ ex tempore, & modo deferendi merces colliguntur *vol.3 d.5.l.*ss.1.

Vectigal qui defraudavit **der den Zoll verfahren hat** / pœnitendo moram purgare, aut pœnæ ſe eximere non poteſt *vol.6.d.2.l.*K.3.

SC. Vellejani exceptionem habet mulier contra creditorem, cui ſe pro alio ream fecit, poteſt tamen huic beneficio renunciare, tàm in judicio quàm extra, modo de jure ſuo ſit admonita *vol.2.d.27.l.*LL.2.*d.*28.*l.*NN.3.*d.*29.*l.*OO.4. *vol.4.d.27.l.*L.3.4. *vol.5.d.8.l.*pp.4.*d.*35.*l.*Y.4. *vol.*7.

*vol.7.d.6.l.*cc 1. jus autem canonicum ita correxit, ut ſi mulier pro marito juratò intercedat, id tum valeat *ibid.*

Venatio inter Regalia refertur *vol.1. d.2.l.*ñ.3.*vol.4.d.3.l.*o.1.*d.*17.*l.*gggg.3.*vol.5. d.*1.*l.*d 4.*d.*11, *l.*ccc 2.*d.*21. *l.*lllll.1.2, *d.*46. *l.*YYY.3.

Venandi jus inter ſervitutes non refertur, *volum.2.d.15. l.*I.4. *volum.5.d.46. l.*YYY.3.4.

Venationes, aucupia, piſcationes non rectè mortis ſupplicio vindicantur, ob captam enim in nullius antea dominio exiſtentem feram furtum committi non poſſe, per ſe certum eſt: hoc tamen in iis feris non obtinet, quæ ita incluſæ ſunt, ut poſſideri jure dicantur *vol.1.d.19.l.*R.2. *vol.5.d 46.l.*AAAA.2.3.4.

Venatio ſubditis non eſt juſtè adempta *vol.3 d.13.l.*N.3 *vol.5.d.46.l.*XXX.3.4.

Venatio eſt juris gentium, tamen Principes eam nunc ad ſe attraxerunt omninò *vol.4.d.14.l.*sss.1. & dicitur bannus ferinus, ein Wildtbann / *volum.5. diſp.46. l.*XXX.3.4.YYY.1. ubi etiam vide differentias bannorum ferinorum *ibid.*

Venatio quam alii à vento, alii à venis dictam putant, eſt conſectatio ferarum animalium, quæ ſua natura ſunt fera, alii alias definitiones tradunt *volum.5. d 46. l.*XXX.1 2.

Venationis tres poni poſſunt ſpecies: primò Venatio propriè ſic dicta, Piſcatio, & Aucupium: adferuntur ab authoribus & aliæ venationis ſpecies quæ tamen potius metaphoricæ ſunt. Eſt autem conceſſa ob varias utilitates, jure tàm Divino quàm humano, dummodò exerceatur cum ratione, nec cum alterius damno: magnus enim ejus abuſus apud multos eſt, ubi pulchrè *vol.5.d.46.l.*XXX.1.2.3. *d.47.l* BBBB.2.

Venationem Clericis optimo jure conceſſam eſſe alii adſerunt, alii negant *vol.5. d.46.l.*XXX.3.*d.*47.*l.*BBBB.3.CCCC.1.

Venandi varii modi ſunt, pro ratione ferarum & inſtrumentorum *vol.5. d.46. l.*XXX.3.

Venationem ſubditis ademptam Principes omnem ad ſe attraxiſſe conſtat, hoc autem an jure? alii negant, alii afferunt. horum ſententia melior putatur *volum.5. d 46.l.*XXX.3.4.*d.*47.*l.*BBBB.2.3. prohiberi igitur venatio jure poteſt, vel ſimpliciter, vel ad certum tempus *ibid. vol.6.d.5. l.*Oo 3.

Venandi jus in eadem ſæpè ſylva diverſi Domini habent, in diverſas tamen ſpecies, ut hic in minores, ille in majores, alter in lepores tantum venetur, nec tamen ideò ſi quis unum jus venandi habeat, alterum exinde inferre poteſt *vol.5. d.46.l.*YYY.1.

Venatio ſi cui generaliter conceſſa ſit, etiam in majores feras conceſſa intelligitur *vol.5.d.46.l.*YYY.1. ſecus tamen eſt in praxi *ibid.*

in Venationis negotio jus foreſti longè à banno ferino diverſum eſt, nam illud longè nobiliora hoc banno jura in ſe continet: nam Juriſdictionem Domino in iis, quæ venationem ſpectant, tribuit, & alia jura, quæ ibi vide *vol.5.d.46 l.*YYY.1. 2. ubi pulchrè. vide in verbo Foreſtæ Jus.

Venandi jus inter Regalia nequaquam referendum eſt, ſed illud jus ſervitus potius realis eſt *volum.5. d.46. l.*YYY.3 4.

ZZZ.1. ubi in utramque partem pulcherrimè *d*.47.*l*.BBBB.2.3.CCCC.1.

Venandi jus, eodem modo, quo cæteræ ſervitutes reales, acquiritur, nempe conventione inter vivos, facto ſcilicet, & ſtipulatione, precario, emptione, & aliis modis, uti teſtamento: item præſcriptione ordinaria *vol*.5. *d*.46.*l*.ZZZ.1.2.

Venatio tacitè conceſſa intelligitur, cui ſylva eſt conceſſa *vol*.5.*d*.46.*l*.ZZZ.2.3. etiamſi ejus mentio non fiat *ibid*.

Venatio ſimul vendita intelligitur, ſi ſylva vendatur, etiamſi de eo nihil dictum ſit, modò vendens Dominus abſolutus fuerit, non precarius *volum*.5.*d*.46.*l*.ZZZ.3.

Venandi ſervitus in alieno probatur, per actus poſſeſſorios, per teſtes vivos, inveſtituram, literas, inſtrumenta, & alios modos: hæc autem probatio interdum affirmanti, interdum neganti incumbit, interdum Actori, interdum Reo, diverſis tamen reſpectibus, interdum utrique. Ejus hic effectus eſt ut Judex ſecundùm eam, ſi ſufficiens ſit, judicare teneatur: eique quaſi poſſeſſionem adjudicare, qui meliores & probabiliores produxerit *vol*.5.*d*.46.*l*.ZZZ.3.4.

in Venandi jure turbatus actione confeſſoria contra perturbantem experitur, vel interdicto Uti-poſſidetis, interdum armata quoque manu reſiſtere turbatori poteſt, præſertim ſi in proprio fundo impeditus fuerit *volum*.5. *diſp* 46. *l*.ZZZ 4. AAAA.1 *d*.47.*l*.BBBB.3.

in Venationibus cum ſæpè uſu veniat, ut qui in poſſeſſione turbantur, pignorationibus ſibi conſulant, hæ tamen licitæ non ſunt, ſicut nec probanda eſt repignoratio contra pignorationem *vol*.5. *d*.46. *l*.AAAA.1.2.

contra Venandi prohibitionem factam, ſi quis tamen ſæpius venetur, certis conſideratis circumſtantiis ultimo ſupplicio rectè affici poterit: ubi pulchrè *vol*.5.*d*.46.*l*.AAAA.2.3.4.*d*.47.*l*.BBBB.2.

in Venatione ſi quis fortuito caſu hominem occidat, quæritur an pœna L. Cornel. de ſicariis teneatur? reſp. ſi ipſe licitè, & in loco licito venatus ſit, non; ſecus ſi in loco ubi venatio ſimpliciter vel ipſi interdicta eſt: conſiderandæ tamen ſunt admodum circumſtantiæ *vol*.5.*d*.46. *l*.AAAA.4.*d*.47.*l*.CCCC.1.

in Venationis, Piſcationis, & aucupii negotio multum conſuetudo dominatur *vol*.5.*d*.46.*l*.BBBB.1.*d*.47.*l*.BBBB.2.

Venationis, piſcationis, & aucupii fructus ſunt potius induſtriales, quàm naturales *vol*.5.*d*.47.*l*.BBBB.2.

in Venatione, piſcatione, & aucupio, feræ, piſces, & volucres, inter bona mobilia numerantur *vol*.5.*d*.47.*l*.BBBB.2.

Venationis, piſcationis, & aucupii lucrum ceſſans actione L. Aquiliæ, peti non poteſt *vol*.5.*d*.47.*l*.BBBB 2.

Venationem, piſcationem & aucupium, ſi quis prohibeat, qui non poteſt, actione injuriarum conveniri poterit *vol*.5.*d*.47.*l*.BBBB.3.

Venari & aucupari licet in fundo alieno, niſi Dominus prohibuerit *vol*.5.*d*.47. *l*.BBBB.3.

in Venatione feræ, & piſces, ſi in naturali libertate exiſtant, & capiantur, fiunt de jure ſcripto occupantis, etſi quis contra Domini voluntatem fundum ſit ingreſſus *vol*.5.*d*.47.*l*.BBBB.3.

Vena-

Venator & auceps ad æſtimationem damni, quod per venationem, & aucupium Domino, ſive is expreſsè prohibeat, ſive non, intulit, in ſegetibus, & fructibus, tenetur *vol.5.d.*47 *l.*BBBB.3.

Venando & aucupando, ſi me in alieno fundo Domino non prohibente ſuſtento, tunc non poſſum expelli *vol.5.d.*47. *l.*BBBB.3.

Venari cum armis non licet, niſi animalia ſint periculoſa *vol.5.d.*47.*l.*BBBB.4.

in Venationis negotio quæritur an poſſint fieri foſſæ ad capiendos urſos? reſpondetur: in itineribus, ſylvis publicis, & ſimilibus locis periculoſis, ad caſum hoc non licere *vol.5.d.*47.*l.*BBBB.4.

Venationem prohibens Princeps, ad damna quibus feræ agros alienos, & ſegetes affecerant, tenetur *volum.5.diſp.*47. *l.*CCCC.1.

Venatoribus donare aliquid non eſt injuſtum *vol.*5.*d.*47.*l.*CCCC.1.

Venatores cum ſuis canibus hodie multis locis apud ruſticos, imò & in monaſteriis jus hoſpitandi habent, nempe die Atzung / vnd Jägerzehrung *vol.6.d.*8. *l.*Ggg.4.

Venator in fundo, ſi Domino juſtè prohibente intravit, adhuc tamen retineri non poteſt, ut reddat quod percepit *vol.5.d.*47.*l.*CCCC.1.

Venatio à jure prohibita, per conſuetudinem effici poteſt licita *volum.5.d.*47. *l.*CCCC.1.

Venationi prohibitæ, ſi ſervi, Domini metu operam dent, non ſtatuta, ſed mitiori pœna puniuntur *volum.3.diſput.*47. *l.*CCCC.1.

in Venatione ſi ſtatutum ſit, ut quis capto lupo vel vulpe honorarium capiat, an is, qui prægnantem lupam & vulpem capit, duplex accipere debeat? negatur *vol.5.d.*47.*l.*CCCC.1.

à Venatore peregrinus cervus in ſylvâ inventus, occiſus & captus, non erit occupantis, ſed pertinebit ad Dominum *vol.5.d.*47.*l.*CCCC.1.

in Venatione etiam leones occidi poſſunt, etiamſi pro derelicto ſint habiti *vol.5.d.*47.*l.*CCCC.1.

in Venatione fera à canibus fugata, eſt occupantis, non fugantis, & hoc de jure ſcripto, & non de conſuetudine *volum.5.d.*47.*l.*CCCC.1.

in Venatione fera à quodam vulnerata, eſt occupantis, non vulnerantis, & hoc de jure ſcripto, non conſuetudine *vol.5.d.*47.*l.*CCCC.1.

in Venatione ſi quis lupo oves, aut vulpi, aut accipitri gallinas adimat, & recipiat, Domino tamen reſtituere tenetur *vol.5.d.*47.*l.*CCCC.1.

in Venatione fera, quæ in laqueum meum incidit, ab alio tamen capitur, erit capientis, non mea *volum.5.diſp.*47. *l.*CCCC.1.

in Venatione ſi quis Falconem cum ſonaleis in pedibus injunctis capiat, Domino reſtituere tenetur, ſi manſuefactus emitti, ac reverti ſolitus ſit, nec animum redeundi depoſuerit *volum.5. diſput.*47. *l.*CCCC.1.

Venationis tertia ſpecies eſt Aucupium, cujus varia genera ſunt, & plerunque ſub banno ferino inferiori comprehenditur, ſic qui hunc habet, habeat & aucupium *vol.5 d.*46.*l.*BBBB.1.

Wenceslai Cæſaris reſcripta & privi-

legia poſt ipſius depoſitionem fuerunt antiquata *vol.2.d 3.l.1 4.*

Venditor mercem ſeu rem venditam emptori præcisè tradere cogitur, nec illum juvat, etſi intereſſe præſtare velit, quod ſi duobus vendita ſit, alteri autem tradita, potior debet eſſe is, cui tradita fuit *vol.1.d.15.l* K.2. *vol 3.d.9.l.*ddd.1.2.3. & 4. *vol.5.d.35 l.*Y.4. quod ſi non tradat rem venditam emptori, juratur adverſus ipſum in litem, imò manu militari res ipſi auferri poteſt *ibid.vol.6.d.11.l.*Rrr.2.

Venditione, cum plures res comprehendantur, inter illas ſi una res vendi prohibeatur, tota etiam venditio corruit *vol.1 d.15.l.*K.2.

Venditio traditione perficitur *volum.1. d 12.l.*B.1.2.C.4. *vol.3.d.9.l.*ddd.2.

in Venditione loco traditionis habetur, reique periculum transfert ſignum Merci impreſſum, niſi forſan, ne ſubmittatur, ſignati ſoleat *vol 6.d.11.l* Rrr.2.

Venditor contra proprium factum veniendo, venditiones nullas nulliter & ſimulatè factas, revocare poteſt *vol.1.d.12. l.*D.1. *vol.3.d.1.l* a.3.

Venditio ſi nulla ſit, non tamen poteſt allegari nullitas à venditore, qui ei contravenire nequit: nec factum ſuum impugnare poteſt venditor, licèt invalidum ſit, cum ita turpitudinem ſuam detegat *vol.1.d.12.l.*D.1.

Venditiones tot ſunt, quot res in venditione comprehenſæ, & ſic de ſingulis empti, & venditi agi poteſt: ſic licet duæ res ſeparatæ, alicui ſint commodatæ, ac tamen de altera tantùm agi commodari poteſt *vol.1.d.12.l.*D.1.

Venditionis appellatione omnes propemodum contractus reliqui in materia de retractibus veniunt, non quidem ex vi verborum, ſed rationis identitate *vol.1. d.12.l.*D.2 *vol.3.d.1.l.*c.2. *vol.4.d.30.l.*Z.1.

Venditio fit interveniente pretio *vol.1. d.12.l.*D.3.4. & perficitur, ſi de eo inter partes convenit *volum.3.d.5.l.*mm.1. *d.9. l.*ddd.4. unde pretium venditionis eſſentia cenſetur, nec ſine pretio venditio conſiſtere poteſt. Et pretium debet eſſe certum, non arbitrio emptoris permiſſum: *vol.6.d.8.l.*Eee.2.*d.11.l* Rrr.2.

Venditor tenetur de rei venditæ evictione, non tamen quando ab alio res vendita jure ſuo retrahitur *vol.1.d.12.l* E. 1.4. *vol 4 d.30.l.*Z.4.

Venditionem reſcindit ultra dimidium juſti pretii deceptus *vol.1.d.12.l* E.1. *d.15. l.*K.3. vide in verbo Læſio.

in Venditionibus ſe invicem circumſcribere licet, modò dolus abſit, id eſt, ut fraus ſit tantùm in re, non item in perſona contrahentis, & ne læſio excedat dimidium juſti pretii *vol.1.d.15 l.*K.3. vix tamen id in foro conſcientiæ obtinet *vol.3. d.1.l.*f.1.*d.9.l* cee.4.

Venditio & promiſſio de vendendo maximè differunt, illa contractus bonæ fidei eſt: hæc ſtricti juris, præſumitur promiſſio de vendendo facta, etiamſi pretium ſtatim non ſit ſolutum, nec certum tempus ſolutioni præfixum, nec res incontinenti tradita *vol.3 d.5.l.*mm.1.

Venditio, quæ ſub conditione celebrata eſt, quæ conditio ſi nullitatis vitio laboret, perinde eſt, ac ſi nunquam celebrata fuiſſet venditio *vol.3.d.5 l* mm.1.

Venditæ rei & traditæ exceptio eum repellit, qui exquiſito prætextu venit contra

contra venditionem à ſe,vel ab alio,cui ſucceſſit contractam *vol.2.d.27.l.*LL.1.

Venditor rei venditæ paulò viliori pretio factæ copiam repetendæ non conſequetur,qui major ætate vires locorum etiam procul diſſitorum ſibimet, cauſetur incognitas: quod familiaris rei ſcire vires, merita atque emolumenta quemque oporteat *vol.2.d.29 l.*PP.1.

Vendere rem propriam multis in caſibus quis cogi poteſt *vol.3.d.1.l.*c.2.

Venditoris pactum etiam emptori prodeſt *vol.3.d.1.l.*d.3.

in Venditionibus litium & actionum reemptoribus earundem non licet, plus exigere, quàm quod revera numeratum aut perſolutum erit *vol.3.d.1.l.f.1.*

Venditio tenet,etiamſi quantitas pretii in inſtrumento non ſit expreſſa *vol.3. d.1.l.f.2.*

Venditione ſub conditione cum pacto L. comm. vel adject. in diem facta, tempus non niſi conditione impleta,vel reſolutoria, ceſſante curret: ante tamen traditionem, non autem ratificationem à Domino rei venditæ factam currere adſtruo *vol.3 d.1.l.*g.4.

Venditio donationis cauſa fieri nequit,etſi ut donatio,talis venditio ſimulata valebit *vol.3.d.9.l.*bbb.2.

Venditio nuda,& imaginaria pro non facta habetur *vol.3 d.9.l.*bbb.2.

Venditores plerumque contractus legem dicunt, hinc ut plurimum contra eundem contractus interpretatio fit, quamvis eo caſu,quo emptor legem contractui dixit, etiam contra hunc interpretatio fiat *vol.3. d.9.l.*bbb.2.

Venditio perfecta cenſetur ſine ſcriptis,ſimul ac de pretio certo pro re dando convenerit: In ſcriptis, ſi ſcriptura in mundum redacta & à contrahentibus approbata, conditionalis verò conditione demum exiſtente perficitur *vol.3.d.9. l.*ddd.4.

Venditor eſt talis debitor, qui caſum fortuitum ex nullo contractu præſtat:ſecus eſt, ſi fortuitò accidat; ita ut ex cauſa extrinſeca res præſtari non poſſit; tale enim periculum undecunque ſit,venditor ſuſtinere cogitur,dummodò res ita ſit amiſſa, ut adhuc naturâ præſtari poſſit: à qua præſtationis neceſſitate liberatur venditor, ſi actiones emptori præſtare paratus ſit: quæ præſtari poſſunt,non ſolùm ſi Dominus eſt venditor, verùm etiam ſi non eſt, modò rem alienam juſto titulo fuerit conſequutus,ita quod incepiſſet illum uſucapere, quo caſu habet Publicianam actionem, quod ſi autem nullas habeat, quod accidit ſi res aliena fuit,quæ furto ſubtracta,aut ſi fundus ſit publicatus, ob id ipſum damnandus eſt, eatenus ſcilicet, & pretium reſtituat non etiam ut id,quod intereſt,præſtet,ſi quid pluris emptoris interſit rem vacuam ſibi tradi *vol 3.d.9 l.*ddd.3.& 4.

Venditæ rei damnum contigiſſe non videtur, Primò ſi non ſpecies certa, ſed genus venditum fuerit,hoc enim quia interire nequit, non poteſt dici rem, quæ veniit, periiſſe: Unde genus venditum ſemper præſtandum. 2.Si ſpecies quidem vendita, verùm ſubalternatione. Quia enim in alternativa emptione, veluti Stichi aut Pamphili,licet verbis pura,re ipſa tamen ineſt hæc conditio,ut alter debeatur,ſi alterum non tradam. Idcircò hoc

caſu, ſi diverſis temporibus perierint, prioris periculum venditorem, poſterioris verò, tanquam qui purè jam deberi incepit, ex eo, quod alter, qui deceſſit, præſtari non potuit, emptorem concernit, ut pretium pro eo venditori debeatur. 3. Aut etiam res vendita talis, cui pretium ex menſura, pondere aut numero ſtatui, vel prius deguſtari ſolet, ut eſt vinum, oleum, frumentum, & ſimiles res: quia enim & his rebus venditis, ante admenſurationem, adpenſionem, & adnumerationem nulla res certa vendita intelligitur: adjicitur enim menſura, ut appareat, quid, quale, quantumque poſtea veneat, ne ſic quidem rei incertæ, qualis hoc caſu res vendita, damnum contigiſſe dici poteſt. Quocirca omni vino, quod in cella eſt, uno pretio, & ſic per averſionem vendito, idem obſervatur, quod in cæteris rebus, & poſt perfectam emptionem omne periculum ſtatim ante deguſtationem, ad emtorem ſpectat. Secus verò, ſi vinum, vel alia res ad menſuram, vel ita, ut deguſtetur, vendita: utroque enim hoc caſu omne periculum venditoris eſt, tam interitus, quia videlicet vini hoc modo venditi emptio imperfecta eſt, & tacitam habet in ſe conditionem, ſi admenſum: quam mutati vini, id eſt, acoris vel mucoris, quia nonſolùm conditionalis eſt hæc venditio, ſed etiam generis eſſe videtur: Ita ut nec fatale damnum, in caſibus, ubi ad menſuram, vel ut deguſtetur, vinum veniit, ad emptorem pertineat: & hæc omnia obtinent: Niſi emptor faciendæ menſuræ, aut deguſtandi moram interpoſuit *vol.3.d.9 l.*ddd.4.

Venditor tenetur præſtare, ut rem Emptori rectè habere liceat, & neque ejus uſus impediatur morbis aut vitiis, neque jus imminuatur ſervitutibus aut tributis: Morborum aut vitiorum nomine adverſus eum, qui ſive ſcienter, ſive ignoranter rem morboſam, aut vitioſam ignoranti vendidit, ex emto actio eſt: primò ad Redhibendum, 2. Quanto minoris, & nonnunquam quanti intereſt, rem talem non fuiſſe *vol.3.d.9.l.*eee.2. & 3.

Venditor autem utrum præcisè rem tradere teneatur, an præſtando intereſſe liberetur, ingens eſt Doctorum controverſia *vol.7.d.6. l.*cc.1.

Venditor demum præſtare debet, quidquid de re dixit, quod ſi id in re non eſt, emtor actione ex emto ad Redhibendum, vel Quanto minoris agere poteſt *vol.3.d.9.l.*eee.4.

ex Vendito actio competit venditori ad conſequenda ea, quæ ei ab emtore præſtari oportet, qualia imprimis ſunt, primò Ut nummos ejus faciat, 2. Ut Uſuras pretii poſt diem traditionis, aut moræ præſtet. 3. Ut ſumptus in rem diſtractam factas reſtituat *vol.3.d.9.l.*eee 4.

in Venditi actionem ſimiliter venit, ut Res, quæ jure emtionis ad emtorem non pertinent, occaſione tamen rei emptæ perceptæ ſunt, reſtituantur, ut & quod plus debito præſtitum eſt, hac actione repeti poteſt; denique etiam ut res emptas tollat emptor, aut id quod intereſt præſtet, hac actione conſequitur venditor *vol.3.d.9.l.*fff.1.

Venditor emptoris fidem ſecutus cenſetur, aut quando ipſi rem tradidit, aut cum nominatim præſtitit diem ſolvendi pretii *vol.3.d.9.l.*fff.1.

à Ven-

à Venditione perfecta non receditur, ne reſcripto quidem Principis eo nomine impetrato, etiamſi fiſcus ſit qui vendidit, aut miles, vel duplum pretii offeratur *vol.3.d.9.l.fff.3.*

ſi Vendatur res alienari prohibita cum aliis rebus vendi conceſſis, tunc irrita erit venditio, ſi res vendi prohibita ſit major & principalior pars mercis, ſin fuerit minor & acceſſoria pars, tunc venditio non retractabitur *vol.4.d.30.l.Z.3.*

Venditor qui re tradita, & fide de pretio habita, hoc inſuper egit, ut uſque dum illud exſolvatur, res vendita pignori ſit, illi, qui ante ipſum omnia debitoris bona obligata habet, præfertur *volum.5.d.7.l.nn.4.* vide in verbo Creditor, & Hypotheca.

Venditor, qui ſimpliciter vendidit, & tradidit, etiamſi res extet, cæteris creditoribus prioribus, aut privilegiatis non præfertur, ſed ſuo loco venit *volum.7.d.4.l.m.1.* niſi res apud venditorem maneat, donec integrum pretium ſolvatur, vel ut ſupra dictum, pignus in ea conſtitutum ſit, aut emptor doloſus, aut fugitivus ſit *ibid & l.m.2.*

Vendens equum videtur ſimul vendere Ephippium & frœnum, ſi ſcilicet tempore venditionis equus cum ſella, aliiſq; ornamentis oſtendatur: aliâs ſecus eſt, cum hæ pertinentiæ non ſint ſubſtantiales, neque connexæ, quæ quaſi pars rem principalem ſequantur *vol.5.d.16.l ppp.3.* in Coroll.

Venditor denunciatione ſibi facta, ratione rei evictæ, tenetur emptorem defendere in foro rei conventi, i.e. emptoris, non ſuo, licèt privilegio vallatus eſſet *vol.5.d.34 l.V.4.*

ad Vendendum mandatum habens per conſequens habebit ad pretium participandum *vol.5.d.34.l.X.4.*

Venditor ſi facultatem rem tradendi habeat ad præſtandum eam omninò tenetur, id eſt, tradendam, nec ſolutione ejus quod intereſt, liberatur, quod ſi non tradat rem venditam emptori, juratur adverſus ipſum in litem, imò manu militari auferri res à venditore poteſt *volum.5.d 35.l.Y.4.vol.6.d.11.l.Rrr.2.*

Venditæ rei periculum ſtatim ad emptorem pertinet *vol.5.d.35 l.Z.1.*

Venditionis titulo ſi quis omnia ſua bona in alium transferat, & poſtea mox delictum, ob quod bona confiſcanda veniunt, committat, tum is ex brevitate temporis bona in fraudem Fiſci alienaſſe præſumitur, atque ita geſta per Fiſcum revocari poſſunt *vol.6 d.2.l.K.1.*

Vendita re aliqua omnes iſtius partes, & quæ propter rem iſtam habentur, ad emptorem transeunt *vol.5.d.46.l.ZZZ.3.* vide plura de venditione in verbo Emptio.

Vendita ſi ita res eſt, ut ea apud venditorem maneat, donec integrum pretium ſolvatur: tunc emptor ſi rem planè conſequi velit, reſiduum exſolvat, aut quod exſolutum eſt, reſtituat. Electionem tamen, & arbitrium emptor habet, utrum reliquum ſolvere, aut ſolutum repetere malit: non ſecus ac venditori licet, utrum rem venditam tradere, an vero intereſſe præſtare velit *vol.7.d.4.l.m.2.*

Venefici qui veneno hominem occidunt, vel mala medicamenta vendunt publicè,

publicè, habent, aſſervant, magicis artibus utuntur, pœna Legis Corneliæ de ſicariis puniuntur *vol.2 d.25.l.II.2.* bona ipſorum confiſcantur, hoc tamen non ubique obſervatur *vol.6.d.2.l.K.4.*

Venena mala vendi non poſſunt *vol.3. d.9.l.*ccc 1.

Venenum ſemper improbatur, eoque nec hoſtem interficere honeſtum eſt *vol.5. d.13.l.*kkk.1.

Venia ſummi numinis in hoc faciliſſimè ſperatur, per quod multorum ſalus & incolumitas procuratur *vol.2.d.1.l.*a.2.

Veneti Caroli Magni & Nicephori Cæſarum temporibus indultis, privilegiis, ſe ab Imperio exemptos, jactitant *vol.2.d.3.l.g.1.d.4.l.*u.3.*d.13.l.y.3.4. vol 4. d.17.l.*ffff.3. *vol.5 d.2.l.*h.1.

Venter præcepta non audit, ſed caret auribus *vol.7.d.1.l* c.1.

à Verbis non res, ſed verba à rebus trahi debent *vol.4.d.16.l.*bbbb.3. quia verba ſunt propter res *vol.7.d.4.l.*l.2.

Verba inventa ſunt ut mentem exprimant, mentique, & ſententiæ loquentis inſerviant *vol.4.d.20.l.*uuuu.2.

Verbum generale non importat ſpecificam expreſſionem, ſecus tamen ſi videtur in verbo univerſali *volum.5. diſput.49. l.*HHHH.2.

Verba ſemper ſecundum ſubjectam materiam ſunt accipienda *volum.5.d.49. l.*HHHH.2

Verbi paſſio propria eſt communis uſus loquendi *vol.5.d.49.l.*HHHH.1.

Verba non Grammatiſtis tantum, ſed & JCtis curæ ſunt *vol.7.d.1.l.*a.2.

à Verborum intellectu rerum intelligentia dependet *vol.7.d.1.l.*a.2.

Verba ligant homines, ac is demum ſerio contrahere intelligitur, qui ſtipulatur *vol.4.d.27.l.*N 3.

Verba in contractibus otioſa eſſe non debent, ſed potius contractui legem dicere *vol.4 d.27.l.*P.4. *vol.7.d.4.l.*r.3.

Verba ſemper debent aliquid operari *vol.6.d.3.l.*Aa.2. *vol.7.d.4.l.*r.3.

Verbum in contractu nullum imò nec ſyllaba debet eſſe ſine effectu *vol.1.d.12. l.*B.1.*d.15.l.*L.4.

Verba generalia generaliter ſunt accipienda *vol.5.d 49.l.*HHHH.3. *vol 6.d.2. l.*G.3.

Verba quæ aliâs ſapiunt blasphemiam ex uſu loquendi, ſolum ſapiunt contumeliam *vol.5.d.49.l.*HHHH.1.

Verbo adjecta qualitas, debet intelligi, ſecundùm tempus verbi, nullæq; dantur qualitates ubi nulla ſunt initia, & quando cum aliqua qualitate quicquam conſtitutum eſt, & ea non adſit, diſpoſitio quoque ſibi locum vendicare nullo modo poteſt *vol.5.d.10.l.*uu 4.

Verba in dubio ſecundùm tempus præſens intelligenda ſunt, & verba in contractibus intelligenda ſunt rebus ſic ſtantibus, & in eadem qualitate permanentibus *vol.5.d.10.l.*xx.1.

Verba ſecundum rei, & perſonæ, ad quam referuntur, qualitatem intelligenda ſunt *vol.6.d.3.l.*Dd 3.

Verba ſecundùm qualitatem perſonæ intelligenda ſunt: nec enim latius extendi interpretatio, quam ſe extendit ejus poteſtas qui legem, vel ſtatutum, vel ſententiam poſuit *vol.5.d.49.l.*GGGG.4.

Verba diſponentium & contrahentium naturaliter ſunt accipienda, & ſecundùm

cundùm communem uſum interpretanda *vol.5.d.*14.*l.*mmm.1.*d.*17.*l.*ttt.2.

ad Verborum ſenſum, quàm ad vana nominum vocabula eſt reſpiciendum potiùs, & in omni re intentionem magis, quàm verba ſpectare ſolemus *vol.5.d.*17. *l.*qqq.2.3.*d.*49.*l.*GGGG.2.3.

Verba in quovis actu ſemper intelligenda ſunt eo reſpectu, & ad eum finem, ad quam proferuntur *vol.6.d.*16.*l.*Eeee.4.

Verba debent intelligi ſecundum naturam contractus, ſuper quo ſunt appoſita, ſed ſæpè debent ita intelligi, ut aliquid operentur *vol.5.d.*49.*l.*GGGG.2.3.

Verba generalia ſunt intelligenda, reſtringenda, vel amplianda juxta ſubjectam materiam, etiamſi per hoc recedatur à proprietate ſermonis, & verborum *vol.5.d.*17.*l.*aaaa.4.*&* llll.2.

Verba non debent eſſe otioſa, ſed quodlibet eorum debet quid operari, ſed regula hæc ſæpè vim ſuam perdit *volum.*5. *d.*23 *l.*ppppp.2. *vol.*1.*d.*12.*l.*B.1.*d.*15.*l.*L.4. *volum.*5.*d* 49.*l.*GGGG.3. *vol.*4.*d.*27,*l.*P.4. *vol.6.d.*3.*l* P.4.

à Verborum proprietate in dubio non eſt recedendum, cum nemo videatur quidquam dixiſſe cujus non ſuo (genuino & proprio) nomine uſus ſit *vol.*5 *d.*30. *l.*E.3.

Verborum ſuorum quilibet interpres optimus *vol.5.d.*49.*l.*EEEE.2.

Verbum QUINETIAM & QUINIMO augmentativum eſt, & caſum magis dubium ſignificat *vol.5.d.*39,*l.*KK.1.

Verba in dubio ſemper accipienda ſunt, ne lædant jus commune, ab eoque minus recedant *vol.5.d.*42.*l.*CCC.1.

Veredi, & paraveredi equi, vel muli dicuntur, qui ad curſum publicum conficiendum, vel aliam cauſam publicam expediendam conſtituti ſunt *volum.*7. *d.*9. *l.*rr.1.

Veritas magis per oculos, quàm per aures hominum animis infigitur *vol.6.d.*8 *l.*Ddd.1.

Veritas rerum geſtarum erroribus vitiari non debet, & ſic per peſſima exempla juri derogari *vol.2.d.*3.*l.*n.4.

Veritas, id eſt, Veri indagatio omnium diſceptationum finis, & meta eſſe debet *vol.6. d.*19.*l.*Ssss.4.

Veritas ſi disputetur, exagitetur, magis eluceſcit, & ob hanc rem disputationes optimæ ſunt *vol.4.d.6.l.*aa.2.*volum.6. d.*19.*l.*Ssss.4.

Veritatem rei denominatio non immutat *vol.4.d* 9.*l.*nn.1.

Veroſimilius ſequi debemus, nam id quod non eſt veroſimile, habet ſpeciem falſitatis *vol.5 d,*17.*l.*iiii.2.

Veſtium nimius luxus prohibendus eſt in Republica *vol.4.d.*22.*l.*zzzz.4.

à Vetuſtiori jure incipiendum *vol.*7. *d.*7.*l.*ee.4.

Viæ publicæ liberæ & tutæ omnibus eſſe debent *vol.2.d.*7.*l.yy.*4. Item cuivis patere *l.*zz.3. nec cogi aliquis poteſt, ut merces ſuas in meo territorio vendat *vol.* 3.*d.*5.*l.*kk.2. & 3. niſi aut Cæſaris privilegium & Jus Imperii id concedat, aut ſumma neceſſitas urgeat *ibid. &* mm.4. *vol.5.d.*4.*l.*ee.2.*d.*12.*l.*ggg.2.

in Viæ publicæ uſu, fluminis, riparum, maris, littoris, portus, ſi quis, modò vectigalia debitè ſolverit, turbetur, mandatum ſine clauſula uti ſuper facto omni Jure prohibito, etiam contra Dominum

& protectorem harum viarum publicarum ipſum à Camera Spirenſi impetrare poteſt *volum.*2.*d.*7.*l.*aAa.2. *volum.*3.*d.*5.*l.*mm.4.

per Vias commeare eſt actus facultatis publicæ, & meræ, & præſcriptionem omnem excludens *vol.*2.*d.*7.*l.*zz 4. *vol.*3.*d.*5.*l.*nn.3.

per Vias commeantes, ſi Domini prohibuerint compendioſiore via uti, & longo tempore ita obtinuerint, alio euntes non ſecus, ac ſi fraudaſſent vectigal, puniri poſſunt *vol* 3.*d* 5.*l.*nn.3.

ad Vias publicas reficiendas, ſi nemo vectigal percipiat, tunc in ipſa civitate vicinas ædes habentes, extra verò civitatem omnes de univerſitate, ad refectionem earum impoſita collecta, per æs & libram tenentur *vol* 3.*d.*5.*l.*nn.3.

Via publica ut quæ dicatur, requiritur, quod ſolum publicum ſit, relictum, ac certis finibus diſtinctum ab eo, qui jus publicandi habuit, quod per eam publicè eatur, & ad civitatem ducat *volum.*3.*d.*5.*l.*nn.4. *vol.*4.*d.*5.*l.*s.4.

Via publica libera relinquenda eſt, ut nemini ſine conſenſu Principis in ea aliquid ædificare, aut alias occupare ſit licitum, ut nec præſcriptio longiſſimi temporis (ſecus de immemoriali) concludit, eam libertatem mutare poſſit. *vol.*3.*d* 5.*l.*nn.4.

Viæ publicæ in commercio privatorum non ſunt, hinc fit, ut ab univerſitate vendi non poſſint *vol.*3.*d.*5.*l.*nn.4.

ſi Via publica deſtructa ſit, ager vicinus ſervitutem transeundi debet, cujus Dominus invitus cogi poteſt, ita tamen ſi alibi via commoda licet prolixior non pateat *vol* 3.*d.*5.*l.*nn.4.*d.*9.*l* bbb.2.

Viarum publicarum curam nunc Principes ſui juris fecerunt *volum.*3.*d.*5.*l.*nn.4. *vol.*4. *d.*5. *l.*s.4. de Regalibus ſunt, hinc Princeps in illis deprædatis, de damno tenetur *vol.*4.*d.*17.*l.*gggg.1. & 2.*vol.*5.*d.*12. *l* ggg.1.2. *vol.*5.*d.*21. *l.*kkkkk.1. *vol.*7.*d.*9. *l.*pp.3.4. ſæpe hac de cauſa contra Principes mandata ſine clauſula decreta ſunt *ibid.* viarum autem publicarum & olim magna ratio fuit, & nunc eſſe debet *ibid.*

Viam in urbe quilibet ſecundùm propriam domum reficere compellitur, ſi vectigal in urbe nullum ſit, à quo onere nec Eccleſia, nec prædia Principis, nec uſufructuarius Emphyteuta, maritus, conductores ædium, qui tamen diſpendium hic factum in mercedem Domino computant, excuſantur, & ſi proprietarius, tanta laboret inopia ut oneri refectionis impar ſit, domus capi & arreſtari poteſt *vol.*3.*d.*5.*l.*nn.4.

Viæ privatæ ſunt, quæ ſunt in fundis ſervientibus, ut ad fundum alterius ducant, vel quæ ex via conſulari ad fundum alterius ducunt *vol.*4 *d.*5.*l* s.4.

Viæ vicinales ſunt, quæ in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt, hæ publicæ ſunt, niſi ex privatorum collatione ſint conſtitutæ. *vol.*4.*d.*5.*l.*s.4.

Viarum publicarum jus inter Regalia refertur *vol.*4.*d* 1.*l.*d.3.

in Via publica juriſdictio etiam cohæret, ac ſoli Domino Regalium competit *vol.*5.*d.*11.*l* ccc.1.2.*d.*12.*l.*ggg.2.

Viis inſolitis, & maximè nocturnis qui utitur, mox ſe ſuſpectum reddit, etſi delictum committat, id fraudulento animo

facere

facere voluiſſe creditur *volum.* 3. *d.*5.*l.*ss.1.

Vicarius de omnibus cauſis cognoſcere poteſt, de quibus Principalis, exceptis caſibus in jure prohibitis *vol.*2 *d.*6 *l.*pp 1.

à Vicario non appellatur ad eum, cujus eſt vicarius *vol.* 2 *d.*6 *l.*pp.1.

Vicarius nec alienare poteſt, nec conſenſum dare in alienationibus *vol.*2.*d.*6. *l.*pp.4.

Vicarius omnia facere poteſt quæ Dominus *vol.*2.*d.*6.*l* pp.4.*&* qq.1.

Vicarii poteſtas, ex litteris vicariatus oritur ac dependet *vol.*2 *d.*6.*l.*qq.1.

Vicarius ſolum ea poteſt, quæ juſtitiæ & neceſſitatis non quæ meræ gratiæ, niſi ſpecialis adſit conceſſio *vol.*2.*d.*6.*l.*qq.2. *vol.*7.*d* 1 *l.*a.3.

Vicarii Imperii, feuda regalenſia, id eſt, Ducatuum & Principatuum conferre non poſſunt *volum.*2.*d.*4.*l.*z.4. *volum.*7. *d.*1.*l.*a.3.

Vicarii Imperiales diverſi in Italia, ut Duces Mediolani, Sabaudiæ, Mantuæ &c. in regno Arelatenſi Delphinus & ſic paſſim alii extiterunt: Sic in Germania ſi vacet Imperium, Vicarii ſunt Palatinus & Saxo, & quidem hæreditarii in tantum ut etiam tunc vicarii ſint, quando Cæſar extra Germaniam concedit. Itaque & ſi Summus Pontifex prætendat ſibi vacante Imperio ejusdem adminiſtrationem competere, tamen hoc ab Imperio non attenditur, ſed ea nec per Pontificem, nec per Electorale Collegium, ſed per prædictos Principes exercetur *vol.*2.*d.*6.*l.*nn.4. *&* oo.1.2.3. *&* 4. ubi ſimul vide hoc munus & Privilegium, acceperit, & quibus locis hi Vicarii imperitent, Palatinus nempe limiti Franconico, Saxo limiti Saxonico, in quos limites olim Teutonicum regnum præcipuè diviſum fuit, ſub iisque comprehenſum *ibid. volum.*5.*d.*2.*l.*f.3 *d.*23. *l.*nnnnn.1.*&*4.*&* ooooo.1.2.*d.*24.*l* uuuuu. 4.*d.*18.*l.*oooooo.1. *vol.*6. *d.*3*l.*S.3. *vol.*7. *d.*5.*l.*y.2.

Vicarii prædicti Palatinus & Saxo eandem poteſtatem exercent quam Cæſar defunctus, ipſis etiam, etſi multi contrarium adſerant, Camera Spirenſis ſubjacet, cum morte Cæſaris ejus Jurisdictio non expiret *volum.*2.*d.*6.*l.*oo.4. *d.*13.*l.*β.3. *vol.*4.*d.*2.*l.*l.1, *vol.*5.*d.*23.*l.*ooooo.3. *vol.*7. *d.*1.*l.*a.4.

Vicariorum horum eadem poteſtas eſt, quæ Imperatoris extra ſcilicet caſus exceptos, ac expreſsè reſervatos *vol.*7.*d.*1. *l.*a.3.

Vicariis etiam gratioſa, quæ neque in damnum Imperii vergunt, nec alienationem continent, prohibita non ſunt *vol.*7. *d.*1.*l.*a.4.

Vicarii Imperii judicant in omnibus cauſis civilibus, criminalibus, feudalibus, exceptis quæ feuda regalenſia ſunt: & hoc ſine appellatione *volum.*2.*d.*6.*l.*oo 4. *&* pp.1. quæ nec conferre poſſunt *ibid. &* *d.*14.*l.*l.3 *vol.*5.*d.*23.*l.*ooooo.4. Itaque Vicarii tempore interregni ſine appellatione judicant *vol.*7.*d.*5.*l.*y.3.

Vicarii Imperii quomodo conveniuntur, vel, conveniuntur ut Principes, tunc coram ordinariis & ſolitis Judiciis, vel conveniuntur ut vicarii, tunc coram Imperii ordinibus vel novo Imperatore *vol.* 2.*d.*6.*l.*pp.1.

Vicarii Imperii habent Jura patronatus & primaria[illegible] precum, quibus Cæſares uſi ſunt, [illegible] colligendorum redituum,

tuum, quos tamen deductis impenſis novo Cæſari reſtituere debent, item Inveſtiturarum feudalium exceptis regalenſibus, & recipiendorum, Juramentorum *vol.2.d.6.l* pp.2.*&* 3. *vol.5.d* 23.*l*.ooooo.3.

nota quod Vicarii Imperii feuda Regalenſia, id eſt, **die Fahnenlehen**/ concedere non poſſint *vol.7.d.1.l*.a.3.

Vicariis Imperii omne genus alienationis, & obligationis rerum Imperialium prohibitum eſt *vol.2.d.6.l*.pp.4.*d*.14.*l*.I.3. *volum*.5.*d*.23.*l*.ooooo.4.

Vicarii Imperii omnia poſſunt quæ Cæſar, exceptis iis quæ in Aurea Bulla expreſsè ipſis prohibita, interdicta, & à Jurisdictione ipſorum exempta ſunt: cum ut ea excipiuntur, quæ aliàs ſoli Cæſari reſervata ſunt *vol.2.d.6.l*.qq.1.*&* 2.eorum tamen poteſtas, ſolum ad ea reſtringitur, quæ ſunt Juſtitiæ & neceſſitatis non quæ meræ gratiæ: poſſunt tamen etiam gratias concedere, modò eæ nullam rerum Imperialium alienationem ſapiant. Itaque breviter Vicarii hi utuntur plenitudine poteſtatis *vol.2.d.6.l*.qq.1.*&* 2. *d*.13.*l* β.3. *vol* 4.*d*.1.*l*.)()()(.4.*vol*.5.*d*..23.*l*.ooooo.3, 4.*vol*.7.*d*.1.*l*.a.3.

Vicariatus demum finitur, ſi aut Cæſar redeat aut novus eligatur *vol.2.d.6.l*.qq.3. *vol.5.d*.23.*l*.ppppp.2.

poſt Victoriam clementia magis probatur quàm ſeveritas, & præſtat captos ſervare quàm occidere *volum.5.diſput*.19. *l*.bbbbb.2.

Vicinitatis in emendis, & retrahendis prædiis magnum eſt commodum, & privilegium *vol.1.d*.12.*l*.yy.3.4.

ſupra Vicini ſolum ſi quis projectionem habet eamque Jure ſe habere dicat, alter verò neget, utrique adverſus alterum interdictum hoc inutile eſt: Is quoque qui ſuperficiem poſſidet, non utitur hoc interdicto *l*.1. Interdicto uti poſſidetis *vol*.3 *d*.3.*l*.q.1.

Viduæ tutelam liberorum ſuſcipientes non jurant de non contrahendis ſecundis nuptiis *vol.2.d*.28.*l*.NN.2.

Viduæ extra forum ſuum Principis reſcripto vacari non poſſunt *volum.2.d*.28. *l*.NN.4.

Vidua in dignitate conſtituta nubens plebejo dignitatem priſtinam per privilegium Principis retinere poteſt *volum*.2. *d*.28.*l*.NN.2.

Viduæ ignorare poſſunt an falſa moneta in domo ſua cudatur *volum.2.d*.28. *l*.NN.4.

Viduæ extra forum ſuum, Principis reſcripto, vocari non poſſunt *vol.2.d*.28. *l*.NN.4.

Viduæ ſi honeſtè vixerint, retinent dignitatem viri *vol.3.d*.5.*l* ff.4. nobilitatem & omnia privilegia *vol.4.d.9.l*.nn.3.

Vidua nobilis juri gaudet omnibus privilegiis mariti *volum.4.d.9.l*.nn.3.*d*.10. *l*.bbb.3.

Vigilantibus jura ſcripta ſunt, non dormientibus *vol.7.d.1.l* c 2.*d*.4.*l*.s.2.

ad Vim avertendam, quæ præcepto ſecundo adverſatur, varii inventi ſunt modi *vol.6.d*.3 *l*.X.3.

Vim facit non tantum is, qui vulnerat, ſed etiam qui id, quod ſibi deberi putat, non per Judicem repoſcit *vol.6.d*.3.*l*.V.3.

Vim vi repellere licet *vol*.1 *d*.19 *l*.Q.3. *volum* 2.*diſp*.7. *l*.kKk.3.*d*.22.*l*.BB.2.*d*.23. *l*.CC.1. *& per tot. &* DD.1.*d*.24.*l*.DD.2. *& per tot. l*.DD 3. *&* 4. *&* FF.2. *&* 3. *&* G[illegible] 3.

GG 3.*d*.25.*l*.II.1.*d*.27.*l*.LL.1.*&* 2.*volum*.4. *d*.2.*l*.n.1.*d*.9.*l*.ſs.3.*&* 4.*d*.19.*l*.rrrr.4. *vol*.5. *diſp*.19. *l*.zzzz.3.*d*.35.*l*.Y.2.3.*d*.42.*l*.III.2.3. *d*.43.*l*.LLL.4.*d*.46.*l*.ZZZ.4.

Vi poſſeſſæ res vendi non poſſunt,nec titulum alicui acquirunt *vol*.3.*d*.9.*l*.ccc.1.

Vincula duo, ſunt uno fortiora *vol*.4. *d*.9.*l*.uu.4.*d*.10.*l* eee.3.Et duo plus ligant, quàm unum *vol*.7.*d*.4.*l*.n.3.

ſi Vinco vincentem te,multo magis te vinco *vol*.7.*d*.4.*l*.n.2.

Vindicationem Dominus in res ſuas furto ablatas ubiq; habet,etiam non refuſo emptori pretio *vol*.2.*d*.7.*l*.bBb.2.

Vindicatio non niſi Dominis rerum, aut iis qui dominii Jure poſſident, competit *vol*.2.*d*.14.*l*.C.3.*vol*.6.*d*.4.*l*.Mm.1.

Vindicatio nulla eſt,quæ non præſupponat,& arguat dominium *volum*.7.*d*.4. *l*.l.3.m.2.

Vindicari non poſſunt res conſumptæ, ſed extantes *vol*.7.*d*.4.*l*.l.4.

Vindicationes rerum omnibus aliis actionibus præferuntur *vol*.7.*d*.4.*l*.l.4.

Vindicari res extantes à dominis ſolent,conſumptæ condici *vol*.7.*d*.4.*l*.s.1.

Vindicta privata authoritate nulli permittitur *vol*.2.*d*.23.*l*.CC.2.*d*.24.*l*.DD.2.

in Vindicatione rei, ſufficit Actorem ſimpliciter proponere ſe eſſe Dominum, non expreſſa cauſa Dominii,quæ in progreſſu declarari poteſt *vol*.3.*d*.3.*l* s.1.

in Vindicatione rei Dominium Actor probare debet, nam hujus actionis duo requiſita ſunt, dominium ex parte actoris,& poſſeſſio ex parte rei,adeò ut ſi alterutrum non probet Actor,Reus etiam nihil præſtans abſolvatur *vol*.3. *d*.5.*l* rr.3. *vol*.7.*d*.4.*l*.l.3.

Violentus invaſor de caſtris vi occupatis infeudari non poteſt, etiam à ſummo Principe, & inveſtitura confirmatioque deſuper impetrata nulla eſt *vol*.2.*d*.6. *l*.uu.1.

Violenta exactio multis nominibus nocere ſolet *vol*.6.*d*.8.*l*.Eee.2.

Vivi comburium nunquam decerni debet,niſi cum lege diſertè & expreſſum *vol*.2.*d* 7.*l*.cCc.1.

Vir & uxor ſunt communes in bonis mobilibus,& acquæſtibus jure,ac vi matrimonii *vol*,1.*d*.12.*l*.zz.2.3.

Virgo quomodo cognoſci poſſit, & quomodo ejus deploratio probari debeat *vol*.5.*d*.49.*l*.FFFF.1.2.

Vis & metus in dubio non præſumitur, neque nudis adſertionibus, ſed facti attrocitate demonſtratur *vol*.5. *d*.30. *l*.A.1.

Violentum & clandeſtinum poſſeſſorem viciſſim expellere nobis licet,ſi id in continenti fiat, antequam ad alia negotia extranea voluntariè (neceſſarius enim actus, qui evitari nequit, interveniens, non obſtat) divertamus; quin & in continenti recuperaſſe dicitur,qui ſemper habuit animum recuperandi,nec ullam diligentiam prætermiſit, etiam poſt intervallum multarum dierum *vol*.2.*d*.14.*l*.H.1. *d*.22.*l*.BB 2 *d*.23.*l*.CC.3.*&* 4.*l* FF.3.*&* 4. vide Poſſeſſio.

Vis & major violentia eſt, cui reſiſti non poteſt *vol*.2.*d*.17.*l*.O.3.

Vi bonorum raptorum actio competit non ſolùm Domino,ſed omnibus aliis quorum intereſt rem raptam, id eſt, vi ablatam non eſſe,contra illum,qui dolo malo rapuit,aut rapere curavit,intra an-

num utilem in quadruplum, cui tamen rei perſecutio ineſt, poſt annum verò in ſimplum: hodie pœnam gladii raptores ſuſtinent *vol.2.d.25.l.HH.1.*

Vis alia eſt publica, alia privata, publica fit armis: privata ſine armis, & cum quis aliquem convocatis hominibus verberibus excipiat, illa eſt capitalis, hæc criminalis, puniturque publicatione tertiæ partis bonorum & infamiæ *volum.2.d.25. l.HH.3.vol.7.d.7.l.ii.3.* illa etiam punitur deportatione, & confiſcatione bonorum, hodie ex conſtitutione pacis publicæ puniuntur *ibid.*

Virtenbergiæ Ducatus feudum Auſtriæ eſt, & tamen Dux ipſius immediatè Cæſari ſubjacet *vol.2.d.3.l.n.3.*

Virtenbergiæ Ducatus emptionibus crevit *vol.5 d.17.l.yyy 4.*

Virtenbergiæ Dux, Ducatum ſuum ab Auſtriaca domo in feudum recognoſcit, hoc tamen non obſtante eſt Princeps Imperii *vol.5.d 17.l.ffff 4.*

Virtenbergiæ Dux abſque provocatione judicat *vol.5.d.18.l.uuuu.3.vol.7.d 5. l.y.3.d.9.l.pp.3.* ita tamen ſi inter ſolos ſubditos lis ſit, non ſi inter ſubditos, & extraneos *ibid.*

Virtutis magna incitamenta ſunt præmia *vol.6.d.3.l.Hh.3.*

Virtus ſola facit hominem idoneum ad nobilitandum *vol.4 d.9.l.kk.4.& ll.1.* non divitiæ, non nobile aliquod ſcelus, *ibid.d.10.l.aaa.3.& 4 & ddd.1.*

Virtutum præmia hominibus benè merentibus, non hominibus nihili & vitioſis tribui convenit *vol.4.d.9.l.ll.1.d.10. l.aaa.3.& 4.d.20.l.uuuu.1.*

Virtus Nobilitatem generans duplex eſt, vel militaris, quæ legionibus, vel civilis quæ legibus paratur *vol.4.d.9.l.ll.1. d.10.l.aaa.3.& 4.*

Virtus militaris eſt, quum quis pro patria mortem bellicam honeſtè oppetere non detrectat *volum.4 d ſ 9.l ll.1.d.10. l.aaa.3.*

Virtus civilis eſt prudentia rectè conſultandi de iis, quæ Reipubl. ſunt utilia: qua virtute qui inſtructi ſunt, nobilitatem licet non civilem, non tamen minorem, tanquam caſtrenſe aliquod bonum, ſibi ſuiſque conciliant, ita ut naturaliter loquendo, ſicut anima præfertur corpori, Sol Lunæ, aurum plumbo: ita nobilitas ſcientiæ quæ dicitur animi, ſit præponenda civili *vol 4.d.9. l.ll.2.d.10.l.aaa.4. & bbb.1.*

Virtutum tanta cognatio, & connexio eſt, ut nemo unam virtutem poſſideat, qui non poſſideat omnes, & nemo non omnes poſſideat, qui unam *volum.7. d.10.l.rr.3.*

Virtuti debitum debet conſtitui præmium, nam virtus præmiis maximè excitatur, & virtus amara eſt abſque gloria *vol.4 d 9.l.nn.4. & oo.1.d.10.l.ccc.2.& 5. d.20 l.uuuu.1.*

Virtus unita nunquam non eſt fortior *vol.7 d.4.l.n.3.*

Vita hominis etiam precioſiſſimis quæque præferenda eſt *vol.2.d.23 l.CC.3 4.*

Viventis nulla eſt hereditas *vol 7. d.[illegible] l g.4.*

Univerſalis oratio in uno falſa, in omnibus falſa cenſetur *volum.6. [illegible] l.Nnnn.1.*

in Univerſitate quod majori parti placuit, id obtinet *vol.5. d.29.l.qqqqq[illegible]*

Univer-

Univerſitas ut actum aliquem expedire poſſit, neceſſarium eſt, ut ad minimum ejus duæ partes conveniant *volum.5.d.29.l* tttttt.1.

Univerſitas ſi ad unum redeat, is nomine univerſitatis quæque rectè expedit *vol.5.d.29.l*.tttttt.1.

in Univerſitate, quæ quicquam decernere vult, plura & majora vota vincunt, ubi pulchrè *vol.5.d.29.l*.xxxxxx.3.

per Univerſitatem multa in conſequentiam transeunt, quæ per ſe & principaliter alienationem reſpuunt *vol.5.d.31.l*.M.1.

Ulma olim Abbati Augiæ majoris ſubdita civitas fuit, nunc Imperialis, & quidem ex præcipuis eſt *vol.2.d.3.l*.p.3.

Univerſalis lex ſpeciali non derogat *vol.2.d.6.l*.rr.1.

quod in Univerſalem ſucceſſorem transferri non poteſt, id nec in particularem *vol.7.d.4 l*.o.3.

Univerſalis dictio comprehendit omnes caſus, & omne tempus *volum.2.d.6.l*.ii.2.*vol.6 d.3.l*.Cc.2. omnes perſonas etiam futuras *ibid.*

Univerſali ita Indefinita oratio æquipollet, niſi rationis diverſitas, quæ juris arguit diverſitatem, ſuadeat contrarium *vol.6.d.3.l*.Cc.2.

Univerſali indefinita æquipollent *vol.2.d.6.l*.oo.3.4.*vol 6.d.3.l*.Cc.2.

Univerſalis oratio magis eſt negativa, quàm affirmativa *vol.6.d.3.l*.Cc.2.

Univerſitates exemplo minorum in integrum reſtituuntur *vol.4.d.5.l*.z.1. datur hæc in integrum reſtitutio univerſitati, adverſus univerſitatem, eique petendæ quadriennii tempus præfinitum eſt *ibid.l.z.2.*

Univerſitati bona per donationem acquiruntur, ſive ea purè ſive ſub conditione facta ſit: pollicitationes autem promiſſorem tum demum obligant, ſi juſtæ, & ob aliquam cauſam factæ ſint *vol.4.d.5.l*.x.4.

Univerſitas in Judicio aliter, quam per Procuratorem comparere nequit, etſi Syndicum conſtituere nolit, cogi ad id poteſt: citatur autem vel perſonalis vel ad domum, illud eſt quando Univerſitas citatur congregata in concilio hoc, quando ſchedula citatoria januis vel locis publicis affigitur *vol.4 d.5.l*.z 2.

Univerſitati hæreditas, & legata per teſtamenta atque ultimas voluntates relinqui poſſunt *vol.4.d.5.l*.y.1. ſi tamen hujusmodi collegia licita ſint, aliâ ſecus *l*.y.2.

Univerſitas citanda eſt à competenti judice, hinc ſi major pars ſit Clericorum, laici ſequentur eos, & vice verſa: item citari debet ad locum tutum *vol.4. d.5.l*.z.2.& 3.

Univerſitatis libellus in judicio in civilibus nomine Univerſitatis, in criminalibus nomine Syndici concipitur: Juramentum quoque calumniæ univerſitatis nomine præſtat Syndicus *volum.4.d.5.l*.z.3.

in Univerſitatis cauſa ſi teſtes produci debeant, etiam qui de Univerſitate eſt, teſtis eſſe poteſt, maximè ſi res per alios probari vix poſſit *vol.4.d.5.l*.z.3.

Univerſitatem delinquere poſſe certum eſt, nec tamen ea deliquiſſe intelligitur, niſi univerſus populus cum capite, & mem-

& membris convocatis univerſis civibus per ſonitum campanæ, tubæ, vel alium conſuetum modum habito prius conſilio, ex propoſito & unanimi conſenſu congregatus fuerit, & quid committendum concluſerit, hoc obtinet in continuo, in ſucceſſivo Univerſitas, delictum aliquod ratum habere poteſt. Item ratum habere videtur, ſi ſontes non puniat *vol.4.d.5.l.z.3.& 4.*

contra Univerſitatem lata ſententia, quæ in rem judicatam tranſiit, executioni mandanda eſt, intereſt tamen in modo exequendi, utrum cauſa ſit civilis an criminalis. Si Univerſitas propter debitum civile condemnetur, tenetur primum illud ſolvere de bonis mobilibus communibus, poſtea immobilibus, & nominibus debitorum; quod ſi nulla ſint nomina debitorum, vel immobilia, in ſubſidium collecta, imponitur *vol.4.d.5. l.z.4.*

Univerſitas ex delicto dupliciter condemnatur, aut enim mulcta illi infligitur pecuniaria, aut graviori pœna coërcetur, ita ut aliquando deſtruatur *vol.4.d.5. l.z.4.*

Univerſitates deſtructæ privilegia & jura omnia amittunt, ſecus judicandum de illis quæ à Tyrannis, vel hoſtibus occupantur *vol.4. d.5 l.aa.1.*

Univerſitas nunquam moritur *vol.5. d 17.l.iiii.2.*

de Univerſis propriè prædicari non poteſt, quod de ſingulis diſpoſitum eſt *vol.5.d.30.l.E.3.*

Univerſis civibus legatum relictum, non dicitur relictum ſingulis *vol.5. d.30. l.E.3.*

in Univerſitatis ſæcularis actibus, & terris Imperii non attenditur ſuffragiorum ſanioritas, ſed ſola ſufficit majoritas *vol.6.d.3.l.Y.3.*

in Univerſitatis actibus, in quibus tractatur de rebus ipſam univerſitatem ut ſingulos concernentibus, non majoris partis, ſed omnium requiritur conſenſus *vol.5.d.30.l.F.2.*

Univerſitatis eſt, quod Univerſitati emptum aut comparatum eſt: ita ut etiam dominium rei, Eccleſiæ vel civitati emptæ ſine traditione in Eccleſiam vel civitatem transferatur *vol.4 d.5.l.*[illegible]*.4.*

quod Univerſitati ſoli competit, id nec ſinguli cives, nec major eorum pars ſibi vendicare poteſt *vol.5.d.30.l.F.4.*

Univerſitati competunt omnia beneficia, quæ privato *vol.7.d.1.l.b.1.*

Univerſitati quod competit, id debet exerceri per eum, qui univerſitatem repræſentet, nempe Senatum *volum.5.d.30. l.F.4.*

Univerſitas particularium perſonarum facto non tenetur *vol.3.d.5.l.hh.3.4.*

Univerſitati per ſingulos de Univerſitate non acquiritur *vol.4.d.5.l x.4.*

Univerſitates ut præſcribunt, ita earundem res præſcribuntur *vol.4.d.5 l.x.4.*

Univerſitas etiam contrahendo alios ſibi obligat, aliiſque obligatur: imo adminiſtratores Univerſitatis pecuniā mutuò dare poſſunt *vol.4.d.5 l.y 2.* & adminiſtrator ſi pecuniam malè collocaverit, in ſortem tantum condemnabitur, ſi nulla ejus culpa interceſſerit *ibid.*

cum Univerſitate generaliter pleraque ambulant, quæ particularia non ſequuntur *vol.6.d.3.l.Y.4.*

Univocum eſt, quoties nomen generale ſit ſub una definitione commune ad res, ſeu ſpecies, quibus convincatur, eæque ſint inter ſe æqualiter diſtinctæ, nec ſit inter eas prius, vel poſterius, licet una poſſit eſſe nobilior ſpecies alterâ *volum.5. d.49.l.*HHHH 1.

Univocum generale verbum de proprietate includit omnes ſpecies: & verba generalia, generaliter ſunt intelligenda, & ubi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus: ubi vide ampliationes, & limitationes *vol.5. d.49 l.*HHHH.3.

Univocum quod ſolet communicari uni ſpeciei, in materia odioſa capitur in ſpecie *vol.5.d 49.l* HHHH.3.

Univocum quod accipitur in genere & in ſpecie, in materia favorabili, accipitur etiam in genere. Idem eſt in materia indifferenti, ubi nec favor, nec odium attenditur *vol.5.d.49.l.*HHHH.3.

Unius excluſio, eſt reliquorum incluſio *vol.7.d.1.l.*a.4.

de Uno affirmatum, de reliquis intelligitur negatum *vol.7.d.1.l* a.4.

Unum aliquod quando habet dependentiam ab altero, tunc ſublato primo, tollitur & ſecundum: idemque judicatur de ſecundo, quod de primo *volum.7.d.4. l* q.4.

Unum qui vult, vult etiam aliud, ſine quo illud eſt inutile *vol.7.d.4.l.*r.3.

ab Uno commodius, quàm pluribus res geritur *vol.6.d.16.l.*Dddd.4.

Vocabulum vide Nomen. Verbum.

Vocari in omni ſucceſſione primò cenſentur, qui ſunt primò nominati, hique omnium primò ſuccedunt *volum.4.d.16. l.*yyy.2. *&* aaaa.1.2.3. *&* cccc.2.

Vocatio ſucceſſionis ab inteſtato eſt fundamentum *vol.4.d 16.l.*yyy.2.

Vocatus ſpecialiter, ſemper & ubique præfertur generaliter vocato *vol.4.d.16. l.*bbbb.3.

Vogt vocabulum, quid variè ſignificet *vol.6.d.3.l.*Q 4.

Voluntas Principis ſemper præſumitur juri conſentanea, & impoſſibile reputatur illud, quod Princeps concedere non ſolet *vol.2.d.1.l.*b.1.

Voluntas in omnibus geſtis obſervanda eſt, ne illius, quæ varios in modos & formas dividi ſolet, libertas coarctetur. Voluntas ex alicujus rei appetitu oritur. Itaque ubi non aliquid, propter quod res apperi poſſit, ibi nec poteſt eſſe appetitus, & conſequenter nec voluntas *vol.6.d.19. l.*Ssss.4.

Voluntarii actus, ultra quam arbitrium ferat, non extenduntur *vol.2.d.3. l.*l.4.

Voluntas & propoſitum delicta diſtinguunt, non exitus *vol.2.d.17.l.*O.3. vide Delictum.

Voluntas & impetus occidendi, ſi effectu caruit, homicidium non eſt, etſi pro homicidio puniatur jure pontificio *vol.2. d.22.l.*AA.4.

Voluntas verbis, an facto declaretur, parum intereſt, & animus ex ſequentibus ut plurimum æſtimatur *vol.3.d.1.l.*b.3.

Voluntas hominis ambulatoria eſt uſque ad ſupremum vitæ exitum *vol.3.d.10. l* D.4.

Voluntas noſtra varia eſt; Nam ſæpe, quod poſſumus, nolumus, & quod volumus, non poſſumus *vol.6.d.8 l.*Ggg.4.

Voluntas defuncti ubivis primum lo-

cum obtinet, cum variis modis liberè de ſuis rebus diſponere liceat *volum.3.d.*10. *l.*E.1.

Voluntas morientis ceſſat *volum.4.d.*5. *l.*x.3.

Voluntas revocatur, cum contrarium ponitur *vol.4.d.5.l.*x.3.

Voluntas hominis ut de rebus ſuis aliquid faciat, non debet cogi invita *vol.5. d.*17.*l.*hhhh.3.

Voluntas coacta etiam voluntas eſt *vol.6.d.*17.*l.*Hhhh.1.*vol.7.d.7.l.*ii.3.

in Voluntariis actibus & qui ſunt meræ facultatis, nulla induci poteſt præſcriptio, vel conſuetudo *vol.5.d.*17 *l.*hhhh.3.4. *&* iiii.1.

Voluntatum ultimarum natura eſt, ut ad extremum uſque ſpiritum ſint mutabiles & ambulatoriæ *vol.5.d.*31.*l.*M.4.

Volenti non fit injuria *vol.5.d.*39.*l.*LL.2. *d.*43.*l.*NNN.3.

Voluntas Principis pro lege habenda, & hæc per legem explicatur *volum.2.d.*1. *l.*b.3.

Voluntatem ſuam populus, an verbis, an rebus, & factis ipſis declaret, parum intereſt *vol.4.d.9 l.*ll.4.

Voluntati liberæ alicujus, quando quid committitur, tunc ille ea uti poteſt, etiam præferendo iniquum æquo *vol.6. d.*8.*l.*Eee.2.

Voluntas magis, quàm verba inſpicienda ſunt *vol.6.d.*13 *l.*Vuu.3.

Vota mortis captandæ in Principes Germaniæ non cadunt: itaque pacta ſucceſſoria ipſis jure permittuntur, cum tamen ea privatis propterea interdicta ſint *vol.1.d.*16.*l.*N.4.

à Voto pœnali religionis aut peregrinationis Epiſcopus cum cauſa diſpenſare poteſt, ante commiſſam pœnam, non verò poſt *vol.3 d.*11.*l.*I.3.

Urbes olim duntaxat duæ illuſtres dicebantur nempe Roma, & Conſtantinopolis *vol.6.d.9.l* Iii.2.

Urbes tamen, & hodie illuſtres illæ dicuntur, quæ ſunt imperiales: ſed hoc intelligendum eſt cum moderatione *vol.6. diſp.9. l.*Iii.2.3.4. Kkk.1.2.3. ubi pulcherrimè.

Urbes olim, quia omnes eodem modo cenſebantur, nullum Fiſci privilegium, nec confiſcandi, aut ſuperioritatis jura habebant, ſed inſtar privatorum reputabantur: burſam, ſeu arcam communem tantum habere dicebantur: atque ob pecuniam civitati ſubtractam actione furti, non peculatus agebant. Sed poſtea tempore in hodiernum ſtatum mutato res nunc aliter ſe habet *vol.7.d.4. l.*p.2.

Urbes Imperiales jura ſuperioritatis & regalia habent *vol.1.d* 4.*l.*t.2.*vol.2.d.*4. *l.*dd.4.*d.*13.*l* γ.3. Jus cudendi monetam *ibid. &* δ.1.*volum.3.d.5.l.*ee.1.*vol.4.d.2.l.*l.3. *&* 4.*d.5.l* s 3.*&* 4.*&* r.1.ubi pulchra de hiſce regalibus *&* t.3.*&* 4.*d.*12.*l.*lll.2.*d.*17. *l.*hhhh.2. *volum.5.d.1.l.*b.1.2.*d.2.l.*g.4.*d.*21. *l.*fffff.3. *&* ggggg.3.4. ubi pulchrè *d.* 29. *l.*ssssss.4.*&* uuuuuu.1. *vol.6.d.2.l.*G.2.*d* 3. *l.*Aa.1.Cc.3.*d.*8.*l.*Ccc.3.*d.9.l.*Iii.3.4.Kkk.1. 2.3. Provinciis, & Principibus æquiparantur *ibid.vol.7.d.9.l.*nn.2.

Urbis ſitus maximè à conditore conſiderandus eſt, non tantum quoad aërem, quàm etiam quoad aquas & fontes, & loca orientalia & ſeptentrionalia ſaniora cenſentur *vol 1 d.5.l.*z.4.

Urbes Imperiales, quamvis regalia habeant,

beant,tamen Principibus æquiparati non poſſunt,eo,quod ſæpe ſe dent in clientelam Principum ipſorum, & plerumque territorio deſtituantur *volum.6.d.2.l.*G.2. *d.9.l.*Kkk.2.3.

Urbium Imperialium origo,diſtinctiones,præcipua Jura,quæ maximè ad privilegia à Cæſaribus obtenta,ſuperioritatem, & regalia ſpectant *volum.5. diſp.26. l.*aaaaaa.2. per tot.

Urbes Imperiales primitus à Cæſaribus in protectionem receptę fuerunt,qui ideo advocatos, & officiatos ſuos in illis habuerunt, qui officiati, cum ſæpe huic oneri impares eſſent, dederunt ſe vicinis Principibus in protectionem *volum.6.d.3. l.*K.2.

Urbs junctim à profugis deſerta privilegia perdit: ſic junctim novam ſedem alibi figentibus, privilegia recuperantur, & reviviſcunt: idem dicitur, de urbe ſine populi culpa depopulata, à Tyranno enim,vel hoſte,aliave calamitate everſa, ſi vitam & ſpiritum recipit, redit una in priſcam privilegiorum poſſeſſionem *vol.* 2 *d.3.l.*i.4 *d.*28 *l.*OO.2. *vol.* . *d.*1.*l.*b.4.

Urbes multæ ob perfidiam, rebellionem, etiam ob religionem proſcriptæ, damnatæ, vomere preſſæ, Privilegiis, & honore quolibet, privatæ ſunt *vol.2.d.3. l.*k.1. *&* p.4.

Urbes illæ quæ tanquam pignus, à Principibus, & præſertim Electoribus **als ein Pfandtſchilling** poſſidentur, ab imperiali Jurisdictione exemptæ ſunt *vol.2.d.3 l.*o.4.

Urbem liberam ſi Princeps occupet, & cives juramentum ſubjectionis,aut fidelitatis injuſtè ſibi præſtare cogat,juramentum hoc eos non ligabit *volum.6.d.3. l.*Z.2.

Urbis Imperialis oppigneratæ Cæſar Dominus manet, quia pignus dominii cauſam non mutat *vol.2.d.3.l.*o.4.

Urbis Jus Cæſar ſolus concedit *vol.2. d.*4 *l.*y.2.*d.9.l.*qQq.2. *vol.4.d.5.l.*r.4. *d.*19. *l.*nnnn.4. *vol.6.d.3.l.*Aa.1. nec requiritur amplius ad illius conſtitutionem Epiſcopus *ibid.* vide Civitas.

ad Urbis conſtitutionem præcisè non requiritur, ut in ea ſit Epiſcopus, ſed tamen plerumque in populoſis *volum.2.d.4. l.*y.2.*d.9.l* qQq.2. *vol.4.d.5.l.*r.4.

ut in Urbibus ædificia ſint integra,& benè compoſita, non caſſa, non ruinoſa, ne ruinis decora oppidorum facies deformetur, Reip.intereſt *vol.7.d.4.l.*o.4.

in Urbe decoris, & deformitatis magna olim ratio habita fuit *volum.7. diſp.4. l.*o.4.

Urbes primò quædam liberæ ſunt, quædam municipales, quædam mixtæ: Deinde aliæ ſunt pactitiæ, aliæ exemptitiæ, aliæ privilegiatæ *vol.2.d.4.l.*dd. 2.3.4. *&* ee.1.*d.*13 *l.*8.1.*&* 2. *volum.4.d.2.l.*i 3.*d.*5. *l.*r.4. *&* s.1.*d.*17.*l.*hhhh.1.2. *volum.5.d.*29. *l.*ssssss.3. *vol.6. d.5. l.*Oo.2. *volum.7. d.9. l.*nn.2.

Urbs dicitur & ſumitur pro collecta hominum multitudine, iiſdem legibus, & moribus viventium, urbem muro clauſam inhabitantium:in diverſa etiam nomina abit *vol.2. d.4. l.*dd.2. *vol.4.d.2. l.*l.3.*d.5.l.*r.4. ubi urbis,& civitatis differentiam vide *d.*12.*l.*ggg.1.

Urbes liberæ primò dicuntur,quæ non in totum liberæ, ſed in quibusdam ab Imperii & Cæſaris protectione exemptæ

ſunt: ſecundo, liberæ dicuntur, quæ non à Cæſaris Imperii, ſed Principum, Ducumve Juriſdictione & poteſtate exemptæ ſunt: tertio, liberæ dicuntur, quæ ſecundùm quid Principibus ſubditæ, ſecundùm quid liberæ ſunt; hæ dicuntur ſimpliciter tantum Imperiales, illæ verò liberæ Imperiales, ſuntque ſtatus Imperii, ac iisdem commodis fruuntur, incommodis gravantur, quibus Principes ac Electores *vol.2. d.4.l.*dd.3. *vol.4. d.5.l.r.4. &* s.1, *d.6.l.*cc.1. ubi pulcherrimè *d.12.l*lll.2. *volum.5.d.21.l.*ggggg.3.4. *d.29.l.*ssssss.3. *vol.6.d.5.l.*Oo.2.*d 9 l.*Iii.3.4 Kkk.1.2.3. *vol.7 d.9.l.*nn.2.

Urbes hæ imperiales eadem prærogativa utuntur, quo olim uſa eſt Roma, & tantum æſtimandæ ſunt, quantum aliqua Provincia tota territoriali ſuperioritate munita: Itaque idem poſſunt in ſuis urbibus, & terris illis ſubjectis, ſi habeant, quod Princeps in ſuo Principatu *volum.6. d.9.l.*Iii.3.4.Kkk.1.2.3.

Urbes Imperiales ita Principes referunt, ut & in eas crimen læſæ Majeſtatis committi poſſit *vol.2. d.4.l.*dd.4. Status Imperii ſunt *volum.4.d.2.l.*l.3. *d.6.l* cc.1. *vol.6.d.3.l.*T.2.

Urbes Imperiales hoc modo jura Fiſci habent *vol 7.d.4.l.*p 2.

Urbes Imperiales non ſolum ad Comitia vocantur, ſed etiam ibidem in iis ſuffragium ferunt, fœderaque percutere poſſunt *vol.2.d.4.l.*dd 4. *d.6.l.*hh.3. *vol.4. d.5.l.*s.2.*d.9.l.*xx.2. *volum.5.d.2.l.*g.4.*d.29. l.*ssssss.3.4 *d.30.l* F.1.2.

Urbes omninò ſubjectæ ſunt, in quas Principis ſive Domini Territorialis eſt Juriſdictio, aut qui regalia & merum mixtumque Imperium in urbe exercet, ita ut tanquam ſuperior aut mittat Magiſtratum, aut civitas ſibi quidem Magiſtratum eligat, ſed confirmationem à Principe expectet *vol.2.d.4.l.*dd 4. *vol.5. d.29.l.*ssssss.3.

Urbes multæ ſunt, quæ partim Principes recognoſcunt, partim Regalia à Cæſare obtinent & ſtatus Imperii ſunt, ut Hamburgum, Holſatiæ Duces, Brunſvicum, Brunſvicenſes ut & Goslaria, Magdeburgum Saxoniæ &c. *vol.2. d.4.l.*ee.1. *vol.5.d.29.l.*ssssss.3.*vol.6.d.8.l.*Ccc.3.

Urbes pactitiæ dicuntur, quæ ſe ſubmittentes reſpectu illius, cui ſe ſubmittunt, vel in totum, vel pro parte liberæ ſunt, ſubmiſſio tamen illa debet fieri tantum in certis capitibus, in cæteris verò integra libertas ei ſervetur, in quibus ipſæ regalia retinebunt, nec debet fieri hæc ſubmiſſio in præjudicium Imperii *vol.2. d.3.l.*ee.1. *vol.4.d.5.l.*s 1.

Urbs Imperio ſubjecta, ſi à potentioribus moleſtias belli patiatur, & Imperator ei ſuppetias ferre detrectet, licitè alteri ſe ſubmittere poterit *vol.2.d.4.l.*ee.1. *vol.4.d 5.l.*s.1.

Urbes exemptitiæ exemptione vel ordinaria (conceſſa, vel accidentaria) pactis aut præſcriptione, aut alio modo acquiſita gaudent: Urbes privilegiariæ parum ab his differunt *vol.2.d 4.l.*ee.2 *vol.4. d.5.l.*s 1.

Urbs illa quæ diverſis Principibus paret, non dicitur Reſp. una eademque, illa verò cujus unus & idem ſummus Magiſtratus, etſi mœnibus, & foſſis interciſa ſit, veluti Praga, Herbipolis, Francofurtum,

tum, &c. Reſpublica tamen una dicetur *vol.2.d 5.l.ee.4.*

Urbis finis idem eſt qui civis, nempe ut in civitate ab injuriis tuti vivamus, non qui hominis ut Bodinus vult *volum.2. d.5. l.ff.1.*

Urbi, quæ Præſules ſuos interimit, Epiſcopalis dignitas detrahitur *vol.2. d.7. l.kKk.2.*

Urbs ſi annona publica deficiat, aliquem cogere poteſt, ut ſibi res ſuas vendat *vol 3.d.9 l.*bbb.2.

Urbs etſi in Imperii præjudicium alteri ſe ſubjicere non poſſit, tamen aliæ urbes ſe alteri Principi ſubjicere, aut ejus patrocinium quærere poſſunt *vol.4. d.5. l.s.1.* & 2.

Urbis pars eſt vicus *vol.4. d.5. l.t.1.*

Urbes etſi merum, mixtumque Imperium habeant, pœnæ capitalis à lege impoſitæ delinquentibus gratiam facere, vel aſyla conſtituere non poſſunt *vol.4. d.5.l.t.3.* & 4.

Urbes etſi Juramentum ſubjectionis alicui præſtent, tamen libertatem adhuc præſcribere poſſunt *vol.4 d.5.l.*u.2.

Urbes ab inteſtato civibus ſuis non ſuccedunt *vol.4.d 5.l.y.1.*

Urbs mutuum accipiens ex mutuo obligatur, nec in utilitatem publicam pecuniam verſam eſſe, neceſſe eſt docere, quin imò & ſi non modo in publicam urbis utilitatem pecuniam non verſam, ſed Principi, vel alteri mutuò datam conſtet, civitas obligata erit, nec Princeps, licèt ad eum pecunia pervenerit, conveniri poterit. Idem obtinet, ſi Urbs pro Principe fidejuſſerit, vel principalem ſe conſtituerit *vol.4 d.5.l.y.2.*

Urbs ſuis adminiſtratoribus mutuam pecuniam accipientibus tunc obligatur, quando Urbem repræſentant, & ſi de in rem verſo non conſtet, ſecus verò ſi bona tantum adminiſtrant, tunc non tantum obligantur, ſi de pecunia in uſus publicos erogata conſtet *volum.4. d.5. l.y.2. d.17. l.hhhh.2.*

Urbs etſi obligetur ex mutuo, & bona civitatis communia ſint, pro debito tantum univerſitatis ſingulares perſonæ vexandæ non ſunt, nec enim debitum univerſitatis eſt debitum ſingulorum *vol.4. d.5.l.y.2.*

Urbium adminiſtratores, ut bona ſingulorum civium, eorumque perſonæ, donec ſolutio fiat, arreſtentur, obligare non poſſunt, niſi ſinguli ipſimet conſenſerint, imò tunc unicus ad integram ſolutionem compelli poteſt, ſi ſe ſinguli in ſolidum obligarint *vol.4.d.5.l.y 3.*

Urbium adminiſtratores, ſi pecunia mutuò accepta in utilitatem publicam verſa non ſit, ſoli ipſi obligabuntur contrahentes, ſed qua actione convenientur, dabitur contra ipſos condictio ex cauſa *vol.4.d.5 l.y.3.*

in Urbis, aut univerſitatis rebus an cenſus conſtitui poſſit, quæritur? diſtinguo. Nam in bonis univerſitatis ad perpetuum uſum deſtinatis ſine licentia Principis cenſus conſtitui nequit: ſecus eſt in aliis bonis, quæ in patrimonio Univerſitatis ſunt *vol.4.d.5.l.y.3.*

Urbis res vendi poſſunt, ſed non ſine ſingularibus quibusdam ſolennitatibus, quas ibi vide *vol.4.d.5.l.y.4.* nec hujusmodi ſolennitatibus renunciari poteſt *ibid.*

Urbs non tenetur admittere Principem, ut rationi ab adminiſtratoribus reddendæ interſit *volum.*4.*d.*5.*l.*z.2. *diſput.*17. *l.*hhhh.2.

Urbs in bonis ſuorum adminiſtratorum jus tacitæ hypothecæ habet *vol.*4.*d.*5. *l.*z.2.

Urbes Imperiales Auſtregarum jus non habent *vol.*4.*d.*9 *l.*xx.2.

Urbes fœderatas & ſocias Romani habebant, quæ libertatem non amittebant, licet, impari conditione in fœdus veniſſent, Autonomi illi erant, non cives: quanquam non malè obſervavit Machiavellus, ſub hac ſpecie in ſervitutem illas poſtea tractas. reliqui omnes populi, qui non erant hoſtes, peregrini dicebantur *vol.*4.*d* 17 *l.*hhhh.1.

Urbes provinciales cum inſtar privatorum ſint, mero mixtoque Imperio regulariter deſtitutæ ſunt, niſi id vel conceſſione habeant, vel præſcriptione, hinc tamē Jus condendorum ſtatutorum non concedimus, ſed ſpeciali conceſſione opus eſt: quod autem connexa ſint, omnimodam Jurisdictionem habere & ſtatuta condere poſſe, id ad urbes Italiæ liberas pertinet, nec abſque diſtinctione admitti poteſt. Quæ tamen adminiſtrationem conſequuntur, condere poteſt urbs, ut ſunt, ſtatuta, Univerſitatis bona, & negociationes concernentia, item ſe mutuo conſenſu ad voluntariam collationem obſtringere & pecuniam forenſem colligere, Marckgelt/ in principis tamen præjudicium nihil facere poſſunt, nec igitur ſe Principis protectioni ſe ſubtrahere, nec alterius protectioni regulariter ſe ſubjicere poſſunt *volum.*4. *d.*17.*l* hhhh.2. *vol.*5. *d.*21 *l.*lllll.3.4.

Urbes Principum provinciales, ſi ſtatuta ac conſuetudines etiam ſolummodò Univerſitatis, atque civitatis negociationes & bona concernentes, condere velint, Principi ſuo ea offerre, eorumque reviſionem confirmationemque petere tenentur, quod idem obtinet in alienatione bonorum civitatis, & in multis locis, etiam in electione bonorum civitatis, & in multis locis, etiam in electione Magiſtratuum *vo'* 5.*d.*11.*l.*bbb.4 *&* ccc.1.

Urbs à Principe ſuo gravata eum vel coram Auſtregis, vel in propria ſua curia convenire poteſt *vol.*5.*d.*11.*l.*ccc.1.

Urbs provincialis etſi Jurisdictionem habeat, tamen ab ea exempti ſunt Principis ſui aulici & familiares *volum.*5. *d.*11. *l.*ccc.1.

Urbs quælibet cives, & homines ſuos defendere tenetur, cum quoad cives ſuos, patris locum ſuſtineat *vol.*6.*d* 3.*l.*T.2.

Urbes Imperiales religionem mutare poſſunt, etiam illæ, quæ ante Paſſavicam pacem Catholicæ, & Lutheranæ fuerunt *vol.*5. *d.*27. *l.*aaaaaa.2. *per tot.* ubi pulchrè. Epiſcoporum jurisdictionem hodie obtentis ab Impp. privilegiis, & Immunitatibus ad ſe traxerunt *vol.*6.*d.*3.*l.*Aa.1.

Urbes Imperiales fulcra & columnæ Imperii ſunt *volum.*5.*d.*29.*l.*ssssss.3. *vol.*6. *d.*9.*l.*Iii.3.

Urbes Imperiales ſunt nobiliſſima membra Imperii *volum.*6. *diſput.*9.*l.*Iii.3. Kkk.2 3.

Urbes Imperiales in duo ſcamna dividuntur, Rhenanum & Svvevicum *vol.*5. *d.*29.*l.*ssssss.4.

Urbem ſuam cives, imò & incolæ ſummo ſtudio defendere tenentur. Imò Urbs cives ſuos ad ſuſcipiendam urbis defenſionem cogere poteſt *vol.6 d* 3.*l*.T.3.

Uſucapio rerum vi poſſeſſarum nulla omninò, nec unquam valet *vol.2.d* 3.*l*.h.1. id eſt, debet adeſſe bonæ fidei poſſeſſio, malæ enim fidei poſſeſſor nunquam præſcribit, quanquam jure civili ſufficiat, ut ſit bona fides ab initio, nec ſuperveniens mala fides præſcriptionem interrumpet, ſecus de jure canonico *vol.7.d.7.l*.ii.1. vide Poſſeſſor, & Præſcriptio.

Uſucapio ſola compleri dicitur, non poſſeſſio, illaq; ſola ad hæredes quaſi juncta tranſire ſolet *volum.2.d*.14.*l*.A.3.*&*B.1. *vol.3.d.3.l*.q.1.2. *vol.6.d.4.l*.Nn.2.

Uſucapio ergo intelligitur, quando dicitur, quod poſſeſſio tranſeat ad hæredes, id eſt, intelligitur ipſum jus longæ poſſeſſionis, non actus ipſe poſſeſſionis, qui eſt facti *vol.6.d.4.l*.Nn.2.

Uſucapio nulla ſine poſſeſſione procedit, itaque, qui tantùm detinent, non verò propriè poſſident, nihil ſibi, ſed quidquid uſucapiunt, id Domino rei uſucapiunt *volum.2.d*.14.*l*.A.3.*& d*.27.*l*.LL.4. *vol.6.d.4.l*.Nn.2.

Uſucapio itaque nobis ignorantibus per procuratorem compleri non poteſt, quia omninò ſcire debemus arreptam fuiſſe poſſeſſionem, quanquam per ſervum in cauſa peculii poſſit *volum*.7. *d*.7. *l*.gg.3.

Uſucapio per captivitatem interrumpitur *vol.2.d*.14.*l*.H.2.

Uſucapionis exceptio reo competit, rem ab Actore petitam per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti à ſe uſucaptam eſſe contendenti *vol.2.d*.27. *l*.LL.4.

Uſucapio eſt Juris *volum.6.d.4.l*.Kk.3. Mm.4. ideo introducta ut multitudo, & immortalitas litium minuantur, & tollantur, & ne incerta rerum dominia forent *vol.7.d.4.l*.r.4.

Uſucapio tria potiſſimum requirit: primò rei qualitatem, quæ uſucapionem non impugnet: ſecundò ejusdem rei poſſeſſionem: tertiò poſſeſſionis per tempus lege definitum continuationem. Itaque omnes res, quæ non ſunt uſucapi prohibitæ, uſucapi poſſunt; ut ſunt, patrimonium Principis, res ſacræ, fiſcales, furtivæ, & vi poſſeſſæ &c. nam bona fides omninò neceſſaria eſt: præſcriptio cum uſucapione proximè concurrit *vol.2.d*.27. *l*.LL.4.*vol.3.d*.9 *l*.ccc 1.*vol.6.d.4.l*.Kk.3.

Uſucapione igitur domini rerum conſtituimur, ad quam etiam ſola civilis poſſeſſio ſufficit. Nam ſi utraque concurrat, tunc nullum dubium eſt, quin uſucapio cauſetur *vol.7.d.7.l*.ii.1.

Uſucapio procedit in re, quam probabili ignorantia, ſervum meum, aut ejus, in cujus locum hæreditario jure ſucceſſi, emiſſe falsò exiſtimavi *vol.2.d*.29 *l*.OO.3. de uſucapione vide plura in verbo Poſſeſſio, Præſcriptio, & aliis materiis ad quas requiritur Poſſeſſio aut datur Uſucapio, vel Præſcriptio.

Uſura nomen habet ab uſu pecuniæ, & uſuræ aut ex mora in bonæ fidei judiciis, eisque ſimilibus, vel pacto in continenti appoſito, aut in cæteris ex ſtipulatione debentur *vol.3.d.7.l*.tt.4.

Uſura in ſpecie eſt ad ſortem ſive quantitatem, quacunque ex cauſa creditam

tam acceſſio: & hæc eſt juſta & æqua, cum non tam propter lucrum Creditoris accipienris (principaliter ſcil.) quàm propter moram debitoris non ſolventis inſligatur, quo ipſo à fœnore differt *vol.3. d.7. l.uu.3.* hinc uſura non poteſt per ſe conſiſtere, quaſi acceſſio ſine re principali, ex qua ſuum Eſſe habet *ibid.*

Uſuræ attamen moderatæ licitè recipiuntur in mutuo coacto *vol.1. d.4. l.x.3.* vide inferius, & in verbo Mutuum.

Uſuræ, nec civili, nec naturali, nec Canonico, nec divino Jure indiſtinctè ſunt prohibitæ *vol.1.d.15.l.*K.1. imò licitæ, modò proximum non prægravent, intraque cancellos à legibus præſcriptos contineantur *vol.2.d.*18.*l.*Q.2.*&* 3. *vol.3.d.7.l.*tt.3. *&* uu.1. *vol.4.d.5 l.*q.2.*d.*22.*l.*zzzz.3 4. jure Canonico prohibitas vide *vol.7. d.4. l* s.4.*d.6.l.*cc.2.

Uſuras in ſortem redigere, aut uſurarum uſuras ſtipulari non licet, niſi ſors cum uſuris ad alium debitorem pervenerit *vol.1.d.15.l.*K.2.

Uſurarum taxatio ad quincunces redigitur, quæ contra charitatem proximi uſuræ non ſunt, ſed potius ex mutua charitate proficiſcuntur *vol.2.d.*18.*l* Q.3.

Uſuræ citius currunt, quàm Heraclitus *vol.7. d.1.l.*d.1.

Uſurarum curſus ſola oblatione non tollitur, nec in iis quæ ſtipulatione debentur, nec de his quæ ratione moræ ex officio Judicis præveniunt, ſed requiritur præter oblationem conſignatio & depoſitio *vol.2.d.*19.*l.*V.1.

Uſurarii contractus & fœderatorii tractatus dantur, & contra hos admittuntur probationes *vol.3.d.1.l.*i.2.

Uſurarius non debet judicari actus, qui aliâs eſt dubius *vol.3.d.1.l* i.2.*&* 3.

Uſuræ ſtatutis moderari poſſunt *vol.6 d.3 l.*Oo.3.

Uſuræ in foro conſcientiæ eæ omnes illicitæ ſunt, quæ ſunt contra charitatem proximi: quod fit vel ex parte debitoris, cum is pauper & inops eſt, cui vel tota ſors relinquenda, ſperandaq; à Deo, tantùm abeſt, ut uſuræ ab eo, etiam inter modum LL. conceſſum exigi poſſint: vel ex parte creditoris, quando debitor pauper quidem non eſt, ſed Creditor nihilominus plus juſto uſuras exigit, & quidem cum damno debitoris: in foro fori licitæ uſuræ inter modum, LL. præſcriptum, reliquæ omnes illicitæ, niſi in modum juſti & veri Intereſſe petantur *volum.3.d.7. l.*tt.4.*vol.1.d.*15.*l.*K.2.

inter Uſuram, & inter id, quod intereſt (vulgò Intereſſe dictum) hoc diſcrimen eſt, quod illud propriè ſt acceſſio rei certæ; hæc verò propriè eſt acceſſio quantitatis: adeò, ut quæ incommoditas, circa res quasvis aliâs, præter quantitatem, eſt & dicitur Intereſſe, ea circa quantitatem ſit, & dicitur Uſura *volum 3.d.7. l.*tt.4.

Uſura cedit pro uſu ſortis temporatio, proque dilatione ſolutionis, ac unà cum ſorte reddenda eſt *vol.3.d.7.l.*tt.4.uu.1.

Uſuris 30. annorum ſpatio præſcribi poteſt *vol.3.d.7.l.*uu.1.

Uſura inſligitur propriè propter lucrum, quare uſura ratione debitoris cenſetur pœna *vol.3 d.7.l.*uu.1.

Uſura ſaltem pro rei uſu exigitur; igitur uſura eſt merces, ſeu pretium uſus, quaſi pecunia locata ſit, & ejus locationis no-

mis nomine merces aliqua accipiatur *vol. 3. d. 7. l.* uu. 1.

Uſura generatim ſumpta, eſt vel fœnus, vel uſura in ſpecie, ſit etiam generatim ſumpta triplex, lucratoria, compenſatoria & punitoria *vol. 3. d. 7 l.* uu. 1. *&* 2.

Uſuræ Judæorum exorbitantes tolerari non debent *vol. 6 d. 5. l.* Oo. 3.

Uſura ex mutui, & qualibet alia cauſa ſtipulari poteſt *vol. 3. d. 7. l.* uu 2.

Uſuræ ultra duplum, nec in ſtipulatum deduci, nec exigi poſſunt *vol. 3. d. 7. l.* uu. 2.

Uſura non tantùm mutuo convenit, ſed & omnibus aliis contractibus, quibus pecunia vel quantitas debetur: Deinde ex cauſa venditionis & traditionis rei, vel dotis, ſusceptorum onerum matrimonii, vel propter moram in bonæ fidei Judiciis legatis & fideicommiſſis *volum. 3. d. 7. l.* uu. 3.

circa Uſuras conſiderantur cauſæ, & quantitas ſeu modus, cauſæ, ex quibus uſuræ exiguntur, ſunt Conventio & Mora. Unde ſi quis aliis, quam his duabus cauſis per aliquot tempora indebitas uſuras præſtiterit, in futurum ad eandem ſolutionem obſtrictus non eſt; uti nec is, qui pluribus annis pacto promiſſas ſolvit, quamvis ex longi temporis præſtatione præſumptio contractæ obligationis rectè inducatur, donec à debitore contrarium probetur *vol. 3. d. 7. l.* uu. 3.

Uſuræ ex conventione, ſive ſine mora debentur, cum inter contrahentes ita convenit ut præſtentur; id quod fit vel ſtipulatione, in omnibus tam bonæ fidei, quàm ſtricti Juris Judiciis: vel pacto; ſi id bonæ fidei judiciis tam directis, quam contrariis, in continenti, non ex intervallo accedat. In ſtricti autem Juris contractibus, ſtipulatio neceſſaria eſt, nec in his ex pacto licet in continenti adjecto uſuræ debentur: quod non valet, quando promiſſor ex illo uſuras creditæ pecuniæ ſponte ſolverit. Is enim eas ut indebitas condicere, aut in ſortem acceptò ferre nequit. Sunt & alii quidam caſus, quibus uſuræ ex pacto etiam deberi poſſunt ut in pecunia, quæ debetur Civitatibus, in pecunia menſæ argentariæ præpoſitis debitæ, & in pecunia trajectitia. Prioribus duobus caſibus, ob utilitatem publicam, poſteriori propter cauſam periculi, quod creditor ſuſcipit. Quin & in ſtricti Juris Judiciis creditor per retentionem pignoris, uſuras, de quibus nulla ſtipulatio interpoſita eſt, conſervare poteſt, ſi modò pignus pro uſuris acceptum ſit non minoribus, quàm poſtea ſe debitor præſtiturum repromiſerit, & in eas pignus quoque obligatum fuerit *vol. 3. d. 7 l* uu. 4.

ut Uſuræ ex mora in ſtricti Juris perſecutionibus debeantur, vinculum ſtipulationis præcedat, neceſſe eſt, quæ alioquin ex mora in illis, ne quidem ex die litis conteſtationis deberentur *volum. 3. diſp. 7. l.* uu. 4.

Uſuræ item ex pacto vel conventione expreſſa debentur, ex pecunia non ſignata, ſed ſimpliciter ad numerum ea lege depoſita, ut tantundem reddatur non idem *vol. 3. d. 7 l.* xx. 1.

Uſuræ ex mora in bonæ fidei Judiciis tam directis, quàm contrariis exiguntur. Eſt autem mora ſolvendi, recipiendive crediti fruſtratoria dilatio, alteri damnoſa: dixi fruſtratoria, id eſt, injuſta quia mora culpa eſt, proinde ſi juſta & proba-

Digitized by Google

probabilis cauſa ſit, mora non intelligitur quæ mora dupliciter committitur, vel à debitore in debito non præſtando, vel à creditore in non accipiendo oblatum *vol* 3.*d*.7.*l*.xx 1.

Uſurarum hodie quantitas eſt abrogata, antiquorum centeſima, quæ uſura graviſſima (in qua videlicet in centum nummis ſingulis menſibus unus nummus pendebatur, & ſic 12. per annum) fuit, ut nunc Illuſtres viri ultra trientales uſuras non accipiant: Argentarii & Mercatores non ultra beſſem, cæteri non ultra ſemiſſales: adeò ut ultra eas ne pœnam quidem, in fraudem uſurarum adjicere liceat *vol*. 3.*d*.7.*l* yy.2.

Uſuræ noſtra ætate quincunces ſunt omnibus permiſſæ & juſtæ, id eſt, quando videlicet pro aureis 100. per annum 5. ſolvuntur: Inſtrumenta verò, quæ majores uſuras continentur, non admittuntur, & uſurarius quartæ partis ſortis commiſſione ac caducitate mulctatur *volum*.3. *d*.7. *l*.yy.2. & 3. *vol*.6.*d*.13.*l*.Vuu.4.

Uſuras certas Eccleſia, & agriculæ ſolvere dicuntur. Sed noſtris temporibus & hoc exploſum videtur *vol*.3.*d*.7.*l*.yy.2.

Uſuras uſurarum vel fructuum etiamſi per ſtipulationem in ſortem redactæ ſint (excepta cauſa pupillari) ſtipulari aut exigere non licet; quod adeò verum eſt, ut ſi Judex aliquem condemnaverit in uſuras uſurarum, ea ſententia ipſo Jure nulla ſit *vol*.3.*d* 7.*l*.yy.3. *vol*.1. *d*.15.*l*.K.2.

Uſurarum licitarum limites qui exceſſerit, ad reſtitutionem earundem, & ſortis imputationem tenetur, ac propter quam quod infamia notatur, pœna extraordinaria, officio Judicis Laici, non Clerici, quandoque etiam criminaliter coërceri poteſt. Taleſque uſurarii in cœmeteriis ſepeliri non debent *vol*.3.*d*.7.*l*.yy.3.

Uſurarium pactum contractui licito adjectum, non reddit totum contractum, ſed eo ſubſiſtente, pactum ſolummodò pro non adjecto habetur, quod idem obtinet, ſi quis plus quam unum fl. jannui reditus pro 20. emerit *vol*.3. *d*.7.*l*.yy.3.

Uſuræ petuntur actione bonæ fidei, ſi ex mora, aut pacto in continenti bonæ ſidei Judiciis adpoſito debeantur: certi condictione; ſi ex ſtipulatione, & præſcriptis verbis, ſi pacto initiò fuerint promiſſæ *vol*.3.*d*.7.*l*.yy.4.

Uſuræ citra conventionem vel moram non incipiunt deberi officio Judicis *vol*.3.*d*.13 *l*.N.2.

Uſuras nec immodicas, nec ullo pacti prætextu palliatas poſcat creditor: quarum modus, etſi olim ex centeſimâ, ut ex aſſe ineundus erat, hodie tamen in Imperio noſtro quincunces communius probantur, adeò ut non modò non mandentur executioni Inſtrumenta majores continentia, ſed etiam quarta pars ſortis in commiſſum cadat *vol*.5.*d*.8.*l* pp.4. *vol*.6. *d*.13.*l*.Vuu.4.

Uſuræ civili Jure, in ſtrictis actionibus, neque ex pacto, ſive in continenti, ſive ex intervallo adjecto, neque à tempore litis conteſtationis, ſed ex ſtipulatione ſola debentur, niſi res in obligationem deducta menſurâ conſtans, vel pecunia civitatibus argentariis debita vel trajectitia ſit. Nam pacta contractibus ſtricti Juris adjecta, & ex parte ſaltem, & ex parte actoris inſunt: ſic hodie vel quod ſtipulationis uſus in naturam pacti transmuta-

mutatus, vel quod declaratus ſaltem, & paulo uberior factus ſit, ſtipuletur, vel paciſcatur creditor uſuras, nihil intereſt, utrobiq; enim obtinebit *vol.*5. *d.*81.pp.4. & qq.1.

Uſurarium pactum ſi contractui licito adjiciatur, tunc id non vitiabit contractum, ſed habebitur pro non appoſito *vol.*5. *d.*34.*l* X.3.

Uſuras ſi ſolvit debitor, & juravit ſe eas non repetiturum, tum juramentum illud ſolidum eſt, & non poteſt repetere, niſi à juramento relaxetur: poteſt tamen petere ipſo creditore volente *vol.*7. *d.*2. *l.*f.3.

in Uſura tacitè repetitum cenſetur, quod in ſorte adjectum eſt *vol.*7 *d.*4.*l.*s.4.

Uſuræ concomitantur ſortem, nec niſi hac omnimodè ſublata, extinguuntur *vol.*7.*d.*4 *l.*s 4.

Uſurarum nomine nulli hodiè proceſſus in Camera emanant, benè tamen ſub titulo Intereſſe, aut Damnorum *volum.*7. *d.*4.*l* s.4.

Uſusfructus vendi poteſt & in eo etiam obtinet retractus, quia eſt pars dominii, vel fundi, & conſequenter rei immobilis *vol.*1 *d.*12.*l.*xx.3. *vol.*3.*d.*11.*l.*a.4.*d.*9. *l.*ccc.2. & 3. nam res, in qua dominium, non uſumfructum habeo, nec omni ex parte mea eſt *ibid.vol.*6 *d.*4.*l.*Ll.4.Mm.1.3.

Uſusfructus, id eſt, perceptio fructuum vendi quidem poteſt: ſed jus uſusfructus nulli extraneo vendi, aut donari poteſt, quamvis Domino poſſit *vol.*6.*d.*4. *l.*Mm.1.

Uſufructuarius detinet, non poſſidet propriè, nec ſibi, ſed Domino rei poſſidet *vol.*2. *d.*14.*l.*A.3.

Uſusfructus eſt & juris, & facti *vol.*6. *d.*4. *l.*Ll.4. ubi pulchrè: ubi etiam vide quando uſusfructus cedat dies, & quando ſit juris, quando facti *ibid.* & Mm.1. Nn.1.

Uſusfructus, qui etiam eum ſolum habent, rectè illi domini dicuntur: hinc fit, ut uſusfructus ad proprietarium pertinere, & in ejus dominio eſſe negetur, ſic datur habentibus uſumfructum, ipſius uſusfructus vindicatio, quæ non niſi Dominis rerum, vel ſaltem jure dominii poſſidentibus regulariter competit *volum.*2. *d.*14. *l.*C.3. *vol.*3. *d.*1. *l.*a.4. hinc ipſi ſicut & uſuario competit interdictum uti poſſidetis contra turbatores *vol.*3. *d.*3. *l.*p.3. *d.*10. *l.*E.2. *vol.*6.*d.*4 *l.*Ll.4.

Uſusfructus eſt jus quoddam perſonale, & planè perſonæ cohærens, unde ſi is relinquatur ſervo, etiam ſervi morte extinguitur *vol.*6 *d.*10.*l.*Ooo.2.

Uſufructuarius tenetur ad cautionem præſtandam, proprietario, de re, boni juri arbitrio utenda, adeò, ut nec teſtator eam remittere poſſit *volum.*2.*d.*31. *l.*QQ.2. *vol.*5.*d.*48.*l.*CCCC.4. Excipitur pater in bonis filii: item ſi uſusfructus purè, proprietas ex die aut conditione legata ſit. Item ſi quis omnia ſua bona retento uſufructu donavit, aut ſi is Fiſco conſtitutus eſt, *ibid.* ubi pulchrè de hac cautione.

Uſusfructus retentio ad probationem poſſeſſionis multum proficit *volum.*3.*d.*3. *l.*t.2.

Uſusfructus ejusdem rei pluribus competere poteſt *vol.*5. *d.*46.*l.*ZZZ.2.

Uſufructu alicui conceſſo, tunc quidquid in fundo naſcitur, & quidquid inde

 perci-

Digitized by Google

percipi poteſt, ipſius fructuarii eſt *vol.* 5. *diſp.* 46. *lit.* ZZZ 2.3. *diſp.* 48. *l.* CCCC.2. DDDD.1.2. ita ut proprietarius id impedire non poſſit.

Uſusfructus eſt dividuus *volum.* 5. *d.* 35. *l.* X.1.

Uſusfructus eſt jus alienis rebus utendi, fruendi, ſalva rerum ſubſtantia *vol.* 5. *d.* 48. *l.* CCCC.2. *vol* 6. *d.* 4. *l.* LL.4.

Uſusfructus dividitur in uſumfructum proprium, qui eſt in rebus quæ uſu non conſumuntur, & uſumfructum quaſi qui eſt rerum, quæ uſu conſumuntur *vol.* 5. *d.* 48. *l.* CCCC.2.

Uſusfructus acquiritur alicui, vel à lege, vel à Judice, vel à Domino; à Domino rurſus ultima voluntate, aut conventione inter vivos *vol* 5. *d.* 48. *l.* CCCC.2.

Uſusfructus lege acquiritur patri in bonis adventitiis filiifamiliâs, & hoc olim pleno jure in tantum, ut pater ſit immunis à cautione uſufructuaria, & ratiociniis. Tamen cautio quædam à patre requiritur in iis rebus, quæ uſu conſumuntur *vol.* 5. *d.* 48. *l.* CCCC.2.3.

Uſusfructus lege acquiritur patri in bonis filii emancipati adventitiis, pro dimidia parte *vol.* 5. *d.* 48. *l.* CCCC.3.

Uſusfructus patri in bonis filii adventitiis non competit, ſi avus maternus in teſtamento caveat, & prohibeat, ne pater in bonis illis habeat uſumfructum *vol.* 7. *d.* 2. *l.* h.3.

Uſusfructus patri non acquiritur in feudo, ſi filiusfamilias aliquod feudum acceperit *vol.* 1. *d.* 3. *l.* s.1. *vol.* 4. *d.* 18. *l.* IIII.4. in Coroll. *volum.* 5. *d.* 28. *l.* ffffff.1. *d.* 35. *l.* Z.3. *d.* 39. *l.* II.4. *d.* 42. *l.* EEE.1. *d.* 48. *l.* CCCC.2.

Uſusfructus lege acquiritur, cum conjunx (ſive maritus ſive uxor) ſuperſtitibus ex priori matrimonio liberis ad ſecunda vota tranſit; tum enim in rebus conjugis, quas vel ab ipſo defuncto, vel à liberis, qui parenti ſucceſſerunt, per legitimam liberorum ſucceſſionem accepit, proprietatem amittit, & ſolum uſumfructum retinet *vol.* 5. *d.* 48. *l.* CCCC.3.

Uſusfructus acquiritur per legitimam uſucapionem, ſive longi temporis præſcriptionem *vol.* 5. *d.* 48. *l.* CCCC.3.

Uſusfructus acquiritur per jus accreſcendi *vol.* 5. *d.* 48. *l.* CCCC.3.

Uſusfructus conſtituitur à Domino, idque vel inter vivos, vel ultima voluntate: per dominum intelligitur etiam is, qui nudam tantùm habet proprietatem; Idem dicendum eſt de bonæfidei poſſeſſore, nec non quovis alio, quem prætor in re quaſi dominum tuetur, velut ſuperficiarius, Emphyteuta, & is cui uſusfructus legatus eſt, rogatusque ut eum alii reſtituant, non tamen vaſallus *vol.* 5. *d.* 48. *l.* CCCC.3.

Uſusfructus inter vivos conſtituitur pactionibus & ſtipulatione. Ultima autem voluntate tribus modis conſtituitur: ut ſcilicet quis ſimpliciter uſumfructum leget, vel uſumfructum ſine fundo, vel uni unum, alteri alium *volum.* 5. *diſput.* 48. *l.* CCCC.3.

Uſusfructus quomodocunque conſtituatur, ſemper recipit & diem & conditionem, hac excepta, cum moriar: pro parte item diviſa, vel indiviſa, & tam ex die, quàm ad diem ut deſinat, conſtitui poteſt *vol.* 5. *d.* 48. *l.* CCCC.3.4.

inter Uſusfructus & aliarum rerum legatum, eſt hæc differentia, quòd in hoc, ſive

ſive purè,ſive ex die relictum ſit,dies legati cedat à morte teſtatoris; aſt in Legato illo uſusfructus dum cedit dies,cum & peti poteſt, ſi purè legatus eſt, cedit ab adita hæreditate,ſin ex die,cum & adita eſt hæreditas,& dies venit; Quòd ſi in ſingulos dies, vel menſes,vel annos, item ſi alternis annis relictus ſit, tum plura ſunt legata,& per ſingula tempora adjecta cedunt, nec de mente Teſtatoris,dubitandum eſt, & ſi quandocunque alio verbo, quàm uſusfruct. utatur: ut ſi dicat, fructum, habitationem, operas ſervorum, reditus annuos &c.do,lego,&c. *volum.5. d.*48.*l.*CCCC.4.

Uſusfructus domus ſi alicui legetur, adjecto onere,ne altius tollatur,quæritur an dominium ipſum,an verò uſusfructus ſolùm relictus cenſeatur,& reſpond. pro uſufructu: Idem dicendum de uſufructu fundi legato,ſub hac conditione,ne fundus alienetur; etſi ſi relictus ſit uſusfructus fundi cum facultate fundum alienandi,proprietas quoque data cenſeatur *vol.*5.*d.*48.*l.*CCCC.4.

Uſusfructus conſiſtit in omnibus rebus, ut fundis, ædibus, ſervis, jumentis &c. excipiuntur jura incorporalia, quæ eum omninò neſciunt. In rebus autem fungibilibus conſtituitur,quaſi uſufruct. ſi poſſit inde decerpi quædam utilitas *vol.* 5.*d.*48.*l.*DDDD.1.

Uſusfructus omnium bonorum (ſic etiam nominum) legari poteſt,dummodò legatum non excedat dodrantis æſtimationem, aut legitimam, ſi teſtator liberos habuit,ita ut etiam futurorum bonorum uſusfructus debeatur,ſecus ſi adjecerit,meorum *vol.*5.*d.*48.*l.*DDDD.1.

Uſufructu omnium bonorum legato, quæritur, quis defuncti æs alienum ſolvet? & reſpond.quod hæres *volum.*5.*d.*48. *l.*DDDD.1.

Uſufructuarius non poſſidet, ſed in poſſeſſione ſolùm eſt,ipſum tamen jus utendi, fruendi, quaſi poſſidere rectè dicitur,hujus verò quaſi poſſeſſionis traditio conſiſtit in patientia proprietarii,qui fructuario rem tradere,vel in fundum inducere debet,& pati illum uti, frui,& adminicula ad hæc omninò præſtanda ſunt,ita ut nec adimi quidem poſſint per teſtatorem,illaque ademptio inutiliter adjicitur per teſtatorem, & ſi hæres ipſe præſtare nequit,ab aliis ea redimere debet: idque obtinet & in iis partibus, quæ rei alicui accedunt, ut videlicet per alluvionem fundo, & in inſtrumentis ſi adſint, quibus uſusfructus expediri debet; *volum.*5. *d.*48*l.*DDDD.1.naturaliter poſſidet non dominii, ſed uſusfructus jure:& jus fruendi, & utendi potius poſſidet, quàm fundum *vol.*6.*d.*4.*l.*Ll.4.Mm.1.3.

in Uſufructuario fundo theſaurus repertus, dividi debet inter dominum & fructuarium *vol.*5.*d.*48*l.*DDDD.1.

Uſufructuarius non præciſè ipſemet, uti,frui cogitur, ſed & alteri rem fruendam locare, vendere, gratis concedere, eidem permittitur *vol.*5.*d.*48.*l.*DDDD.2. *vol.*6.*d.*4.*l.*Mm.1.3.

in Uſufructu non eſt partus ancillæ, cum homo non poſſit eſſe in fructu: ſic etiam variè Uſusfructus limitatur, quod ibi vide *vol.*5.*d.*48.*l.*DDDD.2. *vol.*6.*d* 4. *l.*Nn.3.in Coroll.

in Uſufructu acquiruntur fructus,tunc fructuario,ſi eos vel per ſe,vel per alium

perceperit: itaque pendentes finito uſufructu non habebit: poteſt autem fructus percipere, id eſt tollere vel maturos vel immaturos, quoad uſque durat uſusfructus *vol.*5. *d.*48. *l.*DDDD.2.

Uſufructuarii negotii ſubſtantia valdè in eo conſiſtit, ne res, quæ ad uſumfructum data eſt, vel in minimo mutetur. Itaque fundo ſervitutem imponere, aut amittere non poteſt, nec ædificium aliquod novum in area ponere, aut inchoatum conſummare, niſi ad fructum percipiendum neceſſarium ſit *volum.*5. *diſp.*48. *l.*DDDD.2.

Uſufructuariæ ſubſtantiæ altera pars conſiſtit in conſervatione & refectione, ut res quæ ad uſumfructum datæ ſunt, tum enixè cuſtodiantur, tum modicè ad neceſſitatem, reficiantur, etſi nolit reficere, cogatur *vol.*5.*d.*48 *l.*DDDD.2.

Uſufructuarius ad vectigalia, collectas, tributa, ſive ordinaria ſint illa, ſive extraordinaria, ſive præterita, ſive futura præſtanda tenetur, ubi & alimenta ex re fructuaria relicta *vol.*5. *d.*48 *l.*DDDD.3.

Uſusfructus expirat omninò morte uſufructuarii: ſi autem uſusfructus relinquatur Reipublicæ, aut Communitati alicui, quæ mori non poteſt, durabit ille centum annos: ſecundo perimitur capitis diminutione, quam patitur fructuarius, aut ſi non utatur per modum *vol.*5. *d.*48 *l.*DDDD.3. *vol.*6.*d.*4.*l.*Kk.3.Mm.2.

Uſusfructus perit item præſcriptione, quam fecit proprietarius per 10. aut 20. annos, uti etiam interitu ipſius rei, & mutatione *vol.*5. *d.*48. *l.*DDDD.3. *vol.*6. *d.*4. *l.*Kk.3.Mm.2.

Uſusfructus item perit conſolidatione, & confuſione cum proprietate: item exiſtentia diei, vel conditionis ſicut erat relictus: quibus omnibus modis ſi uſusfructus pereat, revertitur ad proprietarium, niſi aut jure accreſcendi ad collegatarium tranſierit, aut repetitus ſit *volum.*5. *d.*48 *l.*DDDD.3.4. *vol.*6. *d.*4.*l.*Mm.2.

pro Uſufructu nondum conſtituto, datur actio ex teſtamento, ex ſtipulatu, aliisq; ex cauſis *vol.*5. *d.*48 *l.*DDDD.4.

pro Uſufructu conſtituto, uti pro reliquis ſervitutibus, datur actio in rem conſeſſoria, & interdictum Unde vi, & illud, Uti poſſidetis, habet & alias actiones ob diverſas cauſas, veluti utilem L. Aquiliæ actionem, Furti, Noxalem, & plures alias: Opus verò novum nunciare non poteſt, niſi procuratorio nomine *volum.*5. *d.*48. *l.*DDDD.4. *vol.*6.*d.*4.*l.*Mm.3.

in Uſusfructus negotio proprietario etiam ſuæ competunt actiones contra fructuarium, quas ibi vide *volum.*5. *d.*48. *l.*DDDD.4.

Uſus, eſt jus utendi re aliena, ſalva ejus ſubſtantia *vol.*6. *d.*4. *l.*Mm.4.

Uſus rei eſt facti & in facto conſiſtit *vol.*2.*d.*14. *l.*B.1. *vol.*6. *d.*4.*l.*Mm.1.2. eſt & Juris Nn.1.

Uſus itaque, uti res perſonalis ad Dominum aut patrem non tranſit *vol.*6. *d.*4. *l.*Mm.2.

Uſus capitis diminutione perimitur *vol.*6.*d.*4.*l.*Mm.2. item morte, non utendo, conſolidatione, & rei interitu *ibid.*

Uſus alicujus rei nec mille annis perditur, ſi occaſio utendi ſe non offerat *vol.* 3.*d.*5.*l.*hh.3.

Uſus rerum fungibilium eodem modo conſtituitur, quo uſusfructus *volum.*5. *d.*48.

Digitized by Google

*d.*48.*l.*CCCC.4. Et ſervitus iisdem modis non ſolum conſtituitur, ſed & finitur *vol.6.d.*4.*l.*Mm.1. differt tamen in quibusdam, quod fructuarius omnem rei utilitatem percipiat: uſuarius non omnem, ſed exiguam, ſeu tantulam, quæ ipſi ſit ſatis ad uſum vitæ quotidianum: ille perceptionem fructuum ad alium transferre poteſt: hic non item *vol.6.d.*4.*l.*Mm.1.

Uſus ejusdem rei ex eadem cauſa ſimul plurium in ſolidum eſſe poteſt *vol.6. d.*4.*l.*Mm.4.

Uſum rei per alium retinere non poſſumus, ſed in eum omnino transferetur *vol.6.d.*4.*l.*Mm.4.

Uſus maris, fluminum, terræque liberrimus eſſe debet, adeò ut qui Principum horum uſum impediat, mandata ſine clauſula contra eum impetrari poſſint *vol.3.d.5.l.*mm.4. *vol.2.d.7.l.* a Aa.2.

non Utendo jus aliquod amittitur *vol.6.d.*3.*l.*Ii.1. *vol.5.d.*46.*l.*ZZZ.2.

Utile per inutile non debet vitiari, ſic intelligitur ſi utile ſit dividuum, ſecus ſi ſit individuum *vol.5.d.*34.*l.*X.3. *vol.1.d.*15. *l.*L.3. *vol.2.d.6.l.*ll.4. *vol.3 d.*1.*l.*i.3. *vol.5.d.3. l.*u.2. *d.*4.*l.*dd.3. *d.*23.*l.*rrrrr.3. *d.*34.*l.*X.3. ubi pulchrè.

Utile quod aliquando fuit, non ſemper eſt utile *vol* 7.*d.*10.*l.*uu.3.

Utilitas publica præferri debet ſpeciali *vol.5.d.*35.*l.*Z.2. vide Publica. Populi. Salus.

propter Utilitatem publicam à regulis juris recedere permiſſum eſt, ac generaliter ſi quid contra publicam utilitatem in quolibet negotio proferatur, non valet *vol.2.d.*1.*l.*a.2.

ob Utilitatem publicam privata jura limitari poſſunt: Nam publica utilitas infringi non debet *vol.6.d.*2 *l.*F.3.

ob Utilitatem publicam, privilegium privatum irrevocabiliter conceſſum, revocari poteſt *vol.6. d* 2.*l.*F.3.

Utilitatibus publicis omnes convenit obedire, ſi neceſſitas exegerit, & tunc ſine dignitatis privilegio ſubnectionem celebrare, imò in hoc caſu, & auguſta fiſci privilegia quieſcunt *vol.2.d.*1.*l.*a.2.

Utile nihil putandum eſt, niſi quod & honeſtum *vol.2.d.*1.*l.*a.2.

Utilitatis tamen ſæpe major habetur ratio, quam honeſtatis *vol.6.d.*3.*l.*Hh.1.

Vulneratus mortiferè, reputatur occiſus tempore vulneris mortalis inflicti, licèt multò poſt moriatur *vol.5.d.*11.*l.*ddd.3.

Uxor gaudet privilegio mariti *vol.3.d.5. l.*qq.3. & nobilitate, etſi ipſa plebeja ſit *vol.4.d.9.l.*nn.3.*d.*10.*l.*bbb.3.*d.*19.*l.*tttt.4. *vol.*7.*d.*9.*l.*oo.3. Nam mulieres honore maritorum, & genere nobilitantur *ibid.*

Uxori etiam viduæ communicatur nobilitas mariti *volum.3.d.5.l.*qq.3. *vol.4.d.9. l.*nn.3.*d.*10.*l.*bbb.3.

Uxor marito reverentiam & obſequium debet, adeò, ut ne quidem illi corrigenti reſiſtere debeat: tamen quando uxor commiſit aliquid, ob quod maritus Jure civili eam repudiare poteſt, tum acriter eam verberare, quin etiam domo exigere poteſt. In aliis verò caſibus, modica tantùm uxoris caſtigatio viro conceditur, ita ut flagellis, aut fuſtibus eam cædere impunè nequeat, ſi tale quid contingat, cautionem de non offendendo uxor de marito exigere poteſt, uxor tamen maritum non niſi in id quod facere poteſt, convenit *vol.2.d.*7.*l.*mMm.3.

Uxoris

Digitized by Google

Uxoris itaque caput eſt maritus,& inſtar fidelis,& ſoliciti patris erga uxorem, quæ huic talem præſtare debet reverentiam, qualem forſan filius parenti, unde nec eum in jus vocare ſine venia poteſt *vol.*7.*d*.8.*l*.mm.3.

Uxor quidem jus facitæ hypothecæ in dote repetenda contra maritum in bonis ejus habet, non in paraphernalibus,& receptitiis bonis à marito adminiſtratis *vol.*2.*d*.11.*l*.uVu.3. *vol.*4.*d*.27.*l*.N.3. *vol.*5. *d*.7.*l*.mm.3.4. & nn.1.2.*d*.37.*l*.FF.4.*d*.38. *l*.HH.3.*vol*.7.*d*.4 *l*.m 3.etiam in paraphernalibus,& in iis, quæ ex donatione propter nuptias ſunt *ibid*.*l*.q.3.

Uxoris bona meritò diſtinguuntur in bona dotalia, paraphernalia, & receptitia *vol*.6.*d*.4.*l*.Nn.3. in Coroll.

Uxor ſi nullam ſibi dotem conſtituerit, ſed indiſtinctè bona ſua marito promiſerit, an hæc bona dotalia, an paraphernalia cenſebuntur? reſp. paraphernalia dici debere *vol*.5.*d*.7.*l*.nn.2.

Uxor etiam domina rerum paraphernalium eſt, adeò, ut prohibente uxore maritus nullam communionem habeat *vol*.7.*d*.4 *l*.m.3.

Uxori multa privilegia conceſſa ſunt. Primò, quod compenſatio, quæ magna æquitate conſtitura eſt, mulieri dotem exigenti objici non poſſit. Secundò, mulier licet in fidejuſſione SC. Vellejani beneficio non obligetur, tamen ex dotis promiſſ. SC. Vellejan. derogatum eſt. Tanta inſuper conceſſa eſt rei uxoriæ à jure efficacia, ut etiam ſuo interventu actionis naturam mutare poſſit. Poſtremò mulieri beneficium prioritatis conceditur, ut præferatur omnibus creditoribus, tam chyrographariis, quàm hypothecariis, anteriorem tam tacitam quàm expreſſam hypothecam habentibus, ajunt quidam hæc beneficia in ſponſam non cadere *vol*.2.*d*.11.*l*.xXx.3.*vol*.3.*d*.13.*l*.N.4.*vol*.5. *d*.7.*l*.mm.3.4. & nn.1.2. quod præferatur creditoribus cæteris vide *vol*.7.*d*.4.*l*.m.2. 3.n 3 4. o.1. ubi pulchrè, & anni quoque deſignantur, quibus leges à Juſtiniano pro mulieribus latæ ſunt *ibid*.o.1.

Uxor eſt ſocia rei humanæ, atque divinæ domus, & propria caro mariti *vol*.2. *d*.23.*l*.CC.4.*d*.24.*l*.EE.3. *vol*.4.*d*.9.*l*.nn.3. *d*.10.*l*.bbb.3. *vol*.5.*d*.17.*l*.rrr.3.

Uxores à viris defendi, non contra æquum eſt *vol*.6 *d*.3.*l* Z.3.

Uxor ob ſævitiam mariti etiam lite pendente poteſt ſeparari ab eo, & ita privari poſſeſſione ſua maritus *vol*.3.*d*.2. *l*.m.1.

Uxorem ſi quis ducat, eamque primo concubitu, vel prima matrimonii conſummatione non virginem, uti putàrat, ſed defloratam, & jam vitiatam deprehendit, dimittere eam ex hac cauſa poteſt, ſi velit *vol*.4.*d*.31.*l*.AA.2 3.*vol*.5.*d*.35. *l*.Z.2 *d*.49.*l*.EEEE.4 FFFF.1.2.

Uxor repudiari poteſt ob impotentiam, ſi nimis arcta ſit. vide Matrimonium.

Uxor & maritus pro eadem perſona habentur, ſic immunitas conceſſa marito, extenditur ad uxorem. Eſt pars corporis mariti, imò uxor & maritus ſunt unum corpus *vol*.5. *d*.43. *l*.NNN.2. *d*.49. *l*.GGGG.2.

Uxor quodammodo mariti domina eſt *vol*.5.*d*.39 *l*.MM.2.

Uxor tamen adulterii maritum jure civili

Digitized by Google

civili accuſare non poteſt, quanquam vulgò tradatur jure Canonico poſſe, ſed ut videtur, malè *vol.7.d.6.l.*dd.4.

Uxor ſi aliquid vendidit propter metum mariti, metus non probatur ex eo, quod ſit maritus, ſed neceſſe eſt probare minas, & verbera *vol.6.d.17.l.*Hhhh.2.

Uxor in bonis mariti diligens inventarium conficere debet *vol.3.d.16.l.*X.3.

Uxor etſi teneatur marito in parandis cibis, lavandis pedibus, capite, lectoque ſternendo ſervire, hoc tamen Doctores limitant in nobili, eamque ab his operis excipiunt. At cum manus calloſę nulli opprobrio ſint, ſed laudi, non approbo: Jus ſanè commune non diſtinguit inter uxorem nobilem & plebejam *volum.4. d.9. l.*qq.3.

Uxorem in morbo negligens maritus dotem amittit *vol.6.d.2.l.*L.2.

Uxor confiſcatis mariti bonis, nec quartam quæ ipſi in ſucceſſione debetur, nec dotem ſuam perdit *volum.5. diſp.39. l.*MM.3. vide in verbo Fiſcus.

Uxorem olim qui non ducebat, graviter mulctabatur, veluti ingratus erga naturam *vol.6.d.2.l.*L.3.

Uxori injuria illata marito illata cenſetur *vol.5.d.43.l.*NNN.2.

de Uxore, quæ in Juribus dicuntur, eadem de ſponſa intelligenda ſunt, ita ut qui ſponſæ injuriam infert, ſponſo intuliſſe cenſendus ſit *vol.5. d.43. l.*NNN.2. *vol.5. d.49.l.*EEEE.4.

Uxori fruſtra cuſtodes apponuntur, niſi illa ipſamet cuſtodire ſe velit: quod etiam de quacunque alia fœmina credendum *vol.6 d.3.l* Ii.3.

Uxor illorum bonorum, quæ à marito, vel per ſucceſſionem filiorum accepit, proprietatem amittit, & ſolum uſumfructum retinet tunc, cum ſuperſtitibus ex primo matrimonio liberis ad ſecunda vota tranſit *vol.5. d.48.l.*CCCC.3. idem dicendum in tali caſu de marito *volum.6. d.10.l.*Ppp.1. *vol.5.d.39.l.*LL 2.

Uxor vidua intra tempus luctus nubens, medietatem ſuorum bonorum amittit, quæ ad filios prioris matrimonii recidunt, nec etiam illis morientibus ſuccedit *vol.6.d.10.l.*Ppp.1. vide Mater.

Uxoris bona, quæ maritum veneno interfecit, confiſcantur *volum.6. diſp.16. l.*Dddd.1.

Uxoris ſuæ curator maritus eſſe nequit *vol.6.d.16.l.*Eeee.1.

Uxori, ſeu conjugi ſuperſtiti inopia laboranti debetur quarta, ſeu triuncium *vol.7.d.2.l.*g.3.

Uxor beneficium SCti Vellejani habet, ſi pro marito fidejubeat, quo per exceptionem tuta eſt: & ſi eodem in inſtrumento ſe obliget cum marito, tale inſtrumentum nullatenus valet. Jus tamen canonicum obligationem, ſi juratò interceſſerit, ratam habet *vol.7.d.6.l.*cc.1. vide Mulier, & SC. Vellejanum.

F I N I S.

Errores difficiliores ſic corrige.

Pag. 25. col. 2 lin. 27. del. vel ſcientiæ pag. 28, c. 1. l. 31. leg. de Ed. D. Hadr. p. 29. c. 2. l. quia fortuna p. 33. c. 1. l. 24. ardua, add. Canoniſtæ tamen contrarium affirmant, ſi cauſa vel ſit ardua. p. 37. c. 1. l. 24. l. exercitum. ib. c. 2. l. 30. l. poteſt. p. 40. c. 1 l. 34. l. etſi p 43. c. 2. l. 14. l. innovandum nihil ſit. p. 49. c. 2 l. 23. l. habeat interualla. p. 57. c. 1. l. 3. l. à Burgundiæ Duce. p. 68. c. 1. l. 27. l. in Camera. p. 69. c. 1. l. 26. l in interloquutoriis. p. 70. c. 1. l. 12. l. non poſſint p. 77. c. 1. l. ult. l. relatus ſit, & ſic p. 80. c. 2. l. 25 l. notoriè apparet. p. 89. c. 1. l. 21. l. 29. p. 90 c. 2. l. 13. l. de aduentitia. p. 92. c. 1. l. 33. l. partiarij. p. 94. c. 1. l. 27 l. detectus. ib. l. 35. neceſſitate imponi. io. c 2 l. 37. l. l. p. 95. c. 1. l. 22. l. tenentur. p 96 c. 2. l. ult. adde, ciuitatū Imperial. p. 99. Commodarū, Communio, Compenſatio, inuerſo ordine poſita ſunt. p. 105. c. 1. l. 22 l indicia p. 115 c. 1. l. 25. l. introduci. p. 125. c. 2 l. 21. l. ſi. leuis. ib. l. 22. l. reus. p. 127. c. 2. l 27. l. adhuc durante. ibid. l. 30. l aliquando. p. 134 c. 2. l. 2 l. ſtatim fructibus collectis. p. 137. c 2. l. 23 l. ſexuſque. p. 138. c. 2. l 27. eſt. l. etiam. p. 139. c. 1. l. 30. l. exigit declarationem. p. 151. c. 2. l. 4. in. l. ſi p 152. c. 1. l. 31. & 32. l ſucceſſiuum. p. 153 cap. 1. l. 24. dele tunc. p. 160. c 1 l 12 lege poſtulant ib c 2. l 6. l. locauerunt. p. 163. c 2. l. 5. l. non tamen ib. l. 28. l. diſpoſitiuè. l. 29. debita l. obiter. l. 30. l. donatario. p 168. c. 2. l. 2. ro l reo. p 171 c. 2. l 35. l. quædam p 182. c. 2. l 26. l. ob deteriorationem p. 187. c 1. l. 12. l. vol 4. d. 30 p. 198. c. 1. l. 35. l ante ſententiam. p. 99. c. 1. l. 12. l Executionis p 200. c. 2. l. 5. l. læſa p. 201 c. [illegible] l. 7. leg. & in diſtrictu. pag 207. c. 2c. leg 5. & 6. l. in quorum cauſa hanc facultatem Carolus V. omnibus Principibus conceſſiſſe videtur. p. 12. c. 2. l 2 l. præſtitutū. p. 224. c. 2 l. 30. l. excludunt p 218 c. 2 l. 15. l an vero etiam ad Cameram Spirenſem. p. 223. c. 2. l. 21. l. res mobiles cohærentes. p. 224. c. 1. l. 7. l ita vt p. 225 c. 1. l. 4 l fundo feudali ib. l. 24. ſed l. ſeu p. 229. c. 1 l. 27. del hanc l. 28. l. aufertur. p. 230. c. 2. l 2. l. cognoſcit p. 246 c. 2 l 6. l. propria. p. 277. c. 2. l 7. l. mandantis. ib. l. 31. transit l. trahit. p. 278. c l. 29. & 30. dele igitur teſtamentum vel ſcripto, vel nuncupatiuo p. 297. c. 2. l. 29. l. cautum p. 310 c. 1. l. 21 l. ſeſſuræ. p. 314 c 1. l. 3. del., p. 316 c. 1. l. 3. l. litis conteſtatio. 327. c. 1. l. 32 l. impubes p 332. c. 1. l 39. l. in poſſeſſionem. p. 343. c. 1. l. 8 l matrimonio p. 356. c. 1. l. 28 l. antequam fortiora aggrediamur p. 360. c. 2. l 27 & 28. l. optari poteſt non ſperari p 364. c 2. l. 8 l. ius ſuum. p 373. c 1. l. 28 l. in colloquia. p. 374. c. 2 l. 2 l. quomodo arrogatis. p. 376. c. 1. l. 2. l non poteſt p. 386. c 2. l. 21 l 12. tabulatum ibid. l. 33. l. regulariter p. 389. c. 1. l. 1 l. quis pro quid. p. 390 c. 2. l. 3 debetur, l. tenetur. ib. l. 6. l. et niſi. p. 396. c. 1. l 2. l. pia cauſa p. 400. c. 1. l. 9 l. Magiſtratuum labores p. 401. c. 2. l 2. l non liberæ ib. l 20. l. etiam. p. 402. c. 2. l. 1. l. in jure. p. 410. c. 2. l. 31. l cognationis p. 417. c. 2. l. 17. l. condere ib. l. 19. alia. l. illa. p. 418. c. 2. l. 19. l. exceptione p. 422. c. 1. l. 31. l tempore militiæ. p 427. c. 1. l. 29. l. poteſtatem. ib c. 2. l 5 l. etiam. ib. l 24. l. à morte. p. 430. c. 1. l. 15. l. nam. p. 433 c 2. l. 4 l. opus quod eſt. p. 434. c. 1. l. 12 l. & loco. ib. l. 17. & l. ac ſi p. 440. c. 1. l. 9 forma, l. fama. p. 441. c. 1. l. 8. l mihi p. 450. c. 1. l. 10. l. inter p. 451. c 2. l 4 ſi. l ſic. ib. l. 27. l. conuicti. p. 452. c. 1. l 25. l. itum. p. 459. c. 1. l. 30. del non. p. 465. c 1. l. 10. dele non p. 490 c. 2. l 33. dele non vltimum ib. l. 34. l. factum non ſit p 492. c. 2. l 15. l. legi poſſit. p. 507. c 2 l 27 l adſcititia p 514 c. 2. l. 11. l. eſt in p 517. c. 1. l. 27 l. momentū appellatio. p 518. c. 1 l 38. l. competente p 520. c. 1. l. 6 l ex ea p. 523 c. 1 l. 29 l. vix probantur p 538. c 1. l 11. l interdum p 562. c. 2. l. 11 l inter ſe p. 566. c. 1. l. 12. l in hanc ſit p. 589 c 2. l 38. l. trahendo. p 590. c. 2. l. 13 l gentilibus. p. 595 c. 1 l 39. l. amittatur, cui. ib. c. 2. l. 3. compenſationem vii p. 607. c. 1. l. 37 qui l. hic. p. 615. c. 1. l. 4. l. procuratorem. p 622. c. 1. l 10. l paſſu p 625. c. 2 l 38 l etſi nihil p. 626 c. 2. l 15. l ejicitur. p. 629 c. 1. l 1. l. minis. p. 64[illegible] c. 1. l. 6. adde conjuncta ſunt p 643 c. 1. l. 7. l. agendum eos p. 659. c. 2. l. 6. l. defenſionis cauſa p. 670 c 1. l. 7. dele ſi. p. 677. c. 1 l. 15. avus. l. nepos p 694. c. 1. l 20 l. patientia procedit. p. 695. c. 2. l. 15. l fraudatores p. 699. c. 2. l. 1. an. l quæritur an. ib l. 10 l. non ſint habiti p. 704. c. 1 l. 20. dele ſi ibid. c. 2 l. 35. l. ſi debet. p. 706. c. 1 l 31. dele concludit p. 707. c. 1. l. 37. l. quomodo acceperit. p. 709. c. 2. l. 15. l defloratio. p 713. c. 2 l 16. l non eſt aliquid. p. 717. c. 2 l. 5. tunc enim. p. 720. c. 1. 33. l. in his. ib. c. 2. l. 9. l. à Deo gratia. p. 722. c. 1. l. 20. quæ l. quibus. p. 727. c. 2. l. 8. l. ſubjectionem.

Digitized by Google

Digitized by Google

by Google